CAROLI A LINNÉ

EQUITIS

SYSTEMA VEGETABILIUM

SECUNDUM

CLASSES ORDINES GENERA SPECIES.

CUM

CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS

ET

SYNONYMIIS.

EDITIO NOVA, SPECIEBUS INDE AB EDITIONE XV. DETECTIS AUCTA ET LOCUPLETATA.

CURANTIBUS

JOANNE JACOBO ROEMER, M. D.

PLUR. SOCC. LITT. SODALI.

ET

JOS. AUGUSTO SCHULTES, BOIO,

M. D. ET PROF. P. O. BOTANICES ET THERAPIAE SPEC. IN UNIV. LANDISHUTHANA, CONS. REG., PLUR. SOCC. LITT. SODALI.

VOLUMEN PRIMUM.

STUTTGARDTIAE

SUMTIBUS J. G. COTTAE.

1817.

Opera JEHOVAE *magna!*

exposita omnibus, qui delectantur illis;

gloriosum et decorum opus Ejus!

DAVID.

ACADEMIAE. R. HOLMIENSI.

BOTANICIS. SUECIS

D. LINNAEI

POPULARIBUS

P.

D. D.

J. J. ROEMER. M. D. TURIC. HELVETUS.

J. A. SCHULTES. M. D. BOIUS.

Praefatio.

In nova hac divi *Caroli a Linné Systematis Vegetabilium* editione quid praestaverimus (si quid praestavimus) nostrum non est dicere, sed aliorum videre atque de opere nostro judicium ferre.

Novam *Systematis Vegetabilium* editionem desiderari, cum jam ab ultima XV., quam cls. *Persoon* concinnavit, lustra fere quatuor sint elapsa, omnes fatentur, cum ipsa viri de Botanica meritissimi *Synopsis* vota, ut opus nobis contingat, quod omnia comprehenderet, excitaverit potius, quam iis satisfecerit; frustra enim per decem jam fere annos et supplementum et clavim ad utilissimam hancce *Synopsin* exspectamus. Tomis prioribus editionis ultimae *Specierum Plantarum Linnaei* ab *Willdenowio* elaboratae rem botanicam non omni fuisse numero absolutam, dolemus omnes aeque ac illius et immortalis *Vahlii* praematurum ploramus obitum. *Poireti*, viri summae experientiae, continuationem et supplementum *Encyclopaediae methodicae* a nobilissimo *de la Marck* felici successu inceptae tam volumine suo, quam pretio et ipsâ operis, alioquin egregii, nondum finiti ratione commodiori usui obstare, queruntur plurimi. *Reesii Cyclopaediam*, in qua supremum quasi in rebus botanicis judicem, ipsius patris scientiae amabilis, *Linnaei*, tribunali insidentem, *Jacobum Eduard Smith* Equit. Botanicam absoluturum esse compertum habemus, nequidem titulo suo integro in terra firma Europae usque ad breve tempus notam fuisse nobiscum condolent Botanici. Desideratur ergo in Botanica inde a cl. *Per-*

soonii Synopsi Conspectus specierum omnium plantarum, quae per lustra duo tot tantorumque clarissimorum peregrinatorum audaci industriâ, tantâ doctorum in indagandis plantis patriis sedulitate indefessâ, tot denique hominum omnis generis Naturam colentium operâ non satis laudandâ fuerint detectae, investigatae, expositae. — Talem nos plantarum conspectum hic exhibere ausi sumus junctis viribus; unius enim hominis vires sub eo, ad quem nunc res botanicae pervenerunt, statu, opus tantae molis longe exsuperare videtur. Illo enim, quo divus *C. a Linné Species* suas *Plantarum* et suum *Systema Vegetabilium* ediderat, tempore, quarta vix plantarum, quae nunc innotuit, pars tum ipsi Equiti, tum Botanicis aetatis ejus nota erat. Huic tamen paupertati peculiare decus aderat, quo nunc vel opulentissimus Botanicorum careat necesse est. Divus enim *C. a Linné* nullam fere, quam non ipse ante oculos habuerit, plantam descripsit aliorum species a se non inspectas aut negligens aut spernens. Nec synonymia suo aevo difficilis erat.

Quod autem Patri scientiae licuit, nepotibus ejus non perinde licet. Nam his, sive *Specierum Plantarum*, sive *Systematis Vegetabilium* novam editionem parent necessariò de plantis agendum est, quas non ipsimet oculis suis viderunt: synonymia aliorum componenda non tantum per species, sed etiam per genera et ordines ac ipsas adeo classes diffusa, et, saepissime certe, ex errore progenita. Ex ipsis igitur aevi nostri divitiis botanicis miseriae novae ortae sunt. Cum enim vix inveniatur inter nos, qui plantarum nostro tempore descriptarum collectarumve et in multorum camelorum onus coacervatarum in Museis Londinensibus, Parisinis, Matritensibus, Viennensibus, Berolinensibus, Petropolitanis, Mosquensibus vel dimidiam tantum partem viderit; cum vix ac ne vix quidem aetas hominis sufficiat ad perlustrandas, comparandas, describendas plantas omnes, hucdum sive cognitas sive in Herbariis collectas, etiamsi herbaria ista omnia tot milliariorum

centuriis dissita praesto sint; cum praesertim non tantum de eo agatur, quid ille ipse viderit, sed de eo quoque, quid alii illo prius viderint; cum denique dicendum sit, quis primus hanc, de qua loquitur, plantam viderit, quis descriptionem, quis iconem optimam plantae suae dederit aut cum aliis suam commutaverit; haec cum ita sint, exhibituro nostris temporibus plantarum conspectum subsidia undique congerenda sunt. Hae porro difficultates eo gravius premunt, quum nec ipsis, ut videtur, oculis fides habenda sit. Fallunt enim non tantum specimina sicca, saepe male siccata aut manca aut alio modo vitiosa, sed etiam ipsa viva, ita ut haut raro eveniat, ut gravissimi in Botanica viri hanc illamve plantam novae speciei titulo in medium proferant, de qua ipsis postea ingenue confitendum sit, eam vix esse varietatem speciei jam olim notae. Genera omittimus, quum natura ipsa genera non procreaverit: fortasse nec species, facile dixeris, si ad rixas istas divissimas Botanicorum de eo adtenderis, quod species vulgo dici solet; quas tamen rixas facile solves, si, quas *species* nominant, *formas* dixeris, formas nempe plantarum maxime solemnes atque distinctu faciles. Has enim formas levi negotio omnes distinguimus, rite ad eas attenti, species vero non item. Neque enim unquam, an huic vel illi plantae, quam quis ut specimen protulerit, folia sint, e. c. ovata, certatum est inter Botanicos, sed an planta haec, quae nunc foliis ovatis visa est, re verâ distincta sit a simillima alia, cui autem folia lanceolata. Ecquid ex tanto calamorum proelio redundat lucri, cum sufficiat scire huic illive plantae foliorum formam nunc ovatam, nunc lanceolatam prae caeteris familiarem esse, formasque has certis nominibus distingui? Modo formas plantarum recte distinguas atque ita describas, ut facile plantae, de qua scribis, forma agnoscatur ab omnibus: caetera mitte Divis.

Hisce angustiis aliae quoque superveniunt, quarum prima est obscura illa et sortibus oraculi Delphici haud raro minime absimilis brevitas *diagnoseos* seu,

quam dicunt *definitionis*, quâ olim quidem species agnatae distinguebantur, hodie vero confunduntur potius; altera, brevis plerumque et manca ut plurimum, descriptio. His accedit quod, novis speciebus in dies undique irruentibus, definitiones seu diagnoses antiquiorum et olim jam notarum plantarum ex integro saepius sint reformandae; quod vero tunc tantum sine exitiosa temeritate fieri poterit, si et novam et antiquiorem speciem quam perfectissime noveris. Jam si tuis ipsius oculis fidem habere saepius non poteris, quaenam sit aliorum, quae descriptionibus habenda currente saepe calamo exaratis, interdum ad unum modo exemplar paratis atque momentis, ut ita dicam, comparationis saepius omnino destitutis, facile intelliges. Breves istae et imperfectae descriptiones, quas sciagrapha potius diceres exhibere quam icones, illos tristes dissensus pepererunt hos inter, qui vivis plantis, sive spontaneis sive cultis, praecipue student (*Herbolarios*) et illos, qui siccas tantum noscunt (*Camerarios*). Alter alterum ridet, neuter jure meritoque.

In Diagnosibus oraculorum stylo expressis, ut in prioribus *Systematis Vegetabilium* editionibus fieri solebat, acquiescere nobis non consultum videbatur. Paucas enim tantum species solis hisce diagnosibus et tuto et facile distingui posse nobis persuasum erat. Descriptiunculas igitur saepius contractas, litteris minoribus expressas cuique diagnosi subnexuimus, quo citius rectiusque planta indaganda eruatur. Si in Irideis, Cyperaceis, Gramineis nimis forsitan copiosi fuisse videamur, vel ipsa Protei progeniei hujus natura nos excusabit. Nobis enim et in Botanico videtur, ut Quintiliano in oratore, prima esse virtus perspicuitas, „ut „sermo et doctis probabilis, et planus fit imperitis, „licet persuaserit quidem jam multos ista persuasio, ut „id jam demum eleganter atque exquisite dictum pu„tent, quod interpretandum sit.“ In aliis vero familiis et generibus, ubi speciem unâ facile notâ, ut ex ungue

leonem, dignoscas, verbis pepercimus, nolentes in lucum ligna ferre.

Synonymias, quantum per otia licuit atque nostrorum et librorum et herbariorum copiam, amicorumque monita, gnaviter undique contulimus, nec tamen temere spatio abutentes, nec ter denis verbis integras implentes paginas, ut saepius in Botanicorum synonymia factum videmus, unde utrum nigri albive plus inesse libris botanicis nunc soleat, serio quidam nuper interrogavit. Ubi nec adspectus nos edocebat, nec summorum virorum auctoritas sufficere videbatur, dubium saltem movisse juvabat. Janua enim, per quam ad veritatis adytum via ducit, scepsis est et judicii suspensio, (quam signo ? expressimus). Si quid in synonymiis peccavimus, excusabit nos forte illud, quod, si diversa a variis auctoribus, qui eodem tempore scripta sua ediderant sese invicem ignorantes, nomina plantis indita exceperis, ceterae ex mero sint errore progenitae, sive homonymiae sint eodem nomine diversas plantas complectentes, sive heteronymiae, unam eandemque plantam diversis nominibus indicantes.

De synonymiis haec valent: ubi planta tuto et facile distingui possit et ab omnibus noscatur, ibi nulla est synonymia nec homonyma nec heteronyma; ubicunque vero planta aut per se sive fallacibus notis et difficilioribus sive raritate suâ dubia sit, aut per auctores facta dubia sive icone sive descriptione minus perfectâ, ibi decem et ultra non raro invenies synonymias, erroris licet filias omnes. — Etenim si ille, qui primus plantam per se dubiam et fallacem descripserat, omnes eidem inhaerentes fallacias exposuisset, qui secundus post illum venerat, in eadem minime potuisset errare, nec tertius et sic porro. Atque tali ratione nec una eademque planta sub nominibus interdum decem totidemque diagnosibus diversis designata fuisset, nec duae aut tres diversae sub uno eodemque nomine saepius apud varios auctores delituissent species. Si in nostra igitur editione unam eandemque plantam forsan bis aut etiam

ter sub diversis nominibus adductam videris, noli mirari aut nos carpere, priusquam et aliorum opera botanica et ipsius scientiae amabilis patris sedulo pervolveris: disces enim, si nescias adhuc, in his talia latere vitia, quae non solum incuria fuderit, sed quae humana parum caveat natura. Qui vero plantas ab ipso non visas bis sub diversis nominibus enumerare nimis horret, sub eodem saepius nomine species duas aut tres diversas sepelit. Descriptiones ergo, ut quam perfectissimae reddantur, ne hinc et illinc a recta aberremus, omnis danda est opera. Monographiis denique ad umbilicum perducenda est botanica, ne dubium progignatur ex dubio et abyssus abyssum invocet in voce cataractarum multarum. Eo enim res nunc pervenit botanica, ut, qui viginti abhinc annis spatio 3-4 lustrorum totam fere scientiam amplexus fuerit, nunc totidem lustris vix unius familiae, v. e. cyperacearum, graminum, proteacearum, amaranthacearum, semiflosculosarum, flosculosarum etc. historiam absolvere possit.

Spatio parcituri veterum synonyma, extricatu saepius difficillima, rarius quidem quam fas fuisset, adduximus; icones autem, si quae nobis notae fuerant, fideliter indicavimus, recentiores melioresque saepius quam veterum ligneas, quarum paucissimas figuris bonis annumerandas esse censemus.

Plantarum, quas ipsi non vidimus diagnoses sive definitiones non temere mutavimus, sed ipsissimis auctoris verbis recepimus licet saepius minus fauste electis. Non enim praeceptoris aut grammatici officio fungi et soloecismos et barbarismos (quibus, proh dolor! tam graecis quam latinis libri botanicorum redundant) expungere voluimus. Interest enim critici nosse, non tantum quae auctor dixerit, sed etiam quomodo eadem dixerit, quum plerumque antiquum illud et hodie quoque valeat: „cui lecta potenter erit res, nec facundia deseret hunc nec lucidus ordo.“

Recentiorum terminologiam novissimam tunc tantum recepimus, ubi cum vero scientiae incremento

fieri nobis visum est, probante Quintiliano excogitata, et ut rei perspicuitas inde augmentum sibi capere possit; non vero ubi rebus antiquis et olim jam notis nova tantum nomina imponuntur, quae Fabii dictum nobis in mentem vocant, „multos, quibus loquendi ratio non desit, inveniri, quos curiose potius loqui dixeris quam latine.“ Pluribus, ut videtur, in recentiorum terminologia receptis verbis facile caruissemus.

Nomina tam generum quam specierum ab antecessoribus nostris proposita ut plurimum retinuimus; antiquioribus non raro jus suum restituimus; paucissima male tornata incudi reddidimus. Ne moles voluminum nimis augeatur, et ut maxima pars graminum uno volumine absolvatur, consultum duximus, cyperaceas et gramina classis tertiae in secundo volumine pertractare. Liceat interim hic pauca de iis praemonere, non quod dubitemus, quin omnibus notissimum sit, familias hasce longe difficillimas esse, et inter omnes phanerogamas maxime ancipites; sed quod paucis persuasum esse videatur, in permultis vel doctissimum agrostographum in tenebris potius quam in luce versari. In tanta, igitur quae, — pace tot et tantorum clarissimorum virorum qui totos se huic studio consecrant, dixerim, — agrostographiam nostris adhuc temporibus premit, confusione, cur vereamur confiteri candide, et nos quoque plurima adhuc in hacce nostri operis parte desiderare, de pluribus dubitare, in multis caecutire, haud pauca denique ignorare et nescire? Et vos, qui haec profiteri non veremini, vos neque pudet, dicat forsitan aliquis, neque taedet incepti operis vestri? — Puderet sane taederetque, si piguisset laboris, si omne, quod in nobis erat, studii et diligentiae non sedulo in opere nostro adhibuissemus; si per annos non die noctuque libris, herbariis, hortulis nostris incubuissemus; si denique alios plures novissemus nobis feliciores. Sed forsitan alii quoque, qui operi tali sese accingant quum per noctes plures vigilaverint, nobiscum et cum apostolo dicent: „Domine, domine, laboravimus per om-

„nem noctem, et nihil piscavimus!“ Successoribus verò nostris speramus, melius rem successuram fore. Inventis enim facile est addere, et faciunt aliena pericula cautum.

Quod cl. *Palisot de Beauvois* agrostographiam novam secuti simus, vituperabunt, qui patriis graminibus otium suum consecrarunt. Sed qui clarissimorum *Brown*, *Humboldt* et *Bonpland* aliorumque e tropicis reducum botanicorum gramina generibus Linnaeanis subscribere nolint, veremur ne coacti sint, donec aut meliora didicerint aut docere voluerint, genera istorum botanicorum interim nobiscum admittere.

Synonymia in graminibus vix systemate facilior. Non pauca quidem nobis in herbariis nostris adsunt gramina, tam Europaea quam tropica; sed non omnia; nec ab omnibus, qui de graminibus scripserunt, auctoribus ipsis denominata specimina, ut indubia plane sit synonymia. Attamen speramus, eum, qui omnes a nobis adductas species ex ipsis auctorum, qui illas descripserunt, herbariis ante oculos habiturus sit, aequum de nostro Augiae stabulum purgandi tentamine judicium laturum fore.

Qui in botanica genera nova plus, quam aequum est, spernunt, nescire videntur, et in Ornithologia, in Herpetologia, in Ichthyologia, in Entomologia, in Helminthologia, in Mineralogia pauciora olim fuisse genera, sed succedente tempore specierum et generum numerum augeri. Quin plures in diversis olim tam animalium quam vegetabilium et mineralium generibus anomalae species et invitâ quasi natuɹâ in eam intrusae, nunc, collatis ex utraque India et utroque polo affinibus et agnatis, amplissima et interdum fere naturalia genera constituunt.

Severiores criticos nos reprehensuros fore, quod in generibus, numero specierum suarum jam laborantibus, novas a clls. peregrinatoribus *Brown*, *Humboldt* et *Bonpland* etc. detectas species calci potius seriei specierum subjunxerimus, quam suo quamvis

loco posuerimus, non veremur. Tum enim hac in re plurimum sane peccavissemus (*Systema Vegetabilium* nos edituros promissi, non rudem indigestamque molem) si licuisset per deos immortales species nunquam a nobis visas debito reponere loco. Jam vero Critici eas definitiones vel diagnoses, quibus characteres specierum novarum ab auctoribus circumscribuntur, cum his sedulo comparent, quibus species olim jam in systemate receptae distinguuntur, et nobiscum, speramus, sentient, quarum rerum ratio data non sit, eas invicem comparari non posse. Iis igitur, qui novas novis characteribus proposuerunt species, aut omnes in systemate receptae definitiones habitâ novorum, quibus novas suas distingunt species, characterum ratione reformandae fuissent, aut singulae speciei novae locus suus inter species jam notas manifeste et in perpetuum indicandus. Non enim nimium petere nobis videmur, postulantes, ut cuique, qui novam speciem proponat, Botanico species jam in systemate descriptae, saltem quoad definitiones, notae sint. Neque fieri, ut videtur, poterit, quin novam suam, quam invenerit, plantam in systemate quaerens unam alteramve, quae novae suae prae ceteris sit similior, reperiat. Hanc itaque systematicis monstrare oportuisset, quô certius rectiusque ab his sua possit collocari sede. Nullâ enim prorsus speciebus novis subjunctâ affinitate characterumque hucusque adhibitorum nullâ in novis plantis habitâ ratione, nemo sane, qui has ipse non viderit, iis suum in specierum serie locum assignare poterit. A systematicis vero petere, ut species omnes novissimas et rarissimas suis ipsi viderint oculis, aquam est e pumice postulare. Monendi ergo omnes, qui novas primi propositurі sint plantas, ut, memores futuri specierum suarum in systemate loci, inter species in systemate jam receptas eam indicent, quae novae ab ipsis propositae maxime sit affinis. Nos novas species calci potius specierum seriei subjungendo, quam temere illas interponendo nostra maluimus ingenue confiteri dubia, quam ex-

trema experiendo vaniloquam ostentare eruditionem, cujus vestigia nos terrent. Unicum enim hic, ut verba factis probemus, exemplum dare liceat, quantopere sit arduum, novis speciebus locum assignare debitum, nisi ipse speciei novae auctor proximam ejus indicaverit affinitatem. *Kunth* in *Humb.* et *Bonpl. Nov. Gen.* et *Spec.* I. p. 124. BROMUM novum suum *rotundatum* sequentibus distinxit verbis: „Bromus culmo foliisque scabris convolutis; paniculâ simplici verticillatâ; spiculis subrotundis sexfloris: valvulis calycinis scabris, corollinis glabris, inferiore duplo majore; aristâ brevissimâ." Jam quonam, quaesumus, loco hunc posuisses? Anne unquam affinitatem suspicatus fuisses cum BROMO paniculâ erectâ, spiculis ovatis glabris aristatis; corollis superne dilatato-auriculatis membranaceis, qui est BROMUS *brizoides Lam. Illustr.* n. 1060! Quaenam inter utramque speciem, si definitiones istas spectes, similitudo? Quis ex his BROMUM *brizoidem Lamarck* (qui nunc genus proprium efficit) proximum esse concluderet BROMO *rotundato Humb.* et *Bonpl.*, nisi ipsissimus hoc monuisset auctor? Atque talibus toties premuntur systematici angustiis, quoties specierum novarum auctores levis sane negotii, sc. verbulo notare affinitatem, piguerit.

Superest, ut rationem reddamus, cur in enumerandis plantis *Systemati* potius *Linnaeano* inhaerere maluerimus, quam novâ et, ut ajunt naturali cl. de *Jussieu* aut *Decandolle* uti methodo. Primum gratus in sempiterna viri immortalis merita animus nos vetuit vel ipsum libri titulum immutare. Maluimus enim nova, quae adtulimus (licet quater forsitan supellectilem *Linnaei* botanicam copiâ superent) instar *novae* esse *editionis Systematis Vegetabilium Linnaei*, quam novo operis titulo Linnaei aliorumque merita obscurare. Minime vero vitia et menda Systematis Linnaeani dissimulaturi aut excusaturi sumus. Ut enim nec optimus quisque sine vitiis nascitur, sic et rebus humanis omnibus semper aliquid deest; nihil ab omni

parte beatum. Nobis autem illud reliquis praeferendum systema videtur, quod majoris sit perspicuitatis, brevitatis faciliorisque usus. In hoc enim vertitur rei cardo, ut facile et nullo quasi negotio systemate uti possis; reliqua omnia, qualiacunque sint, systematum principia et ornamenta, si accuratiore severioris Logicae trutinâ ea examinaveris, vana videbuntur et irrita. Natura, quae nec classes creavit, nec ordines, nec familias, nec tribus vel sectiones, minime omnium vero genera, natura, ut ipsius et gravissimi auctoris, *Pallas*, verbis utamur, systemata nostra omnia ne quidem flocci facit et vilipendit. Systemata enim in Botanica non majore fere, quam ova, nixu poni posse, botanicos vel immortalis Adanson jam edocuit. Adyta naturae nobis in aeternum clausa, nec quid naturale, quid vero non naturale sit, facile dices, quum natura ipsa in aeternum tibi incognita futura sit. Hinc factum est, ut, quod quisque ipse fecerit systema, id credat naturale aliorum opera spernens. Hinc methodum naturalem ab ea diversam, quâ utitur cls. *de Jussieu*, proponit *Decandolle*, aliam *Jeaume de St. Hilaire*, aliam *Trattinick*, aliam *Batsch*, alii alias laudant. Atque, quod sane mirum, illud ipsum, quod paucos ante annos naturae consentaneum vel naturale videbatur auctoribus, ab his ipsis brevi post ut longe a vero alienum novo commutatur systemate. Sic, si primam systematis naturalis cl. *de Jussieu* editionem cum innumeris correctionibus, permutationibus, additionibus, transpositionibus a viro indefesso in Actis Academicis Parisinis prolatis comparaveris, novam plane speciem illius systematis habebis, quod ante annos viginti naturae maxime consentaneum esse dicebatur. Natura tamen interea faciem suam non immutavit. Atque haec quoque non ultima calamitatum est, quae systema naturale premunt, quod quovis fere novo genere aurea illa Homeri catena disrumpatur, quâ genera, tribus et familiae plantarum in hisce systematibus connectuntur, ita ut progrediente quovis anno scientiâ, quovis etiam

anno ea novam induere oporteat formam. Non idem vero evenit systemati Linnaeano, cui nulla omnino classis nova vel per annos jamjam LXXX. adjungenda fuit, licet numerus plantarum a prima *Systematis Vegetabilium* editione quinquies et ultra auctus sit. Systemata autem, quae dicuntur naturalia, seu methodi illae naturales similitudini innituntur, et omne simile claudicare, quis est, qui nesciat? Quis non facilius classes XXIV. (seu, quibus nunc Systema Linnaeanum constat, XXIII.) retineat memoriâ, quam familias C cl. *de Jussieu*, aut CXLV Dni. *Decandolle?* Quis porro plantam sibi adhuc ignotam quaerens non citius eam ex XXIII. classibus eruat, quam ex C vel CXL? Quis characteres familiarum systematis naturalis tam cl. *Jussieu* quam *Decandolle* minus stabiles esse et firmos, minus distinctu faciles, saepiusque nimis subtiles, non iterum iterumque nobiscum doluerit? Quis numerum plantarum *incertae sedis*, ut ajunt, et quas calci systematis naturalis subjungere solent, cum nullá prorsus ratione legibus methodi accomodari possint, augeri in dies potius quam imminui, non queratur? Quis tandem negaverit, in quoque systemate naturali, si genera constituenda et specierum diagnoses fingendae sint, ad characteres, quos dicunt artificiosos, confugiendum esse? Ut igitur captu, sic etiam tractatu longe facilius systema Linnaeanum, longeque caeteris omnibus commodius; brevissimo enim temporis spatio plantae (saltem quoad maximam partem) secundum systema Linnaeanum circumscribuntur. Qui vero temporis quaestum fecit, omnia lucratus est. Neutiquam vero eos reprehensuri sumus, qui systemate naturali uti malint; etenim nos quoque persuasi sumus, hoc non uno tantum modo nos allicere, atque de structura et tota fere plantarum natura melius, quam Systema Linnaeanum, edocere, etsi illud inter verissima saepius etiam hypotheses nobis offert, quae probabiliter defendi non possint, et ii, qui systemate artificiali uti velint, illam plantarum cognitionem ex Physiologia earum sibi com-

parare possunt. *Jussieu* denique, *Ventenat*, *Brown*, viri de systemate naturali meritissimi, ob subtilem scientiam, diligentiam et constantiam in affinitatibus plantarum investigandis, nostro quoque judicio digni sunt, qui summis grato animo ornentur laudibus. Hanc quoque ob causam singulo cuique generi familiam suam naturalem ad mentem cl. *de Jussieu* sollicite adscripsimus, itemque genera plantarum omnia opere nostro feliciter peracto, serie methodi naturalis calci voluminis ultimi subjungemus.

Nostrum tandem est, ut liberalitati, et munificentiae clarissimorum virorum, qui pro suis in amabilem scientiam meritis et amore, in nos aut amicitia aut clementia, nobis in hac nostra *Syst. Veget.* editione litteris, monitis et praeceptis, libris, speciminibus plantarum siccis, iconibus aliisque adminiculis favebant, publicas agamus gratias. Illos inter gaudemus, gratissimo certe animo celebrare clarissimos:

Carol. Ad. Agardh, Suecum, M. D. et Bot. et Oec. Prof. P. O.

Joh. Bapt. Balbis, Professorem olim taurinensem, Hortique Regii inspectorem, infelici fato studiis suis et scientiae ereptum, meliori sorte, si quis unquam, dignissimum.

Ant. Bertoloni, M. D. Bot. Prof. Bononiensem, sagacissimum plantarum italicarum scrutatorem.

Baldum Besser, M. D. Prof. in Gymnas. imp. ruth. Krzemieniecensi in Volhynia, Florae Galiciae auctorem meritissimum.

Ant. Bivona Bernardi Siciliae historiae naturalis et inprimis Botanices scrutatorem indefessum.

Jos. Bonato, M. D. Prof. Patavinum, horti bot. patav. Praefectum, rarae fidei et probitatis virum.

Bonnemaison, Pharmacopoeum Quimperensem.

Leon. Dufour, M. D. Historiae naturalis patriae scrutatorem indefessum, Hispaniae peragratorem, qui innumeris rarissimarum nec non plane novarum plantarum speciminibus collectiones nostras benignissime ditavit.

F. Fischer, M. D. Botanicum Gorenkiensem.

J. Gaudin, Parochum Nevidunensem, Helvetiae Agrostographum, cui brevi Floram Helvetiae debebimus ornatissimam.

Alb. a Haller celebri patre dignum filium. Comit. de *Hoffmansegge*, cujus munificentiae et ingenio non solum historia plantarun, sed etiam universa historia naturalis utriusque orbis et elegantiores litterae plurimum debent.

Alexand. L. B. *de Humboldt*, in quo utrum magis admiremur, felicem audaciam, pervicaciam, experientiam, doctrinam, sagacitatem, aut animi candorem, dubii haeremus.

Paulum Kitaibel, M. D. et Prof. Pesthinensem, Botanicorum Pannoniae principem.

Henr. Lichtenstein, Prof. Berolinensem, promontorii bonae Spei indagatorem felicissimum, cui Florulam perquam memorabilem illius regionis manuscriptam debemus.

Frid. L. B. *Marschall a Bieberstein*, indefessum, intrepidum et sagacissimum Caucasi et Iberiae Tauriaeque exploratorem.

Carol. Theod. Menke, Physicum Pyrmontensem.

Joh. Moretti, Profess. Ticinensem.

Nees van Esenbeck, M. D.

Dnum. *Otto*, Horti Regii Berolinensis inspectorem officiosissimum.

Illm. *Palisot de Beauvois*, experientissimum Botanicum, qui nec torridissimam Africam, nec Americam borealem ignotam sibi esse voluit.

Ill. *Picot de la Peyrouse*, qui per 40 fere annes et otium et laborem omnem suum Florae pyrenaicae conservavit, et cujus liberalitati quam plurimum debemus.

Ant. Rochel, Art. chir. et obstetr. Magistrum, plantarum pannonicarum cultorem et Carpathorum indefessum scrutatorem.

Aug. Guil. Roth, M. D. primum Florae germanicae completioris auctorem, qui pro sua in nos benevolentia plurima e thesauro cls. *Benjam. Heyne* suaque de illis manuscripta benevole nobis communicavit.

Henr. Schott, Horti I. R. universit. Vindobonensis inspectorem, sagacissimum plantarum cultorem et indagatorem, cui maxime et in plurimis devincti sumus.

Curt. Sprengel, M. D. et Prof. Halensem, cujus monitis non pauca feliciter effugimus dubia.

J. Thore, M. D. in Dax, et patriae suae, Aquitaniae, Plinium, Chloridis Landensis auctorem.

Ol. Swartz, Botanices Professorem Stockholmiensem, amabilis scientiae decus, cujus in promovenda hac nova Systematis Linnaeani editione merita innumera sunt, nec unquam satis laudari poterunt.

Carol. Petr. Thunberg, Prof. Upsaliensem, scientiae Nestorem, qui permulta rarissimarum specierum specimina summa liberalitate nobis communicavit.

Leop. Trattinick, Musei Imp. R. Vindob. custodem, Botanicum Austriae indefessum, opibus et operibus splendidissimis, quibus Botanicam ditavit, praeclarum.

Georg Wahlenberg, M. D. alpium lapponicarum, rhaeticarum, carpathicarum geographum physicobotanicum.

Zea, Horti matritensis olim praefectum, cui specimina quam plurima sicca rarissimarum plantarum americanarum debemus.

His, benevole lector, hisce clarissimis et de scientia meritissimis viris, quidquid inveneris eorum nomine inscriptum plurimaque alia hujus editionis ornamenta debebis. Tuas tandem cum nostris hisce viris jungimus gratias, teque rogamus, ut firmiter credas, nos in paranda hac Systematis Vegetabilium editione nec gloriolae nec arcae nostrae consulere voluisse, sed unice in Botanices commodum et emolumentum intentos fuisse. Si quid, quod errores forsitan nostros spectet, rectius noveris, candide nobis imperti. Castiga nos, si placet, ubi quid stulte peccaverimus, sed noli carpere ac vitu-

perare, antequam errores nostros recte emendaveris. Sic enim nostris quoque erroribus aliis profuisse licebit.

Cum longius a loco, quo opus hoc typis editur, remoti simus, cumque et corrector et typothetae in rebus in illo pertractatis haud ita versati sint, fieri non potuit, quin permulta in primo hoc volumine occurrant sphalmata. Secundum autem et sequentia majorem acquisitam peritiam eorum, qui opus typis edendum curant, probatura fore, lector benevolus sibi persuadeat rogamus. Eaedem quoque difficultates typographicae impedimento fuerunt, quo minus hoc volumen jam elapso anno editum fuerit. Sequentia tamen eo celerius deinceps prelo prodibunt. Eadem mora causa fuit, ut quaedam gravissima opera nuperrime edita jam in prima parte adhibere potuerimus, utque interea *Brownii prodromum* et *Asiaticarum Researches* Volumen undecimum nacti simus, cum tamen jam dimidia hujus voluminis pars typis edita fuisset. Posterioris autem operis ope, in appendice non solum enumerationem Scitaminearum, secundum *Roxburghii* egregiam Dissertationem perfectiorem reddere, sed etiam ad maximum eorum, qui nostro utantur Systemate, emolumentum denuo fere elaborare potuimus.

Primo consilium nobis erat multo majoris molis edendi volumina, 70 et plurum plagularum. Sed hoc incommodum esse, usumque operis difficiliorem reddere mox intelleximus. Numerus quidem voluminum exinde augebitur, sed revera eadem erunt.

31. Decembr. 1816.

J. J. Roemer. *J. A. Schultes.*

Lectori aequo.

Homo sui conscius observat Mundum, Omnipotentis theatrum, undique adornatum summis omnisciae sapientiae miraculis, se vero in hunc tamquam Hospitem introductum, ut hisce deliciis sese delectando magnificentiam Domini agnoscat. Indignus profecto is censendus hospes, qui, pecoris instar, tantum gulae inservit, nec magnalia Possessoris intueri atque aestimare novit.

Hospites ut digni evadamus orbis, opera haec Creatoris scrutari nobis necesse est, quae ita cum nostris commodis combinavit summum Ens, ut eis, unde omnia nostra bona desumimus, carere nullâ ratione queamus; et quo magis haec intelligimus, eo etiam plura in usum generis nostri humani cedunt.

Cognitionem horum ut rite acquiramus, singula distincta *Idea* et distincto *Nomine* complecti oportet, quibus sepositis copia rerum nos obruat necesse est, et commercium omne deficiente communi linguâ, cessabit.

Scientia naturae inde inter Homines nata est, quae comprehendit sub *Physica* et *Chemia* Elementa; sub *Zoologia*, *Botanica*, *Lithologia* tria Naturae regna.

Rem herbariam heic libare lubet, quae quondam, paucarum plantarum erat scientia; hodie vero copiâ detectorum evasit omnium amplissima.

Inventorum recentioris aevi indefessis laboribus notitiam debemus plurium Plantarum, quam omnibus priscorum temporum eruditis, inter quos imprimis nominandi: *Clusius*, *Columna*, *Bauhini*, *Hermannus*, *Rheede*, *Rumphius*, *Sloane*, *Sherardus*, *Rajus*, *Plukenetius*, *Tournefortius*, *Plumierus*, *Vaillantius*, *Dillenius*, *Burmannus*, *Gronovius*, *Royenus*, *Gmelinus*, *Millerus*, *Brownius*, *Jacquinus*.

Notitia plantarum constabat quondam Nominibus arbitrariis, *memoriae* tabulae infixis quam vacillantem *Icones* sublevabant.

Systematicorum sapientia indagavit ordinem, qui memoriae succurreret et scientiam solidis fundamentis inaedificaret, quem debemus Principibus viris *Gesnero*, *Caesalpino*, *Bauhino*, *Morisono*, *Hermanno*, *Tournefortio*, *Vaillantio*, *Dillenio*, aliisque.

Ariadneum hoc filum systematicorum terminatur *Generibus*, quod tentavi ad *Species* usque extendere, confectis legitimis harum differentiis, ut etiam in hisce sua sibi constaret certitudo, quum *omnis vera cognitio cognitione specificâ innitatur;* hac enim deficiente vacillat et historia, ut in plerisque Peregrinatorum diariis.

Species plantarum ut mihi familiares redderem peragravi Alpes *Lapponicas*, totam *Sueciam;* partem *Norvegiae, Daniae, Germaniae, Belgii, Angliae, Galliae;* perquisivi deinde hortos botanicos: *Parisinum, Oxoniensem, Chelsejanum, Hartecampensem, Leidensem, Ultrajectinum, Amstelaedamensem, Upsaliensem* aliosque, evolvi etiam Herbaria *Burseri, Hermanni, Cliffortii, Burmanni, Oldenlandi, Gronovii, Royeni, Sloanei, Sherardi, Bobarti, Milleri, Tournefortii, Vaillantii, Jussiaei, Suriani, Baeckii, Brownii* etc. Meo suasu discipuli quondam dilectissimi: P. *Kalmius* Canadam, F. *Hasselquist* Aegyptum, P. *Osbeck* Chinam, *Toren* Suratte, *Solander* Angliam, *Alstroemer* Europam australem, *Martin* Spitzbergam, *Pontin* Malabariam, *Kaehler* Italiam, *Forskål* Orientem, P. *Loefling* Hispaniam, *Montin* Lapponiam adierunt, plantasque lectas mecum communicarunt. E variis terris demum misere Amici botanici semina, plantasque siccas non paucas, uti B. *Jussieu, Royenus, J. Gesnerus, Wachendorfius, Stbthorpius, Montius, Gleditschius, Kraschenninnikoffius, Minuartius, Velezius, Kleinhoff, Ortega, Ellis, Seguier, Allionius, Zinnius, Gouanus, Gerardus*, nec non O. *Münchhausen, L. B.; S. C. Bielke, L. B.; J. Rathgeb, Equ.; Demidoff, Nob; Collinson, Braad,* aliique. *Clifford* omnes, quas in duplo habuit; *Lagerstroem* Indiae orientalis plurimas; *Gronovius* plerasque Virginicas; *Gmelinus* Sibiricas facile omnes; *Burmannus* praeter plurimas proprias et intuendas misit capenses *Oldenlandi;* at *Sauvagesius* integrum suum thesaurum plantarum dedit, exemplo raro et inaudito, unde factum, ut copiam plantarum obtinuerim non mediocrem.

Differentias specificas antehac Plantis non paucis imposui in Flora *Lapponica, Suecica, Zeylanica;* in horto *Cliffortiano, Upsaliensi.* Iisdem principiis instituere praestantissimi Botanici *Gronovius, Royenus, Wachendorff, Gorter, Jacquin, Colden, Hill, Hudson, Gouan, Dalibard, Kramer, Leysser, Meese, Lee, Le Monier, Guettard, Sauvages,* inque non paucis *Hallerus, Gmelinus, Allionius, Seguier, Scopoli, Gerard, Burmannus,* aliique, quorum opera plurimae species evasere ratae et evidentes.

Nomina haec, passim dispersa, in gratiam studiosorum consultum duxi colligere, acquisitas dein plantas addere, inque unum systema reducere; at vero pluribus *Speciebus* ob-

servatis, praestantioribus notis detectis, aptioribus Terminis cusis, debui interdum differentias emendare, antea quamvis optimas.

Characteres essentiales pro Nomine Specifico constituere non levidense opus est; requirit enim *Specierum* plurium accuratam collationem, harum attentissimam *partium* indagationem, *differentium* selectionem, *Terminorum* denique artis propriam applicationem, ut evadant compendiosissimi tutissimique.

Non visas plantas heic omisi, toties elusus ab auctoribus, ne dubia certissimis miscerem; si vero aliquando contigerit non sufficienter inspexisse plantam, vel specimen imperfectum obtinuisse, signo * hoc notavi, ut alii eandem accuratius examinent.

Numerum plantarum totius orbis longe parciorem esse, quam vulgo creditur, satis certo calculo intellexi, ut pote qui vix 10000 attingat.

Trivialia nomina in margine apposui, ut missis ambagibus, uno quamlibet Herbam nomine complecti queamus; haec vero absque selectu posui, quippe quem alius dies poscit. Caveant autem quam sanctissime omnes sani Botanici, unquam proponere nomen triviale sine sufficienti differentia specifica, ne ruat in pristinam barbariem scientia. Mutatio horum, licet in melius, plus nocet quam proderit.

Synonyma paucissima in Europaeis plantis adhibui, contentus C. *Bauhino* et *Iconographo* praestantiore; in Exoticis vero plura, quum difficiliora minusque trita sint.

Descriptiones (*) tantum in obscuris adhibere necessum fuit, easque sine ambagibus, ut obtinerem compendium tironibus gratum.

Loca natalia more meo adjeci, inque notissimis *Fruticantes* ♄, *Perennes* ♃, *Biennes* ♂, *Annuas* ☉ notavi.

Genera nonnulla *nova*, nonnulla *immutata* adhibui; quae in nova editione generum plantarum propediem sistere animus est.

Adversariorum tela nunquam retorsi, acerrima convitia, insimulationes, cavillationes, buccinationes (praestantiorum longe Virorum, omni aevo, laboris praemia) tranquillo animo sustinui; nec suis auctoribus haec invideo, si inde ipsis apud vulgum gloria major. Fero haec, quae in me ne capillum quidem mutant, et cur non ferrem iniquos, qui a veris Botanicis et quidem consummatissimis, quibus assurgere debent illi, summis cumulatus sim encomiis. Parem deinde adversariis referre gratiam, nec anni ingravescentes, nec munus, quo fungor, nec mei mores patiuntur. Quod mihi superest brevioris aevi, tranquillus utilioribus observationibus impendam. Res naturales enim proprio privilegio munitae

persistunt, ut quemadmodum errores in his commissi a nullo defendi, ita nec veritates observationibus innixae a toto eruditorum orbe conculcari possunt; judices itaque provoco seros Nepotes.

Pascitur in vivis livor, post fata quiescit,
Tum suus ex merito quemque tuetur honos.

Dabam 1762. d. 1. Septembris. Upsaliae.

CAROLUS LINNAEUS.

Clavis systematis sexualis

NUPTIAE PLANTARUM.

Actus generationis incolarum regni vegetabilis.
Florescentia.

PUBLICAE.

Nuptiae, omnibus manifestae, aperte celebrantur.
Flores unicuique visibiles.

MONOCLINIA.

Mariti et uxores uno eodemque thalamo gaudent.
Flores omnes hermaphroditi: Stamina cum pistillis in eodem flore.

DIFFINITAS.

Mariti inter se non cognati.
Stamina nulla sua parte connata inter se sunt.

INDIFFERENTISMUS.

Mariti absque subordinatione.
Stamina longitudine indeterminata.

1. MONANDRIA.
2. DIANDRIA.
3. TRIANDRIA.
4. TETRANDRIA.
5. PENTANDRIA.
6. HEXANDRIA.
7. HEPTANDRIA.
8. OCTANDRIA.
9. ENNEANDRIA.
10. DECANDRIA.
11. DODECANDRIA.
12. ICOSANDRIA.
13. POLYANDRIA.

SUBORDINATIO.

Mariti certi reliquis praeferuntur.
Stamina duo semper reliquis breviora sunt.

14. DIDYNAMIA.
15. TETRADYNAMIA.

AFFINITAS.

Mariti propinqui et cognati sunt.
Stamina cohaerent vel inter se, vel cum pistillo.

16. MONADELPHIA.
17. DIADELPHIA.
18. POLYADELPHIA.
19. SYNGENESIA.
20. GYNANDRIA.

DICLINIA (a δισ bis et κλίνη thalamus) duplex thalamus.

Mariti et Feminae distinctis thalamis gaudent.
Flores masculi et feminei in eadem specie.

21. MONOECIA.
22. DIOECIA.
23. POLYGAMIA.

CLANDESTINAE.

Nuptiae clam instituuntur.
Flores oculis nostris nudis vix conspiciuntur.

24. CRYPTOGAMIA.

Classium characteres.

I. **Monandria**; a *μόνος* unicus, et *ἀνὴρ* maritus.
Maritus unicus in matrimonio.
Stamen unicum in flore hermaphrodito.

II. **Diandria.**
Mariti duo in eodem conjugio.
Stamina duo in flore hermaphrodito.

III. **Triandria.**
Mariti tres in eodem conjugio.
Stamina tria in flore hermaphrodito.

IV. **Tetrandria.**
Mariti quatuor in eodem conjugio.
Stamina quatuor in eodem flore cum fructu.
(*Si stamina 2 proxima breviora sunt, referatur ad Cl.* 14.)

V. **Pentandria.**
Mariti quinque in eodem conjugio.
Stamina quinque in flore hermaphrodito.

VI. **Hexandria.**
Mariti sex in eodem conjugio.
Stamina sex in flore hermaphrodito.
(*Si ex his stamina 2 opposita breviora, pertinet ad Cl.* 15.)

VII. **Heptandria.**
Mariti septem in eodem conjugio.
Stamina septem in flore eodem cum pistillo.

VIII. **Octandria.**
Mariti octo in eodem thalamo cum femina.
Stamina octo in eodem flore cum pistillo.

IX. **Enneandria.**
Mariti novem in eodem thalamo cum femina.
Stamina novem in flore hermaphrodito.

X. **Decandria.**
Mariti decem in eodem conjugio.
Stamina decem in flore hermaphrodito.

XI. **Dodecandria.**
Mariti duodecim ad novendecim in eodem conjugio.
Stamina duodecim ad novendecim *in flore hermaphrodito.*

XII. **Icosandria**; ab *εἴκοσι* viginti et *ἀνὴρ*.
Mariti viginti communiter, saepe plures.
Stamina (non receptaculo) *calycis lateri interno adnata.*

XIII. **Polyandria**; a *πολὺς* et *ἀνὴρ*.
Mariti viginti et ultra in eodem cum femina thalamo.
Stamina receptaculo inserta *a* 20 *ad* 1000 *in eodem, cum pistillo, flore.*

XIV. Didynamia; a δισ bis, et δύναμισ potentia.

Mariti quatuor, quorum 2 longiores, et 2 breviores.
Stamina quatuor: quorum 2 proxima longiora sunt.

XV. Tetradynamia.

Mariti sex, quorum 4 longiores in flore hermaphrodito.
Stamina sex: quorum 4 longiora, 2 *autem opposita breviora*

XVI. Monadelphia; a μόνος unicus et ἀδελφὸς frater.

Mariti, ut fratres, ex una basi proveniunt.
Stamina filamentis in unum corpus coalita sunt.

XVII. Diadelphia.

Mariti e duplici basi, tamquam e duplici matre, oriuntur.
Stamina filamentis in duo corpora connata sunt.

XVIII. Polyadelphia.

Mariti ex pluribus, quam duabus, matribus orti sunt.
Stamina filamentis in tria vel plura, corpora coalita.

XIX. Syngenesia; a σὺν simul, et γένεσις generatio.

Mariti genitalibus foedus constituerunt.
Stamina antheris (*raro filamentis*) *in cylindrum coalita.*

XX. Gynandria; a γυνή femina, et ἀνήρ maritus.

Mariti cum feminis monstrose connati.
Stamina pistillis (non receptaculo) *insident.*

XXI. Monoecia; a μόνος unicus, et οικια domus.

Mares habitant cum feminis in eadem domo, sed diverso thalamo.
Flores masculi et feminei in eadem planta sunt.

XXII Dioecia.

Mares et feminae habitant in diversis thalamis et domiciliis.
Flores masculi in diversa planta a femineis prognascuntur.

XXIII. Polygamia; a πολὺς, et γάμος nuptiae.

Mariti cum uxoribus et innuptis cohabitant in distinctis thalamis.
Flores hermaphroditi et masculi aut feminei in eadem specie.

XXIV. Cryptogamia; a κρυπτὸς occultus, et γάμος nuptiae.

Nuptiae clam celebrantur.
Flores intra fructum vel singulari modo occultati.

Ordines a Feminis seu Pistillis, ut classes a Maribus seu Staminibus, desumuntur; in classe Syngenesiae autem a caeteris differunt ordines, e gr.

Monogynia, Digynia, Trigynia etc. a γυνή femina, praepositis numeris graecis μόνος, δὶς, τρεῖς, τέσσαρες etc.

i. e. *Pistillum* 1. 2. 3. 4. etc. *Numerus hic pistilli desumitur a basi styli; si stylus autem deficiat, a numero stigmatum calculus fit.*

POLYGAMIA AEQUALIS, constat multis nuptiis, conjugia pura contrahentibus.

i. e. *ex multis flosculis, staminibus et pistillis instructis. Flores ejusmodi maximam partem vulgo* flosculosi *dicuntur.*

POLYGAMIA SPURIA, ubi thalami vere nuptorum discum occupant, et ambitum cingunt thalami concubinarum maritis destitutarum, ut a maritis uxoratis foecundentur.

i. e. *ubi flosculi hermaphroditi discum occupant, et marginem cingunt flosculi feminei, staminibus destituti, idque triplici modo:*

(a) SUPERFLUA, cum feminae maritatae fertiles sunt, et familiam propagare queunt; adeo ut concubinarum auxilium videatur superfluum.

i. e. *cum flores disci hermaphroditi stigmate instruuntur et semina proferunt; flores quoque feminei radium constituentes similiter semina ferunt.*

(b) FRUSTRANEA, cum feminae maritatae fertiles sunt et speciem propagare queunt; concubinae autem ob defectum vulvae, veluti castratae, impraegnari nequeunt.

i. e. *cum flores disci hermaphroditi stigmate instruuntur et semina proferunt; flosculi vero radium constituentes, quum stigmate careant, semina proferre nequeunt.*

(c) NECESSARIA, cum feminae maritatae, ob genitalium labem et vulvae defectum steriles, familiam propagare nequeunt; concubinis a maritis feminarum foecundatis, uxorum locum supplentibus, sobolemque lacte propagantibus.

i. e. *cum flores hermaphroditi, ob defectum stigmatis pistilli, semina perficere nequeunt; flores autem feminei in radio semina perfecta proferunt.*

(d) SEGREGATA, cum thalami plurium, cujuscumque sexus et conjugii, ita uniuntur, ut unicum thalamum communem constituant.

i. e. *cum calyces floriferi plures comprehenduntur a communi calyce, ut unicum florem conficiant.*

Classis I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

a. *Cannae.*

1. CANNA. *Anthera* simplex filamenti margini adnata. *Stylus* crassus claviformis. *Stigma* obtusum. *Capsula* trilocularis. *Semina* globosa, numerosa.

Cal. triphyllus. *Cor.* sexpartita, laciniis interioribus latioribus. *Nect.* bipartitum, labellum lanceolatum revolutum corollae adnatum *Filamentum* petaliforme. *Stylus* lanceolatus obtusus.
(*Mirbel* in *Annal. du Mus.* T. XVI. pl. 16. f. 1 — 8. *Lam. illustr.* t. I. *Hegetschweiler Diss.* t. 1. *Gaertner* I. t. 12. *Batsch bot. Bemerk.* p. 42. f. 132 — 133.)

2. MARANTA. *Anthera* simplex, filamento adnata. *Stylus* petaliformis. *Stigma* subtrigonum. *Fructus* bacca? sicca. *Semen* unicum.

Cal. triphyllus. *Cor.* quadripartita, laciniis tribus exterioribus angustis, interiore latiore concava. *Nect.* Labellum diphyllum corollae adnatum. *Fil.* petaliforme. *Styl.* crassus. *Stigma* concavum.
(*Lam. illustr.* tab. 1. Sect. 3. f. 1.)

3. THALIA. *Anthera* simplex, ovata, filamento proprio deflexo innixa. *Stylus* brevis, ab anthera deflexus. *Stigma* perforatum, ringens. *Ovarium* Nux? monosperma. *Albumen* corneum.

Cal. tripartitus. *Cor.* quinquepartita tubo trigono, laciniis tribus exterioribus angustis. *Nect.* Labellum cucullatum. *Filamentum* petaloideum bipartitum. *Stylus* cylindraceus. *Stigma* concavum.
(*Capsula* bilocularis *Roscoe.* — *Lam. ill.* t. 1. Sect. 3. f 2)

4. PHRYNIUM. *Anthera* simplex. *Filamentum* subulatum, breve. *Stylus* crassus, brevis, antheram versus inclinatus. *Capsula* trilocularis. *Semina* solitaria, ovata, laevia.

Calyx triphyllus. *Petala* tria, aequalia tubo nectarii adnata. *Nectarium* monophyllum, tubo filiformi, limbo quadripartito. *Caps.* trilocularis. *Nuces* tres.

5. MYROSMA. *Anthera* simplex. *Stylus* crassus, depressus, longitudinaliter fissus, brevis. *Stigma* dehiscens. *Capsula* trigona, trilocularis, polysperma.

Corolla quinque-partita, irregularis. *Cal.* duplex: exterior triphyllus, interior tripartitus. *Caps.* trigona, trilocularis, polysperma. Affine genus PHRYNIO, fructu diversum.

6. PERONIA. *Stylus* spiraliter convolutus, intra nectarium reconditus. *Stigma* laterale. *Nectarium* campanulatum, subringens, in latere superiore fissum, margine fissurae altero staminigero.

Decand. Liliac. VI. t. 342.

(STYLIDIUM. GLOBBA. MUSA!)

b. *Scitamineae.*

7. HEDYCHIUM. *Anthera* duplex. *Filamentum* geniculatum, extra antheram non elongatum. *Stylus* filamento duplo longior, filiformis, tenacissimus, in sulco antherae receptus. *Flos* reversus.

Calyx monophyllus longitudinaliter fissus. *Corolla* quinque-partita tubo filiformi, laciniis tribus exterioribus angustioribus. *Nectarii* labellum obcordatum. *Filamentum* lineare carnosum. *Stylus* filiformis. *Stigma* capitatum.

(*Inflorescentia* spica terminalis in caule. *Lam. ill.* t. 1. sect. 2. f. 3.)

8. ROSCOEA, *Smith. Anthera* biloba incurva, terminalis, stylum amplectens appendice ad basin fisso. *Corolla* duplex; exterior tripartita irregularis, laciniâ superiore fornicatâ, erecta; interior bilabiata.

Inflorescentia spicata.

9. ALPINIA. *Anthera* duplex. *Filamentum* extra antheram non elongatum. *Stylus* longitudine filamenti in sulco antherae receptus. *Stigma* obsolete trigonum. *Capsula* carnosa, polysperma.

Cal. tridentatus, aequalis, tubulosus. *Cor.* tripartita, aequalis. *Nect.* bilabiatum, labio inferiore patente.

(*Inflorescentia* racemosa.)

10. ELETTARIA. *Maton, Linn. Transact.* X. p. 249-255. *Anthera* duplex. *Filamentum* brevissimum. *Calyx* tubulosus. *Corollae* tubus filiformis. *Capsula* coriacea, trilocularis, trivalvis, polysperma.

Inflorescentia. Pedunculi radicales ramosi divaricati.

11. HELLENIA. *Anthera* duplex (in quibusdam marginalis). *Filamentum* lineare, ultra antheram productum, lobulo brevissimo rotundato integro v. bilobo. *Capsula* crustacea. *Semina* arillata.

Corollae limbus duplex, exterior subtrifidus. *Nectarium* diphyllum vel bifidum. *Capsula* trilocularis, coriacea, inflata, subglobosa. *Calyx* spathiformis, campanulatus, bifidus.

(*Inflorescentia* paniculata, s. laxe racemosa terminalis. Foliorum vagina fissa, ligulata. — HERITIERA *Retzii.* LANGUAS *Koenig.* ALPINIAE species *Roscoe.* ALPINIA HELLENIAE proxima, differt filamento ultra antheram non producto, et Capsulae texturâ).

12. Zingiber. *Anthera* duplex. *Filamentum* extra antheram elongatum, apice subulatum sulcatum (processu subulato). *Stylus* in sulco antherae receptus.

Inflorescentia. Spica terminalis in scapo.

13. Costus. *Anthera* duplex. *Filamentum* extra antheram productum, apice ovato-lanceolatum planum. *Capsula* trilocularis, extus dehiscens. *Semina* numerosa.

Cal. trifidus, gibbus. *Cor.* tripetala. *Nect.* labellum cucullatum (ciliis basi clausum). *Filamentum* lanceolatum, nectario adnatum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bilobum.

Inflorescentia. Spica terminalis in scapo. Vagina supra folii insertionem ocreae speciem efformans.

14. Kaempferia. *Anthera* duplex. *Filamentum* extra antheram productum, apice bilobatum. *Corollae* laciniae lineares! acutae.

Cal. o. *Cor.* quinquepartita tubo filiformi, laciniis tribus exterioribus angustis. *Nect.* labellum tripartitum filamento adnatum. *Filamentum* petaliforme corollae insertum. *Styl.* filiformis. *Stigma* capitatum.

(*Lam. ill.* t. 1. f. 1. *Hegetschweiler Diss.* f. 13—17.)

15. Amomum. *Anthera* duplex. *Filamentum* extra antheram elongatum, apice trilobatum, basi utrinque appendiculatum (processu trilobo).

Cal. trifidus inaequalis cylindricus. *Cor.* tripartita inaequalis patens. *Nectar.* labellum sub laciniis corollae superioribus. *Stylus* filiformis. *Stigma* capitatum.

(*Inflorescentia.* Spica in scapo terminalis? *Lam. ill.* t. 2.)

*) Filamenti baseos appendices à *Smith*, *Sims* et *Roscoe* descriptas, rudimenta laciniarum limbi interioris esse, et in ALPINIA et HELLENIA pariterque forsan in omni genere occurrere, cujus limbus interior unilabiatus est, censet cel. *Brown* in *prodr.* p. 308.

16. Curcuma. *Anthera* duplex bicalcarata. *Filamentum* petaliforme, trilobatum: lobo intermedio antherifero.

Cal. tridentatus. *Cor.* campanulata trifida. *Nect.* labellum bilabiatum, labium superius trilobum, inferius undulatum. *Anthera* bicalcarata. *Stylus* filiformis. *Stigma* capitatum.

(*Inflorescentia.* Spica e scapo. Genus sublatum a *Lamark.* Conf. *Salisburii* observationes in *Parad. Londinens.*)

17. Globba. *Anthera* duplex. *Filamentum* lineare, incurvatum, longissimum, appendiculatum. *Stylus* laxus, filiformis, in medio antherae receptus. *Stigma* incrassatum. *Calyx* trifidus. *Corollae* limbi interni lobus medius verticalis bifidus.

Cor. aequalis trifida. *Cal.* superus, brevis, trifidus. *Stamen* alterum abortiens, *antherá* loculis duobus distinctissimis. *Caps.* trilocularis, coronata. *Semina* plurima.
(*Inflorescentia* spicata in caule.)

*) *Linnaeus* in *Diandria* habet. *Monandriae* rite inseruerunt superiores. Genus hoc in GLOBBAM et CATIMBIUM diremit cel. de *Jussieu*. CATIMBIUM *Juss.* *Calyx* tubulosus, dentibus 2-3 inaequalibus. *Corolla* tubulosa, limbo trifido. laciniis duabus superioribus intus appendice auctis, basi bidentato apice trilobo. *Anthera* sessilis linearis. *Stigma* peltatum, altero latere perforatum. *Bacca* carnosa umbilicata.

18. CERATANTHERA. *Hornemann H. Hafn.* 1, p. 2. 5. *Calyx* triphyllus. *Corolla* filiformis limbo duplici trifido, lobis inaequalibus. *Filamentum* corollae insertum, apice quadri-partitum. *Utriculus* ovatus.

Genus proximum GLOBBAE, cui simile:
1. filamento elongato, labio apice appendiculato. 2. Corollae *tubo* filiformi et limbo duplici. Differt vero: 1. Calyce triphyllo, nec trifido (ut in GLOBBA *marantina*). 2. Absentia lobi medii verticalis bifidi limbi interioris corollae: quod omnibus GLOBBIS veris commune. 3. Anthera (ut dicitur) lineari . . . duplex tamen certe est utpote stylum recipiens. *Swartz.*

19. HORNSTEDTIA. *Cal.* bifidus. *Corollae* tubus longus filiformis, limbus duplex; exterior tripartitus. *Nectarium* tubulosum. *Capsula* trilocularis, oblonga.

Retz. obs. fasc. VI. p. 18. AMOMUM *Hoenig* in *Retz. obs. fasc.* III. p. 68.

c. *Flores completi superi.*

20. LOPEZIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala, inaequalis. *Filamenta* duo, unicum antheriferum alterum petaliforme, abortiens. *Caps.* 4-valvis, 4-locularis, polysperma.

Jussieu Ann. du Mus. T. III. p. 30. Ordo ONAGRIARUM. Conf. etiam *Curtis Bot. Mag.* t. 251.

21. DEBRAEA. *Cal.* quadripartitus, inaequalis. *Pet.* duo inaequalia, superius calice confluens, basi corniculatum; inferius disco pericarpii pone filamentum insertum. Fructus dispermus.

Stam. subinde duo-tria sterilia. ERISMA *Rudge. fl. Gujan.* Genus LOPEZIIS affine.

*) Nomen generis ab ερειδω, *fulcio*, minus fauste, et genio linguae graecae inimice haustum mutavimus in illud nobiliss. Praesidis et fundatoris Societatis botanicae ratisbonensis, Comitis *de Bray*, Regis Bavariae in aula petropolitana Legati, viri de re harbaria meritissimi.

**) Ἐρειδω nunquam ἔρισμα dabit, et ερισμα substantivum graecum antiquissimum, *rixam*, *contentionem*, nec unquam aliud quid designabat.

22. CENTRANTHUS. *Cor.* quinqueloba, regularis, calcarata, *Caps.* unilocularis, limbo calycis in pappum plumosum evoluto coronata.

Necker elem. I. p. 123. *Decand. fl. fr.* IV. p. 238. *Dufresne Valerianées* p. 38. VALERIANA *Linn. Juss. Lam. ill.* t. 24. f. 2. *Gaertner* t. 86.

d. *Flores completi inferi:*

23. HOPEA. *Cal.* 4-partitus laciniis aequalibus. *Cor.* cyathiformis, quadrifida: laciniis revolutis. *Stam.* 2: unum sterile. *Caps.* bivalvis, unilocularis, polysperma. *Willden* (qui *Diandriae monogyniae* inseruit). Ord. GUAJACANARUM *Juss.* EBENACEARUM St. *Hilaire.* VACCINIORUM *Adans.*

24. CUCULLARIA. *Cal.* minimus, 4-lobus. *Pet.* 4; duo, majora concava; altero basi corniculato; duo interiora breviora linearia. *Filamentum* petaliforme, *Anthera* loculis discretis.

VOCHYSIA *Poiret.*

25. QUALEA. *Cal.* pentaphyllus, foliolo unico majore basi glandulà calcarato. *Cor.* monopetala. *Pericarpium* biloculare, polyspermum.

Lam. ill. t. 4. *Cal.* 4-partitus; *Cor.* dipetala *Schreb.* et *Willd.*

26. USTERIA. *Cal.* 4-fidus; laciniâ exteriore maximâ, petaliformi. COROLLA hypocrateriformis 4-partita. *Caps.* polysperma in valvulas duas intus dehiscentes partibilis. Semina late marginata, columellae affixa.

Gen. plant. Guineens. ab A. *Afzelio* 4. Ups. 1804. cum icone fructus. *Koenig* in *Annals of Bot.* I. p. 364. t. VIII. f. 3.

27. MANGIFERA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5: 3-4 sterilia. *Drupa* baccata, monosperma. *Putamen* fibris lignosis crinitum.

A plerisque *Pentandriae* inscribitur. Ordo TEREBINTHACEARUM *Juss.* et *St. Hilaire.* PISTACEARUM *Adans.* — *Lamarck. ill.* t. 138.

28. SALMONEA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* trifida. *Caps.* bilocularis, monosperma.

Genus aeque dubium, ac historia regis sapientissimi, in cujus honorem Missionarius hanc plantam nominavit. Familia PEDICULARIUM *Juss.*, PERSONATARUM *Adanson*, RHINANTHACEARUM *St. Hilaire.*

29. POLLICHIA *Cal.* 1-phyllus, 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. (*Cor.* 0. *Schreb.* et *Willd.*) *Sem.* 1. *Recept.* squamae baccatae aggregatae, fructum elevantes. *Smith.*

Genus certe distinctissimum et valde singulare in ordinibus naturalibus *Jussieui* sub AMARANTHIS militat, HERNIARIAE proximum sed plurimis notis diversum. *Smith.*

Boerhaaviae nonnullae. Tradescantia monandra. Kyllinga monocephala, maculata.

e. *Flores incompleti.*

30. Philydrum. *Banks, Gaertn.*, *Calyx* (Perianth.) diphyllus, coloratns, marcescens. *Filamenta* tria, infra connata, basi folioli exterioris perianthii inserta, lateralia, petaloidea, sterilia. *Anthera* loculis distinctis. *Ovarium* liberum. *Stylus* simplex. *Stigma* capitatum. *Capsula* trilocularis, trivalvis, valvis medio septiferis. *Semina* numerosa, minuta.

Genus omnino ad Monandras, sed minime ad Scitamineas pertinens. R. *Brown* illud ordinis naturalis Juncearum, sed cum Xyride et Burmannia affinitatis dubiae esse judicat.

*) Herbae in paludibus humidisve nascentes. Radice fasciculato - fibrosa. Caules erecti, simplices, foliati. Folia ensiformia subcellulosa, basibus semi - vaginantibus, equitantibus; caulina minora. Spicae terminales, simplices vel divisae. Flores alterni, solitarii, sessiles, bracteà spathaceà persistente subtensi, flavi, inodori R. *Brown.*

31. Salicornia. *Calyx* (Perianth.) turbinatus integer, succulentus. *Stamen* unicum v. duo, imo perianthio inserta. *Stylus* bifidus. *Utriculus* perianthio aucto carnoso inclusus. *Semen* verticaliter compressum, albuminosum, integumento duplici.

A plerisque *Diandriae monogyniae* inscribitur. — *Lam. ill.* t. 4. — Familia Atriplicum *Juss.*, Blitorum *Adans.*

32. Hippuris. *Calyx* integer, minimus. *Corolla* o. *Stamen* unicum. *Stylus* antherae sulco receptus; *ovarium* adhaerens, monospermum, calyce supra marginatum; corculum bilobum, perispermo carnoso cinctum; radicula cotyledonibus longior.

Lam. illustr. t. 5. *Gaertn. fruct.* II. t. 84. f. 7. *Juss. Ann. du Mus.* III. t. 30. f. 3. Ordo Onagrariar. olim. Najadum *Juss.* Fluvialium *St. Hilaire.* Limnopeuce veterum.

33. Zostera. Spadix linearis intra foliorum vaginam; altero latere fructificans. *Cal.* o. *Cor.* o. *Antherae* germini oppositae, alternantes, sessiles. *Caps.* monospermae.

Aliis *Gynandra*. *Lam. ill.* t. 737. *Mirbel Ann. d. Mus.* T. XVI. pl. 19. f. 1-8. *ibid.* T. XVII. pl. 5. f. 47. 48. a *Willdenowio* tandem et *Persoonio* ad Monoeciam *monandriam* refertur. Familia Aroidearum *Juss.* et *Adans.*

34. Aphelia. *Brown.* *Squamae* spicae distichae uniflorae. *Gluma* bivalvis, interior. *Anthera* simplex. *Ovarium* monospermum. *Utriculus* hinc longitudinaliter dehiscens.

Differt a Centrolepide, cui proxima, pistillo simplici, spica disticha et gluma univalvi interiore.

35. Centrolepis, *Labillard.* *Spatha* bivalvis, floribus, indefinitis. *Gluma* bivalvis, *Anthera* simplex. *Ovaria* plura

(3-12) axi communi adnata, monosperma. *Styli* totidem distincti vel basi connati. *Utriculi* extus longitudinaliter dehiscentes. *Brown.*

* Herbae pusillae, caespitosae (SCIRPI minoris facie). *Radix* fasciculato-fibrosa. Folia radicalia, setacea, basi semi-vaginante. *Scapi* filiformes, indivisi nudi. *Spatha* unica, terminalis, valvulis approximato-alternis muticis vel aristatis, nunc pauciflora. *Glumae* squamâ minori vel nullâ distinctae. DEVAUXIA *Brown.* — Ord. nat. JUNCI *Juss.?*

36. ALEPYRUM *Brown. Spatha* bivalvis, uni- vel pauciflora. *Glumae* nullae. *Anthera* simplex. *Ovaria* plura (6-18), axi communi adnata, unilateralia. Styli totidem, basi connati. *Utriculi* hinc longitudinaliter dehiscentes.

* Herbae pusillae, facie et structurâ Centrolepidis, diversae tantummodo defectu glumarum, et spathis saepius unifloris. An ideo *jure* separatae?

37. MITHRIDATEA. *Recept.* multiflorum quadrifidum. *Cal.* o. *Cor.* o. *Semina* solitaria receptaculo carnoso immersa.

Lam. Illustr. t. 784. Monoica. Famil. URTICARUM *Juss.* CASTANEARUM *Adans.*

LACISTEMA. CRYPTOSTOMUM *monandrum.* CHORIZANDRA. SCHOENI, CYPERI, SCIRPI, KYLLINGAE *nonnullae.* ALCHEMILLA *Aphanes, monandra.* POLYCNEMUM *monandrum.* SALIX.

D I G Y N I A.

38. CORISPERMUM. *Cal.* diphyllus. *Cor.* o. *Sem.* unicum, ovale, convexo-planum nudum. (*Lam. Illustr.* t. 5. Famil. ATRIPLICUM *Juss.* BLITORUM *Adans.*)

Cum plures species staminibus quinque instruantur, et habitus illas quoque SALSOLIS associet, genus CORISPERMUM ad Pentandriam relegandum foret cum speciebus omnibus... *Kitaib. in litt.*, qui dubitat de CORISP. *hyssopifolii* in Pannonia praesentia.

39. CALLITRICHE. *Cal.* o. *Petala* 2. *Caps.* bilocularis, quadrisperma.

Lam. Illustr. t. 5. Familia NAJADUM *Juss.* FLUVIALIUM *St. Hilaire.*

40. BLITUM. *Cal.* trifidus. *Cor.* o. *Sem.* unicum, calyce baccato immersum.

Lam. Illustr. t. 59. MOROCARPUS *Rup. Ludw. Scop.* Famil. ATRIPLICUM *Juss.*, BLITORUM *Adans.*

41. MNIARUM *Forst. Calyx* (Perianth.) urceolatus, semiqradrifidus, persistens. *Stamen* fauci insertum. *Ovarium* liberum, monospermum. *Stylus* bipartitus. *Utriculus* tubo indurato perianthii inclusus.

Cal. inaequalis. *Stamen* saepius duplex, medio calyci insertum, filamento capillari, antherâ subrotundâ quadrisulcâ. *Ovarium*

calyce cinctum ipsoque longius; styli et stigmata duo. *Capsula* (semen *Gaertn.* et *Billard.*) tenuis, evalvis, calyce indurato vestita, monosperma semine oblongo. *Jussieu Mém. du Mus.* II. p. 387. Familia Paronychicarum. *Forst. gen.* t. 1. *Gaertn.* t. 126. Ovarium ex *Forst.* Mss. interdum biloculare et ideo dispermum, semine uno abortivo. Genus Scleranthо certo confine, a quo differt solummodo stamine saepius unico, perianthio quadrifido et inflorescentiâ. Pedunculi biflori, apice quadribracteati fructiferi elongati.

41 bis. Aspicarpa. V. *Append.* p. 557.

42. Jarava. *Cal.* gluma 2-4fida, uniflora. *Cor.* gluma univalvis, papposa, aristata. *Ruiz* et *Pavon.*

Lacistema. Leersia. Agrostis *Cinna, monandra, mexicana.* Alopecurus *tristachyos.* Festuca *Myurus, pilosa, Sciuroides, bromoides, ciliata.* Andropogon *dissitiflorus, macrourus.* Uniola *latifolia et gracilis.* Rottboellia. Bromus et *Gramina plura.* Salsola.

TRIGYNIA.

43. Lacistema. *Cal.* amenti squamae. *Cor.* quadrifida. *Fil.* bifidum. *Caps.* baccata, latere dehiscens, unilocularis. *Sem.* pedicellata.

Aliis monogyna.

44. Dufourea. *Cal.* triphyllus inferus. *Cor.* 0. *Anthera* lateri interiori filamenti adnata. *Styli* tres reflexi. *Capsula* unilocularis, trivalvis, polysperma. *Semina* minutissima valvulis affixa.

Tristicha *Aub. du Petit-Thouars.* cf. *Roemer Collectan.* p. 197. Herbulae multiformes, fluitantes, e familia Najadum. Folia minima tribus ordinibus imbricata.

POLYGYNIA.

Alepyrum.

CANNARUM et SCITAMINEARUM Tabula Synoptica.

CANNAE.	Anthera simplex. Stylus erectus, liber.	Anthera filamento petaloideo adnata.	Stylus claviformis.		CANNA.
			Stylus petaliformis.		MARANTA.
		Anthera filamento proprio insidens.	Stylus ab anthera deflexus. Stigma perforatum ringens.		THALIA.
			Stylus crassus versus antheram inclinatus. Filamentum breve subulatum.		PHRYNIUM.
			Stylus crassus, depressus, fissus; Stigma dehiscens.		MYROSMA.
			Stylus spiraliter convolutus, intra nectarium reconditus.		PERONIA.
SCITAMINEAE.	Anthera duplex. Stylus sulco. Antherae exaratus.	Filamentum extra antheram non productum.	geniculatum. Stylus filamento antherifero duplo longior.		HEDYCHIUM.
			rectum. Stylus ejus longitud. Anthera erecta. Stigma trigonum.		ALPINIA.
			rectum brevissimum. Tubus corollae filiformis.		ELETTARIA.
			— . — . — . — . Anthera incurva appendiculo fisso. basilari. Corolla ringens.		ROSCORE.
		Filamentum extra Antheram prolongatum.	apice subulato, sulcato		ZINGIBER.
			apice ovato plano		COSTUS.
			apice bilobato	anthera marginali	HELLENIA.
				anthera dorsali. Corollae laciniae regulares	KAEMPFERIA.
			apice trilobato	filamentum ad basin appendiculatum.	AMOMUM.
				lacinia media antherifera.	CURCUMA.
			apice appendiculato; stylo longissimo.	Calyx trifidus.	GLOBBA.
				Calyx triphyllus.	CERATANTHERA.

„Scitaminearum genera adeo affinia, ut characteribus vix distingui queant.“ *Swartz obs. bot.* Erlang. 1791.

C. a *Linné praelectiones in ordines naturales plantarum ed.* P. D. *Giseke.* p. 197 — 273.

„Scitamineas plurimas ad Gynandriam refero. Stylus enim plus minusve „cum filamento cohaeret, teste ipso *Linnaeo, philos. bot.* p. 68. et „juxta observationem aliorum, praesertim cel. *Richardi*, professoris pari- „sini, qui quam plurimas hujus familiae, ea, qua solet, cura exami- „navit. Haud semel vidi tyronem, cui Cannam, vel aliam hujus familiae „plantam ad examinandum tradidi, inter Gynandras quaerere, quod quoque „expertum esse optimus *Desfontainius* mihi retulit.“ *Vahl. Enum.* „*in praefat.*

„*Vahl* appears by the preface to his Enumeratio plantarum to have re- „moved the Scitamineae to Gynandria, because the stamen of Canna adhe- „res to the style. This, if constant, could only concern that genus, for „the rest of the Order are in no sense gynandrous J. E. *Smith's in-* „*trod. to Botany.* p. 351.

Cf. et Observationes de conformatione florum plantarum Scitaminearum, quae anno 1804 in horto Gorenkensi floruerunt, auctore F. *Fischer* — *Commentat. Mosquens. Vol.* I. *P.* I. *p.* 12.

et Commentationem bot. sistent. descriptionem Scitaminum L. nonnullorum, auctore J. *Hegetschweiler*, 4. Turici, 1813.

Series synoptica Cannarum et Scitaminum textus et appendicis.

CANNA. n. 1-12. p. 11-13. app. p. 557.

MARANTA. 1. *arundinacea* p. 14. — 2. *indica* p. 13. — 3. *Tonckat* p. 14. app. p. 557. — 4. *lutea* app. p. 558. — 5. *Jacquini* app. p. 558. — 6. *Arouma* p. 14. — 7. *capitata* p. 15. — 8. *lateralis* p. 15. — 9. *comosa* p. 15. — 10. *Alloaya* p. 15. — 11. *obliqua* p. 16. — 12. *petiolata* p. 16. — 13. *gracilis* p. 16. — 14. *humilis* p. 16. — 15. *spicata* p. 16. — 16. *Casupo* p. 16. — 17. *Casupito* p. 17.

THALIA. 1. *geniculata* p. 17. — 2. *dealbata* app. p. 559.

PHRYNIUM. 1. *dichotomum* app. p. 559. — 2. *virgatum* app. p. 559. — 3. *capitatum* app. p. 560.

MYROSMA. 1. *cannaeformis* p. 18.

PERONIA. 1. *stricta* p. 18.

HEDYCHIUM. 1. *coronarium* p. 19. app. p. 560.

ROSCOEA. 1. *purpurea* p. 19.

ALPINIA. app. p. 560. — 1. *racemosa* p. 19. — 2. *Antillarum* p. 20. — 3. *occidentalis* p. 20. app. p. 561. — 4. *Galanga* app. p. 561. — 5. *Allughas* app. p. 562. — 6. *malaccensis* app. p. 562. — 7. *nutans* app. p. 562. — 8. *exaltata* app. p. 563. — 9. *mutica* app. p. 563. — 10. *calcarata* app. p. 563. — 11. *spicata* app. p. 564. — 12. *aromatica* p. 21. — 13. *Paco secora* p. 22. — 14. *maculata* p. 22.

ELETTARIA. 1. *Cardamomum* p. 22.

HELLENIA. 1. *coerulea* p. 22. — 2. *alba* p. 23. app. p. 564. — 3. *chinensis* p. 23. — 4. *aquatica* p. 23.

ZINGIBER. 1. *officinale* app. p. 564. — 2. *Zerumbet* app. p. 565. — 3. *Cassumunar* app. p. 565. — 4. *Mioga* app. p. 566. — 5. *roseum* app. p. 566. — 6. *ligulatum* app. p. 566. — 7. *rubens* app p. 566. — 8. *squarrosum* app. p. 566. — 9. *dubium* app. p. 566. — 10. *purpureum* app. p. 567. — 11. *capitatum* app. p. 567. — 12. *marginatum* app. p. 567.

COSTUS. 1. *speciosus* app. p. 567. — 2. *arabicus* p. 25. app. p. 568. — 3. *spicatus* p. 25. — 4. *comosus* p. 25. — 5. *spiralis* p. 25. — 6. *cernuus* p. 25. — 7. *cylindricus* p. 26. — 8. *anachiri* p. 26. app. p. 568. — 9. *niveo-purpureus* p. 26. — 10. *villosissimus* p. 26. — 11. *scaber* p. 26. — 12. *laevis* p. 26. — 13. *argenteus* p. 27.

KAEMPFERIA. app. p. 568. — 1. *rotunda* p. 27. app. p. 568. — 2. *Galanga* p. 27. app. p. 568. — 3. *angustifolia* p. 27. app. p. 568. — 4. *pandurata* app. p. 569. — 5. *ovata* p. 27.

AMOMUM. app. p. 569. — 1. *Cardamomum* app. p. 569. — 2. *angustifolium* app. p. 570. — 3. *grana paradisi* app. p. 570. —

4. *villosum* app. p. 570. — 5. *uliginosum* app. p. 571. — 6. *echinatum* app. p. 571. — 7. *aculeatum* app. p. 571. — 8. *maximum* app. p. 571. — 9. *Afzelii* p. 29. — 10. *latifolium* app. p. 571. — 11. *sylvestre* p. 29. — 12. *grandiflorum* p. 29. — 13. *racemosum* p. 29. — 14. *thyrsoideum* p. 30. — 15. *montanum* p. 30. — 16. *littorale* p. 30. — 17. *Koenigii* p. 30. — 18. *spurium* p. 30. — 19. *globosum* p. 30. — 20. *hirsutum* p. 30. — 21. *arboreum* p. 30.

CURCUMA app. p. 572. — 1. *Zedoaria* app. p. 572. — 2. *Zerumbet* app. p. 573. — 3. *caesia* app. p. 573. — 4. *aeruginosa* app. p. 574. — 5. *ferruginea* app. p. 574. — 6. *rubescens* app. p. 574. — 7. *comosa* app. p. 574. — 8. *leucorrhiza* app. p. 574. — 9. *angustifolia* app. p. 575. — 10. *longa* app. p. 575. — 11. *Amada* app. p. 576. — 12. *viridiflora* app. p. 576. — 13. *montana* app. p. 576. — 14. *reclinata* app. p. 576. — 15. *pallida* p. 31.

GLOBBA app. p. 576. — 1. *marantina* app. p. 576. — 2. *bulbifera* app. p. 577. — 3. *orixensis* app. p. 577. — 4. *Hura* app. p. 577. — 5. *pendula* app. p. 578. — 6. *radicalis* app. p. 578. — 7. *racemosa* p. 32. — 8. *japonica* p. 32. — 9. *uviformis* p. 33.

Classis I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

I. CANNA.

1. C. *indica*, corollae limbo interiore trifido: laciniis lanceolatis acuminatis strictis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 338. *Redouté liliac.* t. 201. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. 1. p. 1. *Gaertn. de fruct.* I. p. 37. t. XII. f. 3. C. *indica α. rubra Willd. Spec.* I. p. 3. C. *variabilis*; calycinis foliolis lanceolatis acutis, corolla quinquepartita, foliis ovato oblongis utrinque acutis cordatis. *Willd. Mag. soc. am. n. c. berol.* II. p. 169. *Id. Enum. H. berol.* p. 1.

Caulis altitudine C. *glaucae*; rachis spicae acute trigona; calycis foliola germine longiora; corolla pallide rubra, rarius in varietate saturatior, laciniis 3 interioribus lanceolatis, duabus interioribus spathulato-linearibus, acutis; labello obtuso, demum revoluto. *Hab. in Indiis.* ♃

2. C. *coccinea*, corollae limbo interiore trifido: laciniis emarginatis strictis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 338. C. *indica Curtis Mag.* t. 454. C. *indica γ.* coccinea *Willd.* Spec. I. p. 3. C. *rubra*; calycis foliolis oblongis obtusis, corolla sexpartita, foliis ovato-oblongis utrinque acutis cordatis. *Willd. ll. cc. Retzius* obs. bot. Pug. (1810) p. 4. C. *speciosa Hegetschweiler* T. I. f. 7.

Varietas duplex: *a*) rachi spicae compressa; calycis foliolis longitudine fere germinis, laciniis exterioribus flavescentibus, apice virescentibus, interioribus erectis lanceolato-spathulatis obtusis inaequalibus coccineis basi flavis; labellum retusum, flavum, lineis rubris raris; *b.*) rachi trigona, calycis foliolis germine longioribus, laciniis tribus exterioribus saturate rubris, basi flavescentibus; labello subretuso, flavo, apice rubro, maculis parvis rubris. Rarius occurrit corollâ 5partita, et labello ex toto rubro. *India occidentalis.* ♃. Colitur varietas foliis variegatis in *Hluboschⁿ*.

3. C. *crocea H. madrit.*; foliis oblongo-lanceolatis, corollae laciniis interioribus tribus erecto-resupinatis, obovato-lanceolatis miniatis subaequalibus; laciniâ revoluta flava, li-

neolis rubris picta. *Besser Catal. Krzemieniec. C. flore flavo variegat.* et eôdem teste *C. crocea H. madr. D. Fischer.*

4. CANNA *gigantea Desfont.*; foliis ovatis nervosis, floribus pedunculatis paniculatis, pedunculis conjugatis, germinibus subrotundis. *Decand. ap. Redout. Liliac.* VI. t. 33, *Desfont. Cat. hort. bot. Paris.* p. 32.

Caulis septempedalis, ad medium usque foliorum vaginis tectus (foliorum limbo, dum planta floret, jamjam emarcido) gracilis, teres, strictus; folia maxima, petiolis arcuatis semicylindricis, limbo ovato, aut ovato-lanceolato, lucido, horizontali, sesquibipedali, octo-decem pollices lato. Flores 12 circiter, paniculati, seu racemum brevem laxum sistentes. Pedicelli lineas quatuor circiter longi, per paria digesti, altero nudo, altero basi bracteâ caducâ, membranaceâ, lanceolatâ, illô longiore. Ovarium rotundatum. Calycis laciniae albidae rectae, tres lineas longae. Corollae segmenta tria exteriora lineari-lanceolata acuta, 20 lineas-duos pollices longa, coccinea, firmiora; interiore segmento fere quadripollicari, basi tubuloso, coccineo, in lacinias 5 (quarum altera Nectarium) satis profunde diviso, laciniis lineari-lanceolatis obtusis rectis. Lacinia quinta (Nectarium) reliquis crassior apice revoluta, margine antherâ lineari-oblongâ, superne liberâ, pallide fuscâ, loculis duobus lateraliter dehiscentibus. Stylus similis laciniis corollae interioribus, sed crassior; stigma flavum subbilabiatum. Patria? Parisiis in Caldario. ♃.

5. C. *patens*, corollae limbo interiore trifido: laciniis reflexis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 338. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 1. C. *indica* δ. *patens Willd. Spec.* I. p. 3. C. *chinensis*; calycis foliolis lanceolatis acutis, corollâ sex-partita, laciniis exterioribus demum reflexis, foliis ovato-oblongis, utrinque acutis costatis. *Willd. ll. cc.* p. 170. et p. 2. *Rumph. amb.* V. t. 71. f. 2. *Rédouté Lil.* V. t. 200? *Canna thyrsiflora Hegetschweiler* T. I. f. 8.

Rachis semiteres; calycis foliola germine longiora, laciniae exteriores demum reflexae, sordide rubicundae, interiores coccineae, medio basin versus linea alba, ceu intermedia breviore, latere exteriore dimidio flavescente, labium pallide flavum, altero latere et basi rubrum. Variat corollae laciniis omnibus coccineis. *India orientalis*, *China*. ♃.

6. C. *lutea*, corollae limbo interiore bifido. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 338. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 2. C. petalis interioribus erectis luteis, nectarii laciniâ revoluta lineolis rubicundis irrorata, foliis ovato-ellipticis. *Hort. Kew.* ed. 1. p. 1. C. *indica* β. *lutea Willd. Spec.* I. p. 2. *Moris. hist. III. p.* 250. *s.* 8. *t.* 14. *f.* 6. *Mirbel. ann. d. Mus.* T. XVII. pl I. f. 3—6. p. 226.

Caulis magnitudine praecedentis, folia angustiora. ♃.

7. CANNA *iridiflora;* fol. ovatis acuminatis, laciniis tribus corollae interioribus majoribus. *Ruiz* et *Pavon fl. peruv.* v. I. t. 1. f. 1. *Persoon* Syn. I. 1.

Fol. subtus lanata; corollae laciniae 3 exteriores purpurascentes. Caps. oblonga maxima. *Peruvia.* ♃.

8. C. *paniculata;* foliis ovatis, subtus lanatis argenteis, petalis interioribus brevioribus *Ruiz* et *Pav. l. c.*

Corolla coccinea. Caps. obovata, echinata, *Peruvia.* ♃.

9. C. *angustifolia;* foliis lanceolatis petiolatis costatis. *Willd. Spec.* I. p. 2. *Piso brasil.* 213. fig.

C. *patenti* humilior, angustior; petalorum trium interiorum alterum ita flectitur, ut intermedium evadat. *America.* ♃.

*) *Pursh* in *Fl. Amer. Sept.* I. p. 585. habet CANNAM *angustifoliam*, cujus Synonymon sit C. *glauca Walt. Fl. Car.* p. 59. floribus scarlatinis. Maxime affinem dicit C. *indicae*, et forte vera C. *angustifolia*, vel nova species.

10. C. *glauca*, corollae limbo interiore trifido: laciniis ovatis strictis, nectario trilobato fimbriato. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 339. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 2. C. *glauca*; calycis foliolis oblongis acutiusculis, corolla 6 partita, foliis oblongo-lanceolatis petiolatis (*vel potius* basi angustatis) glaucis subtus enerviis. *Willd. en. H. berol.* I. p. 3. *Spec.* I. p. 3. excl. Syn. Dillen. *Smith. exot. Bot.* II. p. 83. t. 102. *Redouté Liliac.* VI. 254. *Hegetschweiler Diss.* t. II. f. 9. α. major floribus prorsus luteis. β. media, foliis ovatis, floribus rubro maculatis. γ. minor, foliis lanceolatis, floribus rubro maculatis.

Rachis trigona; calycis foliola germine longiora; corolla pallide flava vel ochroleuca, laciniis tribus exterioribus lanceolatis, interioribus subemarginatis, medio linea obscure rubra; labellum erubescens. *America.* ♃. *)

*) Cl. *Lamark* in *journ. d'hist. nat.* p. 416. adducit CANNAM *flavam* a. b. *A. Michaux* e Carolina missam, quam differre ait floribus intensius flavis.

11. C. *flaccida*, foliis sessilibus lanceolatis glaucis, corollae limbo interiore trifido: laciniis flaccidis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 339. *Pursh Fl. Amer. Sept.* II. p. 585. C. *glauca* β. flaccida *Willd. Spec.* I. p. 4. C. *angustifolia Walt. Fl. Carol.* p. 59. *Salisb. ic.* 3. *t.* 2. *Thompson's Bot. displayed.* t. 1. *Rédouté Lil. II.* t. 106.

Flores magni, flavi. *Carolina meridionalis.* ♃.

12. C. *juncea;* foliis linearibus nervosis. — *Retz* obs. 1. *Willd. Spec. I.* p 4.

Folia nervis 5 elevatioribus, spithamea et pedalia. Scapus pauciflorus, floribus obscure rufis. *China.* ♃.

2. *MARANTA.

1. M. *arundinacea;* culmo ramoso herbaceo, foliis ovato-lanceolatis subtus pilosiusculis, pedunculis bifloris. *Willd. Spec.* I. p. 13. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 339. *Redouté Liliac.* I. t. 57. *Hegetschweiler Diss.* t. IV. f. 23-28.

Stolones supra terram repentes; pedunculus primordialis ramosus, ramis bifloris nodosis; laterales simplices biflori; flores albi; pericarpium monospermum. In America calidiore. ♃.

*) Character essentialis MARANTAE *arundinaceae* secundum observationes cel. *Fischer in Act. Mosquens.* III. p. 49. t. 8.

Calyx duplex, *exterior* triphyllus, interior (Corolla) tubulosus obliquus, limbo duplici, laciniis tribus exterioribus et duabus interioribus aequalibus, praeter *labellum* difforme convexum. *Filamentum* bipartitum, hinc antheriferum, inde stylum involvens. *Anthera* simplex. *Stylus* tubo corollae connatus, apice filamento obvolutus. *Stigma* concavum. *Capsula* trilocularis, trivalvis, *unico* semine fertili.

2. M. *indica de Tuss.;* herbacea, culmo ramoso, foliis ovato-lanceolatis glaberrimis, petiolis vaginantibus, floribus laxe paniculatis. *De Tussac Journal de Bot. II. ann* T. I., p. 41. et seq. et hoc teste: *Martin Cent.* 39. *Brown jam.* p. 112. *Sloane jam.* t. 149.

Stolones cylindrici sub terra repentes. Caulis tripedalis, flores albi. Caps. monosperma. Hucusque cum priori confusa. Ex India orientali per Britannum in Americam delata, ubi colitur. — ♃.

3. M. *Tonchat;* culmo fruticoso ramoso, foliis ovatis glabris. *Willd. Spec.* I. p. 13. *Rumph. amb.* IV. t. 7. *Aublet. gujan.* I. 3. *M. arundinacea β. Lam. Enc. l. c.* Donax *Arundinastrum Lour.* I. p. 15. *Rumph amb.* IV. t. 7.

Caulis octopedalis, nitidus; flos albus in paniculis magnis, sparsis, nutantibus. In sylvis *Ind. or. et occ.* ♄.

4. M. *lutea;* caule ramoso, foliis ovato ellipticis glabris spicis terminalibus subternis, — *Willd. en. H. berol.* p. 5. M. culmo ramoso, nodoso, foliis ovatis, floribus spicatis, bracteis coloratis. Jacq. Collect. IV. p. 117. *ic. rar. II.* t. 20.

Caulis 6-10 pedalis, folia ampla erecta, longissime petiolata: spicae squamosae imbricatae, pericarpia trisperma, trivalvia. *Lam.* Spathae luteae, flores albi, spathis breviores. *Caracas.* ♃.

5. M. *Arouma;* caule virgato inferne nudo, foliis caulinis petiolatis, pedunculis communibus squamoso-loricatis, corollis quinquepartitis. *Jacq. Fragm.* p. 53. p. 175. t. 72. 73. *Aubl. Gujan.* p. 3. M. *juncea Lam. Enc.* II. p. 589. Bermudiana juncea caule altissimo. *Plum.* MSS. Vol. V. t. 23, 24.

Radix rubra; Caulis laevissimus 10-pedalis, folia longe petiolata, bracteae rubrae, flores rubri sessiles. *In Insulis caribaeis.* ♃

6. MARANTA? *malaccensis*; culmo simplici, foliis oblongis petiolatis subtus sericeo-pubescentibus. — *Willd. Spec.* I. p. 14. *Rumph. amb.* V. t. 71. *f.* 1.

Planta dubia. Affinis videtur COSTUS *malaccensis König* ap. *Retz.* III. p. 71. ♃.

7. M. *capitata*; caule simplici apice florifero, capitulo globoso depresso. — *Ruiz et Pav. Fl. Per.* I. p. 3. t. 8. *Pers. syn.* I. p. 3.

Cor. lactea, interne nectarium proprie repraesentans. Caps. trivalvis, trilocularis. Similis foliis et inflorescentiâ MARANTAE *comosae*, sed floribus et bracteis numerosis convolutis diversa. *Peru.* ♃.

8. M. *lateralis*; caule simplici, ad medium florifero, capitulo globoso — *Ruiz et Pav. Fl. Per.* I. p. 4.

An distincta a priore? An ad genus Phrynii?

9. *) M. *comosa*; acaulis, scapo nudo spicato comoso, comae foliolis reflexis. — *Linn. Suppl.* p. 80. *Willd. Spec.* I. p. 14.

An novum genus? *) Facies aliena. *Surinam.* ♃.

*) *Perianth.* superum caducum, foliol. tribus lanceolatis petaloideis, longitudine corollarum. *Cor.* monopetala, tubus longitudine fere calycis; *Limbus* quinquepartitus, laciniis quatuor lanceolatis, quinta bifida. *Filamentum* breve, tubo insidens. *Anthera* erecta oblonga. *Germen* breve. *Stylus* filiformis, clavatus, inferne tubo adnatus. *Stigm.* simplex angustum. *Capsul.* trilocularis. *Sem.* plurima. *Linn. Suppl.* p. 80.

Cel. *Swartz* pro sua in nos benevolentia sequentem hujus speciei descriptionem, ad siccum specimen confectam, nobiscum communicavit:

Folia omnia radicalia, Cannae similia, petiolata, parallele nervosa. Scapus aphyllus, teres, tripedalis, laevis, superne incrassatus. *Coma* terminalis, foliolis numerosis confertis sessilibus ovatis obtusis, reflexis, inferioribus minoribus. *Flosculi* inter foliola comae sessiles, cernui, singuli bracteis bifariis ovatis obtusis, circiter 14, concavis inaequalibus imbricatis striatis coloratis clausis, superioribus bicarinatis dorso hirtis. Hos inter latent: Flores bini, sessiles, superi. *Perianth.* exterius: foliolis tribus lanceolatis petaloideis, convolutis; interius (seu Corolla) tubulosum, limbo tripartito, laciniis lanceolatis clausis. Laciniae duae interiores tubo insertae, una *superior* (seu filamentum) antherifera -- altera *inferior* (labellum) bifida caduca. *Anthera* laciniae superiori inserta oblonga erecta sulco medio exarata. *Germen* breve, trigonum, inferum. *Stylus* tubo adnatus, brevis filiformis. *Stigma* simplex.

(Cal. triphyllus. Cor. tubulosa limbo tripartito. Flores bracteis imbricatis involuti.)

10. M. *Allouya*; caulescens, foliis ovato-lanceolatis petiolatis nervosis, spica ovata pedunculata terminali. — *Jacq. Fragm.* p. 53. n. 174. t. 71. CURCUMA *americana Lam. Enc.*

II. p. 228. ALLOUYA foliis Cannacori, radicibus tuberosis *Plum.* M.S. Vol. V. t. 35. Maranta foliis amplissimis ovato-rotundatis, scapo nudo, capitulo folioso, variegato. *Aublet Gujan. Vol.* I. p. 3.

Radix ovata, non acris, caulis 2-3′, folia Cannae; bracteae viridi alboque variae, flores albi. *Martinica*, *Domingo*. ♃.

11. MARANTA. *obliqua Rudge;* foliis ellipticis apice obliquo truncato-acuminulatis; spicis fasciculatis elongatis. *Rudge plant. rar. Gujan.* p. 8. t. XI.

Folia pedalia. Spicae ternae, teretes, bracteis cymbiformibus alternis basi equitantibus vaginatis. Flores rubri, tripollicares. In *Gujana*, *Surinamo*. ♃.

12. M. *petiolata;* foliis ellipticis acutis, spicis teretibus ramosis strictis, longissime pedunculatis. *Rudge plant. rar. Gujan.* p. 25. t. XXXVII.

Folia omnia radicalia, pedalia, petiolis vaginantibus pari longitudine. Pedunculus e sinu vaginarum longissimus (pedalis), spicis alterne ramosis strictis, bracteis undique vaginatis. Corollae tripollicares limbi laciniis tribus exterioribus lanceolatis acutis, interiorum alterà maxima. In *Gujana*, *Surinamo*. ♃.

13. M. *gracilis. Rudge,* foliis ovato-cuneatis mucronulatis, spicis gracilibus terminalibus. *Rudge plant. rar. Guj.* p. 8. t. III.

Facies graminum arborescentium. Caulis basi decompositus, nodosus. Folia bi-tripollicaria. Spicae terminales, solitariae, teretes, bracteis cylindricis vaginatae. Corollae tripollicares. In *Gujana*. ♃.

Species dubiae:

14. M. *humilis;* culmo ramoso folio breviore, radicibus tuberosis. *Aubl.* l. c.

Caienna. Flores albi. ♃.

15. M. *spicata;* foliis ovato-oblongis subfalcatis, caule nudo, floribus spicatis. *Aubl. Gujan.* 1.

Foliorum nervi non pertingunt ad apicem inclinatum, spathae coriaceae; flores albi. ♃. *)

*) Quid MARANTA *sylvatica Roscoe?* Bot. Garden Liverpool: but not yet flowered.

16. M. *Casupo Jacq. Fragm.* p. 51. n. 171. *tab.* 63. f. 4.

A. 1788. ex Caracas adlatae fuerunt plantarum 4 diversarum radices sine ullis foliis. Priorum duarum unicum erat cujusque specimen, utrumque laesum, quae brevi posthac perierunt. Utriusque etiam aderant pedunculi spicati exsiccati, floribus seminibusque instructi. Haec licet adspectu matura, tamen non germinarunt, nec videntur pericarpia fuisse inclusa, sed nuda. Flores fuerunt in quavis spatha communi plures; at harum extricare figuram

figuram haud fuit possibile. Adiectus alteri titulus erat *Casupo incolis dicta planta*, praeterea nihil; alteri eadem ratione *Casupito*. Utraque stirps congruere mihi videtur cum Plumieri inedita Bermudiana amplissimo Cannacori folio, quam autopta Aubletus retulit ad Marantas; quare etiam hanc et subsequam Marantis associo, dum forte omnes tres distinctum constituant genus Figura supra indicata repraesentat scapi summi ramum aliquem triplici spica paniculata onustum, totumque glabrum et fuscum. Duobus pedunculis spatha propria subjicitur, alteri longissima et involvens, alteri brevis, tertiae nulla. Spicae sunt teretes, oblongae, compositae ex squamis imbricatis, coriaceis, obverse cordatis, sessilibus, conniventibus et plures flores includentibus. Talis squama, vi expansa, ad latus visitur. Harum alia patula, ut florum interior compages in conspectum prodeat. Haec externe componitur ex duabus valvulis, supra priores hic depictis, quae forte sunt perianthium commune inferum, flosculos plusculos successive emittens. Hos corrugatos, tenerrimos, cum genitalibus confusos, non potui ullo artificio explicare. Adstant etiam duo semina. Ne memoria hujus et subsequae plantae pereat, icone imperfecta, utramque operi meo inserui. *Jacquin* l. c.

De *Plumieri* manuscripto cf. quae infra (p. 21) sub ALPINIA *aromatica* allata sunt.

15. M. *Casupito; Jacq. Fragment.* p. 51. n. 172. t. 64. f. 3.

Hujus simplices soli pedunculi erant, una spica longa et cylindrica terminati, cuius structura eadem ac MAR. *Casupo* erat. Inveni in qualibet partes diversas. quas seorsim (scil. icone) exhibeo, sed quas describere nequeo. Semina in hac reliquiis aut calycinis aut corollinis erant coronata, ut videatur germen esse inferum. *Jacquin* l. c.

16. M. *Cachibou; Jacq. Fragm.* p. 52. n. 173. t. 69 et 70. M. amplissimo folio *Aublet Gujan.* I. p 4. Bermudiana amplissimo Cannacori folio. *Plum. Mss. Vol.* V. *tab.* 21. 22.

Folia duos pedes longa, unum lata, nervo rufescente, pruinosa; petioli radicales 4-5 pedes longi, basi vaginantes. Scapus centralis, 9-10 pedes altus, rotundus, in summitate folio uno alterove florali maximo munitus. Spicae 2-3. in apice strobiliformes fusco-rufescentes. Flores solitarii lutei parvi. Calyx convolutus abit in fructum trilocularem, trispermum. Semina albicantia oblonga. Hab. in humidis sylvaticis in *Caribaeis. Jacq. l. c.*

3. THALIA.

1. TH. *geniculata Plum.*, caule simplici, foliis ovato-lanceolatis acutis, corollis undulato-crispis *Willd. Enum. H. berol.* 1. p. 6. TH. calyce unifloro, culmo ramoso, petiolis ganglionosis. *Roscoe* in *Linn. Trans.* VIII. p. 340. *Lam. ill.* l. c. *Plum. ic.* 108. f. 1.

Caulis humanam staturam superans, levissimus, simplicissimus. Petioli teretes geniculo instructi; flores fugaces. *Am. mer.* ♃.

2. Thalia *dealbata Fras.*, calyce bifloro, culmo arundinaceo pulverulento, foliis apice revolutis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 340. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 3. Th. panicula albido-pulverulenta, spathis bifloris, foliis ovatis apice revolutis. Thalia? *dealbata*, discover'd in a lake in North America in the Year 1790. by *John Fraser.* Tab. aen. col. John Sowerby del. Aug. I. 1794. Th. *cannaeformis Forst.*, caule ramoso, foliis subrotundo-ovatis, acuminatis, corollis subundulatis. *Syme's embassy to Ava.* Vol. III. p. 72. Tab. XXI. *Willd. enum. H. Berol.* I. p. 6.

Ind. oriental? Ins. mar. pacifici. Carolina meridionalis. ♃.

Obs. Annon Marantis rectius adnumeraretur haec species? Character ab amiciss. *Fischer* in *Actis Mosq.* Marantae suae (*arundinaceae*) datus, huic apprime convenit.

4. PHRYNIUM.

1. Ph. *capitatum*; *Willd. Spec. I.* p. 17. Phyllodes *placentaria Lour.* p. 16. Pontederia *ovata Linn. Rheede mal.* II. t. 34.

Quinquepedalis. Folia ovata, flores albi, capitati. *Malabar*, *China*, in umbrosis ♃.

5. MYROSMA.

1. M. *cannaeformis*; *Linn. Suppl.* p. 80. Excluso Rheedi Synonymo. *Willd. Spec.* I. p. 13.

Folia ovata, glabra, nervosa; pedunculus solitarius, brevis. *Surinamum.* ♄. Affinis Phrynio.

6. PERONIA.

1. P. *stricta*; *Decand.* in *Redouté Liliac.* VI. t. 342.

Folia quinque-sex, longe petiolata, interiora caulem ad tertiam suae altitudinis partem vaginantia. Petiolus gracilis subcompressus, minime carinatus; limbus folii angulo recto a petiolo patens, fere horizontalis, ovatus, acutus, glaber, fere pedalis, tres pollices fere latus, margine subundulatus, unde fere crenulatus, nervo medio crasso, lateralibus obliquis parallelis. Caulis strictus teres gracilis, sex-septempedalis. Flores inodori in spica composita septempollicari, basi bracteir duabus suffulta, exteriore recta, lineari, canaliculata, spicam superante, demum rubente, interiore multo minore. Axis spicae rectus fere, sed pedunculi s. rami valde flexuosi. Flores in his undique sessiles, per paria congesti in glomerulos spathâ bivalvi suffultos, valvulis ovatis concavis acutis violaceis, rore glauco tectis: valvula tertia minor s. bractea spathâ inclusa. Habitus florum similis Scrophulariae. Calyx (Perigonii stratum exterius *Dec.*) violaceus, corollâ minor multo, tripartitus, laciniis ovato-lanceolatis, acutis, subinaequalibus, sesquilineam ad duas lineas longis. Corolla exterior (Perigonii stratum medium *Dec.*) duplo-triplove calyce

longior, tripartita ad ovarium usque, laciniis lanceolatis, aequalibus, violaceis, regulariter dispositis; interior (Perigonii stratum interius *Dec.*) basi et cum nectario coalita, in latere floris superiore fasciculata, trifida, laciniis inaequalibus spathulatis, corollam exteriorem parum excedentibus, concavis, subrugosis violaceis. ungue albo, alterâ altero latere dentibus duobus sat longis. Nectar. longitudine fere Corollae exterioris. Anthera flava interne dehiscens. Ovarium adhaerens, parvum, laeve, lucidum, violaceum, pyriforme. Stigma urceolatum, altero lateris margine productum in laminam oblongam, tenuem, obtusam, unde laterale. Ex Anglia in h. parisinum allata. ♃. Dicta in honorem *Fr. Peron*, qui terras Australes studio Hist. nat. adivit.

7. HEDYCHIUM.

1. H. *coronarium. Willd. Spec.* I. p. 10. *Rumph. amb. t.* 69. f. 3. *Curt. mag.* t. 708. *Jacq. Fragm.* p. 81. n. 254. *tab.* 130 et 137. f. 1. *Redouté Liliac.* VIII. t. 436. Gandasulium *Rumph Amb.* V. p. 175. t. LXIX. f. 3. Kaempferia *hedychium. Lam.* *F. Fischer* Comment. mosqu. I, 1. p. 15. t. 1. f. A.

Caulis 2-6ped., vaginis sericeis, ligula ovata; folia angusto-oblonga, subtus appresso-sericea, disticha; spica conferta oblonga, subcompressa, squamis obtusissimis subtrigonis, floribus maximis subnutantibus fragrantissimis, albis, nectario maculâ flavescente. Nullibi usquedum detecta fuit in statu spontaneo haec species. Odoris gratissimi ergo colitur ubique *in India orientali*, in *Iava* praecipue et *Malacca.* ♃.

8. ROSCOEA.

1. R. *purpurea; Smith. exot. bot.* 97. *Hatucon Swa.* Nom. vernac. Nepal.

Radix tuberibus fusiformibus fasciculata. Caulis simplex, foliis bifariis oblongis acutis glabris. Flores terminales, aliquot conferti intra vaginas summi caulis, purpurei, magni.

Affinis Hedychii et Kaempferiae, at limbus exterior corollae irregularis bilabiatus, et anthera basi appendiculata. In *montibus Nepal superioris. Buchanan.* ♃.

9. ALPINIA.

* 1. A. *racemosa Plum.*, racemo terminali spicato, floribus alternis, nectarii labio trifido: foliis oblongis acuminatis. *Willd. Spec.* I. p. 11. A. nectario trifido, foliis ovato-lanceolatis apice revolutis, capsulis striatis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 345. A. racemosa alba, cannacori foliis. *Plum. Amer.* II. t. 20. *A. caribaea Gaertn.* t. 12. f. 2. Amomum *pyramidale Lam.* Amom. *Alpinia Rottboell. Act. Havn.* II. t. 2. *Swartz obs. p.* 6.

Caules quadri-quinque pedales, folia pedalia. Racemus elongatus erectus. Bracteae ventricosae. Flores albi. Capsulae oblongae, trigonae, magnae, purpureae, carnosae. Citat huc

Willd. *A. jamaicensem* *Gaertner*, sed *A. racemosa* (*caribaea* in ic. cit.) huius videtur loci. ALPINIAM *jamaicensem Gaertn.* citant nomine ALPINIAE *occidentalis*, quam non habet *Gaertner*. An huc, ut β, ALPINIA *sessilis König?* *Americ. calid.* ♃.

2. A. *Antillarum*, racemo spicato, bracteis acuminatis, capsulis subrotundis laevibus. A. *racemosa Swartz Obss. bot.* p. 5. *prodr.* p. 11. Zingiber sylvestre minus *Sloane* I. p. 165 t. 105. f. 2. Amomum minus. *Brown. jam.* p. 115.

Caulis 2-5 pedalis, foliis ovato-lanceolatis. Racemus erectus, floribus distinctis geminatis. In sylvis depressis insularum *Indiae occidentalis.* ♃.

3. A. *occidentalis Swartz*, racemo radicali erecto composito, nectario (labio) apice emarginato, capsulis trilocularibus, foliis lanceolato-ovatis glaberrimis. — *Willd. Spec.* I. p. 12. *Swartz prodr.* p. 11. *Ej. Fl. Ind. occid.* I. p. 9. A. nectario emarginato, foliis lanceolato-ovatis glaberrimis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 345. ALPINIA *jamaicensis Gaertn. de fruct.* I. p. 36. t. 12.

Caulis orgyalis, foliis ovato-lanceolatis. Racemus spithameus in caule distincto. Bracteae minutae; flores pallidi. Capsula subovata rubra In sylvis montium subhumidis *Jamaicae*, *Hispaniolae.* An HURA *Koenigii Retz. obs. fasc.* III. p. 49. species hujus generis? *)

*) Quid *A. multicaulis Aublet Gujan.* fructu parum succulento, seminibus Cardamomo similibus? Varietas racemosae? — *SPHAEROCARPOS Hura König* gaudet corolla irregulari quinquepartita, capsula globosa, sulcato-rugosa, polysperma.

4. A. *Galanga*; racemo laxo, composito floribus alternis, nectarii labio emarginato, foliis lanceolatis enervibus, capsulis trigonis ovatis. *Swartz obs. bot.* p. 8. *Willd. Spec.* I. p. 12. MARANTA *Galanga Linn.* Sp. pl. p. 3. AMOMUM *Galanga Lour.* cochin. p. 7. *Rumph. amb.* V. p. 143. t. 63.

Caulis sexpedalis, foliis glabris. Flores albo lutei. *Lour.* *Ind. or.*, in *China et Cochinchina*, agrestis et culta. Galanga officinarum. ♃.

5. A. *malaccensis*, racemo subspicato, labio subrotunde undulato bilobo, capsulis globosis villosis, foliis oblongis subtus subsericeis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 345. MARANTA malaccensis. *Willd. Spec.* I. p 14. *Burm. ind.* 2. GALANGA *malaccensis Rumph. amb.* V. p, 177. t. 71. f. 1.

Caulis 5-8 pedalis. Folia bipedalia elliptica acuminata subtus villosa. Racemus subcylindraceus. Flores albi.
Huic valde affinis: COSTUS malaccensis *Koenig* ap. *Retz. obs.* III. p. 71. *In Java.* ♃.

6. A. *nutans*, nectario obsolete trilobato, margine involuto foliis elliptico-lanceolatis, capsulâ membranacea lanugi-

nosa. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 346. SMITH *exot. bot.* 2. p. 93. t. 106. GLOBBA *nutans Willd. Spec.* I. p. 153. GLOBBA *sylvestris. Rumph amboin.* VI. t. 62. 63. *Redouté Liliac.* I. t. 60. *Renealmia nutans. Andrews Repos.* 360. *Thornt. illustr. Zerumbet speciosum Wendland sert. Hannov.* t. 19. *Costus Zerumbet Persoon synops* I. p. 3. CATIMBIUM *Juss.*

Radix tuberosa. Caulis 13-pedalis, superne foliosus; folia fere ensiformia, subsessilia, quadripedalia et amplius. Racemus nutans. Bracteae ventricosae, florem juniorem includentes. Flores rubelli, racemosi. Fructus magnitudine MOMORDICAE *elaterii.* In *India orientali* In *Surinamo Rodschied.* ♄? ♃?

7. A? *exaltata*, racemo subradicali erecto, labio concavo trilobo; foliis lanceolatis undulatis. RENEALMIA *exaltata Linn. Suppl.* p. 79. exclus. Synon. *Rumph.* ?? GLOBBA *erecta Decand.* ap. *Redouté Liliac* III. t. 174.

Caulis 20pedalis; folia 5-6 pedalia. Racemus e caule prodit prope radicem. Bracteae lanceolatae deciduae. In *Gujana*, *Surinamo.* ♃. Ulterius inquirenda an vere huius generis sit. conf. *exot. bot.* ad t. 106.

8. A. *calcarata*, nectario ovato-oblongo apice semibifido, foliis lanceolato-ensiformibus, capsulâ hirta. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 347. RENEALMIA *calcarata Andrews* REPOSIT. t. 421.

Planta 3-4 pedalis, caule folioso. Racemus erectus, foliis brevior. Flores albi, labello magno, emarginato, sanguineo-rubro. In *Coromandel.*

9. A. *aromatica*; *Jacq. Fragm.* p. 53. n. 176. t. 74 et 75. ALPINIA *multicaulis Aublet Gujan.* I. p. 3. Paco secora minor, multicaulis. *Plum Mss.* V. t. 27 et 28. *)

Frondes quinquepedales et scapi bipedales copiosi vicissitudine alterni; foliola ovato-lanceolata, patula, sesquipedalia et minora. Calyx purpurascens, corolla lutea supera, parva. Racemus compositus, racemulis patentibus Fructus bacca violacea trilocularis trivalvis dehiscens. Semina multa rufescentia in pulpa crocea conglobata. In sylvis humidis *St. Domingo. Jacq.*

*) De hisce *Plumieri* manucriptis cel. *Jacquin* (*Fragm.* p. 52.) sequentia habet: „ante plurimos annos obtinui exempla scitaminearum, qua„lia in magni Plumieri manuscriptis ineditis in bibliotheca regia parisina „asservatis egregie depicta descriptaque continentur. Cum nullibi, quod „sciam, edita exstent, in augmentum scientiae cedere posse credidi, si „haec plura insererem operi meo. Nec in figuris quidquam, nec in de„scriptionibus mutavi. Omnia pertinent ad Plumierum. Sunt nro. 173 ad „181 (*MARANTA casupito*, *Cachibou*, *Allouga*, *Arouma*; *ALPINIA aromatica*, *Paco Secora*; *COSTUS cylindricus*, *Anachiri*, *niveo-purpureus*, *villosissimus*) quarum ultima non erat colorata. Celeb. *Aublet* „has omnes vidit, nam enumerat illas in plantis suis Gujanensibus, et

„citat Plumieri opus manuscriptum, sed absque ulla addita descriptione „propria. Ad genera autem Linnaeana reduxit, quae fere omnia retinui, „additis nominibus trivialibus, quibus illas incolae appellant."

10. A. *Paco Secora Plum.* — *Jacq. Fragm.* n. 177. p. 54. tab. 76. *Plum. Mss. Vol.* V. t. 25. *Marcgr.* lib. I c. 23. Costus *secundus Aubl. Gujan.* I. p. 2.

Differt ab A. *aromatica* foliolis paullo brevioribus et latioribus, fronde unica, racemo simplici, floribus purpurascentibus, labio luteo: Fructu maiori sanguineo, pruni magnitudine, succulento (ceterum antecedenti simillimo!) Habit. *in ins. St. Vincentii*, Fructus praeclare et indelebili violaceo tingunt lintea et serica.

Dubia.

11. A? *maculata*, foliis ovatis maculatis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 347.

10. ELETTARIA.

1. E. *Cardamomum. White* et *Maton* in *Linn. Transact.* X. p. 229 — 255. tab. 4. 5. Cardamomum minus. *Clusii de aromat.* lib. I. c. 24. p. 187. *Matthiol.* sur *Diosc.* (Pinet) p. 6. *Bodaei Annotat. in Theophr.* p. 1014. fig. Cardamomum cum siliquis sive thecis brevibus J. *Bauhini Hist. Plant.* tom. 2. lib. 15. p. 205. Cardamomum simpliciter in officinis dictum. Cardamomum verum, Angl. C. *Bauhini Pinax.* p. 414. Elettari. *Van Rheede Hort. Malab. Vol.* II. p. 9. t. 4. 5. Cardamomum Ensal dictum. *Burmanni Thes. Zeyl.* p. 54. Cardamomum minus officinarum. *Dale Pharm.* p. 276. *Geoffroy Mat. Med.* p. 368. *Linn. Mat. Med.* p. 2. Amomum *repens Sonnerat Voy.* tom. II. p. 240. pl. 136. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 353.

11. HELLENIA.

1. H. *coerulea Brown*, labello emarginato, foliis integerrimis capsulâque colorata glabris, stylo hirsuto. *Brown. prodr.* I. p. 308. *Enc. meth. Suppl.* II. p. 27.

Ad littora *novae Hollandiae* intra tropicum, et ad portum *Jackson.*

2. H. *Allughas;* nectario (labio) bilobato, capsulis subspongiosis, foliis lanceolatis integerrimis. — *Willd. Spec.* I. p. 4. *Andrews's Reposit.* t. 501. Alpinia *Allughas Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 346. Heritiera *Allughas Retz. Obs.* VI.

p. 17. t. 1. Zingiber *nigrum Gaertn.* t. 12. *Mirbel ann. d. mus. pl.* 19. f. 2. 1-8. T. XVI. An *Hort. Malab.* IV. t. 14?

Folia margine glabra; flores rubri. *Zeylon.* ♃

3. H. *alba;* nectario (labio) bilobato, capsulis obsolete angulosis, striatis, coloratis, foliis integerrimis. — *Willd. Spec.* I. p. 5. Heritiera *alba Retz* obs. III. p. 64. Alpinia *alba Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 346. Maranta *Galanga* α. *Lam.* Zingiber *sylvestre Gaertn.* t. 12.? Languas *vulgare König* ap. *Retz.* Fors et Amomum *medium Lour. Cochin.* I. p. 5.

Folia margine callosa albicantia ciliata; flores albi. *China. Ind. orient.* ♃.

4. H. *chinensis;* nectario (labio) margine denticulato diphyllo, foliis oblongis subciliatis. — *Willd. Spec.* I. p. 5. Heritiera *chinensis Retz. Obs.* VI. p. 18. Maranta *Galanga* β. *Lam. Enc. T. II.* 587. Alpinia *chinensis, Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 346. Languas chinensis *Koenig.*

Folia apice recurvata, apicem versus tenuissime denticulata. Flores flavescentes. *Horti sinenses.* ♃.

5. H. *aquatica;* nectario obcordato quadridentato, foliis acutis, margine denticulatis, capsulâ glabra. — *Willd. Spec.* I. p 5. Heritiera *aquatica Retz* l. c. p. 18. Languas aquaticum *Koenig.*

Folia margine villoso-denticulata. Flores rubicundi. *Ind. or.* ♃.

12. ZINGIBER.

1. Z. *officinale;* bracteis ovato-lanceolatis, laciniis corollae revolutis, nectario trilobato. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 348. *Ait. Hort. Kew.* edit. 2. I. p. 5. Amomum *Zingiber Willd. Spec.* I. p. 6. *Jacq. H. Vindob.* I. p. 31. t. 75. *Loureir.* coch. I. p. 2. *Fischer Comment. mosquens. Vol.* I. *P.* 1. p. 22. T. 66. f. D. *Trattin. Arch.* t. 202. *Rheed. malab.* XI. p. 21. t. 12. *Rumph.* Amb. V. p. 156. t. 66. f. 1.

Caules bi-tripedales; folia 6-7 pollicaria, 1 1/2 pell. lata; scapus nudus; spica ovata; flores flavicantes; nectarium purpureo, fusco et flavo varium. *Ind. or.* ♃.

2. Z. *Zerumbet,* bracteis ovatis, obtusis, laciniis corollae erectis acutis, nectario bilobato. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 384. *Smith exot. bot.* 2. p. 105. t. 112. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 5. Amomum *Zerumbet Willd. Spec.* I. p. 6. *Jacq. Hort. Vindob.* III. p. 30. t. 54. *Murray Comment. Goetting.* 1775. p. 26. t. 2. *Ehret pict.* t. 14.. *Trattin. Arch.* t. 203. Amomum *sylvestre Lam. ill.* T. II.

f. 3. *Fischer Comment. mosq.* Vol. I. P. 1. p. 21. t. IV. f. F. *Rheede mal.* XI. t. 13. ZINGIBER *spurium Koenig* ap. *Retz. obs.* III. p. 59 *Z.* latifolium sylvestre. *Herm. lugd. Bat.* t. 637.

Flores albo-flavicantes, bracteis demum rubris. *Ind. orient.* ♃.

3. Z. *Mioga*, laciniis corollae acutis concavis aequalibus, nectario ovato concavo. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 348. *Ait. Hort. Kew.* ed 2. I. p. 6. AMOMUM *Mioga. Willd. Spec.* I. p. 7. *Kaempf. Amoen. acad.* V. p 826. *Ejusd. ic. selectae cura Banks.* t. 1.

Scapus brevissimus. Folia spithamea, ensiformia, acuta. *Nangasaki in Japonia.* ♃.

4. Z. *roseum*, bracteis lanceolatis coloratis, laciniis corollae revolutis, nectario ovato plano. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 348. AMOMUM *roseum. Roxburgh pl. Coromand.* II t. 126.

Caules bi-tripedales, foliis elliptico-lanceolatis glabris. Scapi brevissimi. Spica oblonga, imbricata, bracteis roseis. Flores longe tubulosi luteo-rubelli. *In Coromandeliae* vallibus subhumidis. ♃.

5. Z. *purpureum*, bracteis ovatis coloratis, laciniis corollae erectis, nectario bilobato. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 348. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 6. AMOMUM *montanum Koenig* apud *Retz.* Obs. III. p. 32. hujus videtur loci.

India orient. ♃.

6. ZINGIBER? *dubium*, bracteis subrotundis, vaginis scapi truncatis; foliis lato-lanceolaribus acuminatis. *Afzel. remed. guineens.* p 9.

Caulis 8-10 pedalis inferne aphyllus, foliis subtus sericeis. Flores in capitulum congesti. In *montibus sterilibus Sierrae Leonae.* ♃.

13. COSTUS *).

1. C. *speciosus*, nectario obsolete trilobato undulato fimbriato, foliis subtus sericeo villosis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 349. *Willd. Spec.* I. p. 11. *Smith* in *Linn. Transact.* I. p. 249. *C. arabicus. Linn Sp. pl.* p. 2. *Fl. Zeyl.* p. 5. *Musa Cliffort.* p. 14. *Jacq. ic. pl. rar.* 1. t. 1. *Collectan.* I. p. 143. AMOMUM *hirsutum Lam. ill.* t. 3. HELLENIA *grandiflora Retz. obs.* f. VI. p. 18. BANKSEA *speciosa Koenig ap. Retz obs.* f. III. p. 75.

*) Structurâ vaginae, quae supra folii insertionem ocreae speciem efformat, ab aliis scitamineis distinguitur Costus. R. *Brown.*

Caulis 3-4 ped.; folia ovata, lanceolata; flores spirales, ampli, flavescentes. *Ind. orient.*, *Java*, *Sumatra.* ♃.

2. C. *arabicus*, nectario ovato integerrimo, foliis utrinque glabris. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 349. *Linn. Hort. Cliff.* p. 2. descr. *Willd. Spec.* I. p. 10. C. *glabratus*, foliis utrinque glabris, spica pauciflora; bracteis apice foliaceis, subfastigiatis. *Swartz prodr.* p. 12. *Fl. Ind. occ. I.* p. 4. *Willd. Spec.* I. p. 10. C. *glabratus Swartz* prodr. p. 12. *Blackw.* t. 394. Tsjana-kua *Rheed. malab.* XI. p. 15. t. 8? *Merian surin.* t. 36.

Spica strobilo abietis simillima pauciflora, squamis apice foliaceis, summis fastigiatis. In *Caribaearum* sylvarum humidis, *Surinamo.* ♃.

3. C. *spicatus*, nectario undulato subtrifido, foliis acuminatis integerrimis nitidis basi attenuatis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII p. 350. C. foliis utrinque glabris. spica multiflora subovata, arcte imbricata: squamis ovatis simplicibus. *Willd. Spec* I. p. 10. *Swartz Fl. ind. occid. I.* p. 6. C. *arabicus Aublet gujan.* p. 2. Alpinia *spicata. syst. veg.* ed. *Murray* p. 51. *Jacq. amer. pict.* p. 11. t. 1. *Hegetschweiler* T. III. f. 18-22. Amomum *petiolatum Lam.*

Caulis pedalis, bipedalis; folia oblonga, petiolata; bracteae rubrae; flores flavi, inodori. *Insulae caribaeae*, *Brasilia*, in humidis montanis. ♃.

4. C. *comosus*, foliis utrinque subvillosis; labio oblongo erecto apice quinquedentato. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 350. Alpinia *comosa Jacq. Collect.* IV. p. 112. *Icon. rar.* III. t. 202. *Willd Spec.* I. p. 12.

Caules quadripedales, pubescentes. Folia oblonge-ovata vaginantia. Florum laciniae exteriores rubrae, interiores flavae. Bracteae numerosae rubrae ovato-lanceolatae flore longiores. *America.* ♃

5. C. *spiralis*, nectario concavo integerrimo, foliis elongato-ellipticis coriaceis nitidis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 350. Alpinia *spiralis*, caule spirali, spica ovata. *Jacq. Hort. Schoenbr.* I. t. 1. Paco Coatinga clava rubente major *Plum. Mss. Vol.* V. t. 31.

Cormus subbulbosus soboliferus; caules 3-4 pedales, undique muniti vaginis foliorum unilateralium semipedalium coriaceorum nitidorum. Vaginae similes illis Polygoni orientalis. Spica biuncialis imbricata cinnabarina, floribus coccineo-aureis. In planta spontanea spica triplo major. Fructus, teste Plumiero, bacca candida, seminibus nigris. Ad *Caracas*, et copiose in ins. *St. Vincentii* ad rivulos, et in sylvis humidis *Anachiri dictis.* ♃.

6. C. *cernuus*, foliis utrinque glabris, petiolis spathaceis, spica conoidea cernua, bracteis acuminatis. *Swartz in litt.*

Caulis — — foliis ovato-lanceolatis acutis, parallele striatis gla-

bris. Spica 2-3 pollicaris, terminalis, pedunculo brevi curvato, hinc cernua. Bracteae glabrae imbricatae, coriaceae. In *America calidiore*, *Surinamo*. ♃. *Swarz.*

7. C. *cylindricus, Jacq. Fragm.* p 54. n. 178. t. 77. C. quartus *Aublet gujan.* I, p. 2. Paco coatinga caule spirali minor. *Plum. Mss.* Vol. V. 30.

Radix tuberculato-geniculata. Caulis humanam altitudinem excedens, spiraliter tortus, foliis ordinem sequentibus, basi vaginantibus. Spica semipedalis, strobilacea, purpurea, bracteis dense imbricatis copiosissimis. Flores eximie caerulei. Hab. in insula *Martinica ad Cabesterre* ad rivulos. *Jacq.* Alpiniae *spirali* simillimus, et forte mera modificatio!

8. C. *anachiri*, *Jacq. Fragm.* p. 55. n. 179. t. 78. C. quintus *Aubl. gujan.* I. p. 2. Paco Coatinga clava rubente major. *Plum. Mss. Vol.* V. t. 31.

Praecedenti admodum similis, sed omnibus partibus major. Strobilus purpurascens stipatus radio foliorum floralium ceteris paullo minorum. Flores prominentes luteo et purpureo variegati. Bacca alba trilocularis. Semina plura nigra in pulpa candida filamentosa. Abundat ad rivulos et in sylvis humidis ins. *St. Vincentii. Jacq.*

9. C. *niveo-purpureus*, *Jacq. Fragm.* p. 55. n. 180. t. 79 et tab. 67. f. 2. C. sextus *Aubl. Gujan. Vol.* I. p. 2. Paco Coatinga floribus amplioribus niveis et purpureis. *Plum. Mss. Vol.* V. t. 32. 33.

Caulis 4-5 pedalis contortus. Folia scitamin., 9 pollic. longa, 3 lata. Strobilus floriferus terminalis, plus quam semipedalis, amplus, ovatus, viridis. Flores magni, candidi, violaceo-striati et aureo maculati. Cal. coccineus, splendens. Fructus trilocularis, polyspermus. In insula *Martinica* secus fluviolos. *Jacq.*

10. C. villosissimus, *Jacquin Fragm.* p. 55. n. 181. t. 80. Costus septimus *Aublet gujan. Vol.* I. p. 2. Paco Coatinga villosissima flore luteo. *Plum. Mss. Vol.* V. t. 34. Zingiber villosissimum, floribus luteis. *Plum. ibidem.*

Caulis homine altior, fistulosus, undique vaginatus. Vagina foliaque undique villosissimi, villis rufis. Flores aurei, crispi. Hab. in ins. *St. Vincentii.*

11. C. *scaber;* thyrso conico. bracteis ovatis adpressis, corollis semiclausis. — *Ruiz* et *Pav. Fl. Peruv.* I. t. 3. *Pers. Syn.* I. p. 3.

Fol. subtus pubescentia, vaginae post eorum delapsum scabrae. Cor. alba. *Peru.* ♃.

12. C. *laevis;* thyrso conico, bracteis lanceolatis apice incurvis, corollis patentibus. *Ruiz* et *Pav.* l. c. *Pers. Syn*, I. p. 3.

Coroll. luteo-carnea. *Peru.* ♃.

13. C. *argenteus;* thyrso oblongo, bracteis reflexis, corollis patentibus. *Ruiz Pav. l. c.* t. 4.

Folia pendula, subtus argenteo-pubescentia. Corolla lutescens. *Peru.* ♃.

14. KAEMPFERIA.

1. K. *rotunda,* nectarii laciniis dorsalibus lanceolatis acutis; antica bipartita: lacinulis obovatis, foliis oblongis subtus coloratis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 351. *Linn. Spec.* I. p. 3. *Willd. Spec.* I. p. 15. *Ejusd. enum. H. Berol.* I. p. 5. *Curtis Mag.* t. 920. *Blackw.* t. 399. Malankua *Rheede Hort. Malab.* XI. p. 17. t. 9. K. *longa. Enc. meth.* VIII. p. 851. *Jacquin* H. *Schoenbrunn.* III. p. 37. *Redouté liliac.* I. t. 49. *Fischer comment. mosquens.* Vol. I. P. 1. p. 18. t. II. f. C.

Nondum plane evictum est, utrum K. *rotunda* et *longa* duas diversas constituant species, nec ne? Dijudicent illi, quibus ambas vivas vidisse contingit. Coniungimus utramque, quia hoc nobis verisimillimum videtur. Ait *Decandolle* in *Liliaceis,* de *longa* sua verba faciens: "diversa floribus non ex medio foliorum, sed „ex spatha, ut Amaryllis, nascentibus; folia similia Cannae, „extus rubro punctata; flores 5-7, radicales, spatha rubra vestiti, „rubro, albo, flavoque varii." *Ind. or.* ♃.

2. K. *Galanga,* nectarii laciniis dorsalibus obtusis, obsolete trilobatis: antica biloba undulata; foliis ovatis subtus pallidis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 351. *Linn. Spec.* I. p. 3. *Willd. Spec.* I. p. 15. *Ejusd. en. H. Berol.* p. 5. *Lour. cochin.* p. 15. *Hort. cliffort.* t. 3. *Curt. mag.* t. 850. *Redouté Liliac.* III. t. 144. *Rheede mal.* II. t. 41, *Lam. ill.* t. 1. S. II. f. 1. *Fischer Comm. mosqu. Vol.* I. P. I. p. 16. t. I. f. B.

Humilis, foliis radicalibus, terrae appressis, 3-4 pollicaribus, subtus pallidis; corollae albae et lilacinae. Nectarium macula violacea. *India orient.* ♃.

3. K. *angustifolia Jacq.,* nectarii laciniis dorsalibus linearibus obtusis: antica emarginata, foliis lanceolatis subtus pallescentibus. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 351. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 8. K. foliis oblongis erecto-patulis undulatis, tubo limbo duplo longiore. — *Willd.* en. H. *Berol.* I. p. 5. *Redouté Liliac.* VII. t. 389.

Folia quadripollicaria, et ultra, glabra, subtus pallida. Flores in spathis unifloris e centro foliorum. Corolla N. 1., sed tubus longissimus erectus, limbus albus, labellum caeruleo violaceum. *India orient.*

4. K. *ovata,* nectario lanceolato, foliis ovatis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 351. *Rheede Hort. malab.* XI.

p. 19. t. 10. K. *rotunda* Donn. *Hort. Cantabr.* 1. CURCUMA *rotunda* Linn?

In India orientali.

5. K. *latifolia*, foliis orbiculatis ovatis undulatis, subtus pubescenti-lanatis albidis. *Hornem. Hort. Hafn.* p. 6. *Donn. Cat. ed.* 7. p. 2.

Hab. *in India orientali.* ♃.

15. AMOMUM.

1. A. *compactum*, spica radicali sessili obovata, foliis obovato-ellipticis cuspidatis.

A. *Cardamomum Herb. Linn.* et *Willd. Spec.* 1. p. 8 *Lour. Cochin.* I. p. 4. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 352. Amomum cardamomum javanicum. *Thunb. jap.* p. 15. Amomum verum. *Ger. emac.* 1548. f. 6. *Petiv. Gazophyl.* p. 375. t. 20. f. 2. Amomo legitimo degli antichi. *Pona Baldo* p. 50. Cardamomum minus. *Rumph Amb.* V. p. 122. t. 65. f. 1. *Bont. hist. nat.* 126. c. ic. (exclusa capsulâ, quae Cardamomi medii est.) ZINGIBER *minus* AMOMUM *racemosum Lam. ill.* t. 2. f. 2. *Gaertn.* I. p. 35. Tab. XII. f. 1

Caulis octo-duodecimpedalis. Folia 8-15 pollices long., 2-4 pollices lat. Flores albicantes, macula lutea notati; bracteae alternae laxae. *Ind. or.* *In hortis Bataviae, Javae culta.* ♃.

2. A. *angustifolium*; scapo nudo brevissimo, spica capitata, foliis lineari-lanceolatis. — *Willd. Spec.* I. p. 8. *A. madagascariense Lam. ill.* t. 2. f. 1. *Sonnerat voy.* Vol. 2. p. 240. t. 137. ZINGIBER *Melegnetta Gaertn.* I. p. 34. t. XII. f. 1. Cardamomum majus officin.

Caulis 8-10 pedalis, folia 1-pedalia, angustissima; spica pauciflora, globosa; capsulae ovatae. *Paludes Madagascariae.* ♃.

3. A. *grana paradisi*; scapo ramoso laxo, foliis ovatis. *Willd. Spec.* I. p. 9. *Rheede hort. mal.* XI. t. 6? *Blackwell* t. 385.

Scapus brevissimus. *Madagascar*, *Guinea*, *Zeylon.* Planta obscura. ♃.

4. A. *villosum*; scapo vaginato brevissimo, spica subrotunda, bracteis lanceolatis flore longioribus. — *Willd. Spec.* I. p. 8. *Lour. cochin.* I. p. 4. *Rumph. amb.* VI, t. 61. f. 2.

Bracteae lineares; flores pallide rubri; fructus villosus *Ind.* ♃.

5. A. *uliginosum Koenig*, floribus pedunculatis, caulibus remotis, foliis acutis, capsulis globosis echinatis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 353. A scapis erecto-curvatis, spathis ovatis, floribus singulis bibracteatis, foliis sessilibus. *Koenig ap. Retz. obss. bot.* III. p. 56.

6. A. *echinatum;* spica radicali sessili subglobosa, capsulis sulcatis echinatis globosis. — *Willd. Spec.* I. p. 8. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 353. *Rumph. amb. VI.* t. 61. f. 1. Costus *echinatus Pers. Syn.* I. p. 3.

Planta obscura, cuius fructum baccam dicit *Rumph. Ind. or.* ♃.

7. A. *Afzelii,* scapo brevissimo (subnullo), floribus aggregatis, foliis distantibus ovato-acuminatis integerrimis glabris. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 354.

A. *exscapum,* floribus aggregatis radicalibus exscapis, caule simplici tereti strictissimo, foliis distantibus ovato-acuminatis. *Sims Ann. of Bot.* I. p. 548. c. icone.

Radix repens subtuberosa. Caules steriles tripedales fusco rubri. Folia distantia petiolis arctissime vaginantibus. Inflorescentia radicalis intra spatham bivalvem latitans. Spatha communis bivalvis, valvulis carnosis rubicundis, interiore maiore; propria univalvis, subdiaphana. Corolla monopetala, resupinata; laciniae tres ovato-lanceolatae, concavae, erectae, dilute carneae. Nectarium maximum, medio virescens, margine nivea, nitidissime undulato plicata. Stigma villosum. Pericarpium maximum. In *Sierra Leona* collegit Prof. *Afzelius;* floruit ex seminibus ab illo datis apud *Loddiges.* ♃. Differt a *grandifloro,* scapo, bracteis.

8. A. *sylvestre;* scapo nudo, spica elongata, bracteis oblongis ventricosis, foliis lato-lanceolatis. — *Willd.* Spec. I. p. 7. *Swartz prodr.* p. 11. *Fl. Ind. occident.* I. p. 1. *Sloane jam.* 61. *Hist.* I. p. 165. t. 105. f. 2.

Flores flavi. Distinguitur ab *Amomis* caeteris: Scapis brevioribus, Spicis longis bracteatis, bracteis ventricosis. Lacinia tertia limbi exter. corollae integra. *Swartz* l. c. *Jamaica.* ♃. *Hort. paris.*

9. A. *grandiflorum Smith,* scapo abbreviato, floribus confertis numerosis; caule sterili simplici, foliis elliptico-lanceolatis acuminatis. *Smith* in *exot. Bot.* p. 103. t. 111.

Caules steriles tripedales, foliis recurvis longe acuminatis undulatis saepe rubro tinctis. Scapi biunciales bracteis imbricatis. Flores magni, lobo medio filamenti indiviso. Fructus oblongus costatus. In *Sierra Leona. A. Afzelius.* ♃.

10. A. *latifolium Afz.;* scapo subterraneo, floribus aggregatis, fructu ovali arciformi, caule sterili simplici, foliis lato-lanceolatis. *Afzel. remed. guineens.* p. 5.

Caules steriles tripedales. Folia dodrantalia, glabra. Scapus sesquipollicaris subterraneus! floribus aggregatis, supra terram conspicuis, magnis, niveis. Fructus 3-4 pollicaris. In declivitatibus sylvosis montium *Sierrae Leonae. Afz.* ♃.

11. A. *racemosum;* scapo spathis oblongis tecto, racemo composito. — *Ruiz. Pav.* Fl. Peruv. I. *p.* 2. *t.* 1. *f. b. Pers. Syn.* I. p. 2.

Cannae similis. Caps. nigra leviter striata; semina acria oleosa. Inflorescentia radicalis, qua differt ab ALPINIA *occidentali Gaertn. Peru.* ♃.

12. A. *thyrsoideum*; scapo spathis oblongo-ovatis vestito, spica conico-thyrsoidea. *Ruiz Pav. Fl. Peruv.* I. t. 2.

Radix tuberosa, fasciculata. Caps. magna ventricosa. *Peru.* ♃.

Species dubiae:

α. A. *montanum*; scapis erectis longioribus, bracteis imbricatis, foliis petiolatis ovatis acutis. — *König* ap. *Retz. obs. bot.* III. p. 51.

Cf. ZINGIBER *roseum*.

β. A. *littorale*; scapis brevissimis squamosis, spathis ovatis, caulibus plurimis, foliis apice nutantibus — *Koenig ap. Retz obs. bot.* 3. p. 52.

γ. A. *Koenigii*; scapis brevibus, spathis cordatis, foliis apice elongatis tortuosis. — *Koenig* l. c.

δ. A. *spurium*; scapis solitariis squamatis, spicis ovatis, bracteis imbricatis, foliis subpetiolatis. β. LAMPIGENY? *Koenig* l. c. p. 59. 62.

ε. A. *globosum*; spicâ caulina ramosa, fructu globoso laevi. *Lour. cochin.* I. p. 6.

Culmus quadripedalis, folia lanceolata, spica caulina ovato-oblonga, ramis obliquis, spicis partialibus subquadrifloris; corolla alborubra; stigma ciliatum; pericarpium globosum album triloculare polyspermum. In montibus *Cochinchinae* et *Chinae.* ♃.

ζ. A. *hirsutum*; spica caulina simplici reclinata; fructu subrotundo hirsuto. *Lour. Cochin.* I. p. 6.

Culmus hirsutus sexpedalis, folia lanceolata; spica linearis, reclinata; perianthium quadrifidum; corolla albo rubro et flavo variegata; nectarium latissimum quadrifidum; fructus hirsutissimus. In sylvis *Cochinchinae.* ♃.

η. A. *arboreum*: caule arboreo, fructu calycino. *Lour. Cochin.* I. p. 9.

Arbor decempedalis ramis tortuosis, folia ovato-oblonga parva, subtus tomentosa, secunda; spica ovata terminalis floribus rubris. Nectarium lato - ovatum. Stigma truncatum. Pericarpium ovato-trigonum, trivalve, triloculare, polyspermum. In insula *Sumatra* versus plagam orientalem in sylva parum a littore distante. ♄.

16. CURCUMA.

1. C. *Zedoaria*, foliis ovatis acuminatis, bracteis emarginatis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 354.

Amomum *Zedoaria* *Willd. Spec.* I. p. 7. A. *latifolium* *Lam. Enc.* I. p. 133? Kua *Rheede H. malab.* XI. p. 13. t. 7. Amomum *Zerumbeth* *Koenig* ap. *Retz. Obs.* III. p. 55. *Rumph. Amb.* V. t. 68?

Caules sesquipedales; folia pedem longa; spica laxa cylindracea, truncata; flores bini s. terni, albi vel flavicantes, bracteis minores, fragrantes. In *Ceylona*, *Malabaria*. ♃.

2. C. *longa*, foliis ovatis lanceolatis, bracteis spatulatis subreflexis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 355. *Willd. Spec.* I. p. 14. *Koenig* ap. *Retz. Obss.* III. p. 72; spica oblonga, squamis oblongis acutis, foliis ovato-oblongis acuminatis, parallelo-venosis. — *Willd. Enum. H. Berol.* p. 4. *Loureiro Cochin.* I. p. II. Amomum *Curcuma* *Syst. Veg.* ed. *Murray.* p. 50. *Jacq. hort. Vind.* III. p. 5. t. 4.

Acaulis. Folia omnia radicalia, sesquipedalia, lanceolata, petiolis convolutis caulem mentientibus. Scapus e medio petiolorum; spica semipedalis, bracteis albo-purpureis; flores sessiles, albidi, flavescentes, nectario luteo. *Loureiro* citat *Rumph. Amb.* t. 64. *Rheede mal.* II. t. 11. diversa videtur. *Ind. or.* ♃.

3. C. *montana*, foliis ovatis acuminatis. bracteis ovato-lanceolatis terminalibus undulatis apice coloratis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 354. *Roxburgh pl. corom.* II. t. 151.

Similis C. *longae*, habitu totius plantae, bracteis foliisque diversa. In *Coromandeliae* montosis humidis. ♃.

(*Curcuma rotunda*, v. *Kaempferia.*)

Species dubia.

C. *pallida*: bulbis nodosis, scapo longo bracteato. *Lour. Cochin.* I. p. 13.

Acaulis, erecta, 3ped.; folia lanceola tamagna oblique vulcata; scapus 8″; spica oblonga, squamis rubescentibus, reflexis, 1 floris; Corolla albo-lutea, nectario trilobo. In *Cochinchina* et Cantone *Sinarum*. ♃.

17. GLOBBA.

1. G. *marantina*, filamenti appendiculo bilunato, spica foliis breviore, bracteis late-ellipticis calyce longioribus. *Roscoe* in *Lin. Transact.* VIII. p. 356. *Linn. Mant.* 2. p. 170. G. spica terminali erecta. appendice filamenti quadriloba, divaricata. *Willd. Spec.* I. p. 153. *Fischer Com. mosqu.* V. I. P. I. p. 23. t. II. f. E. *Smith exot. bot.* 2. p. 85 t. 103. Colebrookia *bulbifera* *Donn. Hort. Cant.* 1.

Caulis simplex, tripedalis, foliis ellipticis; acutis, alternis petiolatis (MARANTAE) vaginis apice truncatis. Spica? floribus confertis, luteis, singulis involutis. Bractea ovata flore longiore. In *Ind. orient. Bengala.* ♃.

2. G. *versicolor*, racemo subcorymboso, appendice filamenti quadriloba, divaricata. *Smith exot. Bot.* t. 117. f. a-c. partes floris. HURA Siamensium *Koenig* ap. *Retz. Obss. bot.* III. p. 49.

Racemus brevis, s. corymbosus; corolla variegata luteo, albo et violaceo. Differt a GL. *marantina* et a sequenti *labio* versus medium filamenti corollam superante. In graminosis umbrosis Ins. *young Ceylon*, et ad urbem *Malaccae* ♃.

3. G. *racemosa*, racemo elongato cylindrico; appendice filamenti sagittiformi. *Smith Exot. Bot.* t. 117.

Caulis tripedalis, foliis vaginantibus vestitus, utrinque pubescentibus, oblongo-ovatis, attenuatis. Racemus terminalis, pedunculis trifloris, floribus aurantiacis. In sylvis *Nepal superioris.* Buchanan.

4. G. *erecta Decand.*; racemo terminali erecto, bracteis flore brevioribus, foliis subsessilibus. *Redouté Liliac.* III. t. 174.

Rad. fibrosa, repens; culmi plures herbacei recti simplices superne pubescentes, crassitie digiti minimi, bipedales circiter; folia alterna, vaginantia, demum plana, lanceolata, acuminata, basi in petiolum attenuata: vaginae foliorum inferiorum rufescentes, scariosae; flores terminales, racemosi, pedunculi breves, crassi, pubescentes, 2-3flori, bractea sub singulo pedicello parva fusca caduca, bracteis vero sub singulo flore ovarium involventibus albis, diaphanis, caducis, maioribus. Calyx albus, extus pubescens, basi tubulosus, brevis, latere fissus in lobos tres parum profundos. Corolla alba, calyce triplo longior, tubulosa, basi attenuata, ultra medium partita in lacinias 5 oblongas, obtusas, irregulares. Nectarium album, tubulosum, basi hirtellum, dilatatum in limbum ovatum, concavum, rubro flavoque varium, undulatum, apice in lobos duos breves divisum, basi cornubus duobus parvis subulatis. Glandula flava nectarifera in apice germinis. Stamen nectario affixum, latum, sulcatum, apice in annulum callosum medio fissum dilatatum, cui ad latus utrumque loculus linearis, polline farctus. Germen inferum, pubescens, globosum, subtrigonum. Stylus in fissura annuli staminis. Floruit in Hort. reg. Parisino, sub nomine RENEALMIAE *minoris.* Patria ignota; fors *India orientalis.*

Dubiae.

6. G. *japonica Thunb.*; racemo terminali cernuo, foliis ensiformibus integerrimis. *Thunb. jap.* 23. *Kaempf. amoen.* V. p. 827. *Willd. Spec.* I. p. 154.

Scapus simplex, bipedalis, folia pauca, petiolis vaginantibus paulo longiora; rhachis flexuosa, palmaris. Caps. ovata rubra, magnitudine Cynosbati. Iuxta *Nagasaki.* ♃.

6. GLOBBA

6. G. *uviformis*; spica (?) laterali. *L. Mant.* 170. *Rumph. amb.* VI. t. 59. f. 2. *Willd.* Spec. I. p. 154.

Folia terminalia lanceolata acuta, subtus villosa. Flores albidi, racemosi. In *India orientali, Moluccis* etc. ♃.

18. CERATANTHERA.

1. *C. amomoides Hornem. Hort. reg. bot. Hafn.* I. p. 5. Hab. in *India orientali.* ♃.

Descr. Hornemanni: Radix fasciculata, e fibris crassis tomentosis, superne angulatis. *Caules* plures simplices teretes, erecti, vaginis foliorum tecti, 1-1½ pedales, crassitie fere digiti. *Folia* ovata, basi attenuata apice acuminata glabra, patentia, subbifaria, inferiora minora. *Spica* terminalis, subsessilis, cylindrica, imbricata, crassitie digiti, bipollicaris. *Folia* calycina lanceolata, acuta flava. *Corolla* fulva, tubus filiformis ascendens pollicaris; lobi limbi reflexi, tres inferiores obtusi; superiores obtusiusculi. *Filamentum* tubo longius, stylum vaginans, apice cernuum et lobis utrinque duobus subulatis divergentibus praeditum. *Anthera* sub apice filamenti, sessilis, linearis. *Stylus* setaceus apice incrassatus; *Stigma* infundibuliforme.

19. HORNSTEDTIA.

1. H. *Scyphus;* foliis subtus tomensosis. — *Willd.* Spec. I. p. 9. *Retz. obs. fasc.* VI. p. 18. Amomum *scyphiferum Koenig.*

8-pedalis. Bracteae margine basi et intus coccineae; flores rubri, *Malacca.* ♃.

2. H. *Leonurus;* foliis glabris ciliatis. — *Willd.* et *Retz. ll.* cc. Amomum *Leonurus Koenig.*

5-6 pedalis. Bracteae rufescentes: flores saturate rubri. *Malacca.* ♃.

20. LOPEZIA.

1. L. *mexicana;* foliis ovatis basi attenuatis cauleque tetragono glabris. — *Vahl Enum. I.* p. 3. L. *mexicana* α. *Willd.* Spec. I. p. 18. *Jacq. Collect. Suppl.* p. 3. *ic. rar. t.* 203. Lop. *racemosa Cavan. ic.* 1. p. 12. t. 18. *Curt. Mag.* 254. *Hort. Kew.* I. *ed.* 2. p. 10. Pisaura *automorpha Bonato Monogr.* Pad. 1793. c. icone.

Corolla incarnata, purpurea variegata. *Mexico.* ☉. *Landishuti olim sata nunc sub dio quovis anno in umbrosis sponte venit.*

2. L. *cordata Hornem.,* ramis angulatis, foliis subrotundo-ovato-cordatis glabris subciliatis. *Hornemann Hort. Hafn.* II. p. 949.

Differt a L. *mexicana* ramis brevioribus profundius sulcatis, foliis latioribus remotioribus, floribus profunde purpureis, pistillo longiore. Floret ad finem Octobr. Hab. — —. ⊙.

3. L. *coronata Andr.;* foliis lucidis, caule angulato e petiolis decurrentibus, corymbis inferne foliosis. *Hort. Kew.* I. p. 10. *Andrews's reposit.* 551. L. *mexicana β.* coronata *Decand.* H. *Monsp.* (1813.) p. 39. L. *axillaris Thunb. H. Ups.,* caule herbaceo diffuso angulato glabro, foliis ovatis serratis, floribus solitariis axillaribus ebracteatis. *Schweigger Koenigsb. Arch.* 1811. p. 36.

Caulis brevis deliquescens, rami elongati subsimplices, folia longe petiolata, floralia pedunculo longiora. *Mexico.* ⊙.

4. L. *hirsuta;* foliis ovatis villosis, caule tereti hirsuto. *Vahl Enum.* I. p. 3. *Jacq. coll. V. p. 5. t. 15. f. 4. Kerner Genera plant. select. t. 2. L. mexicana β. Willd. Spec.* I. p. 18.

Petala pallide incarnata, omnia concolora. *Mexico?* ⊙.

5. L. *frutescens nob.,* caule fruticoso glabro tereti, foliis ovato-oblongis serratis. — Cat. Hort. Carlsruh. p. 163. L. *miniata Decand. hort. monsp. Catal.* (1813.) p. 121. *hort. monsp. ined.* t. 66.

Frutex humilis, elegans, hyeme floribus miniatis parvis innumeris. *Mexico.* ♄.

*) LOPEZIAE *minutae* nomine semina tulimus, e quibus planta hybrida quasi L. *mexicanam* inter et *hirsutam*, ab utraque distincta: caule herbaceo angulato sulcato pilosiusculo, foliis ovatis pubescentibus argute serratis ciliatis. Petala L. *mexicanae*, a qua differt: caule altiore laete purpureo, petiolis foliorum nervis margineque purpureis. Petioli breviores, folia deflexa, apice caulem tangentia, ut diversus omnino habitus. ♄ inscripta erat, sed non fuit.

XXI. DEBRAEA.

1. D. *floribunda.* — ERISMA *floribundum Rudge fl. guj.* p. 7—8. *Trattinick obs. bot. III.* p. 71. *Tabular.* t. 105.

Caulis teres, junior pube fusca stellata. Stipulae parvae, deciduae. Folia opposita vel subopposita, parum obovata vel ovalia obtuse acuminata, utrinque glabra. Flores terminales trichotome paniculati, ramis ramulisque plerumque oppositis. Bracteae duae, valde inaequales, pubescentes. Pedicelli crassi, brevissimi. Cal. laciniae oblongae dense pubescentes, una multo longiore. Corollae petala opposita emarginata, superius in nectarium fauce barbatum productum, inferius multo longius, corniculatum. Anthera sagittata. Stylus longus apice incurvus. In *Gujana.* Arbor vel frutex.

22. CENTRANTHUS.

1. C. *ruber Dec.;* foliis integris lanceolatis, caule basi suffruticoso, floribus corymbosis rubris aut candidis, genitalibus corolli vix duplo longioribus. *Decand. fl. franc.* IV. n. 3327. C. *latifolius Dufresne hist. des Valerianées* p. 38. Valeriana *rubra* α *Linn. Sp. pl.* 44. *Vahl Enum. II.* p. 1. *Willd. Spec.* I. p. 175. *Engl. Bot.* n. 1531. *Valeriana marina Rivin. monop.* β. Valeriana marina angustifolia sive minor alba. *Tournef inst.* I. p. 32. γ. V. mar. angustifolia sive minor, rubra. *ibid.*

Uni-sesquipedalis, glabra, glaucescens. Folia sessilia, bipollicaria, crassiuscula. Pedunculi partiales oppositi, dichotomi. In ruderatis *Europae meridionalis*, *Africae borealis*, *Orientis*. ♃.

2. C. *angustifolius Dec.;* foliis linearibus, caule herbaceo, floribus rubris corymbosis; genitalibus corollâ fere triplo longioribus. *Dec. fl. fr.* IV. n. 3328. *Dufresne* l. c. p. 39. Valeriana *rubra* β *Linn. Sp. pl.* 44. *Hall. helv.* n. 213. β. Valeriana *angustifolia Willd. Spec.* I. p. 175. *Vahl Enum.* II. p. 1. *Cavanill. ic.* IV. t. 353. *Sibthorp fl. graec.* I. p. 22. t. 29. Valer. *monandra Vill. delph.* II. p. 280.

Affinis priori, sed characteribus datis satis distincta, culturâ perstans. In *Helvetiae*, *Galliae*, *Italiae*, *Hispaniae subalpinis*. *Athenis Sibth.* ♃.

3. C. *Calcitrapa Dufresne;* foliis radicalibus ovatis, superioribus pinnatifidis; caule recto glabro; floribus paniculatis purpurascentibus. *Dufresne* l. c. p. 39. Valeriana *Calcitrapa Linn. Vahl Enum.* II. p. 1. *Willd. Spec.* I. p. 175. *Enum. H. Berol.* 50. *Savi due Cent.* p. 9. *Sibthorp fl. graec.* 1. p. 22. t. 30.

Variat foliis inferioribus integris, dentatis et pinnatifidis, summis dein bipinnatifidis. In *Gallia meridionali* (circa *Nantua* jam), *Italia*, *Hispania*, *Africa*; *in arvis argolicis Sibth.* ⊙.

4. C. *orbiculatus nob.;* floribus monandris subcalcaratis, foliis inferioribus subpetiolatis obtusis cordato-orbiculatis denticulatis. Valeriana *orbiculata* in Textu; V. *rotundifolia* in icone. *Smith prodr. Fl. gr.* I. p. 21.

Habitus Centr. *Calcitrapae.* Caulis spithameus rubro maculatus. Folia subcarnosa glaberrima, superiora pinnatifida. Cymae trichotomae. Corollae parvae, tubo albo, limbo rubro. Pappus radiatus plumosus. In *monte crucis insul. Cypri.* ⊙.

23. HOPEA.

H. *dichotoma; Willd. nov. act. soc. am. hist. nat. Berol.* 3. p. 435. *Hayne term. bot.* t. 30. f. 3. *Vahl Enum.* I. p. 3.

Caulis pedalis, 10 poll. alt., dichotome ramosus, angulis membranaceis. Fol. sessilia opposita. Stamina corollae tubo adnata, brevissima. *Rottler. Tranquebaria.* ⊙.

24. CUCULLARIA.

1. C. *excelsa;* foliis lanceolato-oblongis attenuatis utrinque acutis subtus aureo tomentosis. *Vahl Enum.* I. p. 4. Vochy *guianensis Aubl. guian.* 18. t. 6. Vochysia *Lam.* 4. Excelsa *Guianae.*

Plantam, quam *Aublet* Vochy *guianensem* dixit, non hujus esse loci, *Koenig* asserit *Annals of Bot.* vol. II. p. 185. adeoque C. *excelsam Willdenow Spec.* I. p. 17. qui solam Vochy *guianensem Aubl.* adducit, aliam esse, quam *C. excelsam Vahl*, qui suam sic describit: Rami tomentosi; folia bipollicaria supra glaberrima, avenia, obsolete nervosa, subtus e tomento levi aureo nitentia. Petioli brevissimi. Stipulae setaceae, breves. Racemi palmares; pedunculi partiales brevissimi; pedicelli unguiculares. Calyx margo brevis, quadrilobus, petalo corniculato oppositus, subvillosus. Corolla glabra; petala duo majora opposita, linearia, extus convexa, unum parum longius, reliqua ante explicationem vaginans, basi in cornu longitudine pedicelli desinens, alterum filamentum fovens; duo lateralia breviora, tenuiora, sessilia subtruncata. Filamentum lineare basin versus sensim angustatum, villosum, concaviusculum latere interiore, dorso uninervi. Anthera nervo divisa. Stylus filiformis, superne versus sensim parum latior; stigma compressiusculum, subemarginatum; adjicit folia et flores differre a figura Aubletii adeo, ut vix ejusdem speciei crederet. — In *Aubletii* planta flores lutei, fragrantes.

2. C. *racemosa Poir.;* foliis ovato-lanceolatis acutis, floribus racemosis axillaribus. Vochysia *racemosa Poir. Enc. meth.* t. VIII. p. 682

Foliis priori similis, sed inflorescentiâ diversa. *Cayennae.* ♄.

3. C. *emarginata Vahl;* foliis oblongis obtusissimis emarginatis utrinque glabris. *Vahl Enum.* I. 5. Vochya *Vandellii fl. lusit. et bras. in Römer script. de pl. hisp. lus. et bras. t.* 6. *f.* 1.

Rami in hac glabri, fol. bipollicaria; petioli fusci. ♄. Excelsa *Brasiliae.*

25. QUALEA.

1. Q. *rosea;* petalo integro, nectario calyce breviore. *Vahl Enum.* I. p. 6. *Aubl. gujan.* I. *t.* 1. *Lam.* illustr. des genr. T. IV.

Folia bi-tripollicaria, rigida, opposita, oblonga, acuminata, integerrima; flores ampli carnei. Arbor excelsa *Gujanae.* ♄.

2. Q. *caerulea;* petalis emarginatis, nectario longitudine calycis. *Vahl Enum.* I. p. 6. *Aubl. gujan.* t. 2.

Folia bi-tripollicaria, oblonga, acuta; flores parvi caerulei. Arbor excelsa *Gujanae.*

26. USTERIA.

U. *guineensis.* *Willd. act. soc. am. hist. nat. X.* t. 2. *Vahl Enum.* I. p. 5. Monodynamis *Iserti Gmel. syst. veg.* p. 10.

Frutex ramis oppositis purpurescentibus; foliis subrotundis ovatis, integerrimis bipollicaribus; floribus paniculatis terminalibus. *Guinea. Isert.*

27. * MANGIFERA.

* 1. M. *indica;* foliis lanceolatis petiolatis, paniculis erectis, petalis apice patulis, drupa subreniformi glabra. *Vahl Enum.* I. p. 7. *Rheede mal. IV.* t. 1. 2. *Jacq. ic. rar.* t. 337. *M. sativa hort. paris. Journ. de Bot. Sept.* 1813. p. 101.

Folia saepe spithamea, coriacea, venenatissima; panicula pedalis. Stamina quinque, unum corolla albida longius, fertile. ♄ procera *Indiae* et *Arabiae.*

2. M. *foetida;* foliis lanceolatis petiolatis, paniculis erectis, petalis reflexis, drupa cordata pubescente. *Vahl Enum.* I. p. 7. *Rumph amb. I.* t. 28.

Folia triplo majora quam in M. *indica*, obscure viridia, flores rubri. ♄ procera *Indiae orient.*

3. M. *laxiflora;* foliis lato-lanceolatis sessilibus, paniculis laxis pendulis, drupa subrotunda. *Vahl Enum.* I. p. 7. *Lamarck Enc. meth.* 3. p. 97.

Rami nodoso-cicatrisati; folia semipedalia, basin versus angustata. Flores Sandri? ♄ procera *insulae St. Mauritii.*

4. M. *axillaris;* foliis ovato-oblongis obtusiusculis, (emarginatis), paniculis axillaribus, floribus decandris. *Willd. Spec. I.* p. 1151. *Lamarck Enc. meth. III.* p. 667. Spondias *simplicifolia Rottler.*

Vahl l. c. monet hanc speciem minime huc pertinere, cum staminibus decem fertilibus, stylis quinque gaudeat. Sed quum locum ei non assignet, *Willdenowius*que nuperrime et cl. *Lamark* et *Persoon* eam hic posuissent, maneat hoc interim loco. *India or.* ♄.

28. SALMONEA.

S. *cantoniensis.* *Vahl Enum. I.* p. 8. *Loureiro fl. cochinchin.* 14.

Caulis herbaceus, sexpollicaris, erectus; folia cordata, integerrima, sparsa; spicae terminales simplices breves; flores violacei; laciniae calycis compressi subulatae, corollae rotundatae, media longior, cucullata, capsula scabra. *Cantone Sinarum.*

29. POLLICHIA.

P. *campestris.* *Vahl Enum.* I. p. 8. *Smith spicil. bot.* Fasc. I. t. 1. NECKERIA *campestris Gmelin syst. veg.* p. 16.

Caules ramosi, declinati. Folia verticillata, versus unum latus vergentia, lineari-lanceolata; flores parvi sessiles in capitulum axillare congesti. *Cap. b. spei.* ♂. et ♃.

30. PHILYDRUM.

1. P. *lanuginosum;* spica cum perianthiis capsulisque lanatis, antherae lobis spiralibus. R. *Brown prodr.* 1. p. 265. *Willd. Spec.* I. p. 17. *Vahl Enum.* I. p. 9. *Gaertn. de fruct.* 1. t. 16. f. 10. *Lam. illustr. d. genr.* T. IV. GARCIANA *cochinchinensis.* *Loureiro* 1. p. 15.

Caulis bipedalis, erectus, simplicissimus lanuginosus; folia subulata, crassa, equitantia; Racemi terminales; flores aurei; anthera magna, cochleata. *In humidis Cochinchinae, Cantonis Sinarum, Nova Hollandia.* ♃. ♂ *Hornem.* PHILYDRUM *lanuginosum Willd. En. hort. ber.*, ad quod citat *Curtis mag.* t. 783.; monente *Willdenowio*, differre videtur, figurâ floris et fructus *Gaertneri* in nonnullis discrepante: folia lineari-lanceolata subrubescentia; caulis ramosus; flores spicati aurei exacte sessiles, bracteâ duplo longiore lanceolata pilosa suffulti. An tantum varietas? Nuperrime et cl. *Hornemann* idem observavit dicens (*Hort. Hafn.* I. p. 6.). "Nec descriptio *Loureiri* nec „*Gaertneri* quadrat. Petala majora dorso inprimis villosa serrulata, minora glabra, apice profunde serrata, basi integerrima. „Filamentum planum nec alatum. Anthera, quae in apice filamenti sita est, nec, ut in figura *Gaertneri*, sub apice, constat ex lobis duobus ad latera spiraliter tortis. Stigma echinatum."

2. P. *pygmaeum;* spica cum perianthiis capsulisque glabris, antherae lobis reniformibus. *Brown prodr.* 1. p. 265. In *nova Holland.*

31. SALICORNIA.

1. S. *herbacea;* herbacea, patula, articulis apice compressis emarginatis, spicis axillaribus oppositis pedunculatis, squamis obtusis. *Willd. Spec.* I. p. 23. *Vahl Enum.* I. p. 9. *Fl. Dan.* t. 303. *Pursh Fl. Amer. Sept.* 1. p. 2. S. *acetaria Pall. illustr. plant.* t. I. II. f. 1. S. *annua Engl. Bot.* n. 415. β. *myosuroides*, procumbens, surculis longissimis. *Dillen.* in *Raj. Syn.* p. 137. γ. *purpurascens*,

ramosior procumbens, foliis brevibus, purpurascentibus *Dillen. ibid.* δ. *major*, kali geniculatum majus. *Schola botan.* 37.

Stamina duo, antherâ altera post alteram apparente. Calyces integerrimi truncati, articulorum subcylindricorum lateri immersi. *In Europae littore, et salsis mediterraneis Ungariae.* ⊙ ♂.

2. S. *prostrata;* caule ramosissimo. divaricato, trifariam prostrato, articulis apice subsinuatis, amentis crebris oppositis terminalibusque. *Pall. illustr. plant.* t. 3. *it. I. app.* c. A. f. 1. *S. herbacea β.*

Tardius praecedente floret, neque de specie dubio locus est. *Pall. Ad Rhymnum.* ⊙.

2. S. *procumbens Smith;* herbacea procumbens, articulis obconicis, ramis simplicibus, spicis fastigiatis, staminibus duobus. *Engl. Bot.* t. 2475. S. *herbacea Ehrh. Beytr.* 7. p. 178.

Est omnium illorum, qui *diandram* descripsere S. *herbacea.* Spithamaea, basi tantum ramosa. Genicula emarginata, articuli subcompressi aut quadrangulares. Stamina semper duo. Stylus levissime fissus. Stigmata emarginata. In *uliginosis salsis* saepius *inundatis.* D. *W. Borrer.* ⊙.

3. S. *radicans Smith;* caule lignoso procumbente basi radicante; geniculis compressis emarginatis, articulis subcylindricis; spicis oblongis; stylo profunde diviso, staminibus duobus. *Engl. Bot.* t. 1691. Salicornia *herbacea β. Smith. brit.* 1. p. 2. S. *europaea β. Huds.* p. 1. S. erecta, foliis brevibus cupressiformibus. *Dillen.* in *Raj.* Syn. p. 137. S. *biennis Afzel.* Ms. p. 2.

Fruticosa, erecta aut procumbens; articuli tenuiores magisque cylindrici quam in S. *herbacea;* spicae magis inaequales crassitie; Stylus profunde bi-trifidus, quo a S. *fruticosa* differt, cui et flores magis distantes. In uliginosis maritimis *Angliae.* ♂ *Afzel.* sed ♃ *Smith.*

4. S. *pygmaea;* caule pusillo moniliformi, articulis globosis; amentis confertis crassissimis cylindricis. *Pall. illustr. plant.* T. II. f. 2.

Vix unquam duabus pollicibus major. *Ad mar. Casp.* ⊙.

5. S. *ambigua;* fruticulosa, procumbens s. assurgens, inordinate ramosa. *Michaux fl. bor. am.* I. p. 2. *Pursh Fl. amer. Sept.* I. p. 3.

Media *herbaceam* inter et *fruticosam*, pallide sempervirens, incompte laxa. *In Nov-Eboraci et Carolinae scirpetis maritimis.* ♂ ♄.

6. S. *indica;* articulis clavatis compressiusculis truncatis bidentatis, spicis terminalibus cylindricis solitariis obtusis. *Vahl Enum.* 1. p. 10. *Willd. nov. act. soc. am. hist. nat.* II. t. 4. f. 1 R. *Brown prodr.* p. 417.

Caulis suffruticosus decumbens, ramis adscendentibus, praecedente multo crassior, magis glaucus; articuli semi-unguiculares, denticulis carinatis Flores 5-7 andri. *Rottler. Littora maris planitiei Tranquebar.*

7. S. *perennans;* herbacea, patula, articulis apice compressis bifidis, spicis axillaribus ternis pedunculatis, squamis acutis. *Willd. Spec.* I. p. 24. *Vahl Enum.* I. p. 11. Salicornia *herbacea β.* *Pallas it.* I. *app.* T. D. f. 1.

Caules prostrati, tenuiores et ramosiores quam in N. 3. *Paludes sicciores Sibiriae ad Jaikum.* ♃.

8. S. *fruticosa;* caule erecto fruticoso, articulis ramulorum ancipitibus, squamis floralibus truncatis membranaceis. *Willd. Spec.* I. p. 24. *Kali. Camerar. Epit.* 246. *Vahl Enum.* I. p. 11. *Engl. Bot.* t. 2467. *Thunb. Fl. Cap.* 1. p. 1.

Caulis ramosissimus, ramis oppositis, articulis subcylindricis. *Europae et Africae septentrionalis maritima.* ♄.

9. S. *virginica;* herbacea, erecta, ramis simplicissimis indivisis; spicis longis articulatis. *Willd. Spec.* 1. p. 25. *Vahl Enum.* I. p. 11. *Pursh Fl. Amer. Sept.* 1. p. 2.

Spica longa, articulata; "In specie quadam virginiana, quam nuper ante oculos habui vivam, erat calyx squama ovata cochlearis instar concava erecta. Stamina certe duo. *Linn. S. V.* p. 52. n. 3. *Virginia et Carolina.* ⊙. An species genuina? an *herbaceae* varietas?

10. S. *cruciata;* fruticosa, articulis inferioribus subglobosis, superioribus cylindricis cruciatis. *Vahl Enum.* I. p. 11. *Forsk. descr. Ic.* t. 1.

Caulis procumbens; articuli 6-plici ordine squamarum. *Alexandriae ad salinas.* ♄.

11. S. *strobilacea;* caule prostrato, articulis truncatis alternatim spiciferis, spicis nudis brevissimis oppositis. *Willd. Spec.* I. p. 25. *Vahl Enum.* I. p. 11. *Pallas it. app. n.* 91. *t. E. Ill. plant.* t. IV.

Caules suffruticosi, pedales; spicae sessiles, decussatae, 20 florae; calyces triphylli articulis brevissimis interiecti *Marsch. Bieb. Fl. taur. cauc.* p. 2. qui *Pall.* t. B. f. 1. 2. citat, probante Pallas." *Praerupta salsa maris Caspici.*

12. S. *caspica;* articulis cylindricis, spicis filiformibus. *Vahl Enum.* I. p. 12. *Pall. it.* I. *app. t. A.* f. 2. *Lam. illustr. plant.* t. VII.

Gigas generis, trunco fere arboreo subinde et vix pedali; spicae pedunculatae, saepe bipollicares. *Squalida maris Caspici, Mediae.* ♄.

13. S. *arabica;* foliis alternis vaginalibus obtusis hinc dehiscentibus. *Vahl Enum.* I. p. 12. *Willd. Spec.* I.

p. 25. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 12. ' *Pall. l. c. t. A.* f. 3. *Ill. pl. t. V. S. foliosa* α.

Fruticulus vix pedalis, caulibus cortice albido, rimoso; articuli ovati, superne angulo prominulo; spicae 3-4, pauciflorae. *Arabia.* ♄.

14. S. *foliosa;* foliis linearibus alternis amplexicauli-decurrentibus. *Vahl Enum.* I. p. 13. *Pall. l. c. t. C.* f. 1. 2. *Lam. ill. pl. T. VI. S. foliata* β.

Fruticulus pedalis, articulis obovatis; folia crassa, teretia, quadrifariam patentia; spicae saepe pollicares. An varietas praecedentis? *Sibiria, mare Casp.* *Pallas* hanc et praecedentem l. c. jungit sequentibus: "frutescens, prostrata, alterne ramosa, articulis folio productis, amentis extremorum surculorum alternis, oblongis."

15. S. *perfoliata;* foliis alternis orbiculatis perfoliatis, ramis dichotomis. *Vahl Enum.* I. p. 13. *Forsk. descr.* p. 3. *non fig.*

Caulis diffusus teres, non articulatus, pedalis; folia vix semiunguicularia, spicae pedunculatae, saepe sesquipollicares, floribus ternatim positis. *Littora maris rubri.* ♄.

16. S. *amplexicaulis;* foliis cordatis, amplexicaulibus. *Vahl Enum.* I. 13. *Symb. bot.* II. p. 1.

Caulis palmaris, lignosus, decumbens, ramosissimus, ramis sesquipollicaribus, binis approximatis; folia parva, alterna *Tunetum.* ⊙.

17. S. *arbuscula;* floribus ternis monandris, articulis clavato-oblongis emarginatis, caule fruticoso erecto. R. *Brown* Prodr. p. 411.

Habit. *in nov. Holland.*

18. S. *ambigua;* fruticulosa assurgens inordinate ramosa. *Mich. fl. Amer.* 1. p. 2. *Pursh fl. Amer. Sept. I.* p. 3.

S. *fruticosae* valde affinis; pallide viridis. *A Noveboraco ad Carolinam.* ♂. ♄.

32. HIPPURIS.

1. H. *vulgaris;* foliis verticillatis plurimis (10-12) linearibus acutis. *Vahl Enum. I.* p. 13.

α. *palustris*, foliis verticillatis patentibus. *Roth Fl. germ.* T. II. P. I. p. 39. *Hall. hist.* n. 1572. *Fl. Dan.* t. 87. *Schkuhr Handb.* t. 1. *Engl. Bot.* t. 763. *Turpin et Poiteau Flore de Paris.* I. p. 1. t. 1. *Trattin. Arch.* t. 319.

β. *fluviatilis*, caule fluitante, foliis submersis reflexis, emersis saepe in spiram tortis. *Roth* l. c. *Weber hols.* n. 2. β.

γ. Equisetum palustre Linariae Scopariae folio. *Bauh. prodr.* p 24. c. V.

Caulis pedalis, in aquis profundioribus multoties altior, fistulosus, articulatus, in α simplicissimus, rarissime romosus; in β 1-2 ulnarum, fluitans, in α folia 8-12 verticillata, saturate viridia; in β non verticillata, pallida, spirae in modum caulem ambientia. Flores interdum polygami. Anthera purpurea. α in fossis, β in fluviis, quam varietatem sterilem esse monet in fonte *vallis clausae de Candolle Fl. gall.* n. 3637. γ. *Basil.* in palud. Michelfeldens. Hippuris *alopecurus Brousson. Cat. h. monsp. ann.* 1804. β videtur. ♃. α. Habitus *Equiset.* Intra flores *Hallerus* corpuscula rotunda grandioraque observavit, quae gemmae ei visa sunt.

2. H. *maritima;* foliis inferioribus quaternis, superioribus 6-5nisque. *Vahl Enum.* I. p. 14. *Hellen. diss. c. icon.* *H. lanceolata Retz. Obs.* III. p. 7. t. 1. *H. tetraphylla* L. *suppl.* p. 81. *Lam. illustr.* t. V. f. 2.

Caulis palmaris; folia inferiora remota, ovata, reflexa, superiora lineari-lanceolata, longitudine internodiorum. Prope *Aboam* ad litt. maris. ♃. *Wahlenb.* et hanc speciem, et varietates praecedentis, unam eandemque esse speciem dicit.

33. ZOSTERA.

1. Z. *marina;* foliis integerrimis subtrinerviis, caule teretiusculo. *Vahl Enum.* I. p. 14. *Fl. Dan.* t. 15. *Gaertn. de fruct.* I. p. 76. t. 18. *Engl. Bot.* t. 467. Phucagrostis *minor. Caulin. de Phucagrost.* p. 14. t. 2.

Caules articulati; folia graminea longissima; stylus simplex, stigmata duo. *Ad littora maris.*

2. Z. *mediterranea;* caule sarmentoso geniculato ramoso teretiusculo, foliis linearibus inferne vaginantibus, superne in spatham explicatis integerrimis, floribus dioïcis. *Loisel. fl. gall.* II. p. 622. *Decand. fl. fr.* n. 1818. *Caulini. de Phucagrost.* Tab. 1. Phucagrostis *major.*

Praecedente tri-quadruplo major; folia fusco-viridia. *In fundo maris mediterranei et Oceani.* ♃?

3. Z. *uninervis;* foliis integerrimis uninerviis, caule compresso, geniculis incrassatis. *Vahl Enum.* I. p. 14. *Forsk. descr.* p. 157.

Caulis flavus geniculis incrassatis. Folia spithamea, praecedente angustiora. *Mare rubr.*

4. Z. *ciliata;* foliis confertis retusis ciliato-serrulatis. *Vahl Enum.* I. p. 15. Thalassia *ciliata Koenig;* Foliis sessilibus retusis multinerviis, stipite descendente vaginis imbricato. *Annals of Bot. II.* p. 97. *Forskål* p. 157.

Caulis pedalis, compressus, articulis brevibus, vaginis flavescentibus imbricatis; folia disticha, spithamea, ultra pollicem lata, inferiora ciliata. *Mare rubr.*

5. Z. *stipulacea;* foliis geminatis petiolatis, stipulis oppositis conduplicatis. *Vahl Enum.* I. p. 15. THALASSIA *stipulacea Koenig* foliis petiolatis obtusis trinerviis, nervis lateralibus marginalibus l. c. p. 97. *Forsk. descr.* p. 158.

Caulis cylindricus, spithameus; fol. petiolata, bi-tripollicaria, semiunguem lata, obtusa, remote serrulata; stipulae semipollicares. *Mare rubr.* Defectum fissurarum fructiferarum in foliis probare, N. 4. et 5. non esse e genere ZOSTERARUM.

34. APHELIA.

1. A. *cyperoides.* R. *Brown prodr.* I. p. 252.

Herba pusilla caespitosa (Scirpi Cyperive minoris facie). Radix fibrosa. Folia radicalia filiformia, basi vaginante. Scapi nudi, filiformes. indivisi. Spica unica, terminalis; squamis hispidis, acuminatis, infimis quandoque sterilibus et longioribus. Hab. in *nov. Holland.*

35. CENTROLEPIS.

1. *Receptaculum paleaceum.*

1. C. *pulvinata;* receptaculo paleaceo, stylis 6-7 distinctis, spathis muticis: valvulà inferiore hispidiuscula, superiori glabra; foliis scapos subaequantibus. R. *Brown Prodr.* 1. p. 252.

2. C. *Patersoni;* receptaculo paleaceo, stylis 8 distinctis, spathis mucronatis multifloris: valvulâ superiori glabriuscula, inferiore hispida, scapo adulto foliisque triplo brevioribus piloso. R. *Brown Prodr.* 1. p. 252. C. *aemula Rudge* in *Linn. Transact.* X. p. 284. t. XII. f. 2.

Planta biuncialis. Scapi plures, teretes, purpurei. Folia villis albidis usque ad apicem tecta. Hab. *prope Port. Jackson, in nova Hollandia.*

3. C. *strigosa;* receptaculo epaleaceo, stylis 5-7 distinctis, spathis mucronatis: valvulis ambabus hispidis, scapo adulto glabro foliis hispidulis triplo longiore. *Brown Prodr.* I. p. 252.

2. *Receptaculum epaleatum. Spathae hispidae.*

4. C. *tenuior;* recept. epaleaceo, stylis 4-5 basi connatis, spathis submuticis foliisque hispidis, scapo pilosiusculo. *Brown prodr.* I. p. 252.

5. *fascicularis; La Billard.*, rec. epaleaceo, stylis 2-3 basi

connatis, spathis hispidis; aristis valvulas subaequantibus, foliis pilosiusculis, scapo glabro. *Brown Prodr.* I. p. 252. (Sub C. *Billardieri.*) *LaBillardiére nov. Holland. plant. Spec.* I. p. 7. tab. 1. C. *cuspidigera Rudge* in *Linn. Transact.* X. p. 283. T. XII. f. 1.

Planta tri-quadripollicaris. Scapi plures, erecti, teretes, basi foliis vaginati. Spathae bivalves, ovatae, longissime cuspidatae, basi concavae, pilis albidis rigidis hispidae, 10-12 florae. *Port Jackson.*

6. C. *exserta.* rec. epalcaceo, stylis 7-10 distinctis, spathis muticis hispidis, flosculis apice exsertis, scapis foliisque pubescentibus. *Brown Prodr.* I. p. 253.

3. *Receptaculum epalcatum. Spatha glabra.*

7. C. *Banksii*, receptaculo epal., stylis 8-10, spathis muticis glaberrimis multifloris, margine membranaceis, scapo foliis 3-4plo longiore. R. *Brown Prodr.* I. p. 253.

8. C. *pusilla*, rec. epaleato, stylis 6-7, spathis muticis glaberrimis paucifloris margine membranaceis, scapis folia subaequantibus, utrisque glabris. *Brown Prodr.* I. p. 253.

9. C. *aristata*, rec. epal., stylis 6-7 basi connatis, spathis elongato-aristatis glabris, scapo ancipiti. *Brown Prodr.* I. p. 253.

36. ALEPYRUM.

1. A. *polygynum*, spathis unifloris, valvulâ exteriori foliaceo-aristata, ovariis 15-18, scapo foliis duplo triplove longiore. R. *Brown Prodr.* I. p. 253.

2. A. *pumilio*, spathâ uniflora, valvulâ exteriori foliaceo-aristata, ovariis 6-9, scapo folia aequante. *Brown Prodr.* I. p. 253.

3. A. *muticum*, spathis paucifloris: valvulâ exteriori mucronata. *Brown Prodr.* I. p. 253.

37. MITHRIDATEA.

1. M. *quadrifida.* *Willd. Spec.* I. p. 27. TAMBOURISSA *quadrifida Sonnerat it. ed. germ.* II. t. 134. AMBORA *quadrifida Enc.* T. 7. p. 565. AMBORA *Tambourissa Persoon Syn.* T. II. p. 566. AMBORA *sempervirens Dieterich.*

Arbor ramis foliisque oppositis ellipticis obtusis integerrimis venosis; flores solitarii pedunculati; fructus pomi magnitudine. *Madagascaria*, *Mauritii*, *Borboniae insula.*

DIGYNIA.

38. CORISPERMUM.

1. C. *orientale;* floribus axillaribus solitariis pedunculatis, foliis enerviis inermibus. *Vahl Enum.* I. p. 15. *Lam. ill.* I. p. 15.

Caul. erectus, superne albido-lineatus; fol. bipollicaria, glabra, linearia, obtusiuscula, crassa. *Oriens.* ⊙.

2. C. *hyssopifolium;* spicis terminalibus, floribus distantibus, foliis enerviis bracteisque inermibus. *Vahl Enum.* I. p. 16. *Willd. Spec.* I. p. 28. *Buxbaum* C. III. t. 55. *Pallas fl. ross.* II. t. 98. f. *E. Illustr. plant.* T. IV. t. 59. *Fl. graec.* I. p. 1. t. 1.

Caules sesquipedales, glabri; rami patentes; folia bipollicaria; bracteae lanceolatae, semine longiores. *Stam.* 4. *Haller;* 3-4 *Pallas.* *In Tartaria, Ungaria, Monspelii.* ⊙.

*) C. *hyssopifolio* affine *Pall.* floribus triandris pentandrisque. *Pall. ill. pl. imp. cogn.* t. 59. (Ad Irtin inter Schulbam et Septempalatiorum munimentum. An loco et climate mutata? Semper aliena facie et floribus triandris pentandrisque.)

3. C. *nitidum;* spicis terminalibus, floribus distantibus, foliis enerviis bracteisque inermibus, floribus monopetalis pentandris, stylis saepe germine longioribus, seminibus subrotundo-ovatis. *Kitaib. in litt. Schult. östr. Fl. ed.* 2. I. p. 7.

Floret serius, Augusto, *in Pannonia.*

4. C. *Redowski Hort. Gorenk.;* spicis terminalibus, floribus demum remotis, foliis enerviis bracteisque subpungentibus, fructibus subincurvis.

Caulis semipedalis, ramosus, striatus, glaber et rubellus in spontaneo, viridis et pubescens in culto. Rami patentes. Folia sessilia, basi attenuata, linearia, pubescentia, margine pilis hinc inde raris, pollicem circiter longa, lineam fere, aut dimidiam interdum lata, vix crassiuscula, apice setâ albidâ rigidâ subpungente mucronata. Bracteae late ovatae, acuminatae, apice saepe recurvae, mucronatae, margine membranaceae, medio pubescentes. Semina ovato-orbiculata, membranâ margine suberosâ cincta, bracteis majora, ante maturitatem recurva. Stamina in deflorato sicco numerare non licuit. *Trans Baicalem versus flum. Tschikoi.* ⊙.

5. C. *canescens,* spicis terminalibus, floribus approximatis dipetalis pentandris; foliis enerviis bracteisque inermibus, seminibusque emarginatis. *Kitaib. in litt. Schult. östr. Fl. ed.* 2. I. p. 7.

Tota pilis brevibus fasciculatis canescens. *Cum priore in arena mobili sterilissima.*

6. C. *intermedium;* spicis terminalibus axillaribusque floribus imbricatis, foliis bracteisque mucronatis, caule villoso. *Schweigger königsb. Arch.* 1811. p. 211. *Kali folio gramineo Loesel fl. pruss.* n. 370. excl. synonym. *Bauh.*

Differt a C. *hyssopifolio* spicis terminalibus axillaribusque intermixtis floribus nonnullis caulinis remotissimis axillaribus solitariis, bracteis ovatis longe acuminatis semine duplo longioribus, caule villoso, foliis bracteisque semper mucronatis; a C. *squarroso Vahl* bracteis omnibus ovalibus, nec infimis linearibus et spicâ minus densiore. *Schweigger* l. c. Praecedentem crederem nisi in hac semina integra. In arenosis *Borussiae* circa *Pillau.* ⊙

7. C. *squarrosum*; spicis axillaribus, floribus confertis imbricatis, foliis enerviis bracteisque mucronatis subpungentibus. *Vahl Enum.* I. p. 16. *Willd. Spec.* I. p. 28. *Pall. fl. ross.* II. p. 113. t. 99. A. B. D. Huc *Schweigger C. hyssopifolium Willd.* ducit.

Caulis teres, superne villosus, albido lineatus; folia praecedente angustiora, longiora; bracteae superiores ovato-lanceolatae, patentes. Stam. 5. *Pall.* *Ad ripas fluviorum Sibiriae.* ⊙

8. C. *pungens;* floribus axillaribus aggregatis, foliis lineari-lanceolatis nervosis bracteisque subulatis pungentibus. *Vahl Enum.* I. p. 117. *Buxb. C. III.* t. 56.

Caulis striis albidis, superne canescenti-villosus; folia distantia, bipollicaria, patentissima, subfalcata, glabra; stylus mucro bifidus; semina haud marginata. *Pall.* *Arenosa aridissima deserti Camani et Caspici.*

39. CALLITRICHE.

1. C. *verna;* foliis trinerviis superne aggregatis majoribus, seminum margine obtusiusculo. *Wahlenb. fl. carp.* p. 2. C. *aquatica Smith* brit. I. p. 8. *Engl. bot.* t. 722. *C. sessilis Decand. fl. fr.* n. 3655.

* *α.* foliis omnibus elongato-obovatis. *C. verna* L. foliis superioribus ovalibus, floribus androgynis *Willd. Enum. H. berol.* p. 8. *Fl. Dan.* t. 129.

β. intermedia, foliis inferioribus linearibus emarginatis. (superioribus ovalibus) *Willd.* l. c. *Hall. Helv.* n. 554. *Sturm D. Fl. Fasc.* 3. *C. dubia Thuill. fl. par.* p. 3. *C. heterophylla Pursh fl. Am. Sept.* I. p. 3?

γ. C. cespitosa, foliis lineari-lanceolatis utrinque attenuatis, apice obtusis integris, caulibus cespitosis ramosissimis reptantibus. *Schulz fl. Starg. prodr.* p. 2. n. 5. C. *minima Hoppe*, foliis omnibus linearibus obtusis apice integris. *Bot. Taschenbuch.* 1792. *Hoffm. Fl. germ.* p. 2.

α in stagnis, β in rivulis lente fluitantibus, et γ supra limum humidum. Omnibus folia 3-nervia, carnosiuscula, opaca, pallentia, cellulis grandiusculis compacta. *Wahlenb.* l. c. Sedulo conferantur, quae de *C. verna* habet ill. *Targioni Tozzetti Obs. bot. dec. I. II.* p. 7. 8. *Callitriche autumnalis Brotero*, teste cl. *Link* alia spec. est, C. *latifolia Linkii.*

*) Planta summopere polymorpha. Praeter varietates allatas *Thuillier* adhuc multas alias collegit et ut species distinctas descripsit, quarum una alterave omnino ad C. *pedunculatam Decand.* pertinere videtur. An autem ea revera genuina sit species, ob habitum non minus variabilem quam in specie vulgari et pedicellos in floribus superioribus subnullos — adhuc sub judice lis est.

2. C. *autumnalis;* foliis omnibus per caulem sparsis aequalibus uninerviis truncatis, seminum marginibus membranaceis. *Wahlenb. l. c. Hall. helv.* n. 55. *Gmelin sib.* III. t. 1. *Loesel pruss.* t. 38. C. *linearis*, foliis omnibus linearibus apice bifidis. *Pursh fl. Am. Sept.* I. p. 3?

Ad littora fluviorum lacuumque, ubi aqua quieta est. Substantia tenuior, exsucca, membranacea, diaphana, vivide viridis, cellulis tenuissimis; fructus major. *Wahlenb.*

3. C. *brevifolia Pursh*, foliis omnibus linearibus truncatis brevibus approximatis. *Pursh fl. Am. Sept.* I. p. 3.

Planta parvula, facie Musci, raro florens. Radix repens. *Noveboracum* et *Virginia* ⊙.

4. C. *aestivalis;* foliis petiolatis subrotundis, fructu tetragono. *Thuill. fl. par.* p. 2. *Vaillant bot. par.* t. 32. f. 10. *Persoon Syn.* I. p. 5.

Floret Jul. Aug. Varietatem β prioris C. *sessilis* fecere *Lam. Dec. fl. gall.* n. 3655.

5. C. *terrestris;* procumbens, diffusa, foliis crassis uniformibus petiolatis oblongis. *Rafinesque medical Repos.* vol. V. *Desvaux Journ. de Bot.* p. 223.

In coenosis New-Jersey, Pensylvaniae.

6. C. *pedunculata*, foliis inferioribus linearibus, superioribus oblongis, omnibus obtusis integris, fructibus inferioribus pedunculatis, superiori subsessili. *Loisel. fl. gall.* 1. p. 3. *Decand. fl. fr.* n. 3656.

In aquis coenosis sylvae *Fontainebleau.* Floret circa finem veris ⊙.

7. C. *tenuifolia;* foliis omnibus linearibus apice integris acutis, fructu quadrigono. *Thuill. fl. paris. Persoon Syn.* I. p. 6.

a N. 1. δ, fructu, ibi compresso, diversum; fors varietas praecedentis. *Circa Fontainebleau autumno.*

8. C. *brutia*, foliis linearibus oppositis connatis, internodiis distantibus. *Petagna institut. bot.* II. p. 10.

Planta monoica. Folia linearia brevia. Cauliculi filiformes longissimi, internodiis distantibus. Fructus distyli axillares tetragoni, emarginati. Flor. masc. interspersi. *In lacubus vulgo di Scrisà Calabriae ulterioris. Pet.*

9. C. *dioica*, foliis inferioribus lanceolatis, superioribus ovalibus in petiolum decurrentibus, floribus dioicis. *Petagna* l. c.

An *fontana Scop.* varietas *vernae* L.? Sed sexus, statura, caulis radicans, folia crassiuscula et fere spathulata, hanc a *verna* separare suadent. *In stagnis Crotonis Pet.*

41. MNIARUM.

1. M. *biflorum*, caulibus caespitosis, ramis glaberrimis, foliis basi denticulatis, supra integerrimis, pedunculis fructiferis folio longioribus. R. *Brown prodr.* p. 412. *Forster gen.* I. t. 1. *Linn. Suppl.* p. 18. *Comment. gotting.* 1789. p. 21. t. 1. Mn. pedunculatum *LaBillard nov. Holland. Spec.* I. p. 8. t. 2. Ditoca *muscosa Gaertn.* II. p. 196. t. 126. f. 1. *Vahl Enum.* I. p. 310.

Facies Minuartiae. Caules cespitosi, herbacei, bipollicares; folia confertissima, opposita, sessilia, acerosa, subtriquetra, glaberrima. Flores terminales. exigui virides, squamulis 3-4 minutis. diaphanis. *Ad fretum Magellanic. In nova Seeland.* ♃

2. M. *fasciculatum*, caule multiplici procumbente ramoso, ramis tenuissime pubescentibus, foliis longitudinaliter denticulatis, pedunculis fructiferis folia vix aequantibus. *Brown Prodr.* p. 412.

42. BLITUM.

1. B. *capitatum*; capitellis spicatis terminalibus. *Vahl Enum.* I. p. 17. *Willd. Spec. I.* p. 30. *Hall. Helv.* n. 1571. *Sturm Fl. Germ. fasc.* 2. (mala, potius habitum sequentis refert.) *Schkuhr Handb.* t. 1. *Poiteau* et *Turpin paris.* I. p. 3. t. 2.

Caulis pedalis et ultra, parum ramosus; folia triangularia dentata, majora quam in sequente; glomeruli rubri inferiores axillares, superiores in spica aphylla. Fructus baccati, rubri, succulenti, insipidi. *Europa, praesertim Tyrolis.* ⊙.

* 2. B. *virgatum*, capitellis sparsis lateralibus. *Vahl Enum.* I. p. 17. *Willd. Spec.* I. p. 30. *Decand. fl. fr.* n. 2238. *Gaudin Fl. Helv. ined.* *Murith Bot. Val.* p. 55. *Lam. illustr.* t. 5. *Curtis mag.* t. 276 *Jaume St. Hilaire plant. d. l. Franc.* 52. L. t. 3. *Poiteau* et *Turpin fl. paris.* I. p. 4. t. 3. β. *minus*, Atriplex sylvestris lappulas habens. *Moris. hist.* I. p. 606. t. 32. f. 2. γ. *chenopo-*

nopodioides; capitellis verticillatis exsuccis. *Linn. mant.* 170.

Europ. merid. A priore, cui simile, differt caulibus ramosioribus, debilibus, usque ad apicem foliosis, foliis elongatis lanceolatis acutis, dentibus longis, latis, crebrisque, tandem florum glomeribus omnibus axillaribus. *γ.* in *Tatar. Suecia*, monstrositas est, quae caule ramoso, simplice, aut prope radicem in ramum unum aut duos ascendentes diviso, foliis saepe oppositis, interdum aggregatis, sessilibus vel petiolatis, differt.

3. B. *chenopodioides;* caule ramosissimo, glomerulis axillaribus exsuccis. *Lamarck Enc. T. I. p.* 11. *Besser fl. gal.* I. p. 21. *Morison* l. c. f. 11. *Schult. ostr. Fl.* ed. 2. I. p. 8.

Caulis 1-3pedalis, ramosissimus, ramis patentibus; folia triangulari-hastata, longe petiolata, inaequaliter dentato-sinuata, *B. virgati* simillima, superiora brevissime petiolata. Semina orbicularia compressa, calyce sicco. Diversa a. n. 2. *γ.* nec monstrositas. ⊙

42. JARAVA.

1. J. *usitata. J. Jchu. Ruiz* et *Pavon. Fl. Peruv.* T. I. t. 6. f. b. STIPA *Jarava, de Beauvois Ess. d'Agrost.* p. 18.

Folia convoluta, subulata, spica paniculata. An Alopecuri species? *Alpes peruv.*

TRIGYNIA.

43. LACISTEMA.

1. L. *myricoides. Vahl Enum.* I. p. 18. PIPER *aggregatum Berg. act. helv.* VII. t. 10. NEMATOSPERMUM *laevigatum. Act. soc. hist. nat. Paris* I. p. 105. *Swartz ic. fasc.* 1. t. 1.

Willdenow Digyniae inseruit hanc fruticem. Rami superne purpurascentes; folia bi-tripollicaria lanceolato-elliptica, acuminata, extrorsum obsolete serrata; amenta axillaria 3-8; corolla quadridentata; capsula carnosa, rubra. *In Jamaicâ occidentali, Cajennâ, Surinamo.* Dubitant cl. *Richard* et *Swartz*, an NEMATOSPERMUM hujus sit generis: hinc de specie magis adhuc dubitandum.

44. DUFOUREA.

1. D. *trifaria;* foliis lineari-oblongis obtusis ternis. *Bory de St. Vincent* in *Sp. Pl. ed. Willd.* 5. p. 55. Habit. in aquis stagnant. insul. *Madagascar et Franciae.*

Facies totius plantae FONTINALIS *squamosae*, et quasi medium inter Lycopodia et muscos tenens. *Caulis* natans, ramis alternis, ramulis tribus vel septem alternis pollicaribus. *Folia* parva, parum minora quam in Fontinali dicta, lineari-oblonga uninervia terna approximata patentia. *Flores* in ramulis inferioribus sessiles. Capsulae subrotundae. *In aquis Insulae Mauritii*, *raro*. ♃.

2. D. *alternifolia:* foliis lineari-lanceolatis acutiusculis alternis. TRISTICHA *alternifolia*, du *Petit Thouars*.

Hab. in *aq. stagn. ins. Madagascar*. Habitus Hypni cujusdam aquatici. Caulis 4 pollicaris vel semipedalis, ramis alternis pollicaribus, ramulis 8 pluribusve alternis. *Folia* facie praecedentis, sed angustiora et parum longiora lineari-lanceolata acutiuscula uninervia alterna imbricata. *Flores* plerumque tres ad basin ramulorum sessiles.

Classis II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

a. *Flores completi, inferi, monopetali, regulares.*

45. CODARIUM *Afzel.* *Calyx* quinquelaciniatus, tubo persistente. *Corolla* monopetala, planiuscula. *Legumen* monospermum, exterius univalve, interius bivalve, pulpa terrea intercorticali. Semen suborbiculatum compressum.

Ordo nat. LOMENTACEAE.

46. BOERHAAVIA. *Cal.* monophyllus, inverse conicus, semen involucrans. *Cor.* monopetala, plicata, apici calycis insidens. Semen unicum, calyce clauso corticatum. *Stam.* 1. 2. 3. 6. 12.

Involucrum squamis minimis. Stigmata tria in B. *chaerophylloide.* — Flos potius inferus quam superus. — *Lam.* ill. t. IV. Familia NYCTAGINEARUM.

47. MAYTENUS. *Cal.* quinquelobus. *Cor.* campanulata integra. *Caps.* compressa, bivalvis, bilocularis, bisperma.

Juss. gen. plant. 449. Dubium! CELASTRUS *Willd.*

48. OLEA. *Cal.* quadridentatus; *Cor.* quadrifida, laciniis subovatis. *Drupa* putamine osseo, 1-2 loculari, 1-2 spermo.

Lamarck ill. t. VIII. f. 2. Familia JASMINEARUM *Juss.*

49. NORONHIA. *Cal.* minimus, quadrifidus. *Cor.* globulosa crassa profunde quadrifida. *Antherae* duo in fundo corollae et substantia ipsa reconditae. Styl. o. Drupa oblonga nucleo biloculari, testa solida. Semen. 1.

Stadmann apud *Aub. du Petit Thouars gen. madagasc.* Familia JASMINEARUM.

50. CHIONANTHUS. *Cal.* quadripartitus. *Cor.* quadrifida, laciniis linearibus longis. *Drupa* putamine osseo striato, 1-5 spermo.

Cor. 4-5-6-fida. *Stamina* subinde 4. CERANTHUS *Schreb.* Familia JASMINEARUM *Juss. Lam.* ill. t. IX. Vide et MAYEPEA in CHIONANTHO *tetrandra.*

51. Phillyrea. *Cal.* quadridentatus. *Cor.* quadrifida. *Drupa* baccata, putamine chartaceo, biloculari. *Semina* solitaria.

Tubus corollae brevissimus, laciniae subcarnosae. *Gaertn.* II t. 92. f. 3. *Lamarck ill.* t. VIII. f. 1. 2. 3. Familia Jasminearum *Juss.*

52. Notelaea. Rhysospermum *Gaertn. Carp.* III. p. 232. t. 224. *Cal.* quadridentatus. *Cor.* petala 4, ovalia, brevia, ad basin ope staminum per paria unita. *Filamenta* tetragona, dilatata, quadricornia? *Styl.* 0. *Stigma* bifidum. *Drupa* putamine subchartaceo. *Ventenat. Desfont.*

An Olea? Familia Jasminearum. Oleinae *Hoffmannsegg* et *Link.*

53. Ligustrum. *Cal.* quadridentatus. *Cor.* quadrifida. *Bacca* bilocularis, loculis bispermis.

Gaertn. t. 92. *Lamarck ill.* t. VII. Familia Jasminearum *Juss.*

54. *Schrebera.* *Cal.* bilabiatus. *Cor.* 5-7 fida. *Caps.* pyriformis bilocularis, bivalvis. *Sem.* 4-5 singulo loculo, membranaceo-alata. *Roxburgh.*

55. Syringa. *Cal.* quadridentatus. *Cor.* quadrifida, infundibuliformis. *Caps.* bivalvis, bilocularis. *Semina* margine membranaceo cincta.

Lilac *Lam. ill.* t. VII. *Gaertn.* t. 49. Familia Jasminearum *Juss.*

56. Forsythia. *Cal.* quadripartitus. *Cor.* campanulata, quadrifida. *Fructus* — — *Vahl.*

57. Sarmienta. *Cal.* quinque-partitus, inaequalis. *Cor.* tubulosa, superne ventricosa quinquefida. Filamenta 5, 3 sterilia inclusa, 2 fertilia exserta. *Caps.* unilocularis circumscissa.

58. Urceolaria. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* urceolata quinqueloba. *Bacca* sicca quadrilocularis, tetrasperma. *Molina fl. Chil.* p. 277.

An Sarmienta *fl. peruv.?* Sed fructus quoad descriptionem valde diversus.

59. Nyctanthes. *Cal.* tubulosus integer. *Cor.* hypocrateriformis, 5-fida, laciniae oblique truncatae, emarginatae. *Caps.* compressa, marginata, bipartibilis, bilocularis. *Sem.* solitaria.

Gaertn. I. t. 57. f. 2. *Lam. ill.* t. VI. Familia Jasminearum.

60. Jasminum. *Cal.* quinquedentatus 4-5-8 fidus. *Cor.* hypocrateriformis, 5-8 fida. *Bacca* bicocca vel bilocularis. *Sem.* solitaria.

Lam. ill. t. VI. et VII. f. 1. Familia Jasminearum *Juss.*

*) Cl. *Lamarck* et *Jussieu* JASMINUM in genera duo dispescuere: alterum MOGORIUM Calyce et Corollâ 8-fida; alterum JASMINUM, calyce et Corolla quinquefida.

61. Menodora. *Cal.* multipartitus, inferus, laciniis 10-14 linearibus, erectis. *Cor.* quinquepartita, patens, tubo brevi, fauce hirsuta. *Stamina* fauci inserta. *Germ.* apice emarginato-bilobatum, disco carnoso semi-immersum.

Humb. et *Bonpl. plant. aequinoct.* II. p. 98. Familia Jasminearum? Gentianarum?

Limosella *diandra*. Hopea.

b. *Flores completi, inferi, monopetali, irregulares; fructus capsulares.*

62. Striga. *Cal.* quadrifidus. *Cor.* quadrifida: laciniâ supremâ majore, emarginatâ. *Caps.* unilocularis, polysperma.

63. Veronica. *Cor.* limbo quadripartito, laciniâ infimâ angustiore. *Caps.* bilocularis. *Lam. ill.* t. XIII. f. 1. Familia Rhinanthacearum *Juss.*

*) Ex investigatione specierum ultra 30 patet, dissepimentum duplicatum esse, et ex inflexis marginibus valvularum ortum. In quibusdam tamen, iis praecipue, capsulâ compressâ instructis, ejusdem lamellae arctissime invicem valvulisque cohaerent, hinc contrarium evadit et tunc saepius per axin bipartibile; in nonnullis autem a valvulis omnino discedens liberum et parallelum est. In sectione capsulâ bipartibili, placenta, quae pedicellata et gracilis, vel alteri segmento cohaeret, vel ab utroque discedit. In toto genere valvulae plus minus fissae, in pluribus usque ad basin. *Brown prodr. pl. nov. Holland.* p. 434.

64. Micranthemum. *Cal.* quadripartitus, laciniis duabus inferioribus majoribus. *Cor.* subcampanulata, quadripartita, lacinia superiore minore. *Caps.* bivalvis, unilocularis, polysperma.

Mich. Fl. am. bor. T. I. p, 10. Familia Lysimachiarum *Juss.*; Primulacearum *St. Hilaire.* I. p. 218.

65. Galipea. *Cal.* tubulosus, 4-5-dentatus. *Cor.* hypocrateriformis, 4-5-fida, subinaequalis. *Stam.* 4; duo sterilia. *Germen* subpentagonum *Stigma* quadrisulcatum.

Lam. ill. gen. t. X.

66. Sanchezia. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* tubulosa, quinquefida: laciniae revolutae: 2 superiores breviores. *Stam.* 4; duo sterilia. *Anth.* aristatae. *Caps.* bivalvis, bilocularis. (*Flores involucrati*) *Fl. peruv. prodr.* p. 5. t. 32.

67. Chaetochilus. *Cal.* subbilabiatus quinquefidus. *Cor.* tubulosa, limbo quinque-partito, laciniis linearibus, duabus superioribus brevioribus. *Caps.* ore quadridentato, bilocularis, polysperma.

Vahl Enum. pl. I. p. 101. Schwenkiae adnumerandum censet *Poiret Enc. meth. Suppl.* T. II. p. 185.

68. SCHWENCKIA. *Cal.* quinquefidus. *Cor.* tubulosa, subregularis, decemdentata, dentibus alternis glandulosis majoribus. *Stam.* 5, tria sterilia. *Caps.* bivalvis, bilocularis, polysperma.

Familia PERSONATARUM.

69. ROTTLERA. *Cal.* coloratus. *Cor.* incurvata fauce inflata, quinquefida, subaequalis. *Stam.* 4, duo sterilia. *Stigma* simplex. *Caps.* bivalvis, polysperma.

Vahl Enum. I. p. 87. ROTTLERA *Willd.* TREWIA est.

70. GRATIOLA. *Cal.* quinquepartitus, bracteis 2; *Cor.* irregularis resupinata. *Stam.* 4: duo sterilia. *Stigma* bilabiatum. *Caps.* bilocularis.

Lam. ill. t. XVI. f. 1. Familia PERSONATARUM.

*) R. *Brown* in *Prodr. pl. nov. Holland.* characterem generis Gratiolae sequentibus constituit:

Calyx quinquepartitus. *Corolla* tubulosa, bilabiata, labio superiore bilobo, inferiore trifido aequali. Stamina duo antherifera, 2-3 sterilia. *Stigma* bilamellatum. *Capsula* quadrivalvis, dissepimento e marginibus inflexis tardius solubilibus . . . . et addit:

Praeter allatas tres novae Hollandiae legitimas species esse, *officinalem*, *pilosam*, *peruvianam*, aliasque paucas ineditas ex Americâ septentrionali.

71. MICROCARPAEA. *Brown.* *Calyx* tubulosus pentagonus quinquefidus. *Corolla* bilabiata. *Stamina* duo antherifera, sterilia nulla. *Capsula* bivalvis, dissepimento contrario, demum libero.

Ordo nat. OLEINARUM *Hoffmannsegg* et *Link.*

72. OLIGARRHENA *Brown.* *Calyx* quadripartitus, bibracteatus. *Corolla* quadrifida aestivatione valvata, persistens. *Stamina* duo inclusa. *Ovarium* biloculare. *Capsula?* bilocularis.

Paradoxa planta; artificiali charactere *oleinis* haud multum dissimilis, habitu toto coelo distans.

73. SCHIZANTHUS. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* bilabiata, resupinata, labio superiore quinquepartito, inferiore tripartito. *Stam.* 4: duo sterilia. *Caps.* bivalvis, bilocularis.

Ruiz et *Pavon flor. peruv.* p. 13. t. 17. Valvulae capsularum concavae, bifidae, intus nudae, receptaculum centrale utrinque seminiferum, dissepimenti paralleli vices supplens. Familia PEDICULARIUM. — *Persoon* in DIDYNAMIA *Angiosperm.*

74. CURANGA. *Cal.* bivalvis, valvulâ alterâ minore. *Cor.* calyce brevior, labio superiore trilobo inferiore integro latiore. *Caps.* calyce tecta, bivalvis, bilocularis, polysperma. *Juss. in Ann. d. Mus.* IX. p. 319.

Linneus ad SCUTELLARIAM suam *indicam* retulit. Familia SCROPHULARIARUM.

75. Raputia. *Cal.* quinquefidus, brevis. *Cor.* quinquefida, subbilabiata. *Stam.* 5, tria sterilia. *Stigma* subtrilobum. *Caps.* 5 coalitae, uniloculares, intus bivalves. *Sem.* 1.

Lam. ill. t. X. Sciuris *Schreb.*

76. Cyrtandra. *Cal.* quinquefidus, subbilabiatus. *Cor.* quinquefida, irregularis. *Stam.* 4-5, 2-3 sterilia. *Bacca* bilocularis.

Forst. gen. p. 6. *Vahl symb. bot.* II. p. 1. *Pers.* in Didynamia *Angiospermia. Lam. ill. gen.* t. XI.

77. Elytraria. *Cal.* 4-5 partitus. *Cor.* quinquefida, subaequalis. *Stam.* 4, duo sterilia. *Caps.* bivalvis, bilocularis. *Sem.* dissepimento contrario inferne annexa. *Michaux Fl. am. bor.* I. t. 1.

Familia Acanthacearum.

78. Hypoestes. *Calyx* quinquefidus, aequalis, *involucro* quadrifido, trifloro (abortione saepe unifloro) inclusus. *Corolla* bilabiata. *Stamina* duo. *Antherae* uniloculares. *Ovarii* loculi bispermi. *Dissepimentum* adnatum. *Semina* retinaculis subtensa.

*) Genus hoc, quod *Solander* jam ante XL. annos constituit, quodque 1. involucro quadrifido trifloro 2. antheris unilocularibus a Justiciis differt, cum R. *Brownio* (*prodr. fl. nov. Holland.* p. 474.) retinendum.

79. Justicia. *Calyx* quinque-partitus, aequalis, raro quadripartitus. *Corolla* valde irregularis, bilabiata vel ringens, labio inferiore diviso. *Stamina* duo antherifera. *Antherae* biloculares, loculis insertione saepe inaequalibus. *Filamenta* sterilia nulla, vel obsoleta. *Ovarii* loculi dispermi. Dissepimentum adnatum; semina retinaculis uncinulatis subtensa. *R. Brown.* — *Lam. ill.* t. XII. f. 1. 2.

Familia Acanthacearum.

*) De JUSTICIIS et DIANTHERIS vide *Vahl Symb. bot.* II. p. 11. cf. et genera HARRACHIA, RUELLIA, BARLERIA et ERANTHEMUM, DICLIPTERA, NELSONIA, APHELANDRA, cum HYPOESTI.

80. Dicliptera. *Calyx* quinquepartitus. *Cor.* irregularis bilabiata; *Stam.* 2; *Stigma* unicum aut duplex; *Caps.* orbicularis, compressa, subbilocularis elastice bivalvis, valvis carinatis, carinâ primum curvâ, mox dehiscente rectâ, lateribus inde a basi utrinque fissis, apice persistentibus, et summae carinae annexis, alarum instar. Appendix in singulâ valvâ simplex, inter alas eidem carinae supra adnata, infra libera et a carinâ discedens, complanata, septi aemula, sed valva angustior, unde loculi non omnino distincti, incurvata, hamiformis. basi bidentata, dentibus latere exteriore seminiferis. Semina in singulâ valvâ 2, orbicularia, 1 quandoque abortivum *Juss.*

Juss. Ann. d. Mus. T. IX. p. 267. t. XXIII. f. 3. *Lam. ill.* t. 12. f 3. (JUSTICIA *aliorum*) Familia ACANTHACEARUM.

81. NELSONIA. *Calyx* quadripartitus inaequalis. *Corolla* infundibuliformis, limbo 5-fido, parum inaequali. *Stamina* duo antherifera inclusa, antherarum loculis insertione aequalibus divaricatis, sterilia o. *Capsula* sessilis, acumine elastico, dissepimento adnato, loculis polyspermis. *Semina* sine retinaculis. *R. Brown.*

82. ERANTHEMUM. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* quinquefida, tubo medio curvato. *Capsula* polysperma.

Lam. ill. t. XVII. f. 1. 2. Affine VERBENACEIS.

Calyx quinquepartitus, aequalis. *Corolla* hypocrateriformis, limbo quinquepartito, aequali, vel parum inaequali. *Stam.* duo antherifera exserta. *Antherae* loculis parallelis muticis. *Filamenta* duo sterilia. *Ovarii* loculi bispermi; *Capsula* valvula navicularis, dissepimento adnata. Semina retinaculis subtensa. R. *Brown.*

83. WULFENIA. *Calyx* quinquepartitus. *Corolla* bilabiata, ecalcarata, labio superiore breviore, inferiore barbata. *Stam.* sub labio superiore adpressa conniventia. *Capsula* bilocularis, supera.

Willd. Enum. H. berol. I. p. 24. *Lamarck ill.* t. XIII. f. 2. Familia PERSONATARUM.

84. PAEDEROTA. *Calyx* quinquepartitus; *Corolla* bilabiata ecalcarata labiis subaequalibus. *Stamina* in labio inferiore adscendentia. *Capsula* supera bilocularis. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 24. *Lamarck ill.* t. XIII. f. 1. seu potius *Savigny* WULFENIAM PAEDEROTAE, cl. *Smith.* PAEDEROTAM WULFENIAE adjunxit. l. c. Sequimur ducente, ut videtur, naturâ, *Willdenowium* et *Schraderi* dubia *Fl. germ.* I. p. 48. Familia PERSONATARUM.

85. BAEA. *Calyx* quinquepartitus. *Cor.* bilabiata, tubo brevissimo, labiis planis, superiore tridentato, inferiore emarginato. *Capsula* longe corniculata, quadrivalvis, bilocularis, contorta.

Lamarck ill. I. t. XV. Cl. *Persoon* huc et JOVELLANAS *Flor. peruv.* et CALCEOLARIAS quasdam retulit: capsulâ ovato-conicâ, bisulcâ, biloculari, apice bivalvi, valvulis bifidis. Familia PERSONATARUM.

CALCEOLARIA. *Calyx* quadripartitus. *Corolla* bilabiata, labium inferius inflatum, calceiforme. *Capsula* semibivalvis, valvulis bifidis.

Lam. ill. t. XV. Familia PERSONATARUM.

87. PINGUICULA. *Calyx* bilabiatus, quinquefidus. *Cor.* ringens, calcarata. *Caps.* unilocularis.

Lam. ill. t. XIV. *Gaertn.* II. p. 140. t. 112. Familia PRIMULACEARUM.

88. Utricularia. *Cal.* diphyllus aequalis. *Cor.* personata, aut ringens, labio inferiore basi calcarato. *Filamenta* intus apice antherifera. *Stigma* bilabiatum. *Caps.* circumscissa, 1-locularis.

Folia radiciformia (nisi radices dicere malis), submersa, capillacea, repetito-dichotoma, cum utriculis hydrostaticis *) axillaribus sessilibusque. *Lam. ill.* t. XIV. f. 2. Familia Primulacearum **).

*) Ampullae, quae radicibus adhaerent, ex cl. *Haynii* observationibus ante florescentiam aquâ sunt repletae. In transitu ad anthesin aërem secernunt, quo fit ut planta emergere et flores extra aquam explicare possit. Anthesi peractâ, et ampullis iterum aëre evanescente aquâ impletis, planta submergitur.

**) Herbae aquatiles liberae, foliis radiciformibus, demersis, multifidis, vesiculis numerosis instructis. U. paludosae radicantes, foliis radicalibus confertis indivisis, vesiculis quandoque radicalibus. Scapi nudi. nunc squamulis raris vel foliis vesicularibus instructi. Flores spicati racemosi vel solitarii. Antherae saepe simplices, nunc medio constrictae, quasi biloculares. Stigmatis labium superius minus, quandoque deficiens. Capsula sphaerica, raro compressa, R. *Brown*.

89. Stachytarpheta. *Calyx* tubulosus, quadridentatus. *Corolla* hypocrateriformis, inaequalis, quinquefida, curva. *Stamina* 4, duo sterilia. *Semina* 2.

Mirbel Ann. d. Mus. T. XV. t. 14. f. 1. 2. Verbenae *Linn.* *Persoon* Didynamiae angiospermiae intulit.

Martynia *diandra*. Hemimeris *sabulosa*, *montana*. Bignonia *Catalpa*, *longissima*. Selago *angustifolia*. Hebenstreitia *fruticosa*. Limosellae *varietas*.

90. Lycopus. *Cal.* tubulosus 5 fidus. *Cor.* tubulosa, subaequalis quadrifida laciniâ superiore latiore emarginatâ. *Stamina* distantia. *Semina* quatuor retusa.

Flores axillares, verticillati, sessiles. *Lam. ill.* t. XVIII. *Mirbel ann. d. Mus.* T. XV. t. 14. f. 6. 7. Familia Labiatarum.

91. Amethystea. *Cal.* subcampanulatus, quinquefidus. *Cor.* subaequalis, 5fida, laciniâ infimâ longiore concavâ. *Semina* quatuor gibba.

Lam. ill. t. XV. *Mirbel Ann. d. Mus.* T. XV. t. 14. f. 9. Familia Labiatarum.

92. Hoslunda. *Cal.* tubulosus, 5dentatus. *Cor.* ringens, labio superiore concavo. *Stam.* 4: 2 fertilia. *Sem.* 4 intra calycem baccatum.

Thonning apud *Vahl.*

93. Ziziphora. *Corolla* ringens, labio superiore abbreviato plano. *Calyx* filiformis. Semina 4.

Marsch a Bieberstein, qui recte, praeeuntibus pluribus aliis, CUNILAM et ZIZIPHORAM *Linn.* in uno eodemque genere conjunxit. — Cl. *Porsoon* utrumque genus et affin . indidit *Didynamiae gymnospermiae.* *Lam. illastr.* t. XVIII. f. 2. 3. t. XIX. *Mirbel Annal. du Mus.* T. XV. t. 14. f. 8. Familia LABIATARUM.

*) Differentia *Cunilam* inter et *Ziziphoram* fuit: *Calyx* illi cylindricus, huic tubulosus; illi labium superius erectum, planum, emarginatum; huic, reflexum, integrum. Habitus utrique idem.

94. MONARDA. *Cal.* tubulosus dentatus. *Cor.* ringens' labio superiore lineari filamenta involvens.

Lam. ill. t. t. XIX. *Mirbel Ann. d. Mus.* T. XV. t. 14. f. 12-15. Familia LABIATARUM.

95. ROSMARINUS. *Calyx* bilabiatus, labio superiore integro. *Cor.* ringens, labio superiore bipartito. *Filamenta* longa curva simplicia cum dente.

Lam. ill. t. XIX. *Mirbel Annal. d. Mus.* T. XV. t. 14. f. 10. Familia LABIATARUM.

*) De Familia Labiatarum vide opusculum Cl. *Mirbel* in *Annal d. Mus.* T. XV. p. 213. et seq.

96. SALVIA. *Cal.* subcampanulatus, bilabiatus, labio superiore 2-3 dentato subinde integro, inferiore bifido. *Cor.* ringens. *Filamenta* transverse pedicello affixa.

Lam. ill. t. XX. Familia LABIATARUM. — Folia rugosa. Flores verticillato-ramosi.

97. COLLINSONIA. *Cal.* bilabiatus, labio superiore tridentato. *Cor.* inaequalis, labio inferiore multifido, capillari. *Sem.* 4, tria abortientia.

Lam. ill. t. XXI. Familia LABIATARUM.

c. *Flores completi inferi polypetali:*

98. FONTANESIA. *Cal.* quadripartitus, inferus; *Cor.* petala 2, bipartita; *Caps.* membranacea non dehiscens, bilocularis, loculis monospermis. *La Billardière.*

Calyx minimus. *Stigmata* 2, inflexo-hamata. *Caps.* rarissime trilocularis. Familia JASMINEARUM *Lam. ill.* I. t. XXII.

99. LITHOPHILA. *Calyx* triphyllus. *Cor.* tripetala, nectario diphyllo. *Swartz.*

Genus affine HERNIARIIS. *Jussieuo* fructus bilocularis, *Swartz* unilocularis videtur.

*) Florem esse apetalum, nectariumque et corollam *calycem* sistere pentaphyllum squamis tribus cinctum, ex affinitate cum amentaceis jubet *Jussieu Annal. d. Mus.* II. p. 186.

100. LINOCIERA. *Cal.* quadridentatus. *Cor.* quadripetala. *Anth.* sessiles. *Petala* 2, opposita basi connextentes. *Bacca* exsucca, bilocularis, loculis monospermis. *Swartz.*

Ordo JASMINEARUM. Stamina subinde 3.

101. ACAENA. *Cal.* monophyllus, aristis glochidatis armatus. *Cor.* quadripetala, apici calycis inserta. *Stam.* 2-4-5. *Stigm.* penicillatum. *Sem.* 1, calyce corticatum.

ACAENA et ANCISTRUM *Linn. Lam. ill.* t. XXII. Ordo ROSACEARUM. Confer *Vahl Enum.* I. p. 298.

MANGIFERA *indica.* FRAXINUS *Ornus.* COMMELINA *vaginata, nudiflora.* KYLLINGIA *scirpoides, pumila, capillaris.* VIOLA *diandra.* LYTHRUM *thymifolium.* CORONOPUS *didyma* (SENNEBIERA.). LEPIDIUM *Iberis, virginianum.*

d. *Flores completi superi.*

102. COLUMELLA. *Calyx* quinque-partitus. *Cor.* rostrata, (rotata *Pers.*) supera. *Anth.* plicatae. *Caps.* didyma, bivalvis, bilocularis, valvulis duplicatis.

Flor. peruv. I. t. XII. f. b. Familia RHAMNACEARUM.

103. MORINA. *Cal.* duplex: exterior inferus, tubulosus; interior superus, bifidus. *Cor.* bilabiata. *Sem.* 1., calyce interiore coronatum.

Lam. ill. t. XXI. Familia DIPSACEARUM.

104. CIRCAEA. *Cal.* diphyllus, superus. *Cor.* bipetala. *Caps.* bilocularis, non dehiscens, loculis monospermis.

Lam. ill. t. XVI. Familia ONAGRARIARUM.

FEDIA *cornucopiae, scorpioides.*

e. *Flores incompleti.*

105. PIMELEA. *Banks* et *Solander.* *Corolla* infundibuliformis, limbo quadrifido, fauce esquamata. *Calyx* nullus. *Stamina* duo, fauci inserta, laciniis exterioribus opposita. *Stylus* lateralis. *Stigma* capitatum. *Nux* corticata, raro baccata. Ordo nat. THYMELEAE *Juss.*

*) Frutices. Folia opposita, raro alterna. Flores capitati, terminales, foliis involucrantibus saepe dissimilibus, interdum connatis; rarius spicati vel axillares, quandoque dioici. Corollae tubus in plerisque medio articulatus, articulo inferiore persistente. R. *Brown.*

106. MARGYRICARPUS. *Calyx* 4-5 partitus, superus. *Cor.* o. *Stigma* peltatum. *Drupa* nucleo monospermo.

107. FRAXINUS. Polygama. *Cal.* o. s. 4 partitus. *Cor.* o. s. 4 petala. *Samara* bilocularis. *Sem.* pauca pendula *Gaertn.*

Lam. ill. t. DCCCLVIII. Familia JASMINEARUM. DIOECIAE inseruit *Persoon* Fraxinum; Ornum vero, ut genus proprium, DIANDRIAE MONOGYNIAE.

108. DIALIUM. *Calyx* o. *Corolla* quinquepetala. *Stam.* ad latus superius calycis s. receptaculi.

DIALIUM et ARUNA *Willd.*

109. CYPSELEA. *Calyx* monophyllus, quinque-partitus, coloratus. *Cor.* o. *Stam.* 2. 3, perigyna. *Germ.* uniloculare, liberum. *Styl.* bifidus. *Caps.* polysperma, circumscissa basi, seminibus numerosis, receptaculo centrali libero affixa. *Turpin.*

110. SUFFRENIA. *Cal.* o. nisi *Corolla* calycina monopetala, quadrifida, foliolis ovatis acutis aequalibus. *Filamenta* 2 corolla breviora, eidem basi opposite insidentia. *Antherae* capitatae. *Stylus* simplex longitudine corollae. *Stigma* capitatum. *Germen* superum subrotundum. *Capsula* oblonga, unilocularis, bivalvis, valvis subaequalibus acutis.

Bellardi act. taur. VII. *Balbis stirpes novae.* Famil. SALICARIARUM *Juss.*

111. LEMNA. *Cal.* monophyllus; *Cor.* o. *Caps.* supera, 1-2 locularis, 1-2 sperma.

Lam. ill. t. DCCXLVII. LENTICULA *Juss.* Genus solertius inquirendum; a *Linnaeo Monoeciae Diandriae* insertum, a JUSSIAEO inter FILICES relatum.

112. CLADIUM. *Cal.* multivalvis, uniflorus, valvulis glumaceis, imbricatis: exterioribus minoribus. *Cor.* o. *Nux* putamine duplici. *Brown. jam.* p. 114. *Schrader Fl. germ.* I. p. 74. Familia CYPERACEARUM.

Spiculae undique imbricatae 1-2 florae, squamis extimis vacuis. *Setae* squamulae hypogynae nullae. *Stylus* deciduus cum ovario inarticulatus. Nux calva, Nucleus laevis. *R. Brown. prodr. flor. nov. Holland* I. p. 236.

Culmi foliosi v. vaginati. Inflorescentia varia, paniculata v. subspicata, spiculis saepius aggregatis.

SALICORNIA *herbacea, virginica.* PIPERA *nonnulla.* POLYCNEMUM *sclerocarpum.* SCHOENUS *albus, setaceus, capillaris.* CYPERUS *confertus.* SCIRPUS *ovatus, Michelianus, dipsaceus, glomeratus.* ERIOPHORUM *alpinum.* ANYCHIA *dichotoma.* LEPIDIUM *petraeum, ruderale.*

D I G Y N I A.

113. Gunnera. *Cor.* o. *Cal.* bidentatus. *Semen* unum crusta calicina corticatum. (*Lamark ill.* t. DCCCI. f. 1. 2.) Familia Urticearum. *Lamark* ad Dioeciam, *Linnaeus* et *Willdenow* ad Gynandriam *Diandriam* retulere. Hujus congener ex D. *Dombey* Panke *Fevill. Peruv.* t. 30. *Juss.*

114. Roemeria. *Cal.* gluma bivalvis multiflora. *Cor.* simplex, bivalvis mucronato-aristata. *Sem.* liberum.

*) *Character naturalis.* CAL. *Gluma* multiflora bivalvis patens, flosculos 5-9 in spicis paniculae distichis colligens, *valvulis* inaequalibus, inferiore minore lanceolato-acuminatâ, superiore ovatâ, mucronatâ. COR. *gluma* uniflora, bivalvis, valvulâ exteriore ovatâ, valde convexâ, mucronato-aristatâ, interiore minore ovatâ obtusiusculâ, apice subbidentatâ. STAM. *Filamenta* duo capillaria, corollâ breviora. *Antherae* oblongae, utrinque bifidae. PIST. *Germen* obovatum. *Styli* duo breves, basi connati. *Stigmata* longa, villoso-ramoso-plumosa. *Sem.* unicum, nudum, oblongum, quidquam incurvum, laeve, apice subemarginatum. Nomen plantae tribuit cl. *Zea*, ad cujus specimina sicca descriptio nostra.

115. Anthoxantum. *Cal.* glumae membranaceae, triflorae, flosculis longiores. Flosculi laterales neutri uniglumes, alio basi infra medium aristà tortili plicatâ, alio versus apicem aristà rectâ. Flosculus intermedius hermaphroditus, lateralibus fere triplo brevior. *Glumae corollinae* obtusiusculae, muticae. *Stylus* basi simplex. *Stigmata* longissima. *Semen* liberum, sulcatum. — *Palis. de Beauvois Agrostogr.* p. 64. t. XII. f. 8.

116. Reimaria. *Cal.* 1-valvis. *Cor.* 2-valvis, valvulis 2 concavis membranaceis, acuminato-subulatis. *Stamina* 2. *Stigmata* penicilliformia. *Semen* liberum. *Rhachis* spicata, spiculis unifloris. *Kunth Mem. du mus. d'hist. nat.* T. II. p. 68. *Flügge monogr.* p. 214.

excl. Reimaria *elegante* et *candida*, ut in *Pal. de Beauv. agrost. nouv.* ut dubium, quod non amplius.

117. Diarrhena. *Calycis* valvulae et *Corollae* valvula inferior, naviculares, rigidae; valvula calycina inferior minor, flosculis brevior. *Cor.* valvula superior membranacea, marginibus latis, replicatis, basi dentato-emarginatis. *Nectaria* 2, ovata, integra, glabra. *Germen* subcalyptratum. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* canaliculatum, apice laeve, coriaceo-induratum, nitidum.

Rafinesq. *Schmalz.* P. de *Beauvois.* t. XXV. f. 2. Festuca *Mich.*

Corispermum *hyssopifolium.* Salvia *cretica.* Crypsis *aculeata.* Piper *callosum*, *secundum.* Polycnemum *salsum.* Saccharum *cylindricum*, *Koenigii*, *Thunbergii*, *altissimum*, *brevibarbe.* Agrostis *mexicana*, *diandra*, *tenuiflora.* Poa *prolifera.* Festuca *distachya.* Bromus *rigidus*, *diandrus.* Buffonia *tenuiflora.* Salix *hermaphrodita.*

(*Gramina plurima.*)

TRIGYNIA.

18. Piper. *Cal.* o. *Cor.* o. *Bacca* monosperma. (*Spadix* simplex, filiformis, squamulis minimis.) *Calycem urceolatum tridentatum caducum Milleri nemo vidit.*

Peperomiam *Ruiz et Pav.* *) junximus Piperi, quum genus sit difficillimum distinctu. — *Lam. illustr.* t. XXIII. Familia Urticariarum.

*) CHAR. GEN. Cal. squama orbiculari-peltata, depressa. *Cor.* o. *Stigma* punctum in apice germinis.

Holosteum *diandrum.* Euphorbiae *hypericifolia*, *chamaesyce*, *maculata*, *myrtifolia* aliaeque.

Classis II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

45. CODARIUM.

1. C. *nitidum Solandri;* foliis impari-pinnatis, foliolis ovalibus acuminatis, interioribus minoribus. *Vahl Enum.* I. p. 302. II. p. 400. C. *acutifolium*, foliolis inaequalibus acuminatis *Afzel. gen. pl.* I. p. 23. c. fig. floris et fructus. DIALIUM *guineense Willd.* in *Röm. Arch.* I. p 31. t. 6. *Spec.* I. p. 49.

Arbor 16-20pedalis ramosissima; folia bijuga, oblonga, integerrima, coriacea, glabra, pollicaria; petiolis purpurascentibus; panicula terminalis, ramosissima, *Cal.* pubescens, flavescens, deciduus Nectarium pallide virens, vel atropurpureum. Petalum calyce paulo brevius, caducum. Pericarpium magnitudine fabae, oblongiusculum, atro-tomentosum, fragile. Semen subrotundum, compressum, nitidum, viridi et fusco variegatum. *In Guineâ.*

2. C. *obtusifolium Afzel;* foliolis aequalibus, apice rotundatis. *Afzel. gen. pl.* I. p. 25. *Vahl Enum.* II. p. 401.

Praecedente humilior, cortice cinereo, foliolis minoribus, saepe oppositis, angustioribus, oblongis, omnibus aequalibus. Petioli subpulverulenti. Panicula bracteaeque minores, pedunculi breviores, pauciflori. *In Guineâ Afzel.* ♄.

46. BOERHAAVIA.

1. B. *erecta;* caule tetragono glabro, internodiis viscosis, floribus paniculatis, foliis subangulatis subtus nigro-punctatis. *Vahl Enum.* I. p. 284. *Jacq. hort. vind.* I. p. 2. t. 5. 6. *Burm. ind.* t. I. f. 2. teste *Poiret. Willd. Spec.* I. p. 19.

Caulis nunc teres, nunc tetragonus, internodiis viscosis glabrisve, 1-2 pollicaribus; folia ovata, margine undulata purpurascentia, subtus albida. Petioli pubescentes. Pedunculi axillares, filiformes, oppositi, longi, partiales triflori, pedicellis brevissimis. Corollae campanulatae (cylindricae, albae, quinquefariam rufescentes *Willd.*); stamina 2; Semen turbinatum, retusum, pentagonum, glabrum. *Swartz obs. In Vera Cruce, Jamaicâ* ♃.

2. B. *tetrandra Forst.;* caule repente, floribus umbellatis tetrandris, foliis subrotundis emarginatis basi acutis. *Forster prodr.* n. 5. *Vahl Enum.* I. p. 284.

Caulis teres glaber; folia integerrima, crassiuscula, glabra, utrinque fere concolora. *In insulis Societatis.*

3. B. *decumbens;* caule basi decumbente, paniculis axillaribus, floribus capitatis, foliis ovato-subrotundis ciliatis. *Vahl Enum.* I. p. 284. B. *paniculata Richard Act. soc. h. n. paris.* I. p. 105. B. *laxa Persoon Syn.* I. p. 36. B. *obtusifoliam Lamarck ill.* I. p. 10. vix specie differre *Vahl.*

Caulis striatus purpurascens pilis rarissimis. Folia remotissima, pollicaria suborbiculato-cordata, apice rotundata, obscure repanda, subtus pallidiora, inpunctata. Petioli glabri. Pedunculi superne ramosi. Panicula assurgens, laxissima, aphylla. Involucrum membranaceum, minutum, deciduum. *In Guianâ et Insulâ St. Crucis.*

4. B. *diffusa;* caule tereti pubescente, floribus capitato-corymbosis. *Willd. phytogr.* 1. n. 2. *Spec.* I. p. 20. *Vahl Enum.* I. p. 285. *Kniphof orig.* C. VI. n. 16. teste *Willd.*

Sub hac specie comprehendit *Poiret* praeter B. *diffusâ Linn.* et B. *hirsutam*, et B. *repentem.* Hanc tamen cum? — Caulis decumbens, adscendens; folia subcordato-ovata, superiora oblonga, subrepanda, subciliata, succulenta, subtus argenteo albida, nitentia. Petioli glabri. Panicula terminalis 2-tri-chotoma, diffusa, pedicellis ultimis filiformibus trifloris, floribus sanguineis, minutissimis. Stam 2; raro 1. Semen obconicum, retusum, quinquangulare, nudum. ⊙ *Swartz* et *Willd Enum. hort. bot.* ♃ *Willd S. P. Ait.*

5. B. *adscendens;* foliis subrotundo-ovatis repandis glabriusculis, paniculâ terminali dichotomâ. *Vahl Enum.* I. p. 285.

Cl. *Vahl* eandem esse cum B. *adscendente Willd.* foliis oblongo-ovatis subcarnosis, floribus paniculatis, pedunculis bifloris, caule adscendente *Sp. Pl. I.* p. 19. Sed differt et diagnosis et descriptio. *Vahlii* plantae est: „caulis herbaceus, bipedalis procumbens, teres, nodoso-articulatus, pilosus, ramis oppositis, altero adultiore. *Willdenowii* caulis glaber tetragonus. Pilos articulatos, quos *Vahl* in caule, *Willd.* in petiolis tantum. *Vahl* folia pollicaria et parum ultra, latitudine et longitudine subaequalia, raro subcordata, superiora saepe oblonga, basi saepius inaequalia, costâ margineque, praesertim juniora, pilosa caeterum glaberrima, subtus albida, oleracea, subavenia. *Willdenowii* folia oblongo-ovata, acutiuscula, venosa, integerrima glabra, juniora margine pilosa. *Huic* panicula terminalis diffusa nuda, pedunculi biflori bracteis membranaceis involuti. *Vahlio* panicula subaphylla ramis divergentibus articulatis glabris, pedunculis 4-5 floris, flores aggregati subsessiles, bracteae minutae deciduae. *Willd.* corollam non vidit; fructum clavatum,

glanduloso hispidum dicit. *Vahlius* corollam B. *diffusae* dicit esse, staminibus 2, raro 3 vel 1, et fructum B. *diffusae*, ergo nudum. Num eandem uterque viderit plantam, videant autoptae. Utraque *in Guineâ*.

6. B. *hirsuta;* caule teretiusculo hirsuto, foliis ovatis acutis subrepandis, floribus capitatis diandris. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 49. *Spec.* I. p. 20. *Jacq. Hort. Vindob.* I. p. 3. t. 7. *Vahl Enum. I.* p. 286. et, hoc teste, *Herm. parad.* t. 237, quam *Willd.* ad B. *diffusam* ducit. B. *coccinea Mill. dict.* 4. — β. B. *diandra* glabra, diffusa, floribus diandris. *Linn. Sp. pl.* 4. An B. *diandra Burm. ind.* 3. t. 1. f. 1? quam ad B. *erectam Willd?*

Varietatem esse BOERHAAVIAE *hirsutae* suspicatur *Swartz obs.* p. 11. differre ab illa *Willd:* pedunculis semper solitariis capitulo florum instructis, et caule hirsuto, basi suffruticoso. BOERHAAVIAM *diffusam*, *hirsutam*, *repentem Linn.* et *caribaeam Jacq.* unam eandemque esse speciem *Lamarck illustr.* p. 10. Sic et cl. *Richard act. soc. h. nat. paris.* I. p. 105. B. *caribaeam Jacq. diffusam* et *hirsutam Linn.* comprehendit sub sua BOERHAAVIA *polymorpha:* diffuse prostrata, foliis plerisque acutis, capitulis solitariis sparsis et fasciculato-terminalibus. — Cl. *Persoon* l. c. *hirsutam* pro β habet B. *diffusae*, et B. *polymorpham* disjungit, ut speciem propriam. Cl. *Jacquin* ad B. *hirsutam* suam B. *caribaeam* non citat ex obs. t. 84. ubi *Sloane jam.* I. p. 210 adducit. Culturâ perstare eam vidi. *Arenosa sicca Jamaicae.* ♃.

7. B. *patula Domb.;* villosa; caule diffuso, pedunculis bifidis, floribus subcapitatis, foliis oblongo-cordatis obtusissimis. *Vahl Enum.* I. p. 287.

Caulis fruticosus, crassitie pennae anseris, teres, ramis obtuse tetragonis. Folia semipollicaria vel parum ultra, mucronata, obscure repanda, crassa; pedunculi pollicares, axillares; pedicelli 3 in singulo ramulo, subtriflori. Semen sulcato-angulatum, angulis obtusis, apice eglandulosum. *Dombey* in herbar. *Juss.* *In Peru.* ♄.

8. B. *plumbaginea Cav.;* foliis subcordatis, orbiculato-acutis subtus pubescentibus, floribus umbellatis triandris. *Vahl Enum.* I. p. 287. *Cavan. ic.* II. p. 7. t. 112.

Caules teretes glaberrimi erecti, partim procumbentes, bipedales. Umbellae axillares longe pedunculatae. Corolla pallide rosea, superne extus maculis 5. Fructus turbinatus, striatus, apice glandulis pedicellatis. *Cavan.* Ad radices *montis Orcelitani* in regno *Valentino.* ♄. Species dubia.

9. B. *paniculata Lam.;* caule erecto, foliis ovatis acutis, paniculâ nudâ filiformi viscosissimâ. *Lamarck Ill.* I. p. 10.

Species dubia *Vahlio Enum.* I. p. 287. *Lamarck* (seu potius *Poiret Enc. m.* T. V. p. 53.) citat cum? : BOERHAAVIAM *erectam Swartz* et *diandram Linn.*, sine? vero *Burm. ind.* III. t. I. f. 1.

Forte Boerhaaviam *erectam Linn.* bujus tantum varietatem esse addit, l. c. p. 74. sub *erectâ. In Am. meridionali.* ♃.

10. B. *glutinosa Vahl;* villoso-viscosa, floribus subcapitatis, foliis ovatis acutis integris. *Vahl Enum.* I. p. 287. B. *erecta Burm. Fl. ind.* t. 1. f. 2.

excl. *Talu Dama Rheed.* VII. t. 56. Caulis foliaque interdum glabra. Folia semipollicaria, remotissima, suprema lanceolata, crassa, mucronata. Flores brevissime pedicellati. Corolla campanulata, parva. Fructus striatus. *In insulis Nicobar et Java.*

11. B. *tuberosa Lam.;* caule erecto, floribus umbellatis, foliis cordato-ovatis acutis integris. *Lamarck ill.* I. p. 10. *Vahl Enum.* I. p. 288. B. *peruviana H. paris.*

Habitu differt ab affini B. *scandente*, foliis longioribus quam latis, venis majoribus albidis margine minime subrepandis, petiolis fere triplo latioribus. Synonymon *Feuillei Vahlio* dubium. *In Peru* ♄.

12. B. *viscosa Lagasc.;* villoso-viscosa, foliis ovatis acutis subrepandis, caule procumbente, floribus capitatis triandris. *Lagasca y Rodriguez Ann. hist. nat. madrit.* n. 12. p. 256. *Vahl Enum.* I. p. 288. *Willd Enum. H. Berol.* I. p. 49.

Rad. crassa, ramosa; caules herbacei, 3-4 ped., diffusi; folia 1-pollicaria subundulata, crassiuscula, avenia, subtus albido-nervosa. Pedunculi axillares et terminales, solitarii, apice 2-3fidi. Flores plures in capitulo sessiles coccinei. Fructus quinque-sulcatus. Simillima B. *hirsutae. In Peru.* ♃.

13. B. *arborea Lagasc.;* caule arborescente, foliis ovatis integerrimis (subtus margineque) villosis, floribus umbellatis subdecandris. *Lagasc. y Rodriguez* l. c. p. 257. *Vahl Enum.* I. p. 289. B. *arborescens Pers. Syn.* I. p. 30.

5-6 pedal., ramis obscure tetragonis, superne villosis. Folia vix pollicaria, obtusiuscula. Petioli breves, pedunculi bipollicares, filiformes, calyces villosi. Flores 13 et ultra. Filamenta 6-12. Germen turbinatum, pentagonum. *In Hispaniâ novâ.* ♄.

14. B. *scandens;* caule erecto, floribus umbellatis diandris, foliis omnibus cordatis. *Willd. Spec.* I. p. 25. *Vahl Enum.* I. p. 289. *Jacq. Hort. Vindob.* I. p. 2. t. 4.

Caulis 6 pedalis, erectus, glaber. Folia pollicaria, acuta vel obtusa, obsolete repanda vel integra, crassa, glaberrima. Umbellae sexflorae, floribus viridibus. Involucra setacea, pentaphylla. Semina apice glanduloso muricata. *In maritimis Jamaicae et insul. Americ.* ♄.

15. B. *excelsa Willd.;* caule erecto, foliis inferioribus cordato-ovatis, summis ovatis, floribus umbellatis triandris. *Willd. Spec.* I. p. 21. *Enum. H. Berol.* p. 50. *Vahl Enum.* I. p. 289.

A simillimâ praecedente differt: caule altiore, corollis purpureis duplo majoribus, praeter characteres datos. *Patria?* ♄.

16. B. *periplocaefolia* *Commers.*; scandens, floribus umbellatis triandris, foliis ovato-oblongis integris. *Vahl Enum.* I. p. 290.

Rami teretes glabri; folia remotissima, 1½ pollicaria, attenuata, acuta, mucronata, utrinque glabra, subtus lineolis albis. Petiolus unguicularis. Flores circiter 9. Corollae villosulae staminibus breviores. Semen laeve. Similis B. *diandrae* *Burm.* A BOERH. *repandâ* foliis angustioribus attenuatis non repandis diversa. *In Madagascar.* Herb. *Juss.* et *Thouin.* ♄.

17. B. *dichotoma* *Vahl*; caule scandente, floribus umbellatis triandris, foliis ovatis obtusis integris. *Vahl Enum.* I. p. 290. B. *scandens* *Forsk. descr.* 12.

Caulis teres ramis tetragonis. Folia 1½ pollic.; flores circiter 7; involucrum membranaceum deciduum. Corolla semiunguicularis, ut germen lineolis albis. Semina apice glanduliis. *In Arabiâ felici.*

18. B. *repanda*; caule erecto, floribus umbellatis triandris, foliis cordatis repando-sinuatis. *Willd. Spec.* I. p. 22. *Burm. ind.* 15. t. 6. f. 3. *Valeriana chinensis* *Linn. Sp. pl.* 47. ASTREPHIA *sinensis* *Dufresne Valerian.* p. 51.

Caules plus quam pedales; rami saepius oppositi; folia acuta, glabra, lobato-repanda, subtus lineolis albis copiosissimis. Umbellae plerumque sexflorae, involucro polyphyllo. Corollae glabrae. Semina apice glandulis. *In Chinâ et Coromandel.*

19. B. *africana* *Lour.*; caule diffuso hirto, foliis cordato-rotundis, racemis dichotomis terminalibus. *Lour. Flor. cochin.* I. p. 16.

Caulis teres, bipedalis; folia obtusa, repanda, glabra, crassa. Calyx? triphyllus, deciduus. Corolla campanulata, nec plicata, limbo quinquefido, laciniis emarginatis, purpurea. Stamen 1. Fructus sulcatus. Species *Vahlio Enum.* I. p. 291. dubia. *In Mozambic.*

20. B. *pulverulenta* *Dupuis*; caule erecto, foliis lanceolatis basi obtusis undulatis, floribus umbellatis pulverulento-villosis. *Vahl Enum.* I. p. 291.

Rami teretes, glabri; folia remotissima, ½ pollic. integra, carnosa, avenia, inferiora glabra, superiora pulverulento-subcanescentia. Pedunculi axillares, 3 pollic. Umbellae quinqueflorae. Flores magnitudine B. *repandae.* Involucrum polyphyllum, foliolis ovatis. Semen apice glandulis sessilibus. Ad *Senegal fl.*

21. B. *repens.* Caule repente. *Linn. Syst. veg.* *Vahl Enum.* I. p. 291. Boerhaavia nubica minor; et β *minima.* *Vaillant Serm.* p. 53. 55.

Caules tenelli succulenti, pedales; folia Betae, semipollicaria, parum undulata, supra venis purpurascentibus, subtus canescentia, villosa. Stam. 3. Fructus sulcatus, viscosus. β caule 3-pollicari,

foliis 4 linearibus. Planta dubia, a nemine post *Vaillantium* visa. In *Nubiâ* inter *Mocho* et *Tangos*. ♃.

22. B. *angustifolia*; foliis linearibus acutis. *Linn. syst. veg.* 52.

Dubia, nemini visa post *Linnaeum*.

23. B. *chaerophylloides Smith;* foliis radicalibus simplicibus incisis, caulinis pinnatis; foliolis pinnatifido-laciniatis. *Vahl Enum.* I. p. 292. *Smith ic. ined.* III. t. 53 *Valeriana laciniata Fl. peruv.* I. p. 42. t. LXIX. f. a. *Valeriana chaerophylla Persoon Syn.* I. p. 37. *Astrephia laciniata Dufresne Valerian.* p. 52.

Succosa, nitida, caule bipedali, erecto, ancipite, superne bis bifido, cavo, hyalino, ad genicula villoso, caeterum, ut tota planta, glabro. Folia caulina, 5 pollicaria, impari pinnata, 2-3 juga, foliol. 1/2 pollic. Pedunculi 5-10 flori. Stigmata 3. In *Peru*, *Limâ*. *Dombey*. ☉.

24. B. *verticillata Poir.;* foliis ovato-subcordatis, floribus verticillatis, limbo basi tubuloso, ramis subbifurcatis. *Poir. Enc.* V. p. 56.

An Valeriana? Caules glabri, albicantes, sulcati, suffrutescentes, dichotomo-ramosi, ramis elongatis, nudis; folia glabra, carnosa, inferiora grandia, superiora angustata, mucronulata. Calyces elongati in tubum expansum lobatumque. Fructus clavatus, glandulosus. *Ad Senegal fl. Roussillon.*

25. B. *vulvariaefolia Poir.;* glaberrima, foliis subellipticis subtus candidissimis, pedunculis solitariis, umbellis sessilibus. *Poiret Enc.* V. p. 55.

Prostrata, diffusa, formâ et colore similis CHENOPODIO *vulvariae;* caules cinerei, sublignosi; folia parva, petiolata, obtusa. Pedunculi breves. Cal. plicatus, lilacinus. Stam. corollâ breviora. Fructus ovalis, obtusangulus, tuberculis viscosis. *In Aegypto. Delisle.*

47. MAYTENUS.

1. M. *boaria. Molin. hist. nat. Chil.* 152. *Feuill. Chil.* III. t. 27. *Vahl Enum.* I. p. 304. — CELASTRUS *maytenus Willd. Spec.* I. p. 1127. et *Persoon Syn.* I. p. 242.

Folia subsessilia, bipollicaria, opposita alternave, oblonga, glabra, serrata. Flores sparsi. Cal. minimus. Caps. parva, luteo-crocea, marginibus dehiscens. Semina ovato-oblonga, arillo rubro involuta, imo lobulo affixa. *In Chili.* ♄.

48. OLEA.

1. O. *Oleaster Hoffmannsegg;* foliis oblongis, mucronatis, integerrimis, junioribus subtus subincanis, ramis spinescentibus. *Flore portug.* I. p. 387. O. *europaea* a. *Linn.*

Spec. I. p. 11. *Willd. Spec.* I. p. 44. *Vahl Enum.* I. p. 44. *Enc. meth.* IV. p. 538. *Savi Pisan.* I. p. 10. *Fl. fr. n.* 2467. *Schrad. Fl. Germ.* I. p. 9. not. *Sibthorp Fl. graec.* I. p. 3. t. 3.

(Caulis fruticosus, ramis quadrangularibus, incanis. Folia opposita et subopposita, breviter petiolata, supra viridia, glaberrima, subtus squamis paucis inspersa, in junioribus ita approximatis, ut folia paululum incana appareant. *Fl. Portug.* l. c. Colles sicci in *Lisbonae* viciniis, alibique in *Lusitaniâ.* ♄.

*) Planta a nullo autore ab OLEA *sativâ* sat distincta. Differt praesertim ramis quadrangularibus, spinescentibus, foliis brevioribus, latioribus, et quod praecipue notari debet, subtus parum incanis, cum aliâs plantae cultae pubem squamulasve facile exuant.

2. O. *sativa Hoffmannsegge*; foliis lanceolatis mucronatis integerrimis subtus incanis, ramis angulatis non spinescentibus. *Fl. Portugaise* p. 388. O. *europaea. Linn. Spec.* I. p. 11. *Willd. Spec.* I. p. 44. *Vahl Enum.* I. p. 39. *Enc. meth.* IV. p. 537. *Brot. lusit.* I. p. 10. *Desfont. Atl.* I. p. 9. *Savi Pisan.* I. p. 10. *Fl. fr.* n. 2467. *Vill. Delph.* II. p. 5. *Allion. Pedem.* I. p. 121. n. 449. *Schrad. germ.* I. p. 9. *Gaudin Fl. helv. ined. Bernard* in *Mem. sur l'Hist. nat. de la Provence.* II. p. 67-559. *Wulfen* in *Roemer's Archiv.* III. p. 311.

Caulis arboreus, ramis incanis, tenuescentibus. Folia opposita et subopposita, breviter petiolata, longe lanceolata, supra viridia, subtus squamulis parvis incanâ. Colitur ubique in *Europâ meridionali.* ♄.

Varietates plurimae. Ex gr. sequentes:

α. *verrucosa*, foliis lanceolatis planis subtus albidis, ramis verrucosis. *Thunb. prodr. cap.* 1. p. 2. *Fl. cap.* 1. p. 38.

β. *longifolia*, foliis lineari-lanceolatis planis subtus argenteis. *Hort. Kew.* I. p. 13.

γ. *ferruginea H. Kew.* O. *chrysophylla Lam. ill.* foliis angusto-lanceolatis utrinque acutis, subtus aureo nitidis, paniculis lateralibus.

δ. *latifolia*, foliis oblongis planis subtus incanis *H. Kew.* l. c.

ε. *obliqua*, foliis oblongis, oblique flexis, subtus pallidis, H. K.

ζ. *buxifolia*, foliis oblongo-ovatis, ramis patentibus divaricatis H. K.

η. *cajetana*, foliis ovato-lanceolatis, floribus racemosis. *Petagn. Istituz.* II. p. 19.

α et γ ad *Promont. b. Spei*, γ et in ins. *Mauritii.*

De Olea *sativâ* confer: *Garidel*, *Gouan*, *Rozier*, *Lamarck Amoureux.* Varietates 16 enumerat *Flora Gallica* (cui Olea *sativa* est Olea *gallica Mill. Dict.*) nempe: O. *hispanicam Mill.; oblongam Gouan; oblongam atro-virentem Garidel; albam Clus.; caïanne* vel *à glandeau; laurinam; regiam Rozier; amygdalinam Gouan; craniomorpham Gouan; sphaericam Gouan; praecocem Gouan; viridulam Gouan; racemosam Gouan; atrorubentem Gouan; odoratam Rozier.*

OLEA *sativa* sine dubio ex Oriente in Europam migravit, Athenis primum culta, olim et in Italiâ non inventa, teste Plinio *Hist. nat.* L. 15. c. 1. Nunc vero arbor hinc inde spontanea evasit, numquam tamen uti *Oleaster* fruticeta constituit.

3. O. *lancea*; foliis lanceolatis integerrimis, paginis concoloribus, racemis paniculatis. *Vahl Enum.* I. p. 40. *Lamarck ill.* I. p. 29.

Rami punctis elevatis; folia lineari-lanceolata utrinque acuta, 2 pollic., plana; panicula terminalis magis patens quam in N. 1.; drupa oblonga acuta. *Commerson. Insul. Franciae.* ♄.

4. O. *americana*; foliis lanceolato-ellipticis, racemis subcompositis angustatis, bracteis omnibus persistentibus connatis, ovatis. *Vahl Enum.* I. p. 41. *Willd. Spec.* I. p. 45. *Catesb. Carol.* I. t. 61.

Rami superne subtetragoni; folia subcoriacea, subtus avenia, supra vix venosa, nitida; racemi pollicares et parum ultra, pedicellis oppositis, tetragonis; flores terni, subsessiles, albi; fructus purpureus, globosus, nuce substriatâ, eduli. (♂☿) et (☿☿) *Linn.* (♂:☿) *Michaux.* In *Carolinâ Floridâ* etc. *Pursh.* ♄.

5. O. *capensis*; foliis oblongis, floribus racemoso-paniculatis, terminalibus. *Vahl Enum.* I. p. 41. *Willd. Spec.* I. p. 45. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 39. *Bergii pl. cap.* p. 1. α. O. c. *coriacea*, foliis ovato-oblongis rigidis planis, petiolis rubris. *Hort. Kew.* ed. 2. 1. p. 21. *Dillen. H. elth.* t. 160. f. 194. *Burm. afr.* p. 234. t. 81. f. 2. — β. O. c. *undulata*, foliis ellipticis undatis, petiolis viridibus. *Hort. Kew.* l. c. *Burm.* l. c. f. 1. OLEA *undulata Jacq.* etc. *H. Schönbr.* I. p. 1. t. 2. O. *laurifolia Lam.* foliis ovato-oblongis subacutis, paniculâ terminali divaricatâ. *Lam. ill.* I. p. 29.

Rami e lineis decurrentibus superne tetragoni; folia coriacea, avenia, integerrima, inferiora in α emarginata, superiora mucrone brevi; in β obtusa, basi acuta, supra nitida. Racemi brachiati pedunculis patentissimis. In sylvis ad *Promont. b. spei.* ♄. *Vahl.* Utramque genuinam sistere speciem, α foliis attenuatis, β foliis obtusis praeter characteres datos dignoscendam *Willd. in Enum. H. berol.* I. p. 13.

6. O. *emarginata*; foliis obovatis emarginatis, racemis paniculatis terminalibus paucifloris. *Vahl Enum.* I. p. 42. *Lamarck ill.* t. 8. f. 2.

40 ped. alt.; rami glabri, cortice cinereo; folia 2-4 pollic. obtusa, integerrima, coriacea, utrinque glabra, supra nitida. Drupa nucis juglandis magnitudine, edulis. In *Madagascar.* ♄. Vide NORONHIAM.

7. O *excelsa Ait.*; foliis ellipticis acutis, bracteis perfoliatis, infimis cyathiformibus persistentibus, superioribus

foliaceis magnis deciduis. *Vahl symb. bot.* III. p. 3. *Enum.* I. p. 42. *Willd. Spec.* I. p. 46. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 22. O. *exasperata*, foliis oblongis, paniculis terminalibus, ramis tuberculose exasperatis. *Jacq. H. Schoenbr.* III. t. 251.

Quinquepedalis. Caules pollicem crassi ramique punctis elevatis, articulis superne parum dilatatis. Folia bi-tri-pollicaria, 1½ poll. lata, opposita ternaque, obtusa cum mucrone subreflexo, integerrima, glabra, subtus pallidiora. Panicula trichotoma multiflora. Petioli unguiculares. Pedicelli uniflori. Bracteae infimae 4 persistentes. Flores OLEA *communi* duplo majores. Cal. punctatus. Cor. alba patentissima sat magna. Filamenta ferme nulla. Germen stylusque purpurea. Drupa ovalis, obtusa, glabra, pisi magnitudine ex purpureo fusca. *Vahl* l. c. In *Maderâ*. *Ait.* Ad *Promont. b. Spei Jacq.* At in *Thunbergii Flora capensi* non occurrit haec species. ♄.

8. O. *apetala Vahl*, foliis ellipticis, floribus apetalis. *Vahl symb. bot.* III. p. 3. *Enum.* I. p. 42. *Andrews's repos.* t. 316.

Rami cinereo-punctati. Folia bipollicaria, patentissima, utrinque acuta, integerrima, coriacea, glabra. Petioli unguiculares. Racemi axillares, subsolitarii, simplicissimi. Bracteae squamae 2 oppositae. Cor. 0. Filamenta brevissima. In *nov. Zeelandia.* ♄.

9. O. *cernua Vahl;* foliis oblongo-lanceolatis obtusissimis, racemis simplicibus axillaribus, floribus cernuis. *Vahl symb. bot.* III. p. 3. O. *obtusifolia Lam. ill.* I. p. 28.

Rami glabri punctis elevatis. Folia 1½ pollicaria, lato-lanceolata, basi attenuata acuta, apice saepe emarginata, coriacea, glabra, margine reflexa; racemi solitarii, bini, terni. Bracteae minutae, ovatae, solitariae ad basin pedicellorum, et 2 aliae lanceolatae sub calyce. Flores O. *sativae* duplo majores. In *insul. Mauritii.* ♄.

10. O. *fragrans, Thunb.;* foliis elliptico-lanceolatis subserratis, pedunculis unifloris, lateralibus aggregatis. *Thunb. jap.* p. 18. t. 2. *Vahl Enum.* I. p. 43. *Willd. Spec.* I. p. 46. OSMANTHUS *fragrans Lour. Fl. cochin.* p. 29. *Moksei Kaempf.*

Rami et ramuli trichotomi. Folia bipollicaria, acuminata, basi acuta, margine argute serrata subreflexa, parallele nervosa, supra nitida, subtus pallidiora. Pedunculi axillares, 5-8. Corolla quadripartita. In *Cochinchinâ*, *Chinâ*, *Japoniâ*. ♄.

11. O. *paniculata Brown;* folis lanceolato-ellipticis acuminatis integerrimis, paniculae pedicellis ultimis trifloris. *Brown. prodr.* p. 528.

12. O. *microcarpa Vahl;* foliis ellipticis acuminatis serratis, racemis terminalibus. *Vahl Enum.* I. p. 43. PHILLYREA *indica Lour. Fl. cochin.* I. p. 19.

Arbor mediocris ramosissima, ramis patentibus tortuosis. Folia parva, glabra, reflexa. Flores albi! Drupa parva, rotunda, nigra. *Lour.* l. c. *In Cochinchinâ.* ♃.

In *horto Celsiano* et *Carlsruhiano* colitur Olea *rigida*, quam sic describit *Dumont-Courset* v. I. p. 718: Truncus rectus, griseus; folia opposita, longa, angusta, lanceolata, acuta, saliciformia, petiolata, subundulata, integerrima, dura, firma, coriacea, glabra, non lucida, subtus flavescentia. Ex insulis *maris australis*. ♃. Colitur et *Monspelii* ut species dubia.

49. NORONHIA.

1. N. *Binia*. *Aub. du Petit-Thouars* l. c. in *Römer. Collect.* p. 201.

Arbuscula. Folia opposita chartacea, flores racemosi axillares. Huc referendam esse censet cl. *du Petit Thouars* Oleam *emarginatam Lam.* — In horto Mauritiano colitur nomine *Ponai des Indes*. *Stadmann* in honorem cl. *Noronha*, qui Biniae nomine hanc arbusculam habuit, hoc genus dixit.

50. CHIONANTHUS.

1. Ch. *virginica*, racemis terminalibus, pedicellis trifloris, floribus pedicellatis, petalis lineari-lanceolatis. *Vahl Enum.* I. p. 44. *Willd. Spec.* I. p. 46. *ejusd.* wild. *Baumz.* p. 87. *α. latifolia*, foliis ovato-ellipticis. *Catesb. Carol. I.* t. 69. *Kerner* t. 607. Ch. *virg.* *α.* montanus, foliis ovali-lanceolatis coriaceis glabris, paniculis densis, drupis ovalibus. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 8. *β. angustifolia* foliis lanceolatis *Ait. hort. kew. ed.* 2. I. p. 23. Ch. *trifida Mönch.* Ch. *virg.* *β.* maritima, foliis obovato-lanceolatis membranaceis pubescentibus, paniculis laxissimis, drupis ellipticis. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 8.

Ramuli apice villosi; folia petiolata, opposita, basi acuta. Laciniae reliquis latiores, 4, 5, 6. Stamina 4. Cor. nivea. Drupa purpurascens. In *Americâ septentr.* ♄.

2. Ch? *incrassata Swartz*; paniculae ramis decussatis fastigiatisve, floribus pedicellatis, corollis tetragonis, laciniis erectis incrassatis, foliis oblongis. *Swartz prodr.* p. 13. *Fl. ind. occ.* I. p. 24. *Vahl Enum.* I. p. 45. *Willd. Spec.* I. p. 47. (excl. plur. syn.)

Species *Vahlio* dubia. Arbor excelsa ramis erectis. Folia subcoriacea acumine brevi obtuso. Pedunculi ultimi triflori, Corolla alba, tubo brevissimo, laciniis teretibus, subclavatis. *Swartz* l. c. In *sylvis Jamaicae altissimis*. ♄.

3. Ch. *axillaris Brown.*; spicis axillaribus brevissimis, foliis oblongo-ellipticis acutis. *Brown. Prodr.* I. p. 523.

Haec species Chionanthum cum Oleis et Notelaeis conjungit. In *novâ Hollandiâ*. ♄.

*) De CHIONANTHO *ghaeri Gaertn. fruct.* I. 190. t. 39. f. 6. drupâ ovatâ angulato-sulcatâ, putamine sphaerico, nondum constat, num ad diversam speciem, vel ad unam cognitarum. Neque constat de CH. *caroliniano Oels* in Dumont Courset v. I. p. 715, in 2. edit. omisso.

51. PHILLYREA.

1. PH. *angustifolia;* foliis lineari-lanceolatis integerrimis. *Vahl Enum.* I. p. 36. *Linn. Spec.* I. p. 10. *Willd. Spec.* I. p. 43. *Enum. H. Berol.* p. 11. *Decand. Flore franc.* III. n. 2169. *Flore Portugaise* p. 391. *Kniphof* C. X. n. 69. *Lam. Illustr.* t. 8. f. 3. α. PH. *a. lanceolata*, foliis lanceolatis, ramis rectis. *Hort. Kew.* I. p. 11. Phillyrea IV. *Clus. hist.* I. p. 52. — β. PH. *a. rosmarinifolia*, foliis lanceolato-subulatis elongatis, ramis rectis. *Hort. Kew.* l. c. Phillyrea V. *Clus.* l. c. — γ. PH. *a. brachiata*, foliis oblongo-lanceolatis brevioribus, ramis divaricatis. *Hort. Kew.* l. c.

Rami punctis elevatis adspersi. Folia obsolete venosa. In *Italiâ*, *Hispaniâ*. ♄.

2. PH. *media;* foliis lanceolatis integerrimis vel medio subserratis triplinervio-venosis. *Linn. Spec.* p. 10. *Willd. Enum. H. berol.* l. c. *Spec.* I. p. 42. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 8? *Kerner* t. 774. PH. *latifolia* ε *media Picot Lapeyr. plant. des Pyren.* p. 4. β. *virgata Hort. Kew.* I. p. 11.

Speciem esse distinctissimam *Willd.* l. c., licet accedat ad α N. 1. Distinguitur in *Flore portugaise* p. 390. „foliis oblongis conniventer obtuseque serratis." In *Europâ australi.* ♄. Praeter N. 1, 2, et 7, reliquae omnes *Willdenowio* olim et *Vahlio* varietates fuere. PH. *buxifoliam* foliis ovali oblongis obtusiusculis, *Hort. Kew.* l. c., quam δ. fecere PH. *mediae* cel. *Vahl* in *Enum.* I. p. 36. et *Willd. Spec.* I. 42., nondum vidit, neque de differentiâ specificâ pronunciare audet.

Haec species non raro in arborem excrescit, PHILLYREA *latifolia* rarius. *Fl. Portug.*

3. PH. *ligustrifolia Ait.;* foliis oblongo-lanceolatis medio subserratis obsolete venosis, ramis erectis. *Hort. Kew.* l. c. PH. *virgata Willd. Enum. H. berol.* I. p. 12. Ph. *media α. Spec.* I. p. 42. *Phillyrea* III. *Clus. hist.* p. 52.

Similis *pendulae*, a quâ tamen characteribus datis differt. In Flora gallica III. p. 499. ad *latifoliam* ducitur, quam vix specie differre *Desfont.* in *Flor. atlant.*, non vero in *hist. des arbres.* In *Hispaniâ* et *Galliâ narbonensi.* ♄.

4. PH. *pendula Ait.;* foliis oblongo-lanceolatis acutis, apice obsolete serratis venosis, ramis nutantibus. *Willd. Enum. H. berol.* p. 12. PH. *media γ. Spec.* I. p. 43. *Hort. Kew.* I. p. 11.

Rami divaricati, penduli. In *Europ. merid.* ♄.

5. Ph. *oleaefolia* Ait.; foliis oblongo-lanceolatis subintegerrimis obtusis, basi angustatis venosis. *Willd. Enum. H. berol.* I. n. p. 13. Ph. *media* δ. *Hort. Kew.* l. c. *Plukn.* t. 310. f. 5.

Rami suberecti. In *Europa meridionali.* ♄.

6. Ph. *laevis* Ait.; foliis elliptico-oblongis subintegerrimis venosis obtusiusculis. *Willd. Enum. H. ber.* I. p. 12. Ph. *latifolia* α. *Spec.* I. p. 43. *Hort. Kew.* I. p. 12. *Lobel ic.* 132. 2. *Duhamel arb.* t. 125. *Flor. franc.* p. 499.

Folia pollicaria et ultra, basi parum angustata, apice obtusa vel mucrone parvo, quandoque serraturâ unâ alterâve. In *Europâ austr. et Africâ boreali.* ♄.

7. Ph. *latifolia;* foliis ovatis basi rotundatis serratis acutis venosis. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 12. *Spec.* I. p. 43. *Vahl Enum.* I. p. 37. *Desfont. Atl.* I. p. 8. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 8. *Flore franç.* III. p. 499. *Flor. Portug.* I. p. 389. *Sibthorp Fl. graec.* t. 2.

Juniora folia subcordata. In *Europâ australi* arbor 30pedalis. ♄.

Cel. *Lapeyrousio*, qui stirpes has in loco natali observavit, nostrae n. 2, 5, 6, 8, 9 nil nisi meras varietates sunt *Ph. latifoliae.* — Foliis praesertim argute serratis differre Ph. *latifoliam* affirmat ill. a *Hoffmannsegg*, qui reliquos caracteres, folia cordata, brevius petiolata, acuta, quamquam minus accuratos, tamen huic constanter accedere dicit.

8. Ph. *obliqua* Ait.; foliis lanceolato-oblongis serratis utrinque acutis venosis oblique flexis. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 12. Ph. *latifolia* γ. *Spec.* p. 43. — α *Schrad.* l. c. *Phillyrea* II. *Clus.* l. c.

Folia fere Myricae. In *Europâ australi.* ♄.

9. Ph. *spinosa* Ait.; foliis ovato-oblongis basi rotundatis acutis, argute cuspidato-serratis, glabris planis venosis. *Hort. Kew.* l. c. Ph. *ilicifolia Willd. Enum. H. berol.* I. p. 13. Ph. *latifolia* β. *spinosa Spec.* I. p. 43. *Schrad.* l. c. Phillyrea *Clus.* I. p. 51.

In *Europ. merid.* ♄.

52. NOTELAEA.

1. N. *longifolia;* foliis lanceolatis acuminatis subreclinatis, racemis longitudine petiolorum. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. p. 22. O. foliis lanceolatis utrinque reticulato-venosis, subtus plus minus pubescentibus impunctatis, calycis laciniis inaequalibus, stigmate bifido. *Brown prodr.* I. p. 523. *Ventenat Choix d. plant.* t. 25. Olea *apetala Andr. Bot. Repository* t. 316.!

Frutex sempervirens. Variat foliis lanceolatis acuminatis ellipticisque, adultis subtus glabriusculis et pube copiosa mollissimis. *Hab. in nova Cambria meridion.* ♄.

2. N. *punctata*, foliis lanceolatis basi attenuatis, supra venosis, subtus glaberrimis creberrime punctatis venis obsoletis. *Brown prodr.* I. p. 524.

3. N. *ovata*, foliis ovatis glabris impunctatis, calycis laciniis aequalibus, stigmate sessili indiviso. *Brown. prodr.* I. p. 524.

4. N. *ligustrina*, foliis angusto-lanceolatis elongatis petiolatis glaberrimis margine simplicibus subtus punctatis venis utrinque obsoletis. *Brown prodr.* I. p. 524. N. foliis lanceolatis acutis suberectis, racemis longitudine foliorum. *Venten. choix.* fol. 25. b. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 22.

Hab. in Ins. van Diemen. ♄.

5. N. *microcarpa*, foliis lineari-lanceolatis elongatis basi attenuatis subsessilibus glaberrimis, subtus obsolete punctatis, supra venis manifestis. *Brown prodr.* I. p. 524.

Drupa in hac piso minor, in *ligustrina* major. *Nov. Holland.* ♄.

Species dubia:

6. N. *rigida*; foliis oppositis rigidis lato-lanceolatis integerrimis, racemulis axillaribus. *Desfont. arbr.* et *arbriss.* I. p. 120.

In *nov. Hollandia*, ad *van Diemen's* Cap. Ex expeditione Baudiniana. ♄.

53. LIGUSTRUM.

1. L. *vulgare*; foliis elliptico-lanceolatis glabris, racemis compositis coarctatis. *Vahl Enum.* I. p. 35. *Linn. Spec.* I. p. 10. *Willd. Spec.* I. p. 41. *Berl. Baumz.* p. 211. *Schrad. Fl. germ.* p. 7. *Hall. helv.* n. 530. *Decand. Fl. fr.* n. 2472. — *Guimpel* t. I. *Schmidt öst. Baumz.* III. t. 147. *Lam. ill.* t. 7. *Bulliard* t. 295. *Curtis lond.* t. 295. *Sturm Fl. germ.* I. *fasc.* 14. *Fl. Dan.* t. 1141. β. *italicum*: foliis lanceolato-acutis sempervirentibus. *Mill. Dict.*

Rami apice pubescentes. Folia breviter petiolata, pollicaria, primum lanceolata, dein lanceolato-elliptica, utrinque acuta. Variat vero foliis latioribus obtusis. Flores albi. Baccae nigrae, in varietate albae et luteae. Variat et foliis ternis, auratisque. In *Europa et Japonia.* ♄.

2. L. *sinense Lour.*; foliis lanceolatis tomentosis, racemis coarctatis. *Lour. Fl. coch.* 19. *Vahl Enum.* I. p. 35.

8 pedalis ramis diffusis. Folia petiolata. Flores albi. Calyx cyathiformis. *Lour.* Species dubia *Vahl.* Prope *Canton.* ♄.

3. L. *japonicum Thunb.;* foliis oblongo-ovatis subacuminatis, racemis decompositis, pedunculis pedicellisque patentibus. *Thunb. Fl. jap.* t. 1. *Nysimi Motsi Kaempf. Am.* V. 776. *Vahl Enum.* I. p. 35. L. *latifolium Vitm. Summ.* I. p. 21.

Rami rugosi; folia 1½ pollic., glabra, subcoriacea, supra sulcata. Calyx tubulatus, apice dilatatus, truncatus. In *Japoniâ.* ♄.

4. L. *lucidum Ait.;* foliis ovato-oblongis acuminatis supra lucidis, paniculâ divaricatissimâ. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 19.

Ceram praebet. E *Chinâ.* ♄.

54. SCHREBERA.

1. Sch. *Swietenioides. Roxburg Coromandel.* T. II. t. 101. *Persoon Syn.* I. p. 7. *Trattinick obs. fasc.* I. p. 21. *Tabular.* t. 39.

Arbor alta comosa, ligno griseo, ponderoso. Folia subopposita pinnata cum impari, foliolis 3-4 jugis, ovatis, acutis, integris. Paniculae terminales laxae, trichotomae; bracteae deciduae. Flores ex albido brunnei; nocte fragrantes. Cor. laciniae truncatae. Caps. scabra, magna, admodum dura. — Fructus *Fraxini* in capsulâ *Swieteniae;* inflorescentia *Sambuci*, habitus *Pongamiae*. In vallibus montosis *Rajahmundry Circar Indiae orientalis.* ♄.

55. SYRINGA.

1. S. *vulgaris;* foliis ovato-cordatis. *Vahl Enum.* I. p. 38. *Willd. Spec.* I. p. 48. *Hall. Helv.* n. 531. *Berl. Baumz.* p. 498. *Lam. illustr.* t. 7. *Schmidt öst. B.* T. II. t. 77. *Sturm Deutsch. Fl.* I. *fasc.* 2.

Folia glaberrima. Flores in racemo denso terminali, composito, ovato-oblongo, lilacini, purpurei, albive; his gemmis virentibus, illis (lilacinis et purpureis) gemmis atropurpureis hyeme dignoscendis. E *Persiâ* in *Europam* delata, ubi nunc ubique sponte. ♄.

2. S. *chinensis;* foliis ovato-lanceolatis. *Willd. Spec.* I. p. 48. *Berl. Baum:.* p. 498. S. *dubia Persoon Syn.* I. p. 9. Liliacum *rothomagense Renault Fl. de l'Orn.* p. 100. *Turpin* et *Poiteau Flore de Paris.* S. *media Dum Cours.* I. p. 709.

Folia minora quam in N. 1. Flores ut in N. 3., quidquam majores. Staturâ medium inter N. 1 et 3. tenet. An proles hybrida? E Belgio (*Lilac de Marli?*) tulisse el. *Willdenow. Schulte-*

sio, quae Lugduni Allobrogum S. *rothomagensis* nomine visa fuerat, diversa videtur a S. *chinensi*. — In *China?*

3. S. *persica*; foliis lanceolatis. *Vahl Enum*. I. p. 38. *Willd. Spec.* I. p. 48. *Berl. Baumz*. p. 499.
α. integrifolia; foliis lanceolatis. *Plukn.* t. 227. f. 8. *Schmidt östr. Baumz.* t. II. t. 78. *Curtis mag.* XIV. t. 486. *β. laciniata*; foliis indivisis, divisisque. SYRINGA *capitata Gmel.* it. III. t. 32. f. 1. (p. 304 non invenio plantam, ut citari solet.)

Saepe in eodem trunco folia lanceolata ternata, laciniataque vidimus. Pedunculi versus apicem e gemmis distinctis; pedicelli racemosi, triflori. Variat floribus albis et coeruleis. *β* sola fert semina, *α* sterilis est. In *Persia*. ♄.

4. S. *villosa Vahl*; foliis oblongis, utrinque acutis, subtus villosis. *Vahl Enum*. I. p. 38.

Folia pollicaria, integerrima, subtus pallida. Thyrsus terminalis erectus. Flores unguiculares 4fidi. An LIGUSTRUM *sinense Lour.?* In montibus *circa Pekin*. *Herb. Juss.* ♄.

56. FORSYTHIA.

1. F. *suspensa*; *Vahl. Enum*. I. p. 39. SYRINGA *suspensa Thunb. Fl. jap.* 19. t. 3. *Willd. Spec*. I. p. 49. LILAC *perpensa Lam. Enc.* III. p. 515.

Caulis flexuosus, adscendens, dein dependens, tetragonus; folia ovata serrata simplicia ternataque. Flores 1-2-3, flavi. Cal. laciniae lanceolatae. In *Japoniâ*. ♄.

57. SARMIENTA.

1. S. *repens*. *Flor. peruv.* I. p. 8. t. VII. f. 6. *Feuill. obs.* III. t. 43.

Caulis sarmentosus, parasiticus, scandens, ramosissimus, ramis pendentibus. Folia opposita, ovata, carnosa, punctata. Pedunculi terminales, filiformes, 1-2 flori, bracteis 2 sub singulo calyce hirsuto. *Cor.* puniceа, extus pubescens, fauce coarctata. Semina plurima. In nemoribus *Chili*. Species dubia *Vahlio*.

58. URCEOLARIA.

1. U. *chilensis*; foliis ovatis oppositis carnosis. *Molina* l. c. *Feuill.* t. 3.

Nec plura adjecit *Molina*. l. c.

59. NYCTANTHES.

1. N. *arbor tristis*. *Vahl Enum*. I. p. 25. SCABRITA *tri-*

flora Linn. *Mant.* p. 37. *S. scabra Syst. veg. ed.* 12. p. 115. *Vahl symb. bot.* II. p. 28. PARILIUM *Gaertn. Fruct.* 1. p. 234. Manja-pumeran. *Rheede mal.* I. p. 35. t. 21.

Rami tetragoni oppositi angulis scabris; folia acuminata tripollic. opposita, scabra, inferiora utrinque dentibus 2-3. Pedunculi ramorum oppositi, terni. Flores involucrati. Cal. superne villosus. In *Ind. or.* ♄.

60. JASMINUM.

* *Foliis simplicibus.*

1. J. *Sambac;* foliis oppositis ovatis subcordatisque glabris, ramis petiolisque pubescentibus. *Vahl Enum.* I. p. 25. *Willd. Spec.* I. p. 35. *Desfont. Ann. d. Mus.* T. IV. p. 20. *Zuccagni* in *Römer Coll.* p. 114. NYCTANTHES *Sambac* *Linn. Spec.* I. p. 8. *Hort. ups.* — *Nalla mulla Rheede H. mal.* VI. t. 50. *Burm. Zeyl.* p. 128. t. 58. f. 2. *Tilli pis.* t. 31. MOGORIUM *Sambac Lam. ill.* t. 6. f. 1. β. *trifoliatum.**) NYCTANTHES *grandiflora Lour.* — γ. floribus multiplicatis, fol. ovatis. J. *undulatum Hortul.* δ. floribus multiplicatis, laciniis oblongis acutis tubo brevioribus. *Ait. Kew.* JASMINUM *Sambac.* var. flore pleno. *Andrews's reposit.* t. 497. ε. floribus plenis laciniis subrotundis tubo longioribus. *Ait. Kew.* Kudda mulla. *Rheed. malab.* VI. p. 89. t. 51.

Rami interdum volubiles. Folia remota, venosa, mucronata. Calycis laciniae subulatae, corollâ albâ dimidio breviores. In *Indiâ.* ♄.

* β. Hanc speciem esse *Zuccagni* Cent. I. observat. bot. n. 3. in *Römer Collect.* p. 114, et quidem MOGORIUM (JASMINUM) *goaense*, foliis cordato oblongis mucronatis, pedunculis squamosis, calyce glabro, dentibus ciliatis. *Tilli hort. pis.* t. 30. *Breyn prodr.* 2. 73. NYCTANTH. *trifoliata Vahl Enum.* I. p. 26. (Folia coriacea atroviridia, lucida, utplurimum 3-4na. Corolla maxima alba, laciniis ovatis mucronatis, multiplex.) Primo intuitu varietatem esse dicit sui: MOGORII (JASMINI) *gimea*: foliis coriaceis partim cordatis, partimque ovato-acuminatis indistinctis: laciniis corollae convolutis ovatis, tubo breviusculo. l. c. n. 2. (Folia opposita alternave. Extremitates moderate hirsutae. Cor. simplex, minima, duplo minor quam in Sambac, laciniis ovatis obtusis convolutis, imbricatis, tuboque, stigma includente, breviusculo. — An culturae filiae?)

2. J. *cuspidatum;* foliis oppositis ovato-lanceolatis mucronatis, pedunculis axillaribus unifloris. *Willd. act. am. n. c. berol.* IV. p. 192.

Scandens, ramis teretibus; fol. nervosa, glabra, rigida, fere trinervia; flores subsessiles, terminales, terni, similes I. *Sambac.* — I. *vimineum* in *Ind. or.* *Rottler.*

3. J. *gracile;* foliis oppositis simplicibus, ovato-ellipticis, calycibus laevibus campanulatis, dentibus brevissimis. *Ait.*

Hort. Kew. ed. 2. 1. p. 16. *Andrews's reposit.* t. 127. J. *geniculatum;* foliis ovatis acutis nitidis, petiolis geniculatis, floribus cymosis, caule volubili. *Vent. choix* d. *plant.* t. VIII. J. *lucidum herb. Banks. Poiret Enc. meth. Suppl.* T. III. p. 132.

Cal. *Jasmini*, corolla *Mogorii*! fol. pollicem longa, 6 lin. lat.; pedunculi laterales pedicellis 3 unifloris, patentibus; cal. quinquodentatus; cor. alba 5-8 fida, odorata. Styl. longitudine tubi, stigma ovatum, compressum, latere longitudinaliter fissum. In *insul. maris australis. Norfolk.* ♄.

4. J. *volubile Jacq.;* foliis simplicibus oppositis ovatis glabris, paniculâ terminali, ramis volubilibus. *Jacq. Hort. Schönbr.* III. t. 321. *et Fragment.* t. 44. f. 2. *Poiret Enc. meth.* l. c.

Willd. Enum. H. berol. p. 10. hanc speciem cum praecedente junxit, *Poiret* disjungit; 6 ped. alt., folia ovata aut lanceolata, 1½ pollic.; pedunculi multiflori. Cal. 4-6 dentatus. Cor. 6-8 fida, odoratissima. Bacca coerulea. In *Cap bon. spei.* ♄.

5. J. *hirsutum;* foliis oppositis ovatis cordatisve ramisque hirsutis, foliolis calycinis linearibus hirsutis. *Smith exot. bot.* II. p. 117. t. 118. *Willd. Spec.* I. p. 36. *Linn. syst.* p. 56. *Vahl Enum.* I. p. 30. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 16. *Osbeck it.* 105. JASMINUM *pubescens Willd. Spec.* I. p. 37. *Vahl Enum.* I. p. 27. excl. synon. Burmanni. JASMINUM *multiflorum Andrews's reposit.* t. 496.

NYCTANTHES *hirsuta Linn. ed.* 2. p. 8. excl. figura ex *Hort. Malab.* quae ad GUETTARDAM *speciosam* pertinet. N. *pubescens Retz. obss.* V. p. 9. Descr. bona.

MOGORIUM *hirsutum Poir. Enc. meth. Suppl.* III. p. 713.

Caulis erectus, sarmentosus, pubescens, rami albido-hirsuti. Folia suprema subrotunda. Calyx hirsutus, dentibus longis linearibus. Flores numerosi, capitati. Corolla magna, glabra, candidissima; tubus calyce longior, laciniae 6-8. *Malabaria. China. Calcutta.* ♄.

6. J. *dichotomum Vahl;* foliis ovatis glaberrimis, paniculis terminalibus dichotomis, calycibus subulatis. *Vahl Enum.* I. p. 26. MOGORIUM *Poir. Enc. meth. Suppl.* III. p. 713.

6pedal.; rami obscure tetragoni, glabri, ut tota planta; folia opposita bipollicaria, acuta, rigidula, subtus pallida; pedunculi 2-3 dichotomi; calyx subcampanulatus. Corolla pollicaris, odorata; bacca nigra. In *Guineâ. Thonning.* ♄.

7. J. *undulatum;* foliis cordato-oblongis nitidis, ramis pedunculisque hirtis, pedunculis subtrifloris. laciniis calycinis rectis. *Vahl Enum.* I. p. 27. *Willd. Spec.* I. p. 36. NYCTANTHES *undulata Linn. S. V.* p. 56. NYCTANTH. *multiflora Burm.*

ind. v. t. 3. f. 1. *Tsjiregam mulla Rheede mal.* VI. t. 55. *Vahlio* dubium.

Folia opposita vix pollicaria, subundulata, avenia, nervosa. Flores 3 vel plures. Calycis laciniae setaceae. Corollae limbus octofidus, laciniis oblongis. *Vahl.* In *Chinâ.* ♄.

Miramur cl. *Vahl* hic MOGORIUM *multiflorum Lam.* et *undulatum Lam.* aut confundisse, aut neglexisse, quum *Lamarckius* certe optime synonymiam digessisset. Est vero MOGORIUM *multiflorum Lam.* foliis ovatis, pedunculis multifloris terminalibus, calyce breviusculo, tubo corollae superne ampliato. *Lam. Enc.* IV. p. 211. et hoc teste (nobisque consentientibus) *Rheede mal.* VI. t. 54. NYCTANTHES *multiflora Burm. fl. ind.* t. 3. f. 1. *Raj. hist.* II. p. 1602. qui bene fructu majore distinxit plantam, ovato nempe, quum in sequente didymo globosus sit. 6-6 pedalis sarmentosus, articulatus, cylindricus; folia opposita, petiolata, satis magnitudine *Sambac*, subacuta, integerrima, glabra. Pedunculi breves, terminales, ramosi, floribus in capitulum confertis albissimis inodoris. Calyx villosus, ad basin usque quinque partitus, laciniis linearibus. Cor. tubus gracilis, cylindricus, superne in cyathum ampliatus, limbo 6-8 fido, laciniis linearibus acutis. MOGORIUM *undulatum.*, foliis ovatis acutis undulatis, cymis lateralibus. *Lam. ill.* n. 53. *Enc. meth.* p. 212. et hoc teste; NYCTANTHES *undulata Linn.*; *Burm. Fl. ind.* p. 4. *Tsjiregam Mulla Rheede mal.* VI. t. 55. (5-6 ped. ramis laxis, articulatis, cylindricis, longissimis, apice subvillosis. Folia opposita, persistentia, brevi petiolata, ovata aut ovali-oblonga, acuta, integerrima, undulata, patentia, glabra, internodiis longiora, amara. Flores fragrantes, albidi racemosi, racemis 3-5 floris solitariis, folio brevioribus. Cal. laciniae profundae, lineares, angustae, tubo corollae breviores. Corollae limbus 6-8 fidus. Fructus didymo-globosus, niger. — Utrumque in *Malabar.* ♄.

8. *J. *montanum Roth;* foliis subcordatis obtusis, glabris, ramis junioribus petiolis cum pedunculis et calycibus hirsutis, corymbis terminalibus compositis, calycibus subcampanulatis: laciniis erectis. — *Roth nov. plant. spec.* MSS.

Proximum J. *undulato*, at Folia obtusa; Calycis laciniae lineares, obtusae; Corollae laciniae exacte lanceolatae, acuminatae. H. in *India orientali.* D. *Benj. Heyne.*

9. J. *scandens Vahl;* foliis ovato-oblongis attenuatis, paniculis brachiatis, laciniis calycinis reflexis. *Vahl symb. bot.* III. p. 2. *Enum.* I. p. 27. *Willd. Spec.* I. 37. NYCTANTHES *scandens Retz. obs.* V. p. 9. MOGORIUM *scandens Lam.*

Glabrum, ramis teretibus, longitudine foliorum. Folia opposita patentissima, plana, 2 pollic., ramulorum cordato-ovata. Pedicelli brevissimi. Calycis laciniae 6-7, reflexae, villosae. Cor. laciniae lanceolatae, longitudine tubi sensim ampliati. In *Ind. or.* ad summitates arborum scandens. *König.* ♄.

10. J. *simplicifolium Forst.;* foliis oppositis ovato-lanceolatis simplicibus, acuminatis, calycibus glabris, laciniis sub-

ulatis. *Vahl Enum.* I. p. 27. *Forter prodr.* 3. n. 7. *Willd. Spec.* I. p. 39. (excl. syn.) *Jasm. australe Pers. Syn.* p. 8.

In insulis amicorum. ♄. Pedunculi alterni, axillares, uniflori.

11. J. *elongatum;* foliis oppositis ovato-sublanceolatis attenuatis, pedunculis terminalibus subumbellatis trichotomis. *Vahl Enum.* I. p. 28. Nyctanthes *elongata Linn. Suppl.* p. 82. J. foliis cordatis lanceolatis ovatis elongatis minoribusque, ramis teretibus. *Willd. Spec.* I. p. 37. *Berg. act. angl.* 1772. p. 290. t. 11.

Vahlii descriptio et definitio a *Linnaeana* differt: V. rami, ut tota planta, glabri; L. superiores villosi. V. folia ovato-sublanceolata: 1½ pollicaria, nervoso-venosa, parum undulata; L. folia cordata, sublanceolata, glabra, infima cordata, ovata. V. calyx parvus, dentibus minutis; *L.* cal. minimus, laciniis subulatis pilosis, 2 lin. longis. V. cor. laciniae attenuatae; L. cor. tubus incrassatus. *In Ind. or.* ♃.

12. J. *multiflorum Roth;* foliis ovato-acuminatis cum ramis junioribus pilosis, paniculis lateralibus et terminalibus elongatis corymbosis fastigiatis, pedunculis cum calycibus campanulatis hirsutis, laciniis calycinis reflexis. *Roth nov. plant. Spec.* MSS.

Folia herbacea. Paniculae Corymbi in quovis pedunculo solitarii, nudi, 3-6 flori. Calyces in corymbo subsessiles, laciniis reflexis. Corolla octofida, laciniis lanceolatis. H. in *India orientali.* D. *Benj. Heyne.*

13. J. *trinerve Vahl;* foliis ovatis attenuatis subunifloris. *Vahl Symb.* III. p. 2. *Enum.* I. p. 28. Jasminum *acuminatum Pers. Syn.* 7. Mogorium *acuminatum* *) *Lam. ill.* I. p. 23.

Rami glaberrimi; folia opposita bipollicaria longe acuminata; pedunculi solitarii oppositi, medio bracteis 2. Cal. laciniae subulatae, tubo corollae dimidio breviores. Cor. pollicaris, glabra, quinquefida, laciniis lanceolatis. *Commerson in Java.* ♄.

*) NYCTANTHES *acuminata Gmelin;* foliis lanceolato-acuminatis, pedunculis bigeminis. *Gmel.* S. V. p. 23. *Burm. thes. zeyl.* t. 59. ? est NERIUM *coronarium Jacq.*

14. J. *lanceolatum Fl. per.;* foliis lanceolato-ellipticis oppositis, pedunculis axillaribus terminalibusque unifloris. *Fl. peruv.* p. 6. t. VII. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 28.

Caulis subbipedalis, erectus, simplex; folia subsessilia apice reflexa; pedunculi terminales 4; Coroll. albo-subpurpurascens, laciniis limbi oblongo-obovatis. *Fl. per. Vahlio* dubia. *In sylvis Pozuzo.* ♄.

15. J. *sessiliflorum Vahl;* foliis oblongo-ovatis acutis lucidis, floribus terminalibus sessilibus. *Vahl Enum.* I. p. 29.

Rami scandentes? glabri; ramuli axillares, remotissimi. Folia pollicaria, supra venosa, laevia, subtus avenia. Flores 3 terminales. Corollae limbus sexfidus, laciniis lanceolatis, acutis. *In Indiâ orientali.* ♄.

16. J. *angustifolium;* foliis ovatis mucronatis subtrinerviis, pedunculis terminalibus subtrinis unifloris. *Vahl Enum.* I. p. 29. *Willd. Spec.* I. p. 36. et Jasm. *vimineum ibid.* Jasminum *triflorum Pers. Syn.* I. p. 7. Nyctanthes *angustifolia Linn. S. Veg.* p. 56. Nyctanth. *triflora Burm. ind.* 4. t. 2. Nyctanth. *viminea Retz. obs.* V. p. 9. Mogorium *triflorum Lam. ill.* t. 6. et *Vimineum. Katu-pitsjegam-mulla Rheede mal.* VI. t. 53.

Rami teretes, superne tetragoni; folia pollicaria, interdum subundulata, plerumque in ramulis ovato-subrotunda et emerginata cum mucrone. Pedunculi axillares solitarii. Cal. truncatus, glaber, laciniis 6 setaceis; cor. tubus semipollicaris, laciniis lineari-lanceolatis, tubo parum longioribus. In *Ind. orient.* ♄. Quidam J. *grandiflorum Loureiri vimineum Retzii* esse contendunt.

17. J. *oblongum Burm.;* foliis oppositis oblongis mucronatis, pedunculis axillaribus, unifloris. *Vahl Enum.* I. p. 29. *Burm. ind.* VI. t. 3. f. 2.

Rami simplicissimi; folia petiolata glabra. Flores lutei minores quam in odoratissimo. *Burm. Species Vahlio* dubia. *Willd. Spec.* I. p. 38 ad J. *simplicifolium* cum? duxit. *In Javâ.* ♄.

18. J. *glaucum;* foliis suboppositis lanceolatis mucronatis subcoriaceis, pedunculis terminalibus subtrifloris. *Vahl Enum.* I. p. 30. *Willd. Spec.* I. p. 37. *Ventenat* H. *cels.* t. 55. *Thunb. Fl. cap.* I. p. 42. Jasminum *rivulare Salisb. stirp. rar.* 15. t. 8. Nyctanthes *glauca Linn. Suppl.* 82. Mogorium *myrtifolium Lam. ill.* I. p. 23? et certo Jasminum *ligustrifolium ejusd.* p. 25. Jasminum africanum foliis solitariis, floribus vulgatiori similibus. *Commelin pl. rar. Tab.* V. f. 5.

Rami teretes; folia opposita, brevissime petiolata, pollicaria, trinervia, nitida, rarissime terna, basi petiolorum persistente. Cal. laciniae 5, subulatae, corollâ triplo breviores. Cor. tubus pollicaris, limbus sexfidus, major quam in JASM. *officinali*, albus. Variat foliis angustioribus et latioribus. Ad *Roodezandkloof promont. b. spei.* ♄.

Species minus bene cognitae hujus sectionis.

19. J. *acuminatum Brown;* foliis ovatis acuminatis, glabris, petioli articulo superiore vix triplo longiore, calycibus campanulatis, dentibus brevissimis. *Brown. nov. Holl.* p. 521.

20. J. *molle Brown;* foliis ovatis acutis acuminatisve

pubescentibus subtus mollissimis, pedunculis terminalibus trichotomis, calycis dentibus brevissimis. *Brown* l. c.

21. J. *aemulum Brown;* foliis late ovatis subacuminatis pubescentibus basi integris subtus mollibus, floribus sexfidis, laciniis calycis subulatis tubo longioribus; seminis integumento cribroso. *Brown* l. c. An MOGORIUM?

**) *Foliis compositis ternatis.*

22. J. *auriculatum Vahl;* foliis ramulorum floriferorum simplicibus, calycibus angulatis ramisque teretibus pubescentibus. *Vahl Symb.* III. p. 1. *Enum.* I. p. 30. *Willd. Spec.* I. p. 38. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 17. JASM. *trifoliatum Pers. Syn.* I. p. 7. MOGORIUM *trifoliatum Lam. ill.* I. p. 24.

Rami, folia superiora, petioli, pedunculi, calyces cinereo-pubescentes. Folia ternata, opposita. Foliola petiolata, nervoso-subvenosa, extremum bipollicare, ovatum, lateralia vix unguicularia. Panicula fastigiata pedunculis trichomotis. Cal. plicato-5angulatus, laciniis obtusis. Corollae laciniae 6, ovatae. Colitur in *Malabar;* sponte in *insul. Franciae*, (*Mauritii Commers.*) ♄.

23. J. *flexile Vahl;* glabrum, (foliis oppositis, ternis) foliolis ovato-oblongis acuminatis. racemis axillaribus brachiatis, caule scandente. *Vahl symb.* III. p. 1. *Enum.* I. p. 31. *I. mauritianum Hort. Paris.* et *Berol.*

Foliola petiolata, intermedium bipollicare, lateralia pollicaria, utrinque nitida. Petioli flexuosi. Pedunculi patentissimi, folio triplo longiores, pertiales plerumque triflori. Cal. brevissimus, campanulatus, dentibus 5-6 minutis, ovatis. Cor. 1 1/2 pollic. laciniis sub 7, tubo brevioribus. *In Ind. orient.* ♄.

24. J. *tortuosum Willd;* foliolis oppositis, foliis lanceolatis mucronatis, caule volubili, ramis pubescentibus. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 10. JASM. *flexile Jacq. H. Schoenbr.* IV. p. 46. *tab.* 490.

Caulis ramique volubiles. Folia longe petiolata, integerrima, pollicaria, absque nitore glabra, subtus ad costam pilis raris. Petioli pubescentes. Habitat ad *Promont. b. Spei?* ♄.

25. J. *azoricum;* foliolis ovatis subcordatisque, calycibus campanulatis glabris, corollae laciniis tubo aequalibus. *Vahl Enum.* I. p. 31. *Linn. Spec.* I. p. 9. *Willd. Spec.* I. (excl. *Plukn.* et *Burm.*) *Commelin Hort.* I. p. 159. t. 82. *Kniphof* C. IX. n. 51.

Ramuli teretes, pubescentes; folia glabra avenia, opposita, terminale 1 1/2 pollic.; flor. albi. *Plukenet* t. 303 f. 1. est NYCTANTHIS *Linn.* species. *In insulis azoricis.* ♄.

26. J. *capense Thunb.;* foliis ternatis ovatis, ramulis angulatis petiolisque villosis, pedunculis axillaribus trifloris, ca-

lycibus tubulosis. *Vahl symb. bot.* III. p. 32. J. *angulare Willd. Spec.* I. p. 38. J. *capense Thunb. prodr. Fl. cap.* p. 2. *Fl. capens.* I. p. 41.

Rami cinerei, ramuli tetragoni; foliola avenia, subtrinervia, obtusa, saepe mucronata, glabra, superiora in axillis villosa, lateralia unguicularia. Petioli margine pilosi: pedunculi folio breviores. Cal. 5-6 dentatus, abbreviatus, laevis, dentibus parvis, obtusis. Cor. tubus 1 1/2 pollic., laciniis 6-7, tubo triplo brevioribus. *In promont. b. spei.* ♄.

27. J. *didymum Forst.;* foliis oppositis, foliolis ovato-lanceolatis, racemis axillaribus. *Forst. prodr.* n. 8. *Vahl Symb.* III. p. 2. *Enum.* I. p. 32.

Glabrum; foliola bipollicaria, obscure venosa, attenuata, acuta. Pedunculi axillares solitarii, angulati; longitudine petioli. Cal. campanulatus brevis, dentibus minutis. *In insul. societat.* ♄.

Species minus cognitae hujus sectionis.

28. J. *divaricatum Brown;* foliis ternatis, petiolisque ramisque glabris, foliolis subovatis, dentibus calycis obsoletis, seminis integumento perforato. *Brown. nov. Holl.* 521.

Affine J. *didymo.* *In nov. Hollandiâ.*

29. J. *lineare Brown;* foliis ternatis suboppositis pubescentibus, foliolis linearibus acutis, ramis teretibus; paniculis axillaribus trichotomis. *Brown.* l. c.

In nov. Hollandiâ.

30. J. *fruticans;* foliis alternis ternatis simplicibusque, foliolis subcuneatis, laciniis calycinis subulatis. *Vahl Enum.* I. p. 33. *Linn. Spec.* I. p. 9. *Willd. Spec.* I. p. 39. *Flor. franc.* III. n. 2471. *Kniphof* C. I. n. 45. *Curtis bot. mag.* XIII. t. 461. *Schmidt östr. Baumz.* T. III. t. 148.

Rami glabri, juniores subangulati. Folia glabra. Pedunculi terminales terni. *Cor.* luteae laciniae oblongae obtusae. *In Europ. austr. totoque Oriente.* ♄.

31. J. *humile;* foliis alternis acutis (simplicibus) ternatis pinnatisque, ramis angulatis, laciniis calycinis brevissimis. *Vahl Enum.* I. p. 33. *Linn. Spec.* I. p. 9. *Willd. Spec.* I. p. 40. *Besl. eyst. aest.* 40. f. 2. *St. Hilaire* 35. t. 6. Jasminum humile luteum. *Knorr thes.* I. tab. I. *Schmidt öst. Baumz.* t. 149.

Rami glabri; folia raro pinnata, foliola ovata, vix attenuata, pollicaria; pedunculi terminales gemini vel terni, triflori; corollae luteae laciniae obtusae oblongae. *Habitat?*

32. J. *odoratissimum;* foliis alternis obtusis ternatis pinnatisque, ramis teretiusculis, laciniis calycinis brevissimis.

Vahl Enum. I. p. 33. *Linn. Spec.* p. 10. *Willd. Spec.* I. p. 40. *Barrel. ic.* 62. *Curtis Mag.* VIII. t. 285.

Ramuli glabri, superne subangulati. Foliola lateralia pollicaria, sessilia, opposita, basi inaequalia, nitida, acumine brevi. Petiolus submarginatus, canaliculatus. Pedunculi terminales terni, triflori. Cal. laciniis ovatis brevibus: cor. flavae laciniis oblongis obtusis. *In Maderâ.* ♄.

* * * *Foliis pinnatis.*

33. J. *officinale;* foliolis acuminatis, gemmis erectiusculis. *Vahl Enum.* I. p. 34. *Willd. Spec.* I. p. 40. *Berl. Baumz.* p. 185. *Linn. Spec.* I. p. 9. *Hall. Hist.* n. 529. *Flore franc.* III. n. 2470. *Schmidt öst. Baumz.* III. t. 150. *Plenck off.* t. 9. *Curt. Mag.* I. t. 31. *Bulliard* t. 231. *Lam. illustr.* t. VII. f. 1.

Rami angulati glabri; folia trijuga, foliolis oppositis, ovatis, acutis, terminali petiolato triplo longiore. Cal. laciniae subulatae Cor. candida. *In Indiâ; nunc in Europâ meridionali.* ♄.

34. J. *grandiflorum;* foliolis obtusiusculis, gemmis horizontalibus. *Hort. Kew.* *Linn. Spec.* I. p. 9. *Vahl Enum.* I. p. 34. *Willd. Spec.* I. p. 41. *Rheede mal.* t. 52. *Merian Surinam.* t. 46. Jasminum hispanicum flore majore, extus rubente. *Knorr thes.* I. *tab.* I. 1.

Simillimum praecedenti, a quo differt: foliolis lateralibus magnitudine aequalibus, extimis confluentibus, floribus majoribus subtus rubris. *In Ind. orient.* ♄.

35. J. *nervosum Lour.* foliolis ovatis trinerviis, pedunculis multifloris, caule scandente. *Lour. Fl. cochin.* I. p. 20. *Vahl Enum.* I. p. 34.

Frutex scandens, teres, laevis: folia 1½ pollic., acuminata, nitida. Pedunculi terminales. Cor. laciniae 5—8. *In Cochinchinâ.* ♄. Spec. *Vahlio* dubia.

61. MENODORA.

1. M. *helianthemoïdes Humb.* et *Bonpland* l. c.

Lignosa, pilis raris; caules prostrati 4-6 pollic. adscendentes, quadrangulares; folia opposita, ovali-lanceolata, 5-6 lin. long.; 1½ lin. lat., integerrima, brevi petiolata. Fructus bilocul. ignotus. *In collibus Mexico inter Actopan et vicum Magdalenae.*

62. STRIGA.

1. St. *lutea Loureiro Fl. cochinch.* I. p. 22.

Vahlio Enum. I. p. 54 dubia. Caulis herbaceus, 6 pollic., simplicissimus, quadrisulcatus. Fol. lanceolato-linearia integerrima sessilia, glabra, sparsa, parva. Flores solitarii axillares, lutei. Cal. pilosus. Cor. hypocrateriformis, prope limbum recurva. *Cantone Sinarum.*

63. VERONICA.

Conspectus Sectionum.

a. Racemis spicisve terminalibus, foliis verticillatis oppositisve. n. 1 - 19.

b. Racemis terminalibus, foliis oppositis. n. 20 - 53.

c. Racemis lateralibus n. 54 - 103.

— Dubiae hujus sectionis. n. 104 - 112.

d. Pedunculis unifloris. n. 113 - 133.

— Dubia 134.

---

a) *Racemis spicisve terminalibus, foliis verticillatis oppositisve.*

1. V. *sibirica;* foliis 5-6-9nisque lanceolatis sessilibus. *Vahl Enum.* I. p. 55. *Willd. Spec.* I. p. 54. *Amm. ruth.* 20. t. 4.

4 ped.; caulis hirtus, teres, striatus. Folia 2-3 pollic., subaequaliter serrata, V. *virginicâ* duplo latiora. Racemus crassitie pollicis, imbricatus, cylindricus. Bracteae 2 ad basin calycis quinquefidi. Cor. coerulea tubo oblongo, laciniis inferioribus angustioribus. Stamina corollâ duplo longiora. Fructus SALICARIAE aemulus. *In Dauriâ.* ♃.

2. V. *virginica;* foliis 4-5nisque, lanceolato-ovatis, petiolatis, corollis cylindraceis. *Willd. Spec.* I. p. 54. *Plukn. alm.* t. 70. f. 2. *Linn. Hort. Cliff.* 7. *Vahl Enum.* I. p. 56. *Kniphof* Cent. X. 97. *Hoffmann* in *Commentat. Goetting.* XV. p. 112. t. 1. *Phytogr. Bl.* p. 89. t. E. f. 1. Corolla!

Caulis 4-5 pedal., pilis rufescentibus; folia inferne 5na, superne 4na, raro terna, patentia, verticillata, acuminata, aequaliter serrata, sordide viridia. Pedunculus unicus ex singulis axillis foliorum ultimorum praeter terminalem; racemi, seu potius spicae, quadripollicares et ultra, crassitie pennae anserinae, spiraliter imbricati, cylindrici; bractea subulata. Calyx 5-, raro sexfidus, infimâ s. interiore laciniâ minimâ, omnibus lanceolatis. Corolla candidissima, du-triplove calycem exsuperans, laciniis inaequalibus margine inflexis; orificium pilis clausum. Filamenta corollâ longiora. Capsula acuta, tetragona, quadrivalvis. Semina oblonga, retiruga. *In Virginiâ, Japoniâ.* ♃. Non, ut *Heister* suasit, genus proprium.

3. V. *foliosa Kit.*; foliis 3nis 4nisve ovatis vel ovato-lanceolatis subbiserratis, serraturis inaequalibus. *Schrad. Veron. Spicil.* p. 35. *Fl. germ.* I. p. 20. *Waldst. Kit.* T. II. p. 106. t. 102. *Vahl Enum.* I. p. 56. *Willd. Enum. H. berol.* p. 18. *Sprengel Fl. hal.* p. 6. n. 9. T. I. f. 2. V. *brevifolia M. a Bieberst. taur. cauc.* p. 6. n. 14. *β*. V. *nitida Ehrh. pl. exs.* n. 21. V. *maritima β. Willd. Spec.* I. p. 55. *γ*. V. *spuria Spreng. Fl. hal.* t. I. f. 1. fide ipsissimi *Sprengel* in *Mant.* II. p. 1. n. 1.

Radix repens squamosa; caulis sub bipedalis, erectus, simplex, plus minus pubescens. Folia breviter petiolata, erecto-patentia, inferiora pubescentia, superiora glabra (in culta nitida) crassiuscula, apice saepe integra. Racemi longi, laxi, erecti, floribus caeruleis aut lilacinis. Bracteae pedicellis duplo breviores. Calyx quadripartitus laciniis obtusis, capsulâ subemarginatâ brevior. — *β* culta altior, quadripedalis magisque glabra. *In pratis humidis Ungariae, Galiciae; circa Halam Saxon.* Varietatem pubescentem habet *Hortus Gorenkiensis*. ♃.

4. V. *crenulata*: foliis ternis oppositisque oblongo-lanceolatis serratis, calycibus acutis, laciniis corollae crenulatis. *Vahl Enum.* I. p. 57. *Hoffm. phytogr. Bl.* p. 95. t. E. f. 3.

Caulis sesqui-pedalis, erectus, striatus, teres, superne pubescens et divisus in ramos 3-6; folia inferiora petiolata, opposita, rarius terna, superiora subsessilia, subaequaliter acute serrata, dentibus apice fuscis. Racemus seu potius spica vix semipedal.; flores saturate coerulei, pedicellis brevissimis pubescenti-pilosis; bracteae lanceolatae, pilosae. Calyx quadripartitus, laciniis lanceolatis, margine pilosis. Corollae laciniae undulatae, crenulatae, fauce villosâ, capsula ovato-subrotunda, glabra, quadrivalvis. Stamina subinde 3-4, stylus recurvus. *Patria? Sibiriam Martius*, qui cum V. *villosâ* conjungit. In horto mense Augusti floret. ♃. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 18 eandem dicit cum V. *villosâ Schrad.* sed differt longe descriptio.

5. V. *maritima*; foliis ternis quaternisve ex ovatâ basi lineari-lanceolatis, acuminatis, profunde duplicato serratis, cauleque subpubescentibus, calycibus subaequalibus, capsulâ brevioribus. *Schrad. Comm. de Veron.* p. 29. t. 1. f. 1. *Linn. Fl. Suec.* n. 8. *Fl. lapp.* p. 4. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 5. *Vahl Enum.* I. p. 57? *Retz. obs.* I. p. 9. *Hoffm. phytogr. Bl.* t. E. f. 2?

Vahl Fl. dan. t. 374 ad hanc, dein iterum ad V. *longifoliam* citat, quacum toties commutatur! Flores *spicati* coerulei. Petioli angusti. Folia ad apicem usque inaequaliter serrata. Culta glabra fit, floribusque caeruleis variat et albis, caerulescentibus et incarnatis, ut V. *spuria* et *longifolia*. Cultae varietates duas descripsit cl. *Martius* in *Enumerat. Hort. Erlang.* p. 11.

β. foliis oppositis ternisque e basi ovatâ vel subcuneatâ late lanceolatis, fere aequaliter duplicato-serratis, minoribus approximatis.

γ. foliis oppositis, ternis quaternisve lanceolatis, basi ovatâ, duplicato-serratis, serraturis obtusis cauleque pubescentibus.

β. glabra est, folia quasi in petiolum decurrunt, margineque curvantur in oblongam magis formam, inde latiora; serraturae minus profundae, minus incumbentes; bracteae longitudine fere calycis subaequalis.

γ. minor, foliis minoribus, calyce inaequali, laciniis 2 superioribus minoribus, ovato-obtusiusculis, inferioribus lanceolatis acutis. Cl. *Wahlenberg* sequentem V. *maritimae*, spontaneae, toties cum V. *longifoliâ* confusae, descriptionem, comparando illam cum V. *longifoliâ*, l. c. dedit, quo rectius certiusque ab illâ distinguatur: „Caulis purpurascens, semper ubique magis teres, saepe quod ad maximam longitudinem glabriusculus vel pubescentiâ breviori tectus, satis altus quidem sed gracilior et magis flexuosus. Folia dilute vel pallide viridia, magis glabrata, costa et venis prominentioribus; serraturis profundis, crebris, valde acuminatis et sursum vel apicem folii spectantibus, apice multo longius acuminata et producta. Plerumque ad apicem ramificatur caulis, et plures spicas usque ad 6 et 5 profert, et in axillis multos habet fasciculos foliosos vel ramulos. Spicae magis pedunculatae vel supra foliosum caulem elevatae, sublaxae et flexuosae, breviores et floribus sparsioribus et magis vagis compositae. Pedunculi spicarum semper insigniter pubescentes. Bracteae calycibus breviores. Pedicelli florum tenues, vagi, patentes. Calycis laciniae subaequales, lanceolatae, capsula multo breviores. Corollae multo minores et tota spica florens tenuior. Capsula majuscula semine Cannabis major, inflata. *In Europâ Septentrionali.* ♃.

6. V. *spuria*; foliis ternis quaternisve subsessilibus lanceolatis simpliciter serratis, serraturis aequalibus. *Schrad. comm. de Veron.* n. 19. t. 2. f. 4. *Vahl Enum.* I. p. 57. (excl. syn. *Pollich.*) *Barrel Ic.* t. 891. *Gmel.* it. I. p. 169. t. 39. *Willd. Spec.* I. p. 55.

Differt ab affini V. *foliosâ* habitu tenuiori, foliis lanceolatis acutioribus, serraturis simplicibus, aequalibus, remotioribus minoribus, bracteis pedicellos aequantibus, nec duplo-triplo minoribus. *Schrad.* l. c. *In Europâ australiori*, *Sibiriâ.* ♃. — V. spuria *Linn. Amoen. acad.* III. p. 35. t. 2. proles hybrida e VERBENA *officinali* et V. *maritimâ*.

7. V. *paniculata Pall.*; foliis lanceolatis ternis serratis, caule adscendente. *Pall. it.* I. p. 196. *) *Lepechin it.* I. p. 206. *Willd. Spec.* I. p. 71. (excl. V. *dentatâ Scmidt* ut et in) *Vahl Enum.* I. p. 58. V. *angustifolia* floribus paniculatis *Amm. ruth.* p. 32.

„Racemi longissimi laxi plerumque terni, corollis caeruleis.“ *In Tatariâ.* ♃.

*) In *itin. Pall.* a cl. *Willd.* p. XXVII. et dein p. 7. in Spec. citato sub pag. 196 non invenitur; nec in *ed. gall.* a *Lamarck* curatâ in-

venimus plantam, In LEPECHIN verbulum tantum occurrit, ex quo patet, plantam esse altissimam.

8. V. *complicata Hoffm.;* spicis lateralibus brevioribus subnutantibus, foliis oppositis complicatis dentatis, dentibus incrassatis. laciniis corollae integerrimis. *Hoffm. phytograph. Bl.* p. 98. t. E. f. 4. *Vahl Enum.* I. p. 58. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 18.

Caulis bipedalis, erectus, subflexuosus, teres, superne pubescens, hinc inde ex viridi purpurascens, ramis floriferis suboppositis, raro verticillatis; folia rarius terna, patentia, reflexa, lineari-lanceolata, (basi et apice attenuata, integra, caeterum) grosse crenato-dentata, radicalia magis elliptica, subincana, superiora sordide, at saturate viridia. Bracteae lineari-lanceolatae. Calyx quadrifidus, laciniis inaequalibus oblongo-lanceolatis, pubescentibus. Corolla coerulea, fauce villosâ, venis saturatioribus. Stylus declinatus, superne incrassatus. Capsula obcordata, glabra, quadrivalvis. *Europa.* Mense Augusti. ♃.

9. V. *glabra Ehrh.;* foliis oppositis ternis subcordato-lanceolatis, simpliciter serratis cauleque glabris, serraturis remotis subaequalibus. *Schrad. comm. de Veron.* t. 1. f. 4. *Vahl Enum. I.* p. 358. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 17. *β.* floribus albis.

Glabritie facile distinguitur. A. V. *argutâ* differt caule plerumque altiore, foliis angustioribus, longioribus, latius et magis aequaliter serratis. A. V. *longifoliâ* foliis acutis nec acuminatis apice subintegerrimis, serraturis latioribus, simplicibus; petioli ciliati; pedicelli et calyces pubescenti-tomentosi. In Hort. Hafniensi extat varietas foliis ovato-cordatis. *Habitat in Europâ australi.* ♃.

10. V. *amethystina Willd.;* caule pubescente, foliis oppositis ternisve lanceolatis subcarnosis acutis simpliciter remote serratis, basi cuneatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 17.

Quadripedalis, erecta, tenuissime pubescens. Folia nitida glabriuscula petiolata, serraturis subaequalibus, basi integerrimis. Spicae terminales copiosae in omnibus ramis. Bracteae pedunculo duplo breviores. Calyx quadrifidus. Cor. eleganter coerulea. *Habitat? — Martius* l. c. putat V. *longifoliam Vahl Enum.* I. p. 59. hujus esse loci; ob folia *basi* acuminata, sequentem *elatiorem* huc spectare.

11. V. *elatior Ehrh.;* tota leviter pubescens, foliis ternis lanceolatis acuminatis basi subcordatis duplicato-serratis, serraturis baseos profundioribus. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 17.

qui V. *elatiorem*, quam *Schrad. Fl. germ.* I. p. 19. ad *longifoliam*, *Martius* ad V. *amethystinam* retulit, huc refert. Obtinuimus illam quoque nomine V. *condensatae* et *serotinae.* Caulis erectus, 7ped. et ultra, teres. Folia angusto-lanceolata, serraturis elon-

gatis. Basis foliorum superiorum cuneata, inferiorum subcordata et fere incisa. Calyx quadrifidus. Cor. caeruleae. Omnium tardissime floret. *In Europâ australi.* ♃.

12. V. *falcata Mart.;* foliis e basi ovatâ lineari-lanceolatis attenuatis, simpliciter argute serratis cauleque glabris, serraturis approximatis incurvis. *Martius Enum. H. Erlang.* p. 10.

An varietas V. *elatioris?* tota glabra exceptis summitatibus. Folia crassiuscula, ad apicem usque serrata. Laciniae calycis lanceolatae subaequales. Bracteae vix pedicellis longiores. ♃.

13. V. *acuta Mart.;* foliis oppositis ternisve late breviterque petiolatis basi rotundatis cordatisve, longissime lanceolato-attenuatis, acute inaequaliter duplicato-dentato-serratis, dependentibus, serraturis rectangulo-patentibus, caule superne pubescente. *Martius l. c.* p. 12.

Folia longissima fere coriacea nutant. Laciniae calycis lanceolatae, duabus minoribus angustioribus. *Habitat?* — Utcunque sit, praecedenti nimis videtur affinis. ♃.

14. V. *arguta Schrad.;* foliis lanceolatis acutis simpliciter serratis apice integerrimis, serraturis remotis aequalibus, simplicibus. *Schrad. comm. de veron.* n. 7. t. 2. f. 2. *Vahl Enum.* I. p. 360. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 16.

Leviter pubescens bipedalis et ultra; folia basi cuneata brevi petiolo, deflexa, cana, supra nudiuscula, serraturis latiusculis; racemi plurimi semipedales, erecti; bracteae lanceolatae pedicello longiores; calycis laciniae lanceolatae, obsolete pubescentes. Capsula subrotundo-ovata, apice emarginata. Variat caule graciliore et foliis duplo angustioribus. *Habitat?*

15. V. *media Schrad.;* foliis oppositis ternisve lanceolatis acutis serratis cauleque pubescenti-tomentosis, serraturis approximatis inaequalibus. *Schrad. comm. de veron.* n. 8. t. 1. f. 2. *Fl. germ.* I. p. 17. *Vahl. Enum.* I. p. 359. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 16. V. *longifolia Fl. d. Wetterau* n. 13. et *Roth germ.* T. 2. P. 1. p. 7. *Mönch meth.* p. 433.

Folia oblonga, basi late cuneata integra. Media *praecedentem* inter et *sequentem.* Ab *argutâ*, magnitudine et foliorum formâ proxima, differt serraturis, ab *australi* caule altiore, foliis exacte nec ovato-lanceolatis, duplo longioribus, acutioribus; ab utraque foliis saepe ternis ad apicem usque serratis nec integerrimis. Bracteae calycem aequant aut superant. Calycis laciniae nunc ovato-lanceolatae, capsulâ breviores, nunc lineari-lanceolatae, acutiores, capsulae longitudine. Culta variat altitudine a 2-ad 4-pedes; foliis acuminatis, substantiâ tenuiori et crassiori. In Horto Hafniensi extat varietas floribus albis. *Ad sepes in pratis humidis Carniol. Hung. Bohem. Wetterav.* ♃. — Huc cl. *Pohl* ducit V. *spuriam Schmidt:* foliis ternis lineari-lanceolatis

simpliciter serratis, racemis terminalibus, calyce 4fido aequali, ut α; et ut β. V. *incanam Schmidt*, caule erecto tomentoso, foliis oppositis lanceolatis, obtuse serratis, canescentibus, spicis terminalibus, calyce quadrifido aequali subsessili.

16. V. *australis Schrad.*; foliis ovato-lanceolatis simpliciter serratis, apice integerrimis cauleque pubescentibus, serraturis approximatis inaequalibus. *Schrad.* l. c. n. 9. t. 2. f. 3. *Vahl Enum.* I. p. 360. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 17.

1½-2 ped., tota pube tenui. Folia radicalia ovata, obtusa. Spicae 2-3 pollic.; bracteae lineari-lanceolatae calycem aequantes aut superantes. Capsula subrotundo-ovata, leviter emarginata. A. V. *argutâ* et *longifoliâ* differt serraturis foliorum; ab utraque caule humiliori, foliis duplo brevioribus, ovato-lanceolatis, nec lanceolatis, ut in *argutâ*, nec cordato-lanceolatis ut in V. *longifoliâ*. *In Europâ australi.* ♃.

17. V. *longifolia*; foliis oppositis, 3-4 nisve, cordato-lanceolatis, acuminatis, duplicato-serratis cauleque pubescenti tomentosis. *Schrad. comm. de Veron.* p. 26. t. 2. f. 1. *Fl. germ.* I. p. 18. *Wahlenberg Fl. lapp.* p. 3. α. foliis oppositis. V. *longifolia Linn. Sp. pl.* II. p. 13. V. *maritima Hoffm. Comm. Gott.* 1800-3. p. 118. (excl. syn.) β. foliis ternis. — *Kniphof* C. IV. *Sprengel Fl. hal.* t. 1. f. 3. V. *ciliaris Hoffm.* l. c. t. 5. V. *maritima Schmidt boh.* n. 5. et plurimorum auctorum. *Flor. dan.* t. 374. (mala, monente *Schrad.*) V. *spuria Schkuhr Handb.* I. p. 9. *Thuill. Par.* II. *ed.* p. 6. *Pollich pal. Hoppe Herb.* C. I. n. 52. *Bessler Eyst. vern.* t. 10. f. 2. γ. foliis quaternis δ. *urticaefolia Amman. ruth.* 26. teste *Vahl Enum.* I. p. 59.

Rad. crassa; caulis 1½-2 pollic. et ultra. Folia deflexa, plana, pallide viridia, basi semper cordata; superiora vero ovato-lanceolata. Racemi erecti laxi. Flores caerulei, quandoque incarnati et albi. Bracteae lineares. Corollae laciniae plerumque nudae. Capsulae calycem aequantes, subrotundo-obcordatae, subcompressae. Cl *Wahlenberg* plantam hanc intricatissimam sequente descriptione distinguit a V. *maritimâ:* „Caulis viridis, praecipue in varietate bifolia, ad genicula non parum angulatus, magis pubescens, semper strictus. Folia saturate viridia, obscura „(nec glabrata), venis obsoletis; serraturis ut in Icone Schraderianâ minus crebris, minus profundis etc. Spica fere semper unica, solitaria, sessilis in apice caulis (nec fasciculi adsunt foliosi in axillis), eaque stricta, longissima et post florescentiam bracteis setiformibus prominentibus et laciniis calycinis nec non pistillis ex aggregatis floribus ita undique obvallatâ, ut caudam felinam quodammodo referat. Bracteae calycis lacinias multum superantes. Pedicelli florum erecti, „sricti, rachidi fere adpressi. Calycis laciniae valde inaequales,

„lineares vel potius subulatae, longae ita ut duo longiores cap„sulam fere superant.“ In *pratis humidis per totam Europam.* ♃.

*) Quid V. *longifolia β. petiolaris* Lapeyr.? quam cel. auctor in rupibus humidis et umbrosis du *Pic de Gard* detexit, et de quâ (*plant. des Pyren.* p. 5. et 631.) haec subjungit:

γ. foliis binis et binis oppositis, longe petiolatis. — Radix fibrosa repens, caules plures steriles distantes protrudens. Caules simplices flexuosi recti subcanaliculati, pilis albis brevissimis. Folia opposita patentia rugosa lanceolata grosse serrata, subtus albicantia, superne obscure viridia, utrinque subpilosiuscula. Petioli tenues elongati albo-pilosi, ad basin caulis longiores. Spicae terminales et axillares.

18. V. *grossa Mart.*; foliis ternis 4nisve basi hiante cordatis lanceolatis, duplicato-profunde et acute inaequaliter dentato-serratis, serraturis patentibus, infimis remotiusculis. *Martius* l. c. p. 12.

Caul. apice tenuiter pubescens. Folia glabra, acuminata, ad apicem usque dentato-serrata, dentibus patentibus, infimis interdum basin respicientibus. Spicae laxiusculae, pedicellis gracilibus, pubescentibus. Calyx glabriusculus, laciniis 2 superioribus ovatis minoribus obtusiusculis, longitudine bractearum. Variat serraturis imbricatis. *In Russiâ australi.* ♃.

19. V. *ambigua Mart.*; foliis 3-4nisve e basi cordata ovato-acuminatis, duplicato-acute inaequaliter serratis, subtus cauleque pubescentibus. *Martius* l. c. p. 13.

Huc ducit V. *maritimam β. Vahl Enum.* I. p. 56. Folia breviora quam in V. *longifoliâ* et basi, ratione longitudinis, multo latiora, colore opaca, fere semper pendentia, serraturis rectiusculis. *In Angliâ!* et *Smithium* falleret? *Sueciâ?* ♃.

b. *Racemis terminalibus, foliis oppositis.*

20. V. *neglecta Vahl*; incano tomentosa, foliis lanceolatis serratis acutis, basi cuneatis integerrimis, caule erecto. *Vahl Enum.* I. p. 59. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 15. V. *canescens Schrad. comm. de Ver.* n. 3. V. *incana. Waldst.* et *Kitaib.* T. III. p. 271. t. 244. *Besser Fl. Gallic.* p. 28. *Schultes Fl. Austr. edit.* 2. I. p. 18.

Folia radicalia petiolata, oblonga, obtusa; caulina opposita alternave lanceolata utrinque attenuata, suprema integerrima. Stamina corollâ duplo longiora; bracteae lineari-lanceolatae saepe flore longiores. In hortis plerumque cum sequente *incanâ* commutatur. *In collibus Ungariae, Sibiriae.* ♃.

21. V. *incana*; incano-tomentosa, foliis lanceolatis crenatis, subintegerrimisque obtusis, caule erecto. *Vahl Enum.* I. p. 59. *Marsch. a Bieberst. cauc.* p. 7. *Willd.*

Spec. I. p. 56. (excl. *Ammann ruth.* p. 23.) *Hoffmann* in *Comment. Goetting.* XV. p. 123. t. 6.

Caulis (in spontanea) saepe vix spithamaeus, simplicissimus. Folia radicalia pedalia, ovato-oblonga, obtusissima, crassiuscula, vix nervoso-venosa. Racemus terminalis, solitarius, floribus copiosissimis. Variat foliis omnibus caulinis vel superioribus integerrimis. Culta minus tomentosa. *In Ucraniâ Samarâ;* sed nullibi in imperio austriaco. ♃.

22. V. *rigens Mart.;* foliis breviter petiolatis, rigidiusculis, basi cordatis, late ovato-lanceolatis, acuminatis, ad apicem usque acute duplicato-serratis, serraturis approximatis, caule pubescente. *Martius* l. c. p. 13.

Petioli breves subconnati; folia rigidiuscula horizontalia, indeque fere decussata, duplo longiora interstitiis. Laciniae calycis obtusiusculae, vix dimidiae capsulae longitudinis. Bracteae pedicellis breviores, lineari subulatae. Variat petiolis longioribus et foliis paulo angustioribus. *Habitat?* — Nimium, si utcunque sit vera species, convenit cum V. *ambiguâ* Mart. n.

23. V. *elegans;* foliis crenatis petiolatis ovato-oblongis obtusis cauleque pubescentibus, spicis plurimis, bracteis minimis. *Decand. cat. Hort. monsp.* 1813. p. 154.

Floribus roseis facile distinguenda, ob quos nomine V. *roseae* ab hortulanis in Belgio colitur. *In pratis humidis circa Verviers. Lejeune.* ♃.

24. V. *spicata nob.;* leviter pubescens, foliis crenatis, radicalibus oblongo-ovatis in petiolum decurrentibus, caulinis lanceolatis sessilibus, floribus spicatis, bracteis calycibusque pilosis. — VER. spicata minor. C. *Bauh. Pin.* p. 247. V. spicata recta minor J. *Bauh. Hist.* III. p. 82. V. recta minima. *Clus. Hist.* p. 347. V. angustifolia recta minima. *Morison Hist.* 2. p. 318. s 3. tab. 22. f. 4. V. foliis ellipticis, serratis, conjugatis, floribus spicatis. *Hall. helv.* n. 542. V. *spicata Smith. Fl. Brit.* p. 15. (quoad definitionem et citata; sed descriptio magis ad *majorem* (*Clusii Schott*) speciem pertinere videtur.) *Engl. Bot.* t. 2. *Schmidt Fl. Bohem.* n. 7. *Poit.* et *Turpin Fl. Paris* I. p. 19. t. 19. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 15. exclusis synonymis *Pollichii, Crantzii, Vaillantii,* et *Florae Danicae.*

β. V. *spicata alpina.* V. *Sternbergiana Bernh. Lapeyr. Plant. des Pyren.* p. 5.

Radix dura, repens. Caulis plerumque simplicissimus, pubescens, subincanus, semipedalis, erectus. Folia sessilia, dura, firma, pubescentia, obtusiuscula, serrata s. serrato-crenata, apice integerrima. Racemus spicatus confertissimus. Calyx fere sessilis, bracteas lineares aequans, parvus. Corolla calyce multo major, quasi bilabiata, pulchre coerulea, tubo crasso, quam

in congeneribus longiori albido, segmentis oblongis angustisque. Capsulae calyce duplo longiores, obcordatae, turgidae, pubescentes. *In Helvetiâ, Germaniâ, Angliâ, Galliâ.* ♃.

25. V. *Clusii Schott;* tomentosa, glandulis pedicellatis; foliis dentatis, radicalibus ovatis in petiolum decurrentibus, caulinis lanceolatis petiolatis, floribus spicatis, bracteis calycibusque ciliatis. V. II. erectior angustifolia. *Clus. Hist.* p. 346. Veronica spicata, recta major. J. *Bauh. Hist.* III. p. 284. V. *spicata*, var. A. 2. *Scop. carn.* ed. 2. p. 17. *Pollich Palat.* n. 7. *Schultes Fl. Austr. ed.* 2. p. 7. V. *hybrida Schmidt Fl. Bohem. n.* 8. *Fl. Dan.* t. 52.

In Hungariâ, Bohemiâ, Austriâ ad Rhenum, in Daniâ. ♃.

26. V. *menthaefolia Schott;* villosa; foliis serratis, radicalibus ovatis, caulinis oblongis acutis petiolatis basi apiceque integerrimis, floribus racemosis, bracteis linearibus. — V. recta major J. *Bauh. Hist.* III. p. 282. V. recta vulgaris major *Clus. Hist.* p. 347.

Hab. in Austriâ. Ad littora Wolgae sponte crescentem nobiscum sub nomine VERONICAE *spicatae affinis* communicavit amiciss. *Fischer* Gorinkensis.

27. V. *Barrelieri Schott*, villosa, foliis crenatis, radicalibus ovatis, caulinis oblongis obtusis subsessilibus, floribus spicato-racemosis, bracteis calycibus glabris ciliatis. — V. spicata minor *Vaill. Paris* t. 33. f. 7. V. mas recta latifolia spicâ coeruleâ. *Barr.* ic. t. 682. V. *spicata Decand. Fl. fr.* n. 2408. *β*.

Plagarum meridionalium Galliae civis. In Bassani vicinis montibus, com. a Sternberg.

*) Hae tres species, *Clusii* nempe, *menthaefolia* et *Barrelieri* utplurimum a Botanicis cum *spicatâ* confunduntur. V. *hybrida Spreng. Fl. hal.* fide cl. *Sprengel* in *Mant.* I. *Flor. halens.* p. 1. huc spectat ex laudatâ *Barrelieri* icone t. 682, sed nonnisi varietatem esse *spicatae cl. Sprengel* l. c. et *Mant.* II. p. 1.

28. V. *orchidea Crantz;* tenuiter pubescens, foliis crenulatis, radicalibus oblongo-ovatis in petiolum decurrentibus, caulinis lanceolatis acutiusculis subsessilibus, floribus dense spicatis, laciniis corollae lineari-lanceolatis, antheras superantibus. *Nob. Crantz stirp. austr. Fasc.* IV. p. 333 (excl. syn. *Vaill.* et *Flor. dan.*) *Besser Fl. Gal.* I. p. 27. *Spreng. pug.* II. p. 1. *Baumgarten Fl. Transsilvan.* I. p. 18. *Wahlenb. Flor. carpath.* p. 4. V. *cristata Bernh. über einig. Ehrenpreis.* p. 14-21. V. *Crantzii Schult. obs. bot.* n. 16. V. *hybrida Marsch.* a *Bieberst. cauc.* p. 8. n. 18. (excl. syn. praeter *Crantz.*) V. *crassifolia Kit.* ? — Veronica I. erectior latifolia. *Clus. pann.* p. 346.

V. major latifolia foliis splendentibus et non splendentibus. *J. Bauh. Hist.* III. p. 283. ic. et descript. ex *Clusio.* *Moris. hist. plant.* II. T. 3. t. 22. f. 2. mala. V. spicata latifolia C. *Bauh. Pin.* p. 246. (Junxit speciem hanc fide *Wulfenii* cl. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 15. cum V. *spicatâ*, cujus varietatem esse luxuriantem *Wahlenberg* l. c., speciem vero esse propriam nobiscum e seminibus educatam constantem cl. *Sprengel* l. c.

Differt a V. *spicatâ* radice magis repente; foliis radicalibus V. *spicatae*, caulinis V. *hybridae*, basi minus attenuatis, magisque sessilibus. Inflorescentia eadem, sed bracteae lineares, calyce longiores, obtusae; calyx plerumque quinque-partitus; corolla dilute aut saturate caerulea tubulosa, laciniis supremis ovato-lanceolatis, acumine protracto, dorso carinata, inferioribus lanceolato-linearibus, flexis, ante anthesin ascendentibus, dein deflexis, ut corolla fere bilabiata. Virore saturato magis vel minus a V. *spicatâ* distinguenda. Corollarum laciniae, quae secundum cl. *Besser* tortuoso conniventes dicuntur, mere per accidens ita formatas fuisse, credimus. *In collibus apricis Austriae, Galiciae, Panoniae et in Promentorio Caucasi.* ♃.

29. V. *hybrida*; foliis inaequaliter serrato-dentatis, cauleque pubescentibus, radicalibus petiolatis ovatis, caulinis subsessilibus ellipti o-oblongis floribus subspicatis, bracteis linearibus calyce longioribus. *Nob. Schrad. Veron.* p. 22. *Fl. germ.* I. p. 17. excluso Barrelieri synonymo. *Vahl Enum.* I. p. 60. *Willd. Spec.* I. p. 56. *Enum. H. berol.* I. p. 16. et in *Schrad. Diar. bot.* 1799. t. 3. culta. *Baumgarten Fl. Transilv.* I. p. 19. *Raii synops.* p. 278. t. 11. f. 1. *Engl. Bot.* t. 673. optim!

Praecedenti similis; sed partes omnes, etiam in humiliore planta, majores, foliaque latius serrata. Viret plerumque magis, magisque scabra est. Variat spicis pluribus et pubescentiâ. *In montibus Europae*, praecedente rarior.

Ad Veronicarum spicis s. racemis terminalibus insignium intricatissimam tribum sequentes adhuc pertinentes *species?* — an hortorum filias? — colimus.

30. V. *confusa nob.*; foliis oppositis, inferioribus cordato-superioribus ovato-oblongis, obtusis, duplicato-inaequaliter serratis, cauleque molliter pubescentibus, petalis divaricatis acuminatis, capsulis pilosis.

Affinis V. *complicatae.* In ollâ culta vix unipedalis, folia juniora omnino mollia, adulta asperiora; inferiora petiolata, superiora integerrima sessilia. Bracteae lineares. Cal. quadrifidus, laciniis subinaequalibus pilosiusculis ciliatis. Reliqua V. *complicatae.* Pro V. *molli Zeae* missa. ♃.

31. V. *longiflora*; foliis oppositis cordato-lanceolatis ar-

gute inaequaliter serratis glabriusculis, corollae tubo duplo longiore calyce minimo inaequali.

In olla cultae plantae caulis 1-½ped., superne pubescens; petioli ciliati. Folia quaedam et cuneiformia subinde, superiora dentibus apice rubellis; bracteae setaceae; pedunculi calycis longitudine vix ½ lin., pubescentes, ut phylla calycis. Corolla lilacina, tubo 1½ lin. longo. Capsulae obcordatae, pilosae. ♃.

32. V. *crassifolia Kit.*; foliis oppositis ovato-lanceolatis in petiolum decurrentibus, conjugationibus remotis, inferioribus crenatis, superioribus integerrimis, spicis terminalibus solitariis ternisve, corollis orchideis.

Affinis V. *amethysteae.* Caulis 2-3pedalis ascendens, ruber; folia descripta carnosula subtus subpubescentia, 2-4 ut plurimum paribus. Spicae unipedales et ultra. Calyx pubescens, inaequalis, quadrifidus, laciniis 2 superioribus longioribus; bracteae pubescentes; ciliatae, omnes calyce longiores. Cor. violacea 4-partita, laciniis contortis. Caps. pubescens, globoso-cordata. Semina fulva. Affinis V. *orchideae.* ♃.

33. V. *ruthenica H. vindob.*; foliis oppositis ovato-lanceolatis inaequaliter serratis, bracteis lanceolatis longitudine calycis, calyce 4-partito inaequali, laciniis ovato-oblongis, capsulâ glabrâ calyce paulo majori. *Colitur Viennae et Monspelii.* Affinis *argutae*, sed folia ad apicem usque serrata.

In tanto Veronicarum agmine hybridas intercurrere species, inprimis in legione *spicatarum*, vel post cl. *Schraderi* labores indefessos indubitatum nobis videtur. Hinc non parvo praemio nobis dignus videretur, qui, collatis undique Veronicarum seminibus, illas per annos plures solo et statione diversis sereret coloretque, ut demum ad certas stabilesque reduci possint species. Interea, sub tam multis, quae nos hic premunt, dubiis, melius visum est enumerare species sic dictas hasce omnes fors hybridas, quam supprimere: inventis facile erit addere, ut et facilius est longe corrigere quam non errare. Hanc regulam et in Ixideis, Gramineis, Geraniis etc. sequemur, optantes, ut verbulo *sub*, et characteribus a pube desumtis et a partibus sibi simillimis parcius uti vellent Botanici. In Veronicis probe notandum, pedunculos ab anthesi ad seminum maturationem usque elongari, bracteis et calycis phyllis interea vix crescentibus: inde characterem a bractearum longitudine cum illa pedunculorum comparatâ desumtum vacillare semper. Folia porro eô acutius dentata, quô juniora; saepiusque in diversis speciebus dentem unum alterumve occurrere iterum dentatum, ut character a foliis duplicato-dentatis in Veronicis petitus multo minus sit stabilis quam in Rosis.

34. V. *Ponae Gouan*; foliis cordato-ovatis sessilibus obtusissimis cauleque simplicissimo pilosis, racemis paucifloris, calycibus glabris. *Vahl Enum.* I. p. 78. *Willd. Spec.* I. p. 61. *Schrad. Comm. Veron.* 34. (excl. β.) *Gouan ill.* t. 1. f. 1. V. *sempervirens Lam. Fl. franc.* ed. 2. p. 436. β. foliis acutis (à *Cagire*, aux *Artigous* du *Castelet*) *Picot-Lapeyr. Pl. des Pyren.* p. 5. γ. foliis trilobis (à la

Coume d'Asparagou, à la *Dent* d'*Orlu*) *Lapeyr.* l. c. δ. ramosissima, ramis axillaribus. (M. *de Cagire*, bois de *Lescouil* à *Sem*, *Lients* à *Barèges.*) *Lapeyr. l. c.* ε. Procerior latifolia, spicâ longissima. — Teucrium Pyrenaeum non ramosum, seu Chamaedrys unicaulis latifolia. (*Lients* à *Barèges.*) *Lapeyr.* l. c. ξ. Nana, grandiflora. V. *pumila Allion.* Pedem. n. 270. t. XXII. f. 5. (aux Rochers de *Sajust*, au *Mont-Perdu*, sur la Moraine des glaciers) *Lapeyr.* l. c.

Caulis palmaris, et ultra, simplicissimus. Folia infima minora, subrotunda, crenata, reliqua pollicaria, obtusissima, grosse serrata, apice integerrima, subtus albicantia. Bracteae lineares longitudine pedicellorum. Flores distantes, magnitudine Chamaedryos, coerulei. Cal. quinquepartitus. *In monte Baldo et in Pyrenaeis.* ♃.

35. V. *villosa Schrad.*; foliis oblongo-ovatis inciso-serratis cauleque subvillosis. *Schrad. veron.* p. 13. t. 1. f. 3. *Vahl. Enum.* I. p. 361. *Poiret Enc. meth.* T. VIII. p. 513.

Willd. in *Enum. H. berol.* I. p. 18 et *Martius* l. c. speciem hanc jungunt cum V. *crenulatâ.* Obtinuimus quoque V. *crenulatae* semina nomine V. *villosae*, attamen descriptio utriusque plantae tantum differt, ut exemplum *Vahlii* et *Poiret* sequi coacti simus. „Caules 1 - 1½pedales, ex procumbenti erecti, simplices, uti reliquae partes plus minus e villo molli canescentes. Folia petiolata, patentia, apice reflexa, crassiuscula, supra rugosa, nitida, subtus, inprimis secundum nervos, evidentius villosa, inferiora ovata, obtusa, reliqua oblongo-ovata, acutiora, superiora sensim minora, in petiolum brevem sensim attenuata, Spica ratione plantae longa, erectiuscula, saepius flexuosa, reliquae more congenerum minores. Flores caerulei. Bracteae lineari-lanceolatae. Caps. calyce parum major, subrotunda, emarginata.“ *Schrad.* l. c. *Habitat?*

36. V. *pinnata*; caule ascendente, foliis subfasciculatis, inferioribus pinnatis, superioribus pinnatifidis, simplicibusque, foliolis laciniisque filiformibus divaricatis. *Hort. Kew.* I. p. 19. ed. 2. I. p. 28. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 19. *Spec.* I. p. 57. *Vahl Enum.* I. p. 61. *Schrad. Comm. de Veron.* p. 32. *Hoffmann* in *Commentat. Götting.* XV. p. 130. t. x. *Laxmann act. Petrop.* 1770. t. 29. f. 1. V. *hispanica Meerburg* t. 11. fide *Poiret Enc. meth.* t. VIII. p. 513. β. latifolia *Hort. Gorenk.*

Caulis pubescens, pedalis, in cultâ glaber. Folia approximata angustissima, laciniis sparsis inaequalibus. Racemi in spontanea solitarii, in culta plures. Capsulae ovales. *In Sibiriâ.* ♃.

37. V. *incisa Ait.*; foliis subfasciculatis petiolatis lanceolatis pinnatifidis, laciniis subintegerrimis, racemis pluribus, laciniis calycinis lanceolatis. *Schrad. Comm. de Veron.* p. 33.

Hort. Kew. I. p. 19. ed. 2. I. p. 28 *Vahl Enum.* I. p. 61. *Willd. Spec.* I. p. 58. *Enum. H. Berol.* I. p. 19.

Caulis erectus pubescens; differt a sequente: foliis pollicaribus, basi cuneatis, laciniis lanceolatis; spicis nunquam solitariis semper aggregatis, floribus majoribus. *In Sibiriâ.* ♃.

38. V. *laciniata Ait.*; foliis subfasciculatis breviter petiolatis linearibus pinnatifidis, laciniis integerrimis, racemo subsolitario, laciniis calycinis oblongo-ovatis. *Schrad. Comm. de veron.* p. 32. *Hort. Kew.* I. p. 19. ed. 2. I. p. 29. et, hoc teste *Gmel.* it. I. p. 169. *Vahl Enum.* I. p. 60. et 362. *Willd. Spec.* I. p. 58. *Enum. H. Berol.* I. p. 19. *Junghans ic. rar.* C. I. f. 2 *).

Caules 1-1½pedales erecti, simplices, pubescenti-tomentosi. Folia patenti-deflexa, laciniis lanceolatis aut lineari-lanceolatis, inaequalibus. Racemus pedalis, floribus remotiusculis. Bracteae calycem aequantes aut superantes. Calyx quinquefidus, in cultâ quadrifidus. Cor. caerulea. Caps. calycem aequantes, subrotundo-ovatae, emarginatae. *In Sibiriâ.* ♃.

*) „V. *laciniata;* species mihi adhuc obscura, ex *horto Vindobonensi* sub „hoc nomine accepi et servavi plantam ait *Decandolle h. catal.* „*monsp.* 1813. p. 134. mediam *V. maritimam* inter et *argutam*"; a priori differt foliis profundius serratis, a posteriori foliis duplo longioribus utrinque lobis 15-20 acutis serraeformibus. ♃.

39. V. *gentianoides Vahl*; racemo corymboso terminali, foliis radicalibus oblongis crenatis, connatis, vaginantibus; caulinis ovato-lanceolatis, margine cartilagineis, apice crenatis, basi angustatis, summis acutis integerrimis, caule simplici ascendente. *Vahl Symb.* I. p. 1. *Enum.* I. p. 62. *Smith* in *Linn. Trans.* I. p. 124. *Willd. Spec.* I. p. 61. *Enum. H. berol.* I. p. 20. V. Caule adscendente rigido, foliis ovato-lanceolatis acutis argute serratis carnosis, inferioribus vaginantibus, racemo stricto, laciniâ corollae superiori lateralibus minore. *Hornem. Cat. Hort. Hafniens.* I. p. 17. *Buxb.* C. I. t. 35. *Ventenat Malmais.* t. 86 *Botan. Mag.* t. 1002. *Sibthorp Fl. graec.* I. p. 5. t. 5. V. *Buxbaumiana Pall. ind. taur.* apud *Marsch.* a *Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 9.

Spontanea spithamea, culta 2-3pedalis, caule inferne glabro; folia 4-6 in caule, inferiora crassiuscula, glabra, obscure trinervia; bracteae villosae; racemi apice nutantes. Cal. quadripartitus, laciniis inaequalibus. Coroll. dilute caerulea aut alba. *In Tauriâ, Capadoziâ, Armeniâ.* ♃.

40. V. *pallida Hornem.*; caule adscendente debili, foliis lanceolatis obtusis subserratis: inferioribus vaginantibus, racemo laxo, laciniâ corollae superiore lateralibus majore. *Hornem. Cat. Hort. Bot. Hafniens.* I. p. 17.

Maxime affinis V. *gentianoidi*, sed differt habitu, caule elatiori tenuiori et colore pallidiore omnium partium, denique, praeter notas indicatas, in V. *gent.* folia sunt rigida, internodiis duplo longiora profunde viridia, racemus densus caule longior; in V. *pallidâ* vero: folia membranacea, elongato-lanceolata, obscure serrata, pallide viridia, longitudine internodiorum, Racemus flexuosus, Flores distantes. *Hornem.* l. c.

41. V. *bellidioides*; foliis obovatis crenatis, cauleque simplicissimo ascendente pilosis, caulinis remotis, racemo corymboso hirsuto subquinquefloro, capsulisque obovatis. *Vahl Enum.* I. p. 61. *Willd. Spec.* I. p. 60. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 27. *Decand. Flor. franc.* III. n. 2414. *Hall. helv.* n. 543. t. 15. f. 1. *Pic. Lapeyr. Plant. des Pyren.* p. 6. (qui et varietatem habet β. minorem, foliis lanceolato-acutis integerrimis.)

Tota pilis articulatis; digitalis et spithamaea: 1-3 paria foliorum in caule, crassiusculorum, a medio ad apicem crenatorum, subamplexicaulium. Calyx subaequalis; cor. caerulea fauce alba. Caps. turgida subemarginata. *In alpibus helveticis*, *noricis*, *et Pyrenaeis.* ♃.

42. V. *fruticulosa*; foliis superioribus oblongis subserratis, caulibus erectis fruticulosis, racemo multifloro, capsulis subrotundo-ovatis calycem vix superantibus. *Vahl Enum.* I. p. 62. *Willd. Spec.* I. p. 62. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 23. *Wulfen* in *Jacq.* Coll. IV. t. 5. excl. syn. *Clus. Smith Fl. brit.* p. 18. *Engl. bot.* t. 1028. *Decand. Fl. fr.* n. 2411. *Picot Lapeyrouse Abregé* p. 6. *Baumgarten Fl. Transsilv.* I. p. 20. V. *frutescens Scop. carn.* n. 20. *excl. syn. Moris.*

Caules lignosi procumbentes, geniculis radicantes, ramis annotinis erectis; folia opposita crassiuscula, pallentia, inferiora conferta, obovata, in petiolum brevem attenuata, integerrima, superiora medio serrata, omnia subcanaliculata majora quam in sequente. Calyces et pedunculi pilis brevibus, illi quadrifidi, laciniis subaequalibus acutis. Corolla pallide rubella, venis saturatioribus. Capsula lata calycem parum superans. *In alpibus helveticis*, *noricis*, *sudeticis*, *scoticis*, *Pyrenaeis.* Distinguitur a *saxatili:* floribus carneis; pubescentiâ in pedicellis calycibus et capsulis glanduliferâ longiore rectâ, capsulis latioribus et brevioribus calycem parum superantibus; foliis caulinis numerosis sublanceolatis.

*) V. *saxatilis* et *fruticulosa* pulchellae plantae per desiccationem eximie nigrescunt et chartam quâ servantur fere ut salices colore fusco inficiunt.

43. V. *saxatilis*; foliis superioribus oblongo-obovatis subserratis, capsulis ovatis calyce majoribus, caulibus fruticosis diffusis, corymbo terminali paucifloro. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 24. *Smith Fl. brit.* p. 17. *Wulf.* in *Jacq. Coll.*

III. p. 25. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 6. *ejusd. helv.* n. 4. *Bahl Enum.* I. p. 63. (excl. β. γ.) *Willd. Spec.* I. p. 63. (excl. β. γ.) *Pic. Lapeyr. Fl. des Pyren.* p. 6. *Baumgarten Fl. Transsilvan* I. p. 20. V. *fruticulosa Smith Linn. Trans.* I. p. 191. *Fl. dan.* t. 342. *Engl. bot.* t. 1027. *Moris.* S. III. 22. f. 5. V. *fruticulosa* a *Schreckenstein* in *Hoppe Taschenb.* 1798. *Hall. helv.* n. 545. β.

Praecedenti similis, a qua caulibus magis procumbentibus, ramis brevioribus ascendentibus, foliis minoribus saturatioribus, pedunculis bractea longioribus, corymbosis, vix unquam spicatis, calycibus obtusis, floribus azureis differt. Capsula calyce multo major, ovata, compressa, integriuscula, obiter emarginata, hirsuta, quadrivalvis *Smith.* In *subalpinis, alpibusque totius Europae.* ♄.

*) „Extant in Pyrenaeis *tres* species peculiares Veronicae frutescentes, corollis carneis, caeruleis et amoenissime violaceis." *Gmelin. Fl. Bad.* I. p. 23.

44. V. *Baumgartenii nobis;* caule digitali, erecto, simplici, glabro, apice corymbo dichotomo terminante; foliis inferioribus oppositis, sessilibus, ovalibus, s. ovato-lanceolatis, serratis, summis alternis, semiamplexicaulibus, lineari-lanceolatis; pedunculis filiformibus, erecto-patulis, unifloris; calycinis laciniis aequalibus, corollis calyce duplo majoribus, pallide caeruleis. V. *petraea Baumg. Enum. stirp. Transsilv.* T. I. p. 21. n. 27.

In *alpibus petrosis Barcensibus e rupium fissuris prorumpens.* ♃.

45. V. *nummularia Gouan;* racemo brevi conferto, foliis subrotundo-ovatis confertis, calycinis laciniis obtusis, ciliatis, caulibus prostratis fruticosis. *Decand. Gouan. Ill.* 1. t. I. f. 2. (excl. syn.) *Decand. Flor. franc.* n. 2413. V. *saxatilis* β. *Vahl Enum.* I. p. 63. et *Willd. Spec.* I. p. 62. V. *strictiflora Lapeyr.* olim in litteris. Nunc V. *irregularis,* corymbo terminali; corollae laciniis tribus linearibus, infimâ latiori, cuneiformi, obtusâ; caulibus prostratis, basi cicatricosis. — *Hist. abreg. des pl. des Pyr.* p. 6. n. 8. *Tab. inedit.* 51. excl. Synon. et figurâ (non diagnosi) *Gouani.* Lacinia infima reliquis bis amplior longiorque, obtusa, cuneiformis.

Caules ad apicem usque lignosi; flores subsessiles, laete coerulei. In *Pyrenaeis.* ♄.

46. V. *alpina;* foliis glabris elliptico-ovatis integerrimis serratisve, corymbo terminali subspicato, calycibus ciliatis, capsulis obovatis, caulibus cespitosis herbaceis simplicibus *Schrad. Flor. germ.* I. p. 25. *Smith Flor. brit.* p. 18. *Vahl Enum.* I. p. 64. *Willd. Spec.* I. p. 63. *Enum. H. berol.* I. p. 20. *Lapeyr. plant. des Pyren.* p. 7. *Hall. Helv.* n. 544. α. foliis elliptico-ovatis acutiusculis inte-

gerrimis. *β.* foliis elliptico-ovatis acutiusculis serratis. V. *pumila All. pedem.* n. 270. t. 22. f. 5. *Spec.* I. t. 13. f. 3. dubia teste *Balbis,* et potius, secundum cel. *Lapeyrouse* V. *Ponae* varietas *ξ*, quam confer. V. *Teucrium Etscherianum Crantz.* p. 337. — *γ.* foliis elliptico-ovatis obtusis integerrimis. V. *alpina Engl. Bot.* t. 484. (fere aliam, quam *Fl. dan.* t. 16., refert speciem, monente jam *Wahlenberg Flor. lapp.* p. 7.) *Hall. helv.* t. 15. f. 2. *δ.* foliis elliptico-ovatis obtusis integerrimis. V. *integrifolia Willd. Spec.* I. p. 63. *Pers. Syn.* I. p. 12. *Braune Salisb.* n. 12. *Baumgarten Flor. Transsilv.* I. p. 21. *Vahl* l. c. *β.* V. *alpina Krocker* t. 3. *ε.* foliis subintegerrimis: inferioribus subrotundis; superioribus ovatis. *ξ.* foliis serratis: inferioribus ovato-subrotundis, superioribus ovatis. V. *rotundifolia Braune Salisb.* n. 15. t. 2. — *Schrankii* V. *pygmaea Salisb.* n. 11. f. 1. (quam *Willd.* et *Vahl γ* V. *saxatilis*, *Poiret Enc. meth. β* V. *nummulariae* fecere) varietas est humilior e loco natali orta.

Caulis cespitosus, plerumque digitalis, pilis articulatis; flores 8-10 caerulescentes, demum racemosi; bracteae pedunculo longiores; Calyx quadrifidus, corolla caerulea. Caps. bilocularis, nitida, calyce duplo fere longior, ovata, obiter emarginata, turgida, pubescens. In *alpibus Europae.* Cel. *Wahlenberg* duas varietates notatu digniores quam quae supra allatae fuere, VERONICAE *alpinae* distinguit, in *Flor. Carpat.* p. 5. n. 9. *australem* nempe, quae solum in omnibus Europae temperatioris alpibus occurrere videtur et cujus Synonyma essent *Willd. Sp. pl.* I. p. 63. (exclus. Linn. Synon.) *Wahlenberg Helvet.* n. 8. *Carpat.* l. c. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 25., foliis subintegerrimis, praeprimis vero capsulis brevius pedicellatis articulato-pilosis, dignoscendam. Et *lapponicam Fl. lapp.* p. 7. n. 8. *Linn. Fl. Suec.* n. 13. *Fl. lapp.* p. 7. t. 9. f. 4. *Fl. Dan.* t. XVI. V. *spicata Olavs. it. island.* p. 431. 944. foliis grossius serratis, stylo longiore diversam, quamque extra Scandinaviam nullibi lectam credit.

47. V. *Wormskjoldi;* caule simplici adscendente villoso, foliis ovatis integerrimis obtusis villosis ciliatis, racemo terminali brevi confertissimo. V. *villosa Wormskjold.*

Caulis fere spithamaeus inferne repens, atropurpureus, villis longis reflexis. Folia radicalia conferta, minora; caulina per paria 5-7, remotiuscula, sessilia, 8-9 lin. longa, 4-5 lin. lata. Racemus subspicatus, dimidii fere pollicis, ovatus, floribus arctissime coarctatis, bracteis calycisque foliolis villosissimis. Affinis V. *alpinae β* sed characteribus datis distincta. Capsula maturae exemplari nostro desunt. In *Grönlandiâ.* ♃.

48. V. *depauperata Kit.;* pedunculo axillari subracemoso paucifloro; foliis obovatis, obtusis, subserratis, pedunculisque calycibusque pilosis. *Waldst. Kit.;* T. III. p. 272.

t. 245. V. *aphylla* Var. β. caulibus sterilibus, repentibus; foliis apice in rosulas congestis, hirsutis, subdentatis; scapo semipollicari, hirsuto, simplicissimo, basi folioso adscendenti-erectiusculo, nullo; racemulo 2-1-3-floro terminante; pedicellis cum flosculis subcernuis, bracteis oblongo-obtusiusculis; corollâ lacte coerulea, calyce inaequaliter quadripartito duplo longiore *Baumgarten Fl. Transsilv.* I. p. 22.

Luxuriat et sponte. Radix repens, caulis semipollicaris, pollicaris, ascendens, plurimum 1 in pedunculo caule duplo triplove longiore. Calyx ut plurimum 4-, raro 3-5 fidus. Cor. caerulea, laciniâ supremâ subinde emarginatâ; caps. obcordato-ovata. *Wahlenberg Carpath.* p. 5. pro *aphylla* habet. *In rupibus calcareis Liptaviae.* ♃.

49. V. *serpyllifolia;* foliis oppositis oblongis crenatis calycibusque glabris, racemis elongatis, floribus distantibus, caule ascendente. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 21. *Bertoloni rar. Ital. pl. Dec.* III. p. 5. *Lapeyrouse Plant. des Pyren.* p. 7. (Cum hisce varietatibus: β: Foliis rotundis subintegris. γ. Hirsuta, pilis brevibus confertis. δ. Caulibus procumbentibus stoloniferis). α. foliis ovatis. *Vahl Enum.* I. p. 21. *Willd. Spec.* I. p. 64. *Smith Fl. brit.* I. p. 19. *Engl. bot.* t. 1075. *Fl. Dan.* t. 492. *Curtis Fl. lond.* f. V. β. foliis ovato-subrotundis. V. *tenella Flor. Wetterau.* et *Schmidt Fl. Boëm.* γ. V. *neglecta Schmidt.* δ. foliis quaternis ε. V. *nummulariaefolia Thuill.* ξ. *humifusa Dicks.*; racemo terminali, foliis cordato-subrotundis crenulatis, caulibus repentibus. *Linn. Trans.* II. p. 288. V. *serpyllifolia nummulariaefolia Thuill.* ?

Rad. subrepens, caules ut plurimum radicantes; folia subcarnosa, nitida, glabra; pedunculi erecti, bracteis breviores; Cor. caerulescentes aut incarnato-albidae; caps. obcordatae didymae, compressae. *In Europâ australi.* Variat caule pedali, et incipit pubescere. In *Europâ et America boreali, z, in alpibus Scotiae.* ♃.

50. V. *tenella Allion.*; foliis subrotundis rugulosis subcrenatis, omnibus petiolatis, caule repente calycibusque villosis. *Vahl Enum.* I. p. 65. *Willd. Spec.* I. p. 64. (uterque excl. *syn. Dillen.*) *Lapeyr. plant. des Pyren.* p. 8. *Allioni Fl. pedem.* n. 272. t. 22. f. 1. *Plukn.* t. 233. f. 4. β. cauliculis erectiusculis, foliis distantibus, floribus roseis . . à la M. *d'Averan. Lapeyrouse pl. des Pyr. Suppl. inedit.*

V. *serpyllifoliae* maxime affinis, sed caules repentes (qui in *serpyllifoliâ* adscendentes et erecti) folia longius petiolata; flores purpurei. ♃. varietatem esse V. *serpyllifoliae Loisel.* varietatem inde δ, fecit *serpillifoliae cl. Bertoloni* Dec. III. p. 6.

51. V. *microphylla Kit;* foliis oppositis ovatis inordinate crenatis, caule ascendente, bracteis vix longitudine pedunculorum. *Schult. Fl. austr.* ed. 2. I. p. 20.

Caulis basi radicans, folia vix 3 lin., caeterum praecedenti similis. Cl. *Kitaibel* per annos plures plantam hanc in arenosis Ungariae sponte crescentem coluit immutatam. ♃.

*) Sed tamen *serpyllifoliae* mera videtur varietas, quae si in umbrosis humidiusculis colitur perfectissime in *serpyllifoliam* mutatur. *R.*

52. V. *telephiifolia Tournef.;* foliis obovatis subintegerrimis, caule repente. *Vahl Enum.* I. p. 65. *Tournefort Cor.* 7.

Caules filiformes, glabri. Folia petiolata, vix semiunguicularia, glabra, extrorsum obsoletissime crenulata. *Herb. Tournef. In Armeniâ.*

53. V. *ruderalis Ruiz* et *Pav.;* foliis subrotundis crenatis subquinquenerviis, superioribus subciliatis integerrimis caule repente. *Vahl Enum.* I. p. 66. V. *serpyllifolia Flor. peruv.* I. p. 6.

Caules plurimi diffusi filiformes rubri; folia inferiora petiolata, patentia; pedicelli longitudine bractearum. Cor. violacea, lacinia minor alba. Spec. dub. *Vahlio.* *In ruderatis, versuris, humidis Peruviae.* ♃.

c. *Racemis lateralibus.*

54. V. *parviflora Vahl;* foliis lineari-lanceolatis integerrimis glabris, mucronatis, caule fruticoso. *Vahl symb. bot.* III. p. 4. *Enum.* I. p. 67.

Glabra; folia sessilia approximata, rigida, pollicaria. Racemi sesquipollicares, erecti; bracteae minutae. Calyx tetraphyllus. Cor. laciniis obtusis. Caps. ovalis, calyce duplo longior. *In nova Zeelandiâ.* ♄.

55. V. *macrocarpa Vahl;* foliis lanceolatis integerrimis glabris planis, caule fruticoso, racemis erectis. *Vahl Symb. bot.* l. c. *Enum.* I. p. 66.

Rami articulati; folia quadripollicaria, laevia, enervia; racemi longitudine foliorum. Bracteae lineares, minutae. Calyx parvus, corollae tubus calyce duplo longior, limbi laciniis obtusis. Caps. ovatae acutae calyce triplo longiores. *In nova Zeeland.* ♄.

56. V. *salicifolia Forst;* foliis lanceolatis utrinque attenuatis integerrimis, caule fruticoso, racemis nutantibus. *Forst. prodr.* n. 11. *Vahl Symb. bot.* III. p. 4.

Tota glabra. Folia quadripollicaria, subundulata. Racemi oppositi folio longiores, pedicellis capillaribus longissimis; bracteae subulatae. Calyx tetraphyllus aequalis. *Cor.* tubus calyce

duplo longior, laciniis limbi acutis. Caps. oblonga, acuta, calyce duplo longior. *In nova Zeelandiâ.* ♄.

57. V. *elliptica* *Forst.*; foliis ellipticis integerrimis. *Forst. prodr.* n. 10.

Vahlio dubia. *In nova Zeelandiâ.* ♄.

58. V. *catarractae* *Forst.*; foliis lanceolatis serratis, caule suffruticoso, racemis laxis, flexuosis. *Forst. prodr.* n. 9. *Vahl Enum.* I. p. 67. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 531.

Caules adscendentes, glabri. Folia pollicaria, subtus discolora, glabra. Racemi palmares. Calyx tetraphyllus, laciniis subulatis. Caps. oblongae, calyce longiores. *In nova Zeelandiâ.* ♄. Huic affinis planta a cl. *de Labillardiere* lecta in nova Hollandiâ asservatur, diversa: foliis sessilibus, lanceolatis, acuminatis, tripollicaribus, dentibus brevibus acutissimis, racemis strictis, bracteis subulatis pedicello duplo longioribus, calyce 4fido inaequali, capsulis ovatis integerrimis, turgidis. *Herb. Desf. Poiret.*

59. V. *Michauxi* *Lam.*; floribus subglomeratis, foliis ovato-denticulatis, sessilibus. *Vahl Enum.* I. p. 77. *Lam. illustr.* n. 163. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 532.

Caules teretes, parum fistulosi, viscoso-villosi, 4—6 pollic. Folia opposita, semi-amplexicaulia, oblongo-lanceolata, sesquipollicaria sex lineas lata, laevia. Spica brevis in pedunculis rigidis, axillaribus. Bracteae lanceolatae. Calyx quadrifidus, phyllis ovatis, subacutis. Cor. mediocris, lobis obtusis. *In Oriente. Herb. Desfont.*

60. V. *decussata* *Ait.*; racemis paucifloris, foliis ellipticis perennantibus integerrimis, caule fruticoso. *Hort. Kew.* I. p. 20. *ed.* 2. I. p. 31. *Vahl Enum.* I. p. 68. *Willd. Spec.* I. 60. *Curtis mag.* t. 242. *Hebe magellanica Juss.* et *Gmelin Syst. veg.* p. 27.

Frutex ramosissimus, e cicatricibus foliorum deciduorum annulatus, lineis fuscis decurrentibus. Folia subpollicaria, mucrone parvo, margine cartilaginea. Racemi folio breviores. Bracteae ovatae, ciliatae. Cal. tetraphyllus. Cor. infundibuliformis. *In insulis Falklandiae et Freto magellanico.* ♄.

61. V. *aphylla*; foliis radicalibus subrotundis oblongisque, caule nudo brevissimo, pedunculo scapiformi subtrifloro. *Vahl Enum.* I. p. 68. *Willd. Spec.* I. p. 60. *Picot Lapeyr. Fl. de Pyren.* p. 6. *Hall. helv.* n. 541. *Seguier Veron.* l. p. 241. t. 3. f. 2. *Boccone mus.* t. 1 et 9. *Plukn. Alm.* t. 114. f. 3. V. *subacaulis* *Lam. ill.* n. 171. β. V. *kamtchatica*, hirta, racemo trifloro elongato laterali aphyllo, foliis ovatis s. oblongis serratis hirtis: pilis articulatis. *Linn. Suppl.* p. 83. V. *grandiflora* *Gaertn. Nov. Comm. Petrop.* XIV. t. 18. f. 1. γ. *nudicaulis* *Lam. ill.* n. 186.

caps. obtusa, non emarginata. (Species *Persoonio Syn.* I. p. 11. propria.)

Folia pilis articulatis utrinque villosa; scapi 1-1 1/2 pollic. floribus 2-4 magnis, caeruleis. Subinde caulis ad medium usque foliosus. Capsula magna, calyce triplo longior, saturate violacea, obovata, compressa, apice plus minusve emarginata, brevissime pubescens. *In alpibus Europae australioris; β in Kamtschatka.* V. *grandifloram* facile quis diversam crederet: racemis lateralibus laxis, foliis oppositis crenatis hirsutis, caule adscendente stolonifero. ♃.

62. V. *Beccabunga;* foliis ellipticis obtusis breve petiolatis, serrulatis, calycibus quadripartitis, caule procumbente, inferne radicante. *Vahl Enum.* I. p. 69. *Linn. Spec.* p. 16. *Willd. Spec.* I. p. 64. *Hall. Helv.* n. 534. *Decand. Fl. fr.* n. 2394. *Fl. Portug.* p. 289. *Fl. dan.* 511. *Plenk* t. 14. *Curtis Fl. lond.* II. t. 3. *Sturm Fl. Germ. fasc.* XII. *Engl. bot.* n. 655. *β.* minor. *Trag. Bauh. hist.* III. p. 779.

Caules pedales et longiores, inferne radicantes, decumbentes, teretes. Folia opposita, elliptica, plana, margine obtuse crenata, in petiolum brevem decurrentia. Racemi erecti, pedicelli glabri, bractea angusta, lanceolata, pedicello breviore. Calyx quadrifidus, laciniis nunc acutis nunc obtusiusculis. Corollae coeruleae, venis pictae. Capsula inflata, subdidyma. Tota planta glabra, nitida. *In Europâ, Sibiriâ, Americâ boreali, in fossis aquae purioris, et ad scaturigines.* ♃.

63. V. *caroliniana Poiret;* glabra, racemis subterminalibus, foliis ovato-oblongis, obtusis, subintegris, inferioribus petiolatis; caule erecto apice dichotomo. *Poiret Enc. meth.* T. VIII. p. 520.

Caulis cylindricus, laevis, quadri-sexpollicaris; folia subcarnosa, sex lineas longa, tres lineas lata. Racemi laxi foliosi, bracteis petiolatis, pedunculo longioribus. Calyx quadrifidus laciniis ovatis. Caps. obcordatae. *Bosc. in Carolinâ.*

64. V. *Anagallis;* foliis lanceolatis serratis amplexicaulibus, calicibus quadripartitis, caule erecto. *Vahl Enum.* I. p. 70. *Linn. Spec.* p. 16. *Willd. Spec.* I. p. 65. *Enum. H. berol.* I. p. 21. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 30. *Flor. Portug.* p. 290. *Hall. helv.* n. 533. *Flor. dan.* 903. *Curtis Lond.* f. I. 56. *Engl. bot.* t. 721. *St. Hilaire* 37. t. 6. *Svensk. Bot.* 127. *β. minor Vahl; pusilla Poiret*, caule foliisque multo brevioribus. *Tabern. ic.* 1718. *γ.* V. *tenerrima Schmidt*, foliis ovatis planis integerrimis, caule erecto, racemo terminali et axillari, calycibus quadrifidis aequalibus. *Schmidt* C. I. n. 23. *δ.* racemo unico, foliis lanceolatis crenatis. *Willd. prodr.* n. 231. *ε* nodis inferne radicantibus. *Flore franc.* n. 2393. *β.* *ξ.* caule altiore et

ramosiore, racemis tenuioribus, foliis angustioribus, saepius ternis, quandoque quaternis, *ibid.* γ. cel. *Hoffmannsegg* varietatem habet, *elatam*, caule procero superne pubescente, foliis superioribus, pedicellis, calyceque pilis sparsis.

Caulis subtetragonus, rectus pedalis et altior; folia magis quam in praecedente serrata, superiora sessilia. Racemi longiores quam in V. *Beccabunga.* Pedunculi pilis brevibus; flores ex rubello dilute caerulei.. Calyx quadrifidus, laciniis acutis. Capsula polysperma, inflata, didyma, emarginata. — γ fors species propria. *In Europae, Orientis, Virginiae, Japoniae rivulis, fossis.* ♃, non ⊙ ut *Vahl.*

65. V. *scutellata*: foliis lineari-lanceolatis subintegerrimis, pedicellis pendulis patentissimisve, calycibus quadripartitis, caule erectiusculo. *Vahl Enum.* I. 70. *Willd. Spec.* I. p. 65. *Enum. H. berol.* I. p. 22. *Hall. helv.* n. 532. *Decand. Fl. fr.* n. 2392. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 29. *Flor. dan.* t. 209. *Curtis Fl. Lond.* 56. *Engl. bot.* t. 726. *Poit.* et *Turpin Fl. Paris.* I. p. 23. t. 26. *α. glabra*, foliis subovato-lanceolatis denticulatis cauleque glabro. *β. serrata. Gesn. ic. aen.* t. 10. f. 87. *γ. pilosa Vahl*, foliis pilosis, et *villosa Schum.* villosa, foliis lineari-lanceolatis subdenticulatis, cauleque villoso. *Schumach. Saelland.* I. p. 7. *δ. latifolia*, foliis ovato-lanceolatis *Rosen* et *Weber hols.* n. 13. *Lapeyr. plant. des Pyren. Suppl. ined.* (caule piloso.) V. *Parmularia Poit.* et *Turp. Flor. Paris.* t. 14. teste *Loiseleur.*

Radix repens. Caules erecti, basi repentes et radicantes, pedales et longiores. Folia opposita, sessilia, fere connata, lineari-lanceolata, raris et paucis denticulis instructa (subinde integerrima). Racemi laxi, axillares, alterni, foliis longiores, filiformes, pedicellis post anthesin divaricatis. Pedunculi flexuosi, bracteâ duplo longiores. Calyx quadrifidus, laciniis aequalibus. Corolla pallide incarnata, laciniâ minore pallidiore. Capsula orbiculata, fere didyma, compressa polysperma. β serraturae glandulosae, ut quasi retrorsum serrata. Vidi et floribus candidis. *In Europae et Americae borealis inundatis.* ♃. „Aliam vidi in Herb. *Desfontaines* ex Americâ boreali, pedunculis oppositis, folio brevioribus, floribus subsessilibus, laciniis calycinis ovatis acutis, forte modo varietatem". *Vahl.* l. c. An V. *caroliniana Poiret?*

66. V. *Parmularia Tratt.*; foliis anguste lanceolatis denticulatis ciliatis caule erectiusculo hirsuto. *Trattinick Flor. austr.* t. 20.

Maxime affinis V. *scutellatae*, a qua praeter characteres datos differre dicitur Foliis acutis, nec acuminatis, vix longitudine internodiorum caulis, iisdem longioribus, bracteolis ad pedunculos obtusiusculis. An *Parmularia Poit.* et *Turp.?* *In Austriâ.* ♃.

67. V. *Billardieri Vahl*; foliis lanceolato-oblongis integerrimis caulibusque prostratis incanis. *Vahl Enum.* I. p. 70.

Caules plures filiformes, villoso canescentes, ut folia subsessilia, vix unguicularia pedunculique alin; Racemi deflorati bi-tripollicares, bracteis longitudine florum. Calyx laciniis quatuor linearibus, aequalibus. Caps. obcordata, compressa, longitudine calycis. *In Syriâ. Labillard.* Herb. *Desfont.*

68. V. *macrostachya Vahl;* foliis lineari-oblongis extrorsum profunde serratis caulibusque prostratis incanis, racemis longissimis. *Vahl Enum.* I. p. 71.

Tota villoso-incana. Caules spithamaei, filiformes; folia sessilia, unguicularia, extrorsum parum latiora, obtusa. Bracteae lineares. Calyx quadrifidus, laciniis linearibus. Caps. obcordata; compressa, longitudine calycis. In culta planta caulis sesquipedalis, racemi bipedales. *In Syriâ La Billard.* ♃. *Herb. Desfont.*

69. V. *thymifolia;* corymbo terminali, foliis linearibus revolutis incanis, caulibus fruticulosis diffusis, capsularum lobis divaricatis. *Sibthorp Fl. graec.* I. t. 6. *Smith prodr. Fl. gr.* I. p. 6.

Habitus omnino V. *fruticulosae*, s. *saxatilis.* Caules palmares pubescentes. Folia elliptica integra revoluta. Corymbi terminales solitarii. Bracteae obovatae. Calyx regularis. Corolla cyanea, tubo albo. *In cacumine montium Cretae, olim Leuci nunc Sphatiotici dictorum.* ♃.

70. V. *pectinata*, foliis oblongis, pectinato-serratis, caulibus prostratis, pedunculis inferne foliatis. *Vahl Enum.* I. p. 71. *Willd. Spec.* I. p. 68. *Buxbaum* C. 1. t. 39. f. 1.

Caules palmares, basi fruticosi et ramosi adscendentes, ut tota planta pubescenti-canescentes. Folia subpetiolata, unguicularia, basi acuta. Racemus demum elongatus. Calycis laciniae lineares, 2 parum longiores. *Constantinopoli.* ♃.

71. V. *orientalis Ait.;* foliis lineari-lanceolatis, inferioribus pectinato-pinnatifidis, superioribus integris; calycinis segmentis inaequalibus subulatis, caulibus procumbentibus. *Marsch a Bieb. Fl. taur. cauc.* I. p. 12. n. 29. *Vahl Enum.* I. p. 71. α. major, foliisque latioribus. *Willd. Spec.* I. p. 69. *Enum. H. Berol.* p. 22 (ubi tamen *Sp.* Pl. non citat) *Hort. Kew.* I. p. 23. ac *ed.* 2. I. p. 32. *Buxb.* C. I. p. 4. t. 38. V. *austriaca* β *Linn. Sp. pl.* n. 17. V. *heterophylla Salisbury stirp. rar.* p. 7 t. 4. β humilis angustifolia. *Vahl* l. c. *orientalis* β. V. *taurica*, foliis pilosiusculis linearibus indivisis et pinnatifido-denticulatis, pedunculis bracteâ longioribus, calyce quadrifido glabro. *Willd. Sp. Pl.* I. p. 70.

Caules decumbentes, oculo armato leviter pubescentes; folia, quae serrata sunt, serraturis 3-4; pedunculus plerumque unus elongatus ex axillis superioribus; *Vahl* et *Willd.* pedicellos capillares bracteâ longiores petunt; a *Bieberst.* vix excedere easdem. Calyx quadri-partitus, inaequalis pubescens. Cor. Caerulea. *Vahl.* β „caulis pilosiusculus, folia laete viridia, semipollicaria, conferta, linearia, integra, et subcuneiformia, apice tridentata, et linearia pinnatifido-dentata. Pedunculi bracteis multo longiores. Calyx quadrifidus inaequalis. Cor. rosea." *Willd.* l. c. „Differre videtur ut planta spontanea a culta." *Vahl.* l. c. *In graminosis Armeniae*, *Iberiae.* β in *Tauriâ.* Prof. *Rudolphi.* In Horto Hafniensi extat Varietas foliis serratis pedunculis longissimis; calyce quinquefido, laciniâ infimâ minimâ... de qua, an distincta sit species? quaerit cel. *Hornemann Hort. Hafn.* 1. p. 19. ♃.

72. V. *parvifolia Vahl;* foliis pinnatifidis, caulibus herbaceis, bracteis pedicellos aequantibus. *Vahl Enum.* I. p. 72. *Buxb.* C. I. t. 41. f. 2.

Caules palmares adscendentes, pubescentes; folia unguicularia, omnia profunde pinnatifida, exceptis supremis; racemi ex axillis supremis 4-6, bipollicares, multiflori. Flores et capsulae obcordatae compressae triplo-quadruplo minores quam in V. *orientali.* *In Cappadociae*, *Armeniae graminosis Herb. Tournef.* ♃.

73. V. *rosea Desfont.;* foliis pinnatifidis, caule fruticoso ascendente, bracteis pedicellos aequantibus. *Desfont. atl.* I. p. 13. V. *atlantica Pers. Syn.* I. p. 12.

Caules pubescentes. Folia subpetiolata, unguicularia, acuta, laciniis 2-3. Pedunculi ex ultimis axillis elongati, pedicellis capillaribus. Calyx quadrifidus, inaequalis. *Cor.* rosea, magnitudine V. *latifoliae.* *In Atlante prope Tlemsen.* ♄.

74. V. *Jacquini Schott,* foliis sessilibus pinnatifidis bipinnatifidisque, bracteis inferioribus trifidis pedicello longioribus, calycibus quinquepartitis, caule erectiusculo. — V. caule palmari, cubitalive, procumbenti-erectiusculo, tereti, ramosissimo, pilis minutissimis niveis vestito; foliis sessilibus, pilosiusculis, multifido-partitis: laciniis pinnatifidis linearibus, acutis, dentatis; infimis longioribus divaricatis; racemis filiformibus, erectis, longis, pilosis: calycibus pilosis quinquefidis; laciniis aequalibus subulatis; bracteis inferioribus basi bifidis, reliquis integerrimis, ciliatis, pedicello paulo longioribus. *Baumgarten Fl. Transsilvan.* I. p. 26. A. *austriaca* et *multifida Jacq. austr.* IV. p. 16. tab. 329. (exclus. *Synon. Bauhini et Buxbaumii.*) V. *multifida Scop. Fl. carn.* ed. 2. p. 16. n. 15. (excluso Linnaei synonymo.) V. *multifida Ait. H. Kew.* I. p. 23. (excl. *syn. multifidae Linn.*) V. *austriaca Willd. Sp. pl.* I. p. 70. (excl. *syn. Jacq. Vind. Crantz, Bauh.*, et *Morison.* V. *austriaca Hoffm. Fl. Germ.* p. 8.

Vahl Enum. I. p. 73. excl. syn. *Bauh. Linn. Crantz* et VERONICAE *tenuifoliae.*) V. *austriaca Schrad. Fl. germ.* I. p. 39. excl. synon. *Host, Schrank, Schmidt, Moris.* et *Bauh.*) V. *austriaca Persoon Synops.* p. 12. (excl. syn. *Moris.*) V. *austriaca Bieberstein Fl. taur. cauc.* p. 13. n. 33. (excl. *Moris.*) *Besser Fl. Gallic.* I. p. 35. (excl. var. a.) *Hort. Kew. ed.* 2. p. 32.

Haec a tam multis auctoribus descripta stirps, certe non est V. *austriaca Linnaei.* Si definitionem in L. Sp. pl. ed. 2. p. 17. consulamus, videbimus, non de hac, sed potius de sequenti specie sermonem esse. *Habit. in Austriâ, Carnioliâ, et Croatiâ, Tauriâ.* ♃.

75. V. *austriaca Linn.;* foliis sessilibus lanceolatis, inciso-serratis, pinnatifidisque, bracteis integris pedicello brevioribus, calycibus quadripartitis, caule debili. — V. *austriaca* racemis lateralibus, foliis lineari-lanceolatis, pinnato-dentatis L. *Sp. pl. ed.* 2. p. 17. *Jacq. Enum. Vindob.* p. 3. (racemis lateralibus, foliis lineari-lanceolatis, pinnato-dentatis.) *Schultes Fl. austr. edit.* 2. I. p. 27. n. 51. quoad descriptionem, sed exclus. *Jacquini* Synonymo. *Krocker Fl. Siles.* p. 23. (excl. Syn. *Rivini, Schwenkf.* et *Jacq*). *Mill. Dict.* n. 9. *Gmel. syst. nat.* 2. p. 30. *Host synops.* p. 9. excl. Synon. Chamaedrys austriaca, foliis tenuissime laciniatis. *C. Bauh. Pin.* 248. *Prodr.* p. 117. Chamaedrys spuria tenuissime laciniata. J. *Bauh. Hist.* 3. p. 287. *Moris.* Hist. II. s. 3. *tab.* 23. *fig.* 12. figura et descriptio repetita ex Bauhino. V. austriaca, foliis tenuissime laciniatis. *Tourn. inst.* p. 144. V. spicis lateralibus, foliis oppositis pinnatifidis, caule suberecto. *Kram. Elench.* p. 4. V. *pratensis* var. a.a. *Crantz austr.* p. 344. excl. syn. *Tournef.* V. *multifida Schmidt Fl. Bohem.* p. 21 (excl. Syn. *Linn.* et V. *multifidae Jacquini.*)

Nimium affinis V. *orientali*, illi saltem, quae in Hortis Germaniae sub hoc nomine colitur. *Prope Vindobonam et in Silbesiâ, Bohemiâ. Sed etiam ex Hispania hujus speciei specimen possidemus.*

76. V. *tenuifolia Stev.;* foliis pinnatifidis, laciniis lineari-filiformibus, calycinis segmentis subulatis, superioribus brevissimis, caulibus ascendentibus. *Marsch. à Bieberst. taur. cauc.* I. p. 13. n. 31.

Affinis V. *multifidae*, sed caules magis elongati, folia minus composita, laciniis, praesertim inferiorum, elongatis; pedicelli bracteis aequales aut longiores, calycina segmenta tria superiora minima. An V. *parviflora Vahl?* Sed flores *orientali* et *multifidae* nequaquam minores. *Bieberst.* *In Iberiâ.* ♃.

77. V. *caucasica Bieberst.;* foliis bipinnatifidis, laciniis lanceolatis linearibusque, pedicellis capillaribus, calycinis seg-

mentis subaequalibus lanceolatis, caule erectiusculo. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 13. n. 32.

Folia V. *multifidae*, sed laciniae inferiorum latiores. Calycis laciniae quatuor subaequales (nec quinque inaequales). Pedicelli bracteâ triplo longiores, fructiferi penduli. Segmenta calycina latiora quam affinium, petala rotundata. *Variat* calycis laciniis angustis; quam varietatem pro distinctâ specie proponit cl. *Steven* in *Mem. Soc. nat. cur. Mosq.*, quamque definit: V. *ossetica* foliis bipinnatifidis, bracteis pedicellis brevioribus calycinisque foliolis linearibus pubescentibus. MB. In *Americâ*. ♃.

78. V. *multifida;* foliis bipinnatifidis, laciniis lanceolatis linearibusque, calycinis segmentis inaequalibus subulatis, caulibus procumbentibus basi lignescentibus. *Marsch. a Bieberst. taur. cauc.* I. p. 12. *Willd. Spec.* I. p. 69. *Smith Trans. Linn.* I. p. 191. Hujus speciei vix ulla extat icon cui fidendum. β. hirsutior, corollis roseis. *Amman ruth.* p. 25. n. 33.

Vahl. Enum. I. p. 74 non vidit hanc plantam toties cum V. *austriacâ confusam. Gmelin. fl. sibir.* III. p. 222 hanc et affines conjunxisse aiunt. Foliorum praesertim inferiorum lacinulae breves. Pedicelli florum bracteâ breviores aut aequales. Calyces mox glabriusculi, mox pube exili vestiti. *A Bieberst. In Sibiriâ, collibus Tauricae et Caucasi, et inter Smyrnam et Bursam.* ♃.

79. V. *Allioni Vill.;* foliis oblongo-subrotundis rigidis nitidis cauleque repente procumbente glabris, floribus confertissimis spicatis. *Vahl Enum.* I. p. 74. *Smith* in *Linn. Transact.* I. p. 190. *Willd. Spec.* I. p. 59. *Villars delph.* II. p. 8. *Decand. Fl. franç.* III. p. 463. n. 2379. *Fl. Ped.* I. p. 73. n. 265. V. *repens Allion. Spec.* I. t. 4. f. 3. *ejusd.* V. *pyrenaica Fl. ped.* I. p. 73. n. 265. t. 46. f. 3. V. *officinalis* β. *Linn.*

Differt ab affini V. *officinali* rigiditate et glabritie partium, floribus caeruleis in spicam fere ovatam semipollicarem congestis. *In alpibus Helvetiae, Galliae australis, Italiae.* ♄.

*) In speciminibus Herbarii Tournefortii et ex Pyrenaeis allatis folia magis quam in figura Allionii rotundata sunt profundiusque crenata *Lapeyr.* l. c.

80. V. *officinalis;* foliis obovatis vel obovato-subrotundis serratis, calycibus quadripartitis, caule inferne radicante. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 31. *Linn. Spec.* p. 14. *Vahl Enum.* I. p. 74. *Willd. Spec.* I. p. 59. *Gaertn. de fructib.* I. p. 257. T. LIV. f. 7. *Fl. Portugaise* p. 285. *Hall. Helv.* n. 540. α. foliis ovatis vel obovatis pubescentibus. *Fl. dan.* t. 248. *Curtis Fl. Lond.* t. 33. *Plenck* t. 12. *Lam. illustr.* t. 13. f. 2. *Svensk Bot.* 159. *Poit.* et *Turpin Fl. Paris* I. p. 12. t. 8. β. foliis obovato subrotundis pubescentibus. V. *Tournefortii Schmidt boh.*

n. 12. γ. foliis obovatis vel obovato-subrotundis glabriusculis. V. *Allioni Schmidt.* δ. floribus plenis.

Caules diffusi procumbentes, apicem versus erecti, villis brevibus; folia brevi petiolata, canescenti-viridia, scabriuscula; rami ascendentes; Spicae axillares, erectae; Calyx quadrifidus, subaequalis; Corolla pallide coerulea, venis saturatioribus picta. Capsula obcordata, compressa calyce duplo major, pubescens. *In Europae et Amer. bor. sylvis sterilibus.* ♃.

81. V. *Tournefortii Villars;* caule repente, spicis erectis, foliis hirsutis. *Vill. delph.* II. p. 9. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 524, et hoc teste; β. foliis glabris; VER. *dubia,* foliis ovatis dentatis basi angustatis, caule basi radicante ascendente, pilis sparsis vel bifariam dispositis. *Decand. Fl. franc.* III. n. 2395.

Affinis V. *officinali*, a qua differt foliis non rugosis, pilis rarioribus, calycibus acutis. Caules 6-8 pollicares procumbentes, ascendentes; folia sessilia, ovata, basi integra, in petiolum angustata, apice serrata, obtusa; racemi duo laterales, oppositi, floribus remotiusculis; bracteis angustissimis; calyx quadrifidus; pubescens, corolla caerulea, laciniis obtusis. *Poiret.* β differt a V. *Chamaedri* caule procumbente; a V. *officinali* foliis glabris, calycibus longioribus; a V. *Allionii* caule pedunculisque villosis; a V. *pilosa Willd.* foliis basi integris, calycibus aequalibus. *In Galliâ merid.* ♃.

82. V. *prostrata;* foliis sessilibus oblongis obtusis serratis, superioribus lanceolatis, planis calycibus 4-5 partitis, caule florifero ascendente. *Vahl Enum.* I. p. 75. *Willd. Spec.* I. p. 67. *Decand. Fl. fr.* n. 2391. *Schrad Fl. germ.* I. p. 38. *Mönch hass.* t. 1. *Hall. helv.* n. 538. J. *Bauh. hist.* III. p. 287. ic. bon. β. minor. *Rivin. monop.* t. 95. γ. V. *Satureiaefolia Poit.* et *Turp. Fl. paris.* p. 22: spicis lateralibus caulem prostratum superantibus, foliis infimis oblongis, superne serratis, intermediis subdenticulatis, aliis linearibus, integerrimis. — δ. floribus albis.

Differt a *latifolia* affini, caulibus nonnisi sub anthesi ascendentibus; pube densiori, foliis inferioribus sessilibus. A *dentata* foliorum serraturis magis approximatis. Calyx plerumque partitus, oculo nudo omnino glaber, sub lente brevissime pubescens; laciniae duae interiores duabus exterioribus plerumque duplo breviores, quinta ceteris semper minor variat longitudine. Flores coerulescentes. Capsula lacinias interiores calycis aequans, compressa, parum profunde emarginata, glabra. *In Germaniae, Italiae, Helvetiae collibus.* ♃.

*) Sine dubio (secundum specimina ab ipso auctore nobiscum communicata) hujus quoque est loci:

V. *canescens,* foliis ovato-oblongis dentatis obtusis utrinque canescentibus; laciniis calycinis inaequalibus subglabris, caulibus prostratis tomentosis. *Bastard suppl. de la Flore de Maine et Loire;* p. 21.

Varietatem esse V. *Teucrii* (i. e. *dentatae Schrad.*) primum auctor credidit, sed culturâ quinque annorum perstitit in horto canescens et prostrata, et calycis laciniis dimidio brevioribus quam in dentata. Flores coerulei, rarius rubelli. In sterilibus calcareis de *Bang*, de *Chaudefonds*, *Chalonnes* etc. — At specimina quae coram habemus nos edocent, plantam cum V. *prostrata* omnium regionum esse eandem.

83. V. *pilosa Willd.;* foliis ovatis obtusis plicatis profunde dentatis, caule prostrato bifariam piloso. *Willd. Spec.* I. p. 66.

V. *pilosa Linnaei* planta dubia est; disideratur enim in Herbario Linaeano, Linnaeusque ipse descriptionem in *Sp. pl.* delevit. *Smith* in *Linnean Trans.* I. p. 191. — *Willdenowi* vero planta sequens esse videtur V. *plicata Pohl.* Descriptio *Willdenowianae* plantae haec est: „Caulis prostratus, teres, bifariam pubescens. Folia inferiora petiolata, superiora sessilia, obtusa, pilosa, obtuse dentata, dentibus inferioribus elongatis. Racemi axillares in suprema caulis parte facie V. *prostratae.* Bracteae lanceolatae integerrimae, pilosae, pedunculo longiores. Pedunculi breves. Cal. quadrifidus, laciniis binis exterioribus majoribus. A V. *prostrata* differt caule bifariam piloso, foliis magis ovatis, basi profunde dentatis; a V. *Chamaedri* foliis minoribus basi profunde dentatis, caule prostrato, calycibus inaequalibus, corollarum laciniis acutis conniventibus.“ *Willd.* l. c. *In Bohemiâ.* ♃.

84. V. *acutiflora Lapeyr.;* racemis elongatis; foliis linearibus obtusis, inferioribus inciso-serratis pilosis, superioribus lanceolatis subintegris rugosis; calycibus quadripartitis, corollae laciniis acuminatis. *Lapeyrouse plant. des Pyren. Suppl. ined.*

Corollae coeruleae. *Habit. Tolosae à la fontaine d'amour*, *inter Juncos.*

85. V. *plicata Pohl;* foliis cordato-ovatis plicatis profunde dentatis cauleque hirsutis. *Pohl Tent. Flor. boh.* p. 15. F. I. V. *pilosa Schmidt* C. I. p. 17.

Radix repens; caulis plerumque erectus pilis longis albis; folia inferiora breve petiolata, superiora sessilia; racemi in axillis foliorum alterni ante anthesin floribus imbricatis spicam mentiuntur. Cal. quadrifidus, laciniis duabus majoribus, bracteis linearibus longitudine pedunculorum. In *collibus montibusque Bohemiae.* ♃. Essetne haec species vera V. *Teucrium Linnaei?*

86. V. *mollis Zea;* foliis ovatis obtusis planis profunde serratis cauleque hirsutis. *Nob.*

Caulis ascendens, pilosus, ut tota planta, pilis reflexis, manifeste magis bifariam pilosus, spithamaeus. Folia caulina inferiora et media sessilia, semipollicaria, et saepe ad basin itidem lata, non raro duplicato serrata, dentibus obtusiusculis; suprema, ut et ramea, petiolata. Racemi axillares oppositi in apice caulis, florentes laxiusculi, floribus remotioribus, deflorati floribus ob

excrescentes calyces magis confertis. Pedunculi capillares, inferiores lineam fere longi, bracteâ lanceolatâ duplo-triplove breviores. Calyces 4-partiti, inaequales, laciniis lanceolatis, longioribus, corollam excedentibus. Corollae carneae laciniae rotundatae. Capsula obcordata compressa pilosa calyce inclusa. *Habitat?* — Facile ex hac descriptione differentia V. *plicatam* inter*) et *Chamaedryn*, quibuscum habitu convenit, eruitur.

87. V. *micrantha Hoffmannsegg;* caule erecto undique hirto, foliis subsessilibus ovalibus grosse acuteque crenatis hirtis, calyce quadripartito corollâ majore, capsulâ compressâ profunde emarginatâ. *Flore Portugaise* p. 286. t. 57. V. *Teucrium Brot. lusit.* I. p. 13.

Caulis parum ramosus, teres, pilis crispis. Folia opposita, breviter petiolata, inferiora saepe sessilia, hirta ut caulis. Racemi plerumque alterni, floribus subconfertis. Bracteae lineares, pedicellis longiores. Calycis laciniae subaequales, lanceolatae, acutae hirtae ut caulis. Corolla calyce minor, alba, annulo faucis purpurascente. Capsula calyce brevior, margine hirta. ♃.
Differt a V. *montana* et *urticaefolia*, corollis minoribus, a V. *latifolia* et affinibus eodem charactere et calyce quadripartito, a V. *chamaedry* iisdem notis et caule undique hirto. *Fl. Portug.*

*) Hanc solam, ut speciem novam, V. *Teucrii* nomen mereri videtur clo. *Schrader.*

88. V. *latifolia;* foliis subcordato-ovatis sessilibus, rugosis obtuse serratis, caule stricto, calycibus pentaphyllis. *Ait. H. Kew.* I. p. 24. *ed.* 2. I. p. 33. *Linn. Syst. Veg.* p. 60? *Willd. Spec.* I. p. 71. *Vahl Enum.* I. p. 76. *Schrader Fl. germ.* I. p. 35. n. 19. α. Auctores plures florarum germanicarum. — VERONICA *Teucrium Pollich Palat.* n. 13. et nonnullor. auct. *Fl. germ. Hoppe Cent. sicc.* I. n. 76. — V. *pseudochamaedrys Jacq. Fl. austr.* I. p. 37. t. 60. *Hall. Enum.* p. 520. n. 6. β. — V. major frutescens, seu chamaedrys spuria latifolia. *Weinm. phytanthoz.* t. 1005. α. β. minor. V. nana, laciniata.

Caulis villosus teres. Folia pollicaria obtuse serrata. Flores copiosi, approximati, superne imbricati. Bracteae lanceolatae, pedicello parum longiores. Corollae coeruleae, venis profundius coeruleis pictae. Capsula calyce brevior, compressa, obcordata, obiter pubescens. β. Nonnisi statura minori, racemisque brevibus differt. Caulis humilis. Folia approximata, brevia lataque, laciniato-dentata. Racemi parum ultra folia elevati, subovati, conferti, pedicellis brevissimis. *Hab. in Sueciâ, Helvetiâ, Germaniâ.* ♃. VERONICAM *latifoliam*, *Teucrium* et *prostratam* inter limites ponere omne dubium excludentes, opus est quam maxime arduum, licet, ut nobis saltem videtur, folia perfectissime ovata, medio latissima, *latifoliam*, folia ovato-lanceolata, ergo basi latissima, *Teucrium*, et folia elliptica fere linearia *prostratam* satis bene distinguant.

89. V. *Teucrium*; foliis inferioribus oblongis grosse serratis cauleque villosis. *Vahl Enum.* I. p. 76. n. 48. V. *Teucrium*, racemis lateralibus longissimis, foliis ovatis rugosis dentatis obtusiusculis, caulibus procumbentibus. *Linn. Sp. pl. ed.* 2. T. I. p. 16.? *Schmidt Fl. Boh.* p. 16. *Hall. Hist.* n. 537. *Enum.* p. 529. n. 6. α. *Decand. Fl. fr.* n. 2290. Chamaedrys spuria major angustifolia. C. *Bauh. pin.* p. 249. Veronica supina facie Teucrii pratensis. *Lob.* ic. 473. Veronica montana. *Rivin. Monop.* t. 95. V. *latifolia* β. minor. *Schrader Fl. germ.* I. p. 36. n. 19. β.

Caules adscendentes, plerumque simplices, 6-10 pollicares, debiles, irregulariter flexuosi, pilis distantibus brevibusque tecti. Folia opposita, inferiora in petiolum brevem decurrentia, superiora sessilia, ovata, acuta, dentata, rugosa. Racemi in axillis superioribus, caule longiores, erecti, densiusculi. Calyx quinquefidus, laciniis inaequalibus, altera minima. Corollae coeruleae, fauce villosae: capsulae compressae, obcordatae. Planta pallide viridis, caule folliisque pubescentibus. *In argillosis Italiae, Helvetiae, Germaniae.* ♃.

An hujus loci? V. *florida*, foliis ovatis subsessilibus pubescentibus aequaliter serratis, caule erecto bifariam piloso, racemis oppositis, calycibus quadrifidis aequalibus. *Schmidt Fl. Bohem.* Cent. I. p. 23.?

90. V. *crinita Kit.*; foliis subsessilibus ovato-lanceolatis inaequaliter serratis, calycibus quinquepartitis, laciniis bracteisque lineari-subulatis. *Kitaibel* in *Schultes östr. Flor.* 2. ed. I. p. 26.

Caulis erectus, tomentosus; folia inferiora obtusa, superiora acuta, utraque apice basique integerrima. Racemi axillares vix foliis duplo longiores; bracteae pedunculis longiores. Calyx valde inaequalis. Caps. suborbicularis emarginata. *Rara in Ungariae collibus montibusque apricis.* ♃.

91. V. *dentata Schrad.*; foliis ovatis, vel oblongo-lanceolatis acutiusculis remote serratis, calycibus quinquepartitis, caule adscendente. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 37. (excl. V. *dentatâ Schmidt*) *Besser Fl. Galiz.* n. 26. V. *Teucrium Host. syn.* p. 8. *Wahlenberg Fl. Carpath.* p. 7. n. 14. (Uterque excl. *Linn.*) V. *prostrata Geners. elench. Scep.* n. 13. *Marsch. Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 10. n. 25. ex *Wahlenb.* V. *Teucrium* β. angustifolia *Vahl Enum.* I. p. 76? *Decand. Fl. fr.* III. n. 2390. β.
Teucrium IV. tertia species *Clus. hist.* p. 349.

Similis praesertim varietati angustifoliae V. Teucrii, sed humilior, foliis glabriusculis, nec nisi lentis ope subciliatis, remotis, sessilibus, fere semper lanceolatis, serraturis remotioribus, acutioribus. Est et huic varietas latifolia. *In collibus siccis Europae australis.* ♃. Conf. V. *paniculata.*

92. V. *Schmidtii;* foliis anguste lanceolatis remoto serratis linearibusque integerrimis margine revolutis, bracteis pedicellis multo longioribus, calycibus quinquepartitis, laciniis lineari-lanceolatis acutis, caule adscendente. *Nob.* — V. *dentata Schmidt Boh.* C. I. p. 20. V. *paniculata Willd. Spec.* I. p. 71. et *Enum. H. berol.* I. p. 23. (excl. syn. *Pallas.*)

Plantam *Pallasii* toto coelo diversam esse a V. *dentata* aeque bene scimus e *Pallasii* herbario, ut *Willdenowius Enum. H. Berol.* p. 23. V. *dentatam Schrad.* a V. *dentata* longe diversam esse affirmat. „Folia, ut bene *Willdenow* de *dentata Schmidt*, nunquam ovata, semper basi angustata, lineari-lanceolata, plerumque opposita, interdum terna. Bracteae inferiores flore longiores, superiores longitudine pedunculi. Calyces 5-fidi, inaequales, hirti, ciliati.“ Corolla magna, speciosa, caerulea. *In Bohemiâ.* ♃.

93. V. *peduncularis* MB.; racemis (laxis), foliis ovatis inciso-serratis, caule hirto bifariam pilosiore, pedicellis fructus capillaribus (bracteâ duplo longioribus). *Marsch. Bieberst. casp.* p. 126. *app.* n. 2. *Fl. taur. cauc.* I. p. 11. V. *pedunculata Vahl. Enum.* I. p. 77. *Persoon Ench.* I. p. 12. *Buxb.* C. I. p. 26. t. 41. f. 1. β. caulibus flaccidis, foliis minus profunde incisis. γ. humilis prostrata, foliis parvis obtusis crenatis.

Differt ab affini V. *Chamaedry* caule undique villoso, lineis tantum duabus e villis crebrioribus; foliis utrinque magis villosis, profundius incisis; pedicellis tenuibus elongatis et calycinis segmentis obtusioribus. Varietas γ. *petraea* staturâ habituque maxime aberrat, ut facile pro peculiari specie haberetur, nisi individua extarent utrumque conjungentia. Occurrit α. et β. *in nemoribus umbrosis Caucasi* inter arbores et frutices: γ. in rupestribus. Fl. majo. ♃. Haec verbotenus *M. a Bieberstein.* Cl. *Steven*, qui γ. ut speciem sejungit, circa Chinalung occurrere varietatem magnitudine vix V. *Teucrio* cedentem. Cl. *M. a Bieberstein* definitionem in *casp.* p. 126 datam, ubi calyces quadrifidos subaequales dixit, bene correxit; sunt enim quadripartiti, fere quadriphylli, et valde inaequales. In specimine nostro in calycibus quibusdam lacinia una calycis basi est denticulo munita.

94. V. *petraea Steven;* racemis subcorymbosis, foliis ovatis serratis, caule hirto, pedicellis filiformibus bracteâ vix longioribus. *Nob. Steven* in *act. Mosqu.*

Licet cl. *Marsch. a Bieberst.* hanc pro γ. *pedunculari* habeat „ob individua utramque conjungentia“ tamen adsentimus clo. *Steven* dicenti: certissime distincta a V. *pedunculari* pube omnium partium, foliis minoribus multo firmioribus angustis, caulibus brevibus prostratis.“ Collatis enim speciminibus nostris siccis, praeter characteres datos, est V. *peduncularis* caule dodrantali fere, adscendente, V. *petraea* vix tripollicari, et quasi

frutescente; folia triplo in hac minora, magis conferta. Bracteae in illa ovatae trinerviae, inferiores basi crenato-dentatae; in hac lanceolatae, integerrimae. Calyces in illa quadripartiti, inaequales, laciniis lanceolatis; in hac quadrifidi, subaequales, obtusissimi, laciniis ovatis obtusissimis; corolla in illa longitudine fere calycis, dilute caerulea; in hac corolla cyanea, calyce duplo longior. Capsulas non vidimus. *In alpibus Schuchdagh et Tyfendagh, etiam in ripa lapidosa fluvii Terek circa Wladi caucas.* ♃.

95. V. *syriaca;* foliis ovatis serratis inferioribus petiolatis oppositis, pedicellis patentibus bracteâ triplo longioribus, capsulis ciliatis. V. *pedunculata La Billard. plant. rar. syr. Decad.* V. p. 8. t. 5. f. 2. (excl. *Buxb.* et *Marsch.* a *Bieberstein.*

Cl. *La Billardiere* plantam suam pro eâdem cum *pedunculata s. pedunculari Bieberst.* habet, sed certe diversa est, ut ex figura et ex descriptione patet. „Palmaris aut spithamaea, erecta, pilosiuscula, *annua;* rami inferiores saepius oppositi. Folia unguicularia subciliata rigida, inferiora opposita petiolata. Florum pedicelli pilosiusculi bracteis lanceolatis ciliatis duplo quadruplove longiores. Calyx quadripartitus, laciniis aequalibus obtusis. Cor. duplo calyce longior; capsula compressa margine ciliata. *Juxta Damascum in monte Dgebel Cher dicto.* ☉.

96. V. *umbrosa* M. a *Bieberst.;* racemis lateralibus, foliis scabris, inferioribus ovatis grosse serratis, superioribus oblongis subserratis; caulibus repentibus; calyce aequali corollam subaequante. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 11. n. 28. et 414.

Laxe cespitans, racemi pauciflori, pedicelli filiformes, calycina segmenta linearia corollâ speciosâ paullo breviora. Folia ramorum tantum sterilium summa subintegerrima. *In sylvarum Tauriae umbrosissimis circa Harassubasar.* ♃.

97. V. *Chamaedrys;* foliis inciso-serratis, summis cordato-ovatis sessilibus, infimis petiolatis ovatis, calycibus quadripartitis, caule bifariam piloso, racemis axillaribus oppositis caulem superantibus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 33. *Linn. Spec.* p. 17. *Vahl Enum.* I. p. 77. *Willd. Spec.* I. p. 69. *Hall. Hist.* n. 536. *Fl. Portug.* p. 288. *Lam. illustr.* tab. 13. f. 1. *Curt. Fl. Lond.* I. Tab. 2. *Martyn Fl. rust.* t. 66. *St. Hilaire* t. 8. *Poit.* et *Turpin Fl. Paris* I. p. 13. t. 9.

Varietates sequentes enumerat *Schmidt fl. boh.* C. I. n. 30.: β. caule basi repente, foliis subrotundis obtusis, subplicatis, glabris. γ. caule procumbente, villoso, foliis ovato-lanceolatis rugosis subtus hirsutis; δ. caule erecto, foliis rotundis, profunde dentatis, subpinnatifidis, racemis depauperatis; ε. foliis cordato-ovatis dentatis hirsutissimis. ζ. caule erecto, purpu-

rascente, foliis cordatis planis, crenatis, subtus subvillosis. Caules plus minus ascendentes, 1-2 pedales, superne saepius ramosi, pilisque semper in duas lineas oppositas dispositis distincti; racemi erecti caule altiores. Flores magni, caerulei, raro carnei, albive. Capsula calyce brevior, lata, compressa, obcordata. *In Europae et Japoniae pratis.* ♃.

98 V. *lamiifolia Hayne;* caule bifariam folioso, foliis cordatis basi cuneatis inciso-serratis, infimis sessilibus, reliquis petiolatis, racemis axillaribus oppositis caulem vix superantibus, calycibus quadripartitis. *Hayne* in *Magaz. amic. hist. nat. Berol.* VII. (1815.) p. 132.

Habitat.....

99. V. *Rudolphiana Hayne*; caule bifariam piloso, foliis cordato-ovatis, inciso-serratis, infimis sessilibus reliquis petiolatis, racemis axillaribus alternis caule brevioribus, calycibus quadripartitis. *Hayne* in *Magaz. Soc. nat. cur. Berol.* VII. (1815.) p. 133.

Ad *Klein-Zastrow* in Gryphiswaldiae viciniis invenit amiciss. *Rudolphi.* Caulis pedalis et ultra: foliorum paria circiter duodecim (qui in *Chamaedry* communiter sexpollicaris cum foliorum paribus octo) Sed tamen inquirendum erit utrum V. *chamaedryos* varietates tantum sint et *lamiifolia* et *Rudolphiana*, cum diagnoses ambarum ad unicum tantum specimen in Herbario cel. *Rudolphi* asservatum confectae sint.)

100. V. *melissaefolia Poir.*; foliis sessilibus subcordato-ovatis crenato-subincisis subtus pubescentibus, spicis lateralibus oppositis. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 526.

Caules erecti pubescentes, graciles; folia distantia, obtusa, pollicem longa, decem lineas lata, bracteae ovatae vix calycis longitudine; cal. quadripartitus aequalis. Cor. parva, dilute caerulea, albidave. Caps. glabra, cordata, seminibus rubellis. *Habitat?* ♃.

101. V. *novae Hollandiae;* foliis petiolatis ovatis inciso-crenatis, racemis lateralibus, floribus longe pedicellatis, caule pubescente. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 526.

Differt a simili V. *Chamaedri* longitudine pedunculorum bracteis ovatis duplo longiorum, calyce glabro, laciniis ovatis obtusis: capsulae obcordatae compressae, calyce breviores. *In nova Hollandia legit de Labillardière.* ♃.

102. V. *maxima Stev.;* racemis lateralibus, foliis ovatis subsessilibus grosse serratis pilosis, calycibus capsulisque ciliatis. *Marsch. Bieberst. Suppl. Fl. taur. cauc. inedit Steven* in *Mem. de la Soc. de Mosc.* II. p. 173. n. 7. Veronica pratensis omnium maxima. *Buxb. Cent.* I. p. 23. t. 34

Caulis undique hirsutus. Calyces tetraphylli. In *Iberiae pratis montanis, in Cachetia.* ⊙.

103. V. *urticaefolia;* foliis sessilibus cordato-ovatis acutis serratis, calycibus quadripartitis, caule stricto. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 34. *Vahl Enum.* I. p. 77. *Willd. Spec.* I. p. 70. *Enum. H. berol.* I. p. 22. *Decand. Flor. franc.* n. 2388. *Hall. helv. n.* 535. *Jacq. Fl. austr.* I. p. 37. t. 59. V. *galeopsifolia Gilibert.* V. *latifolia Lam. Fl. franc.* 2. p. 441. (*excl. syn. Villars*) V. maxima *Dalechamp hist.* 1165. f. 1.

Olim saepius cum V. *latifolia* confusa. Caulis simplex, pedalis et ultra; folia pilosa opposita in medio caulis maxima tenuia nervosa, nervis rufescentibus; racemi laterales et terminales longi graciles; pedunculi bracteis longiores; calycis laciniae aequales; corollae parvae, caeruleo-purpureae s. dilutissime caeruleae. Caps. compressa emarginata subrotunda, brevissime pubescens, polysperma. *In umbrosis Europae meridionalis et Bithyniae.* ♃.

104. V. *montana;* foliis cordato-ovatis petiolatis obtusis grosse serratis, caule petiolisque hirtis, calycibus quadripartitis, racemis elongatis filiformibus, capsulis orbiculato-didymis. *Vahl Enum.* I. p. 78. *Willd. Spec.* I. 68. *Schrad. Fl. Germ.* I. p. 32. *Hall. Helv.* n. 539. *Jacq. Fl. austr.* II. p. 6. t. 109. *Fl. dan.* t. 1201. *Curtis Fl. Lond.* 37. *Hoffm. Fl. Germ.* I. t. 1. *Poiteau* et *Turp. Fl. paris.* I. p. 14. t. 10. V. *subbiscutata Crantz. austr.* 343.

Caules debiles procumbentes, pedales, e geniculis radicantes, ascendentes, villosi. Folia rugosa, saepe villosa, margine plerumque purpurascentia. Pedunculi folio duplo longiores. Racemi filiformes, 4-6 flori, folio longiores. Corollae albidae, vel pallide coeruleae, venis purpurascentibus pictae. Calyx inaequalis, pubescens. Capsula orbiculato-compressa, basi et apice emarginata ciliata didyma, loculis subtetraspermis. Planta tota pilosa, praesertim in caule et petiolis. In *Europae umbrosis.* ♃.

105. V. *Brownei nob.;* racemis lateralibus laxis, foliis ovato-lanceolatis glabris inaequaliter serratis, caule bifariam pubescente, petiolis inferioribus folio ter brevioribus. V. *arguta Brown. prodr.* p. 435.

Hab. in portu Jackson. V. *plebejae* maxime affinis.

106. V. *distans Brown;* corymbis lateralibus pedunculatis paucifloris, foliis ovatis late serratis glabris, petiolis ciliatis, caule decumbente bifariam piloso. *Brown. prodr.* I. p. 435.

Habit. in nov. Hollandiâ.

107. V. *plebeia Brown;* racemis lateralibus laxis, foliis ovatis inaequaliter inciso-serratis glabris, caule tenuissime pubescente, petiolis inferioribus dimidio folii longioribus. *Brown prodr.* I. p. 435.

Hab. in portu Jackson.

108. V. *calycina Brown;* racemis lateralibus paucifloris, foliis ovatis rugosis inaequaliter crenatis petiolatis cauleque repente hirsutis, calycibus pilosis ciliatis capsulà longioribus. *Brown prodr.* p. 435.

Habit. in nov. Holland. et in insulà van Diemen.

109. V. *gracilis Brown;* corymbis lateralibus pauciflo-ris, foliis lineari-lanceolatis integris cauleque subsimplici glaberrimis. *Brown. prodr. pl. nov. Holland.* p. 435.

Habit. ad portum Jackson.

110. V. *perfoliata Brown;* racemis lateralibus pedunculatis multifloris, foliis integerrimis glaberrimis ovatis acuminatis basi connatis. *Brown prodr.* p. 434.

Hab. ad portum Jackson.

111. V. *labiata Brown;* racemis axillaribus longissimis; foliis elongato-lanceolatis acuminatis inaequaliter serratis. *Brown. prodr.* I. p. 434. V. *Derwentia Littlejohn* in *Andr. Repos.* t. 531.

Hab. in nov. Holland. et ins. van Diemen.

112. V. *formosa Brown;* fruticosa; foliis perennantibus decussatis lanceolatis integerrimis glaberrimis basi acutis, racemis bifariam pilosiusculis, corymbis axillaribus paucifloris. *Brown prodr. pl. nov. Holland.* I. p. 434.

Hab. in Insula van Diemen. ♄.

113. V. *polymorpha Willd.*; racemis axillaribus, pedicellis bracteà (sub) longioribus, foliis lanceolatis basi cuneatis simpliciter et duplicato-dentatis, caule prostrato, calyce pentaphyllo. *Willd. Suppl. Enum. H. berol.* p. 2. *α.* foliis simpliciter - *β.* foliis duplicato-dentatis. ♃.

Patria? Conferenda cum V. *austriaca* quacum forte nimis convenit.

d. *Pedunculis unifloris.*

114. V. *verna;* floribus subsessilibus, foliis digitato-partitis, summis indivisis, pedunculis calyce brevioribus, caule stricto. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 45. *Vahl Enum.* I. p. 83. *Willd. Spec.* I. p. 75. *Decand. Fl. fr.* n. 2401. *Gmel. Fl. Bad.* I. p. 43. *Hall. helv.* n. 552. *Fl. dan.* t. 252. *Engl. bot.* t. 25. *Sturm Deutsch. Fl. Fasc.* 13. *Poit.* et *Turp. Fl. Paris* I. p. 21. t. 22 V. *Dillenii Crantz austr.* 352. *Dillen. giess. append.* p. 38. V. *pinnatifida Lam. ill.* I. p. 47. V. *succulenta Schmidt* et *All. Fl. pedem.* t. 22. f. 4. *β.* Foliis subintegerrimis: V. *poligonoïdes Lam. ill.* I. p. 47. hirsuta, floribus solitariis subsessilibus, foliis alternis oblongis, caule

simplici ab imo ad apicem florifero. — V. *Bellardi:* hirsuta, caule erecto simplici toto florigero, foliis linearibus, fructu subsessili brevioribus. *Allion. Pedem.* t. 85. f. 1.

V. *Bellardi* et *succulenta*, plantae maxime dubiae, nec in Pedemontana regione, nec in *Herb. Allioni*, obviae, teste *Balbis*. Tota pubescens. Caulis 1 pollicaris digitalis, erectus; folia inferiora serrata; laciniae intermediorum acutae, intermedio productiore, superioribus 3fidis et lanceolatis. Pedunculi bracteâ duplo breviores. Calyx quadriphyllus, inaequalis, laciniis acutis, folia aequantibus. Corolla parva caerulescens, annulo viridi; capsula obcordato-ovata compressa, ciliata. Semina minuta, scrobiculata. An V. *Dilleni Crantz*, *pinnatifida Lam.* varietas? *Besser fl. galic.* I. p. 39. *In Europae apricis.* ☉.

*) *Wulfen* in *Roemer bot. Archiv.* III. p. 312. de V. *Bellardi* sequentia habet! VERONICA *Bellardi*, Veronica floribus ex alis foliorum solitariis, breviter pedicellatis, foliis linearibus, cauleque simplice erecto stricto, ab ima basi ad apicem florifero, et capsulis hirsutis. Veronica Bellardi; Allion. Fl. Pedem. 1. p. 77. N. 282. Tab. 85. Fig. 1. Ad agrorum alpestrium margines arenosos, et muratas supra sepes, viâ, qua in Carinthia ex Dellach ad Heiligenblut adscenditur, in vicinia et e regione des Jungfern Sprungs. Radix annua gracillima, fili ad instar, paucis, et ipsis capillaceis vage obsita fibrillis. Caulis aciculae crassitudine, a duobus ad quinque altus pollices, erectus, strictus, simplex, (rarius unico, aut duobus brevioribus et ipsis strictis, ima e basi enatis ramis) teres, viridis, hirsutus. Folia duo duntaxat, ima in caulis basi, eaque opposita, sessilia, anguste linearia, obtusa, integra, hirsuta. Flores ab ima caulis basi, ad usque apicem, ex alternis bracteolarum axillis solitarii, breviter pedicellati. Bracteolae obtusae lineares, integrae, vix, nisi microscopice, subcrenulatae, hirsutae, pedicellis longiores, calyces subaequantes. Pedicelli hirsuti bracteolis, calyceque breviores. Calyx quadripartitus; laciniis lineari-lanceolatis, hirsutis; binis interioribus parumper brevioribus. Corolla generis, calyce minor, coerulea; segmentis limbi ovato-acutis, quarto minore. Stamina duo, stylus, stigma ut in congeneribus. Capsula obcordata, dorso, magisque margine hirsuta, calyce equidem brevior, eo tamen latior, margine compresso utrinque prominente, bilocularis, quadrivalvis etc. An planta *Wulfeni* eadem sit cum illâ, quae in Herbario *Bellardi* nunc deesse dicitur? An specie sit diversa a V. *verna*, cultura docebit.

115. V. *digitata Vahl;* floribus sessilibus, foliis omnibus digitato-partitis. *Vahl symb. bot.* I. p. 84. *Willd. Spec.* I. p. 75. (uterque excl. V. *succulentâ Schmidt*, quae, ad V. *vernam spectat*) V. *chamaepityoides Lam. ill.* I. p. 47.

Caulis superne pilosus, ramis 2-4, patulis, simplicissimis, altitudine fere caulis. Folia petiolata, infima 3fida, laciniis ovatis, lateralibus angustioribus, brevioribus; floralibus inferioribus quinque, superioribus tripartitis, laciniis linearibus. Calycis laciniae quatuor, longitudine capsulae, obcordatae, lobis divergentibus, duo minores. *Monspelii et in Hispania.* ☉.

116 V. *triphyllos;* foliis infimis indivisis, mediis digitato-partitis, superioribus trifidis, pedunculis calyce longiori-

bus, caule erecto patulo. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 44. *Linn. Spec.* p. 19. *Vahl Enum.* I. p. 83. *Willdenow Spec.* I. p. 74. *Hall. hist.* n. 551. *Decand. Fl. fr.* n. 2405. *Fl. Portug.* p. 294. *Curt. Lond.* VI. t. 2. *Sturm Fl. germ. Fasc.* 8. *Flor. dan.* t. 627. *Engl. Bot.* t. 26. *Sibthorp Fl. graec.* I. p. 8. t. 10. V. *digitata Lam. Fl. franc.* 2. ed. II. p. 445.

Pubescens, viscosa. Caulis 4-8 pollicaris, ramis divaricato-patulis; folia inferiora petiolata, suprema sessilia, omnia carnosa; pedunculi erecti, longitudine foliorum. Cor. parva caerulea venosa, fauce albida. Caps. didyma, subciliata, ventricosa, obcordata. Semina hinc convexa, inde complanata. *In Europae agris.* ⊙.

117. V. *hederifolia;* foliis petiolum aequantibus cordato-rotundatis quinquelobis, summis trilobis, calycibus fructiferis tetraquetris conniventibus, laciniis calycinis cordatis acutis, caule procumbente. *Nob. Schrad. Fl. germ. I.* p. 43. *Vahl Enum.* I. p. 82. *Willd. Spec.* I. p. 73. *Fl. Dan.* t. 428. *Linn. Spec.* p. 19. *Smith Fl. Brit.* I. p. 24. *Engl. Bot.* t. 784. *Curt. Fl. Lond.* II. t. 1. *Desfont. Fl. Atl.* I. p. 14. *Bertoloni* in *Soc. Med. d'Emul. di Genova Tom.* I. Secon. quad. p. 74. *Plant. Gennens.* p. 3. *Fl. Portug.* p. 293. *Decand. Fl. fr.* n. 2407. *Hall. hist.* n. 550. *Poiteau* et *Turpin Fl. Paris.* I. p. 23. t. 26. β. V. *Lappago Schmidt Fl. bohem.* n. 39., foliis alternis cordatis acutiusculis 3-4 lobis petiolatis, caule erectiusculo ramosissimo, pedunculis axillaribus petiolo brevioribus.

Caules diffusi, pubescentes; folia reniformi-cordata, lobo terminali majore, carnosula, utrinque pubescentia. Foliola calycina margine ciliata, caeterum glabra, fructificationis tempore capsulae approximata, hinc calyx pyramidatus. Cor. pallide caerulea, subinde alba. Capsula didyma, obcordata, ventricosa, 4-5 sperma. Semina grandiuscula, rugosa, globulosa, urceolata. β differt, praeter characteres datos, calycis phyllis hastatis, floribus minoribus rubellis. *In Europae ruderatis, hortis, agris.* β. cultura perstat. ⊙.

118. V. *Cymbalaria Bertol.;* foliis cordato-rotundatis, dentibus 5-9, ut plurimum 7, obtusis, subcarnosis, calycibus fructus patentibus, capsulis hirsutis. *Bertol. Soc. Med. d'Em. di Gen. Tom.* I. Sec. quad. p. 74. *Plant. genuens.* p. 3. *Giorn. dei Letterati* Tom. II. P. 2. (1805.) V. *hederifolia* β. *Linn. Willd. Spec.* I. p. 74. V. *cymbalariaefolia Vahl Enum.* I. p. 81. *Buxb. C.* I. p. 25. t. 39. f. 2. male. *Sibthorp Fl. graec.* t. 9. *Viviani Flor. ital. fragm.* I. p. 14. f. 1.

Procumbens, ramosa. Folia petiolata, reniformi-subcordata glabra. Calycis laciniae aequales, ovatae, obtusae. Cor. calyce major, limbo alba, fauce viridis. Capsula hirsuta pilis longiusculis, de-

pressa, quadriloba, bivalvis, bilocularis, loculo quovis bilobo. Semina profundissime umbilicata. *Genuae, in muris hortorum. In Chio, Byzantii, in agro Tunetano.* Differt a *hederifoliâ:* 1. laciniis ovatis obtusis, fructu maturo patentibus, undique pubescentibus. 2. Corollâ calyce majore, et colore Corollae. 3. Capsulâ hirsuta. 4. Foliis pedunculo brevioribus. Reperitur praecipue super muros veteres, et tunc caules longi, pendentes et pedunculi fructiferi rimis immituntur, ad modum Linariae *cymbalariae.* ⊙.

119. V. *peregrina;* floribus sessilibus, foliis oblongis subserratis, calyce longioribus, caule erecto. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 46. *Vahl Enum.* I. p. 85. *Willd. Spec.* I. p. 76. *Fl. dan.* t. 407. (folia apice crenata.) V. *marilandica Murr. Comm. gott.* 1782. t. 3. V. *romana Linn. mant.* 317. *Pohl Flor. boh.* f. 2. V. *caroliniana Walter Fl. carol.* p 61. V. *carnosula Lam. ill.* I. p. 47. *ejusd.* V. *laevis* in *Flor. franç.* 2. ed. p. 44. V. *pallescens Gatereau Flor. Montaub.* p. 27.

Linnaeus V. *peregrinam* foliis lanceolato-linearibus integerrimis obtusis, V. *romanam* foliis oblongis subdentatis distinxit. Tota glabra. Caulis simplex palmaris, interdum basi ramosus. Folia radicalia obovata in petiolum decurrentia, caulina sessilia, suprema sessilia. Calycis laciniae lineari-lanceolatae. Cor. parva, caerulescens aut alba. Caps. obcordata, compressa. *In Europae hortis et agris; in Americâ boreali, in Bonariâ.* ⊙.

120. V. *depressa Kitaib.;* floribus sessilibus aggregatis, foliis ovatis subsessilibus, ramis procumbentibus. *Kitaibel* in *Schult. östr. Flor.* 2. ed. p. 32.

Culturâ perstat. *In Ungariae pascuis siccis.* ⊙.

121. V. *glauca Sibth.;* foliis cordatis inciso-serratis, caulibus procumbentibus, laciniis calycinis utrinque dentatis. *Sibth. Fl. gr.* I. p. 5. t. 7. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 9.

Caules prostrati, ramosissimi, hirsuti. Folia glauca, subtus hirsutiora, superiora alterna. Pedunculi uniflori, capillares, axillares. Corolla coerulea, ore albo. *In Hymetto, prope Athenas.* ⊙.

122. V. *filiformis;* foliis subrotundo-cordatis crenatis, pedunculis longissimis, laciniis calycinis lanceolatis. *Vahl Enum.* I. p. 82. Veronica orientalis foliis hederae terrestris, flore magno. *Tournef. Cor.* 7. Ver. *orient.* hederae terrestris folio, flore albo. *Tourn. Coroll.* (sic! in), *Buxb.* C. I. p. 25. t. 40. f. 1. et *Smith* in *Linnean Transact.* I. p. 195.

Ex herbario *Tournefortii* describit plantam suam cl. *Vahl* sequentibus: „Caules procumbentes, filiformes, superne villosuli. Folia breviter petiolata, suprema sessilia, inferne opposita, sursum magis ovata, oculo armato! pilis raris adspersa, in spontanea magnitudine Anagallidis *tenellae*, in culta triplo vel quintuplo majora. Pedunculi axillares alterni, folio triplo vel quadruplo longiores. Calyces fructiferi nutantes: laciniae obtusae vil-

losulae. Corollae laciniae oblongae. Capsula obcordata, subventricosa." *Poiret* vero ait *Enc. meth.* t. VIII. p. 538. „planta notabilis ob tenuitatem et longitudinem caulium, foliaque parva subrotunda, distantia. Radices fibrosae e quibus caules plures prostrati, diffusi, subsimplices aut basi tantum ramosi. Folia inferiora opposita, breviter petiolata, superiora sessilia alterna minora, subrotunda aut ovata, cordata, crenulata, tenera, tenuia, utrinque viridia, sub lente tantum pilis sparsis vestita. Flores alterni axillares in pedunculis fere capillaribus, foliis ad minimum quadruplo longioribus, fructiferis demum reflexis. Calyx e laciniis 4 subinaequalibus, ovatis, oblongis obtusis vix villosis. Corolla magna, laciniis limbi oblongis. Capsula obcordata, subventricosa. *In ponto Euxino.* Ex herb. *Lamarck.*" An haec *filiformis*, quae ubique colitur? Mehercle non, licet non viderimus plantam *Tourneforti.* Excludit quoque a V. sua *filiformi Marsch.* a *Bieberst. fl. taur. cauc.* p. 15. synonym. *Tourneforti*, licet *Willd. Spec.* I. p. 74. et *Smith.* l. c. cum *Buxb.* l. c. citet. Nec mirum, iconem adduci ex *Buxbaumio* a clo. *M. a Bieberstein*, et excludere citatum ex *Tournefortio* a *Buxbaumio* adductum, quum icon, licet haud ita bene, melius tamen quam planta ipsa Tourneforti quadret. De *Smithio* non dubitat: hinc *Smithi* planta vix Tournefortiana nobis videtur. VERONICAM hancce *filiformem* cls. *Poiret peregrinam* inter et *rotundifoliam* posuit, V. *persicam* vero suam (quae *filiformis* et Hortulanorum et Botanicorum) post *agrestem* posuit, cui certe proxima. ⊙. Confer V. *persicam.*

123. V. *amoena Steven*; floribus solitariis subracemosis, foliis ovatis crenatis, floralibus oblongis integerrimis pedunculis brevioribus, segmentis calycinis linearibus, caule patulo. *Marsch.* à *Bieberst. taur. cauc.* I. p. 12. V. orientalis foliis hederae terrestris magno flore *Tournef.* cor. 7.?

Magnitudo V. *arvensis*; folia floralia caulinis dissimilia, minuta, integerrima. Pulcherrima hujus ordinis, flore magno cyaneo fundo albido. *In Iberiae campis.* ⊙.

124. V. *rotundifolia Ruiz*; foliis orbiculato-reniformibus crenatis, caule filiformi repente. *Fl. peruv.* I. p. 6. *Vahl Enum.* I. p. 81.

Hirsuta. Caulis purpureus, tenuis. Folia 2-3, saepe 1 e singulo geniculo, longe petiolata, subpeltata. Pedunculi petiolis duplo longiores. Corolla roseo-purpurea. Stamina tria longitudine tubi. Variat corollis qninquefidis, staminibus quatuor. An hujus generis? Dubia *Vahlio.* *In Peruviae uliginosis.*

125. V. *biloba*; foliis ovatis serratis acutis glabris, laciniis calycinis aequalibus ovatis trinerviis, fructu bipartito majoribus. *Linn. mant.* 172. *Vahl symb. bot.* I. p. 1. *Buxbaum* C. I. t. 36.

Caulis erectus, simplicissimus, digitalis; folia petiolata, serraturis utrinque 3-4, basin versus integerrima, floralia sessilia, pedunculo longiora. Calyx quadripartitus. Corollae admodum

parvae, calyce dimidio minores. Capsulae a congeneribus non differunt. *Inter segetes Cappadociae.* In *alpe Schahdagh juxta nivem*, *Steven.* ⊙.

126. V. *crista galli Stev.*; pedunculis folia aequantibus, calycibus diphyllis: foliolis bilobis serratis. *Steven Mem. de la soc. de Gorenki ined. c. icone.*

Distinctissima calyce diphyllo, corollâ minuta inclusâ (at tamen in momento florescentiae exserta, patens; mox autem calyce clauditur, qui nunc ad duplum vel triplum primitivae magnitudinis augetur), semine magno reniformi. Habitu similis V. agresti. In *sylvis umbrosissimis circa Cubam.* ⊙. ♂.

127. V. *praecox Allion.*; foliis inferioribus petiolatis cordato-ovatis serratis, floralibus subsessilibus pedunculo brevioribus, capsulâ obovata emarginata turgida, caule erectiusculo. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 41. *Vahl Enum.* I. p. 40. *Suter Fl. Helv.* II. p. 302. in append. *Decand. Fl. fr.* n. 2402. *Willd. Spec.* I. p. 76. sub *acinifolia*. *Allioni auct.* p. 5. t. 1. f. 1. V. *ocymifolia Thuill. paris.* p. 10. n. 18. V. *segetalis Pers.* in *Usteri Ann.* 14. p. 37. V. *acinifolia Schleich. Cat.* p. 53!

Pilis glandulosis cum subulatis permixtis tota obsessa; radix obliqua; caulis tri-quadri-pollicaris a basi ramosus, flexuosus. Folia opposita crassiuscula, rugosula, subtus purpurascentia. Pedunculi incurvi, cum caule paralleli. Flores parvi, caerulei. Caps. atrovirentes, calycem aequantes, didymae, oblongae, bilobatae, lobis haud divergentibus, pubescentibus. Stylus lobis multo longior. Semina hinc convexa, inde scrobiculata. In *Galliae*, *Germaniae*, *Italiae agris.* Varietas β. glabriuscula, quae Schleicheri *acinifolia*, rarius occurrit. Variat et foliis minus magisque profunde incisis. Folia obscure virentia, subtusque saepe rubra, quâ notâ et toto habitu ad V. *triphyllon* magis quam ad aliam accedit. ⊙.

Ab ill. comite *Waldstein* plantam accepimus sub V. *viscidae* nomine, quae nonnisi V. *praecox* esse videtur in agris uberius stercoratis crescens.

128. V. *acinifolia*; floribus pedunculatis, foliis inferioribus petiolatis ovatis serratis (potius crenatis); floralibus subsessilibus pedunculos subaequantibus, capsulâ obcordata compressa, caule erectiusculo, (subsimplici). *Schrad. Fl. germ.* I. p. 40. *Vahl Enum.* I. p. 85. *Willd. Spec.* I. p. 75. (excl. V. *praecoce*) V. *romana Allion.* t. 85. *Hall. Helv.* n. 547. (sed incerta civis helvetica.) *Poiteau* et *Turpin Fl. Paris* I. p. 22. t. 23. V. minima Clinopodii minoris folio glabra romana. *Boccone* mus. p. 19. t. 102. *Vaillant paris.* t. 33. f. 3.

Caules erecti, apice ante anthesin nutantes, plerumque ramosi, 2-10 pollicares. *Fol.* opposita, sessilia, connata, leviter crenata,

plerumque glabra; floralia alterna, minora, angustiora; superiora lanceolata. *Pedunc.* foliis aequales, vel paulo breviores. *Cor.* pallide caeruleae, venis obscurioribus pictae. *Cal.* quadrifidus, laciniis duabus parum majoribus. Capsula medio gibba, apice tantum compressa, quasi biloba. Tota planta, pilis glanduliferis adspersa. An V. *romana* L. hujus varietas? In *Germaniae*, *Galliae*, *Italiae agris limosis*. ⊙.

129. V. *arvensis*; floribus subsessilibus, foliis inferioribus petiolatis cordato-ovatis serratis, (caulinis crenatis) floralibus lanceolatis sessilibus pedunculo longioribus, laciniis calycis inaequalibus, capsulâ obcordato-compressâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 41. *Linn. Spec.* p. 18. *Vahl Enum.* I. p. 81. *Willd. Spec.* I. p. 73. qui et *Schmidtii* V. *acinifoliam* huc! *Hall. hist.* n. 548. *Fl. Portug.* p. 293. *Fl. Dan.* t. 515. mala. *Curtis Fl. Lond.* II. Tab. 2. *Engl. Bot.* t. 734. *Dreves* et *Hayne* T. II. t. 11. V. *acinifolia Willd. prodr. Berol.* n. 41. V. *romana Schmidt Fl. Boh.* n. 45. *Alyssum Columu. phytobas.* p. 28. fig. optima.

Caulis subinde procumbens, subinde adscendens, ramosus, 6-8 pollicaris. *Folia* opposita; caulina sessilia, ovato-cordata, obtusa, floralia alterna, angustiora, integra. *Flores* axillares, subsessiles, folio breviores. *Corolla* calyce minor, pallide coerulea. *Calyx* 4-fidus, laciniis inaequalibus. Tota planta leviter pubescit. Similis V. *praecoci* a qua, praeter characteres datos differt: calyce minore, pilis non glandulosis, foliis minus carnosis pallidioribus, floribus dilutius coeruleis, raro albis, et, ut capsula, calyce minoribus. In solo fertili procumbit caulis, in sterili fere erectus. In *Europae*, *Virginiae*, *et Japoniae? arvis cultisque*. ⊙. Bene cl. *Smith Fl. brit.* I. p. 24 monuit: „flores sessiles in axillis bractearum lanceolatarum a foliis plane absimilium, quam ob rem inter spicatas recenseretur, nisi repugnaret affinitas." V. *polyanthos Thuill. paris. ed.* 2. p. 9: procumbens, tota conspicue pubescens, ramis spiciformibus, foliis imis suborbiculatis et subcrenatis, caeteris crebris lanceolato-oblongis integris; floribus axillaribus subsessilibus . . . hujus saltem varietas videtur.

130. V. *agrestis*; foliis petiolatis cordato-ovatis serratis, laciniis calycinis ovatis, caule procumbente (pedunculis folio vix brevioribus) *Schrad. Fl. germ.* I. p. 42. *Linn. Spec.* p. 18. *Vahl Enum.* I. p. 80. *Willd. Spec.* I. p. 72. *Fl. Portug.* p. 291. *Hall. hist.* n. 549. *Fl. Dan.* t. 449. *Engl. Bot.* t. 783. *Curt. Fl. Lond.* I. t. 1. *St. Hilaire* p. 39. t. 3.

Caules diffusi, inferne ramosi, 6-8 pollices longi. Folia sparsa, subrotunda, vel ovata, inciso-serrata, petiolo breviora. Pedunculi longitudine foliorum, vel paulo longiores, fructiferi recurvi. Calyx quadrifidus, basi gibbus, laciniis ovato-lanceolatis, obtusis, nervosis, vix pubescentibus. Corollae color variat e pallido in saturate-coeruleum. Capsula turgidiuscula calyce

tecta: semina in quovis loculo plura, umbilicato-concava. In *arvis et cultis Europae.* ⊙.

131. V. *pulchella Bernh.;* pilosa, foliis omnibus petiolatis lato-cordatis inciso-crenatis, pedunculis filiformibus folio vix brevioribus, caulibus ramosis procumbentibus, laciniis calycis inaequalibus obtusiusculis, corollis calyce brevioribus albidis, laciniâ supremâ roseâ.

Habitus omnino V. *persicae*, sed minor et minus pilosa, folia magis oblonga, magis firma; pedunculi saepissime, non tamen semper, foliis breviora. Facillime calyce et corollâ ab affini distinguitur V. *persica* et *agresti.* Culturâ perstat. Tulimus semina a clo. *Bernhardi*, ignotâ patriâ. ⊙.

132. V. *persica Poiret*; pilosa, foliis omnibus petiolatis, lato-cordatis inciso-crenatis, pedunculis filiformibus folio vix brevioribus, caulibus ramosis, procumbentibus, (laciniis calycis aequalibus, corollis calyce majoribus caeruleis.) *Hort. Paris. Poiret Enc. meth.* VIII. p. 542. V. *Tournefortii Gmel. Fl. bad.* I. p. 39. V. filiformis *Marsch. a Bieberst. taur. cauc.* I. p. 15. V. *agrestis byzantina Sibthorp Fl. graec.* t. 8.?? V. *Buxbaumi* floribus solitar., pedunculat., fol. profunde crenatis, hirsutis, corollis calyce longioribus, pedunculis fructicantibus, cernuis, capsulis obreniformibus, dilatatis, compressis, acutis, ciliatis, calyce longioribus. *Tenore Fl. Napolit.* p. 7. n. 7. tab. I. *) V. *cymbalariaefolia Schmidt.*

Agresti affinis, sed multo major. Caules pedales et ultra, pilosi, infra radicantes; folia inferiora opposita, superiora alterna, pilosiuscula, pollicem et ultra longa, obtusissima, crenis obtusis. Pedunculi pubescentes, recti aut quidquam recurvi, ut plurimum folio quidquam breviores. Calyx ad basin usque quadripartitus, laciniis vix pilosis, lanceolatis, acutis; corolla dilute caerulea, calyce parum brevior. Capsulae pilosiusculae, vix longitudine calycis, lobis ventricosis divergentibus, seminibus rufescentibus subovatis, umbilicatis, sulcatis." *Poiret.* Haec est V. *filiformis* omnium hortorum et auctorum fors, praeter *Tournefortium* ad. V. *filiformem* citatum. E seminibus, quae a clo. *Thouin* nomine V. *persicae* tulimus, nata est, quae ubique pro *filiformi* habetur, et e seminibus e Persia missis cls. *Schott* eandem obtinuit. *In Persia, et nunc fere ubique in Europâ calidiore.* ⊙.

*) „V. *Buxbaumi Tenore,* quam mihi Neapoli attulerunt amicissimi *Thomas* et D. *Moricaud,* et quam ipse in summo monte Bocchetta inveni, a nostra *agresti* differt: staturâ multo majore, caulibus crassiusculis ramosissimis bifariam pilosis, pedunculis foliis multo longioribus, filiformibus recurvis, foliis majoribus, floriferis subsessilibus, capsulis nervis longitudinaliter decurrentibus. Semina eximie urceolata. Eadem est ac V. *filiformis Smith,* sed pluribus notis a descriptione, quam in *Poiret Dict.* lego, recedit" *Gaudin Fl. helv. MS.* nec mirum: est enim V. *persica Poiret.*

133. V. *repens Decand.*; glabra, floribus pedunculatis, foliis ovato-rotundis integris pedicello aequalibus, caule repente. *Decand. Synops. Flor. gall.* n. 2407. *Flore franc.* T. III. p. 727.

Parvula, foliis oppositis subsessilibus; Cal. quadrifidus aequalis. Cor. calyce duplo longior, dilute purpurea. *In montibus Corsicae?* ♃?

134. V. *reniformis Rafinesque*; caule procumbente hispido, foliis sessilibus reniformibus integris villosis, floribus axillaribus solitariis subsessilibus. *Rafinesque Schmaltz Journ.* de *Bot.* 1808. T. I. p. 228. (V. spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis reniformi-cordatis inciso-crenatis, caule repente *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 10?)

Radix fibrosa annua; caules haud numerosi, cylindrici, villosi, subsimplices, procumbentes: folia alterna, subsessilia. Calycis laciniae ovatae subacutae. Corolla ex albo-caerulescens, laciniis inaequalibus rotundatis obtusis, capsulis compressis, glabris. In *New-Jersey in sabulosis.* Floret aestate. *Rafinesque in litt.* Caulis repens, filiformis, ad geniculos radicans, Folia opposita, longe petiolata, glabra. Pedunculi axillares, alterni, longitudine foliorum, teretes, glabri, superne uni-bracteati. Bractea oblonga crenata. Spica oblonga brevis. Flores magni, conferti, pallide coerulei. Calyx quadrifidus, laciniis 2 superioribus oblongis 2 inferioribus linearibus, multo minoribus, infima lineari. *Filam.* longitudine corollae. *On the Banks of the Missouri.* ♃. *Pursh.* l. c.

Dubiae:

135. V. *Koeleri;* floribus solitariis, foliis caulinis integerrimis ternis oppositis, floralibus pedunculis brevioribus alternis, caule pubescente erecto. VERONICA *nova Koeler* de *Veronic.* in *Recueil d. Mem. et Actes de la société* d. *Mayence.* p. 184. ap. *Roemer Collect.* I. p. 306.

136. VERONICA *didyma*, floribus solitariis pedunculatis, foliis profunde crenatis, pubescentibus, capsulis didymis rotundatis, pedunculis fructicantibus revolutis. *Tenore prodr. Fl. Nap.* p. 6.

64. MICRANTHEMUM.

1. M. *orbiculatum Mich. flor. bor. am.* I. p. 10. t. 2. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 10. GLOBIFERA *umbrosa Gmel.* S. V. p. 32. *Pers. Syn.* I. p. 14. ANONYMOS *umbrosa Walt. Fl. carol.* 63.

Glaberrima. Facies ANAGALLIDIS *tenellae.* Caules filiformes repentes. Fol. sessilia opposita subrotunda, integerrima, pedunculis solitariis axillaribus triplo longiora. Flores parvi admodum. Caps. calyce persistente vestita. In *Carolinâ*, *Georgiâ.* ♃.

65. GALIPEA.

1. G. *trifoliata.* *Willd. Spec.* I. p. 41. *Aubl. Fl. gujan.* p. 662. t. 269. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 18.

Caules fruticosi. Folia alterna petiolata ternata, foliolis petiolatis lanceolatis integerrimis acuminatis. Pedunculi axillares et terminales longi, floribus exiguis corymbosis viridibus. *Aubl.* *Ad ripas fluviorum Gujanae.* ♄. An RAPUTIA?

66. SANCHEZIA.

1. S. *oblonga Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongo-lanceolatis subsessilibus utrinque glabris, bracteis linearibus. *Flor. peruv.* I. p. 7. t. 8. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 103.

Ramosa; folia basi valde attenuata, apice minus, subcrenata. Petioli marginati. Spicae solitariae ternaeve verticillis multifloris. Involucra magna erecta; bracteae hirsutae. Cal. luteus, cor. hirsuta. In *Peruviae stagnosis, umbrosis.* *Vahlio* non visa.

2. S. *ovata Ruiz* et *Pav.*; foliis ovatis petiolatis subtus pubescentibus, bracteis oblongis emarginatis. *Flor. per.* I. p. 7. t. 8. f. c. *Vahl Enum.* I. p. 103.

Herbacea, sex pedalis, caule tetragono vix diviso. Involucrum diphyllum puniceum foliolis apice reflexis. Bracteae et cal. tubulosus purpureae. Cor. lutea. Filamenta hirsuta. *Cum priore.*

67. CHAETOCHILUS.

1. CH. *lateriflorus Thouin.* *Vahl Enum.* I. p. 101.

Caulis fruticosus, ramis alternis teretibus. Folia alterna, petiolata, pollicaria, ovata, integerrima, glabra. Pedunculi interfoliacei vel oppositifolii, uniflori, patentes, breves. Cal. unguicularis. Cor. 1 1/2 pollicaris, tubo crassitie fili emporici, limbi laciniis linearibus angustissimis divaricatis, colore a tubo, cui insertae videntur, diversis. In *Brasiliâ.* ♄.

68. SCHWENCKIA.

1. S. *americana.* *Schwencke hort. med. Haag.* 328. t. 1. *Vahl Enum.* I. p. 102. *Willd. Spec.* I. p. 106.

Browalliis affinis. Caules saepe plures, erecti, pedales, graciles, teretes, pubescentes, vix pollicares, ramis sparsis, foliis alternis, lanceolatis, integerrimis, patentibus! Panicula terminalis in ramis. Cal. pubescens, leviter decemstriatus. Cor. hypocrateriformis, dilute violacea, tubo unguiculari, calyce triplo longior. Caps. unilocularis *Richard*, bilocularis *Thonning.* et Hort. Kew. ♂. *Linn.* *Willd.*, suffruticosa ♃. *Thonning.* In *campestribus sabulosis apricis Cajennae Rich. ad vias in aridis Guineae Thonning.*

69. ROTTLERA.

1. R. *incana Vahl Enum.* I. p. 88. GRATIOLA *montana Rottler in litt.*

Facies RAMONDIAE; folia radicalia bipollicaria spathulata, obtusissima, crenata, crassa, tomentoso-incana. Scapus palmaris purpurascens. Pedunculi 6 umbellati, bracteis 2 ovatis infra umbellam. *Cal.* monophyllus (dentatus? fissus?) corollâ multo brevior, laciniis lanceolatis. Cor. campanulata. Germen ovatum. Stylus staminibus longior. *In Ind. orient. prope Madurei in monte.*

70. GRATIOLA.

1. G. *officinalis*; foliis lanceolatis serratis subtrinerviis, floribus pedunculatis. *Vahl Enum.* I. p. 88. *Willd. Spec.* I. p. 102. *Hall. helv.* n. 329. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 50. *Flor. Dan.* t. 363 *Plenck* t. 15. *Hayne term. bot.* t. I. f. 47. *Bull.* t. 130. β. alpina, minor. *Hall. Enum.* p. 618. n. 2. J. *Bauh. Hist.* III. p. 435.

Rad. repens, articulata; caulis pedalis, superne tetragonus; folia decussata, 3-5nervia, subinde integerrima; flores axillares, albescentes, purpurâ striati, tubo flavicantes; Filamenta fertilia barbata sterilibus gracilibus breviora. Caps. ovata acuminata, bivalvis. *In pratis Helvetiae, Germaniae, Galliae, Daniae, non vero Britanniae, humidis.* ♃.

2. G. *inundata Kit.*; foliis integerrimis margine scabris obtusis, inferioribus obovatis, superioribus oblongo-ovatis, pedunculis axillaribus folia superantibus, floribus 4-andris, caule radicante. *Schult. öster. Flor.* II. *Aufl.* p. 32. *Sprengel pug.* I. p. 1.

Spithamaea, suberecta; caulis ramo uno alterove, subtetragono; folia semipollicaria, 3lineas lata, sessilia, utrinque nuda, subtus trinervia, raro dente uno alterove; pedunculi axillares subpollicares; calycis laciniae lineares patentes capsulam aequantes ovatam obtusam. Accedit ad GR. *anagallideam Mich.*, quae differt: foliis enerviis, pedunculis folio brevioribus. *Spreng.* Stam. 2 reflexa. *In paludibus et udis Tibisci Pannoniae.* ♃. *Kitaibel.* Stirps nondum extra omne dubium posita.

3. G. *aurea Pursh*; foliis lato-linearibus sessilibus integerrimis trinerviis supra punctatis, pedunculis oppositis vix longitudine foliorum; filamentis castratis nullis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 12. G. *officinalis. Mich. Fl. Amer.* I. p. 6. G. *caroliniensis. Pers. Synops.* I. p. 14.

Caulis bisulcatus, quadrangulus, basi ramosus. Folia basi dilatata, acuta, glabra. Calyx laciniis linearibus, apice glandulosis. Cor. aurea. Capsula ovata, vix calycis longitudine. *Nova Anglia, Noveboracum, Carolina.* ♃.

4. G. *peruviana;* foliis ovato-oblongis subquinquenerviis serratis, floribus axillaribus sessilibus. *Vahl Enum.* I. p. 89. *Willd. Enum.* I. p. 105. *Feuill. peruv.* III. t. 17.

Similis Gr. *officinali*, sed folia breviora, flores minores albi, caps. globosae magnitudine fere *Piperis nigri*. *In Peru.*

5. G. *virginica* L. *Mant.;* foliis obovato-lanceolatis inferne attenuatis remote-dentatis nervosis glabris, pedunculis alternis brevissimis, capsulis acuminatis calyce longioribus. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 12. *Willd. Spec.* I. p. 104. G. foliis lanceolatis obtusis subdentatis. *Gron. virg.* p. 3. G. *acuminata Vahl Enum.* I. p. 92. excl. Synon.

Caulis ad articulos radicans: Corolla lutescente alba. *A Pensylvania ad Carolinam.* ♃.

6. G. *linifolia;* foliis lanceolato-linearibus integerrimis*, pedunculis axillaribus. *Vahl Enum.* I. p. 89. *Grisley virid.* n. 698. Gr. *officinalis* Brot. *Lusit.* I. p. 15. *Flore portugaise* p. 225. *tab.* 31.

Semipedalis, adscendens, parum ramosa, glabra. Folia amplexicaulia, acuta, trinervia. Flores axillares solitarii pedunculati. Calycis phylla linearia, acuta. Cor. purpurascenti-alba, galea bifida, labio trifido, laciniis rotundatis. *In Lusitania.* ♃.

7. G. *punctata Colsm.;* foliis lanceolatis serratis enerviis subtus punctatis, floribus sessilibus. *Vahl Enum.* I. p. 90. *Colsmann* de *Gratiola.*

Caulis erectus, basi repens, palmaris vel spithamaeus, tetragonus, fere simplicissimus. Folia sessilia, semipollicaria. Flores solitarii, oppositi. Caps. subrotunda, compressiuscula, longitudine calycis. *In Java.*

8. G. *trifida Willd.;* foliis inferioribus tripartitis, superioribus lineari-lanceolatis indivisis, extrorsum serratis. *Vahl Enum.* I p. 90. *Willd. Spec.* I. p. 104. Hottonia *indica Linn. Sp. Pl.* 208. *Burm. zeyl.* t. 55. f. 1. *Tsjundan Tsjera. Rheede mal.* XII. t. 36.

De genere adhuc dubium *Vahlio*. Radix repens; caules solitarii, digitales, erecti, filiformes, glabri. Folia sessilia, remota, unguicularia, formâ maxime polymorphâ, plerumque ad basin usque tripartita, indeque fere verticillata. Pedunculi capillares, folio longiores. Cal. laciniae lineares. Cor. caerulea. Caps. parva, globosa. *In humidis Malabariae.*

*) GRATIOLAM hancce minime ad GRATIOLAE genus pertinere demonstrasse credidit *Gaertner fil.* t. 183. f. 2, atque ex illa genus HYDROPITYON construxit. Vide quoque *Annales du Musée* T. X. p. 387. ubi *Jussieu* HYDROPITYON illud BERGIAM inter et ELATINEN posuit. *Rheede* ad hanc plantam citatus calycem profunde quadrifidum, petala quatuor, capsulam quadrivalvem descripsit. *Burmannus* vero ad hunc locum citatus, corollam quinquefidam, stamina quinque, styl. 1., caps. uni-

locularem polyspermam; *Gaertner fil.* calycem pentaphyllum petala quinque, Stamina 10 filamentis villosis; Stylum stigmate orbiculari. Caps. 1-spermam. Patet ergo de diversis genere plantis sermonem hic esse, atque prioribus nova potius addi dubia quam solvi Cel. R. BROWN ob corollam subaequalem et praesertim ob capsulae valvulas bipartitas et dissepimentum marginibus valvularum insertum ex hâc specie proprium genus constituit, LIMNOPHILA dictum, ad classem XIV pertinens. cf. *Prodr. Fl. nov Holland.* p. 442.

9. G. *chamaedryfolia Lam.*; foliis lanceolatis ovatis superne dentatis, calyce longitudine tubi. *Lam. illustr.* I. p. 54. *Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 21. qui sine dubio distinctam speciem esse dicit. G. *trifida β. integrifolia Vahl Enum.* I. p. 90. Tsjera-manga nari. *Rheed. malab.* IX. p. 166. *tab.* 58. fig. mala.

Hab. in humidis Malabariae. ⊙.

10. G. *quadridentata Mich.*; foliis lineari-lanceolatis extrorsum remote paucidentatis, pedunculis longitudine foliorum, capsulâ calyce subulato triplo breviore. *Mich. Fl. Amer.* I. p. 6. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 12. G. *ramosa Walt. Fl. car.* p. 61. G. *virginica Lam. illustr.* I. p. 54. t. XVI. f. 2. *Vahl Enum.* I. p. 89.

Habitu Gr. *officinalis*, omnibus partibus minor. Corollae griseoalbae. Stam. castrata 2., capillaria. Capsula calyce subulato triplo brevior. *Hab. in Carolinae arvis arenosis.* ♃.

11. G. *acuminata Walt.*; foliis lanceolatis serratis pubescentibus, pedunculis oppositis folio longioribus, calycis foliolis linearibus longitudine capsulae subglobosae. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 13. *Walt. Fl. car.* p. 61. *nec Vahl.*

Corollae pallide luteae, magnae. Capsulae permagnae. *In paludosis a Pensylvaniâ ad Carolinam.* ♃.

12 G. *lobelioides Retz*; caule inferne folioso, superne squamuloso, foliis lanceolato-oblongis integerrimis, floribus racemosis. *Retz obs.* IV. p. 7.

Facies LOBELIAE *Dortmannae*, caulis 1-1/2 pedalis, subsimplex erectus tenuis; folia sessilia, infima 3 parium approximata, semipollicaria, acutiuscula subcarnosa, concava, sub quinque-nervia, sequentia remotissima ovata obtusa; pedicelli filiformes oppositi, fructiferi patentissimi, pollicares (paniculam dichotomam describit *Retzius*). Cal. laciniae oblongae, obtusae. Cor. unguicularis. Caps. globosa, magnitudine seminis Milii. *In Indiâ orientali.*

13. G. *juncea Roxb.*; caule simplici, inferne folioso, foliis lanceolatis obtusis integerrimis; pedunculis oppositis remotis unifloris *Roxb. Coromand.* t. 129.

Caulis herbaceus, erectus, simpliciusculus, teres, articulatus, glaber, 8-12pollicaris. Folia opposita, amplexicaulia, lanceolata, obtusa, integra. Bracteae triangulares, minutae. Pedunculi axil-

lares, solitarii, uniflori. Flores rosei, minuti. Antherae geminatae, distinctae. Filamenta duo sterilia inter fertilia minuta. Capsula globosa. *In locis uliginosis Coromand. florens tempore pluvioso.*

Differt:

a G *lobelioide* (cui proxima) floribus remotis oppositis in caule indiviso terminalibus, qui in *lobelioide* (secundum *Retz. Obs.* IV. p. 7.) racemosi s. dichotome paniculati.

a G. *hyssopioide*, caule inferne folioso binis s. tribus paribus foliorum apice obtusorum; pedunculis brevioribus remotioribusque, et capsulis globosis nec oblongis acutis.

Huic certe valde affinis, ni forte eadem species:

G. *juncea Roth*, caule erecto simplici attenuato, a basi folioso et florifero foliis ovalibus, omnibus oppositis remotis integerrimis obtusis sessilibus, floribus alternis axillaribus: inferioribus subsessilibus, superioribus longe pedunculatis, capsulis globosis. *Roth nov. plant. spec.* MSS.

Caulis raro basi ramo solitario auctus, semipedalis et major.. Folia excepto infimo pari, omnia sessilia. Flores solitarii, alterni; superiores ad caulis summitatem approximati, alterni et oppositi. Stamina 4. breviora 2. sterilia. Capsula magnitudine et figura seminis Sinapios albae. *H. in Indid orientali.* D. *Benj. Heyne.*

14. G. *nudicaulis*; foliis oblongis integerrimis, scapo racemoso. *Willd. act. am. n. c. berol.* IV. p. 192.

Similis G. *lobelioidi*, sed minor; flores caerulescentes, ejusdem magnitudinis; racemi simplices. *Rottler. Ind or.*

15. G. *hyssopioides*; foliis lanceolatis sessilibus subintegerrimis, pedunculis axillaribus folio longioribus. *Plukn. alm.* t. 193. f. 1. *Vahl Enum.* I. p. 93. *Willd. Spec.* I. p. 104. *Roxburgh Coromand.* t. 129.

Caulis digitalis spithamaeusve, plerumque simplicissimus, 4gonus; folia remota, semiunguicularia, internodiis breviora, inferiora subinde ad apicem utrinque unidentata. Pedunculi alterni foliis triplo longiores. Flores longitudine pedunculi. Cal. laciniis linearibus. Caps. oblonga acuta obliqua, hinc ventricosior calyce parum longior. Receptaculum seminum columnare, membranâ tenui opposita auctum, hinc placentiferum. Variat caule semidigitali et digitali, a basi ad apicem fere ramoso. *In Tranquebariae agris oryzaceis.* ⊙. Forsan LINDERNIAE species. Cf. *Brown prodr.* p. 441.

16. G. *oppositifolia Retz*; foliis lineari-lanceolatis lanceolatisve serratis, floribus inferioribus axillaribus alternis, pedunculis oppositifoliis folio aequalibus (longioribusve), superioribus oppositis racemosis, bracteis subulatis. *Retz. obs.* IV. p. 8. *Willd. Spec.* I. p. 105. *Vahl Enum.* I. p. 93. *Spreng. pug.* I. p. 1.

Caulis filiformis, spithamaeus, erectus subsimplex, glaber, ut tota planta, subtetragonus. Folia 1½ pollic. sessilia, 2 lin. lata, re-

mota, internodiis breviora, utrinque attenuata, uninervia, avenia, argute remote minuteque serrata; pedunculi patentissimi demum deflexi. Calycis dentes lineares subulati. Cl. *Sprengel* ex Ind. orientali obtinuit nomine Gr. *veronicaefolide Linn.*, quae differt praeter characteres datos: bracteis pedunculos aequantibus. In *Indià orient. König.*

17. G. *pusilla Willd.*; foliis ovatis sessilibus serratis margine cartilagineis glabris, caule hispidulo, pedunculis axillaribus oppositis. *Willd. Spec.* I. p. 105. *Vahl Enum.* I. p. 105.

Rad. fibrosa. Caulis palmaris, tetragonus, interdum pollicaris, simplicissimus et ramosus; folia semiunguicularia et minora, margine cartilagineo, subtus nervosa. Pedunculi folio duplo longiores. Cal. laciniis linearibus, acutis. Flores parvi coerulei. Caps. globosa. In *Indià orientali ad scaturigines. König.* ⊙.

18. G. *hispidula Commers.*; foliis ovatis sessilibus crenatis cauleque pilosis, pedunculis axillaribus oppositis. *Commerson. Vahl Enum.* I. p. 94.

Caulis filiformis, superne bifidus, tetragonus, totus pilis albidis patentibus. Folia unguicularia, acuta, subtus quinquenervia. Pedunculi folio longiores, glabri. Cal. laciniae lineari-lanceolatae. Caps. globosa magnitudine fere seminis Coriandri. In *Javâ. Commers.*

19. G. *pilosa Mich.*; foliis cordato-ovatis, floribus axillaribus subsessilibus cauleque erecto pilosis. *Mich. Fl. b. amer.* I. p. 95. *Vahl Enum.* I. p. 94. GR. *peruviana Walt. Fl. car.* p. 62.

Caulis simplex, teres, pilosus, pedalis, pilis albidis, articulatis. Folia sessilia, unguicularia, extrorsum utrinque dentibus 3 remotis, venosa, utrinque pilis rarioribus. Flores brevissime pedunculati. Cal. laciniae lineari-lanceolatae. Cor. albida intus villosa. In *udis Carolinae et Georgiae.* ♃.

20. G. *lucida Willd.*; foliis cordato-ovatis dentatis, pedunculis axillaribus folio longioribus, caule diffuso radicante. *Willd. Spec.* I. p. 103. *Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 20. *Vahl Enum.* I. p. 95. *Rumph amb.* V. t. 170. f. 3.

Caulis repens, palmaris, tetragonus, glaber; folia petiolata, unguicularia, acuta, glabra; caps. oblonga, longitudine calycis. Valde similis ANTIRRHINO *hexandro Forst. prod.* n. 235, quod, uti et CAPRARIA *crustacea* L. *Mant.* TORENIAE species, secund. *Brown.* In *Malabariae, Amboinae, Chinae humidis.* ⊙.

21. G. *rotundifolia* L. *Mant.*, foliis ovatis sessilibus subtus quinquenerviis subdentatis, pedunculis axillaribus alternis folio longioribus. *Vahl Enum.* I. p. 95. *Linn. Mant.*

p. 174. *Willd. Spec.* I. p. 103. Tsjanga Paspam. *Rheed. Mal.* IX. p. 111. t. 57.

Caules pedales, filiformes, basi repentes, glabri. Folia remota, semiunguicularia, inferiora subrotundo-ovata, superiora ovata, acuta, extrorsum utrinque 1-2 dentata, glaberrima, subtus obsolete quinquenervia. Pedunculi alterni, patentissimi. Capsulae globosae. *Hab. in Malabariae arenosis.* Forsan LINDERNIAE species. cf. R. *Brown prodr.* p. 441.

22. G. *ocymifolia Vahl;* foliis oblongis integerrimis, infimis petiolatis, floribus racemosis. *Vahl Enum.* I. p. 96.

Caulis digitalis vel parum ultra, erectus, tetragonus, inferne ramosus. Folia sena in caule, 4 inferiora petiolata, 2 superne remotissima, sessilia, pollicaris; 4 in ramis sessilia, semipollicaria. Racemi terminales, erecti, pedicellis patentibus. Caps. globosa. In *Indiâ orient.* ⊙.

23. G. *stricta Lour.;* foliis ovatis, spicis terminalibus elongatis simplicibus, caule suffruticoso. *Vahl Enum.* I. p. 96. *Lour. Fl. cochin.* I. p. 23.

Caulis simplicissimus, 1 1/2 pedalis, erectus; folia acuminata subserrata glabra; bracteae 3; flores albi, rubro punctati. Caps. oblongae. In *Cochinchinâ.*

24. G. *tenuifolia Colsman;* foliis linearibus extrorsum bidentatis integerrimisque, pedunculis axillaribus alternis. *Colsm. Grat.* p. 8. *Vahl Enum.* I. p. 96.

Caulis digitalis, filiformis, articulatus, articulis semipollicaribus. Rami alterni; folia sessilia, internodiis parum longiora, angustolinearia. Capsulae subulatae. In *graminosis scaturiginosis Zeylonae. König.* ⊙.

25. G. *verbenaefolia Colsm.;* foliis lanceolatis integerrimis, floribus racemosis, caule subdichotomo. *Colsm.* de *Grat.* p. 9. *Vahl Enum.* I. p. 96.

Caulis erectus, pedalis, superne dichotomus; folia sessilia, pollicaria, laevia, avenia. Pedunculi 2-3 pollic., pedicelli semiunguiculares; bractea setacea pedicello quadruplo brevior; calycis laciniae lineares. Capsula subulata. In *Indiâ orientali. König.* ⊙.

26. G. *rugosa Lour.;* foliis lanceolatis rugosis, spicis ramosis. *Lour. Fl. cochin.* I. p. 23. *Vahl Enum.* I. p. 97.

Caulis suffruticosus, tripedalis, erectus, simplex. Folia subcrenata, crassa, apice reflexa. Spicae longissimae. Bracteae 3 subulatae. Cal. foliola linearia. Flores purpurascentes. In *Cochinchinâ.*

27. G. *cordifolia König;* foliis subcordato-ovatis petiolatis crenatis, pedunculis axillaribus, caulibus prostratis. *Vahl Enum.* I. p. 97.

Caules 1 1/2 pedales, simplicissimi; folia suprema sessilia, semipollicaria, infima minora remotissima. Pedunculi folio dimidio longiores. Calycis laciniae lineares. Cor. nivea, fauce lutea. Caps. subulata, calyce dimidio longior. In *graminosis humidiusculis Ind. orient.* *König.*

28. G. *ciliata Commers;* foliis lanceolato-oblongis serratis, serraturis aristatis, floribus racemosis. *Colsm. Grat.* p. 14. *Vahl Enum.* I. p. 97.

Caulis tenuis; rami simplices, folia sessilia, unguicularia, serraturis argutis frequentibus, in setam desinentibus, aveniis. Racemus 5-7 florus. Bracteae setaceae pedunculo dimidio breviores. Capsulae angustissimae, subulatae, unguiculares. In *Javâ* *Commers.*

29. G. *grandiflora Retz;* foliis inferioribus subcuneiformibus, superioribus lanceolatis serratis, pedunculis axillaribus. *Retz. obs.* IV. p. 8. *Vahl Enum.* I. p. 98. *Willd. Spec.* I. p. 98.

Caules subspithamaei, subsimplices, decumbentes; folia sessilia, fere pollicaria, superiora interdum subovata, obtusa, avenia. Pedunculi oppositi, longitudine foliorum. Caps. subulata. In *Tranquebariae, Madras, Siam locis humidis scaturiginosis. König.*

30. G. *veronicaefolia Retz;* foliis oblongis acute serratis, caule repente, floribus racemosis. *Retz. obs.* IV. p. 8. *Vahl Enum.* I. p. 98. *Willd. Spec.* I. p. 103. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 103. Pee-tjanga-pulpam. *Rheed.* Malab. IX. p. 115. t. 59. Ruellia *antipoda Linn. Fl. Zeyl.* 235.

Reliqua *Willd.* synonyma *Vahl* non citat; hinc dubia videntur. Folia infima petiolata, reliqua sessilia, oblonga, serraturis utrinque sex mucronatis. Bractea linearis longitudine pedicelli. Caps. subulata calyce duplo longior. Semina serie 4plici ad latus singulum dissepimenti. In *Indiâ orientali.* ♂.

31. G. *pulegiifolia Vahl;* foliis oblongis serratis, pedunculis axillaribus oppositis. *Vahl Enum.* I. p. 98.

Caulis filiformis; folia 1/2 unguicularia sessilia remota enervia. Pedunculi longitudine foliorum. Caps. subulatae. In *Ind. orient.*

32. G. *marginata Colsm.;* foliis lanceolatis oblongisque margine incrassatis argute serratis, caulibus repentibus, floribus racemosis. *Colsm. Grat.* p. 11. *Vahl Enum.* I. p. 99.

Caules digitales vel spithamaei, tetragoni; folia sessilia, infima unguicularia, suprema duplo minora, omnia rigida; inferiorum margo alba, serraturae rigidae, pungentes; racemus 17-19florus. Bracteae infimae ovatae, acuminatae, longitudine pedicelli. Capsula subulata calyce duplo longior. In *Ind. orient.*

33. G. *origanifolia* *Vahl*; foliis subrotundo-ovatis petiolatis crenatis, floribus axillaribus subsessilibus. *Vahl Enum.* I. p. 99.

Caules procumbentes, palmares, tetragoni, angulis pilosiusculis; folia vix 1/2 unguicularia. Capsulae brevissime pedunculatae, subulatae, calyce dimidio longiores. In *Ind. orient.*, *Guineâ*. ⊙.

34. G. *ruellioides* *Colsm.*; foliis oblongis petiolatis argute serratis, caule decumbente, racemis terminalibus inque dichotomiis. *Colsm. Grat.* p. 12. *Vahl Enum.* I. p. 99.

Caulis angulatus superne trifidus; folia semipollicaria, per petiolum parum decurrentia, serraturis foliorum imbricatis; racemi 2pollicares, 7-9flori. Capsula calyce triplo longior. In *Javâ*. *Commerson*. ⊙.

Species minus bene cognitae:

35. G. *latifolia* *Brown*; glabra, foliis ovatis obtusis obsolete crenatis integerrimisque, floribus sessilibus. *Brown nov. Holl.* I. p. 435.

36. G. *pubescens* *Brown*; glanduloso-pubescens, foliis lanceolatis dentatis, floribus subsessilibus. *Brown* l. c.

37. G. *pedunculata* *Brown*; pulverulento-pubescens, foliis lanceolatis, extra medium dentatis, pedunculo vix longioribus. *Brown* l. c.

GRATIOLA *aromatica* *Pers. Syn.* I. p. 14 in *Didynamia*. — Gr. *monnieria* et *repens* etiam in *Didynamia*, sub genere HERPESTIS.

38. G. *racemosa* *Roth*; caule adscendente simplici, foliis omnibus oppositis, infimis obovatis crenatis, reliquis oblongis obtuse serratis, basi in petiolum decurrentibus integerrimis, racemo terminali nudo, floribus oppositis. — *Roth nov. plant. spec.* MSS.

Media quasi inter Gr. *veronicaefoliam* et *oppositifoliam*. Ab ambabus recedit: foliorum serraturis obtusis neque apice aristatis, neque argutis, calycinis laciniis obtusis; nec aristatis, nec subulatis. *H. in Indiâ orientali.* D. *Benj. Heyne*.

39. G. *aphylla* *Roth*; caule filiformi supra basin nudo, superne dichotomo, foliis ovatis subcarnosis, venosis, integerrimis, capsulâ ovali-oblongâ, calyce dimidio longiore. *Roth nov. plant. spec.* MSS.

Caulis basi duobus foliorum paribus praeditus, caeterum nudus. Folia parva, petiolis caulem semivaginantibus. Pedunculi alterni, uniflori semiunciales, fructiferi refracti. Corolla coeruleo-violacea. *H. in Indiâ orientali.* D. *Benj. Heyne*.

40. G. *minima* *Roth*; caule filiformi erecto simplicissimo, foliis oblongis sessilibus remotis, serrulatis, cum caly-

cinis laciniis ciliatis; floralibus solitariis secundis, pedunculis oppositifoliis, capsulis oblongis pedunculo sublongioribus. *Roth nov. plant. Spec.* MSS.

Folia opposita, paribus duobus vel tribus remotis: floralia unilateralia, solitaria. Pedunculi uniflori, solitarii: fructiferi refracti. *H. in Indiâ orientali. D. Benj. Heyne.*

41. G. *Chamaedrys Roth;* caule dichotomo, subpiloso, foliis ovatis obtusis, in petiolum attenuatis, trinerviis, grosse et obtuse serratis, ciliatis, pedunculis folio longioribus, calycibus obsolete pentagonis quinquefidis. — *Roth nov. plant. Spec.* MSS.

Flores ad ramorum apicem axillares, oppositi longe pedunculati. Calycis dentes acuminati, obtusi. Capsula ovata, obtusa, calyce brevior. *Fl. in Indiâ orientali.* D. *Benj. Heyne.*

42. G. *aspera Roth;* didynama, caule filiformi debili cum foliis piloso aspero, foliis oppositis, subcordato-ovatis, obtusis, grosse serratis, breviter petiolatis, pedunculis oppositis folio triplo longioribus, capsulis subrotundis longitudine calycis. — *Roth nov. plant. Spec.* MSS.

Caulis simplex, oblique adscendens. Foliorum serraturae obtusae, setulâ terminatae.. Antherae per paria cohaerentes cruciformes. Receptaculum seminum perfectum septum format planum, nec ut in reliquis plerisque Gratiolis columnare est. *H. in Indiâ orientali. Benj. Heyne.*

71. MICROCARPAEA.

1. M. *muscosa; Brown prodr.* I. p. 436. PAEDEROTA *minima*, foliis oblongis integris oppositis, floribus axillaribus oppositis, calycum dentibus intus hirsutis. *Koenig* ap. *Retz. Obs. fasc.* V. p. 10.

Herba pusilla, muscosa, glabra, oppositifolia. Flores axillares, ebracteati, minuti.
Huic affinitate proxima est HEDYOTIS *maritima Linn. Suppl.*, diversa praecipue capsulâ evalvi. *In Indiâ. Littora nov. Holl. intra tropicum.*

72. OLIGARRHENA.

1. O. *micrantha; Brown prodr.* I. p. 436.

Fruticulus erectus ramosissimus. Folia sparsa, imbricata, minima, Spicae terminales erectae. Flores parvi, albi. Squamulae quatuor hypogynae.

73. SCHIZANTHUS.

1. S. *pinnatus; Ruiz Fl. peruv. prodr.* t. 1. *Fl. peruv.* I. t. 17. *Vahl Enum.* I. p. 171. SCIZANTHUS *pinnatus Pers. Syn.* II. p. 161.

Herbacea, bipedalis, villosa; folia subpetiolata, decursive pinnata, pinnis majoribus laciniato-pinnatifidis, serratisve. Pedunculi sub 6flori, pedicellis villosis. Cor. coeruleo-violaceae, tubus compressus, labium superius variegatum, in centro macula purpurea. *In versuris Chili.*

74. CURANIA.

1. C. *amara; Juss.* l. c. CARANGA *amara Vahl Enum.* I. p. 100. *Serratula amara Rumph. amb.* V. p. 459. t. 170.

Caules glabri repentes ramis erectis dichotomis. Folia opposita, pollicaria, petiolata, ovata, acuta, profunde serrata. Pedunculi axillares solitarii subbiflori. Cor. monopetala, stamina 2, eodem lobo inserta. *In Javâ et Ind. orient. Herb. Juss.*

75. RAPUTIA.

1. R. *aromatica; Aubl. gujan.* t. 272. SCIURIS *aromatica Schreb. Vahl Enum.* I. p. 101. *Willd. Spec.* I. p. 153.

Frutex bipedalis, ramis oppositis erectis, foliis oppositis ternatis, foliolis ovato-oblongis acuminatis integerrimis perforatis. Flores spicati bifarii, pedunculo supra canaliculato. *Aubl. In Gujanae sylvis.*

76. CYRTANDRA.

1. C. *biflora Forst.;* pedunculis subramosis, foliis ellipticis subintegerrimis glabris. *Vahl Symb. bot.* II. p. 1. *Enum.* I. p. 104. *Willd. Spec.* I. p. 78. *Forst. gen.* p. 6. BESLERIA *biflora Forst. prodr.* n. 236.

Rami glabri, superne tetragoni. Folia 3pollic., opposita, glaberrima, versus apicem obscure crenata. Pedunculi sub3flori. Involucrum triphyllum inflatum, foliola lanceolata. Cor. calyce duplo longior, tubo curvato. *In insulâ Tahiti.* ♄.

2. C. *cymosa Forst.;* pedunculis subcymosis, foliis elliptico-ovatis crenatis basi obliquis subtus pubescentibus. *Forst. gen.* p. 6. *Vahl symb. bot.* II. p. 2. *Enum.* I. p. 104. *Willd. Spec.* I. p. 79. BESLERIA *cymosa Forst. prodr.* n. 237.

Rami crassitie pennae cygneae, ut in antecedente, apice pulverulento-ferrugineo-tomentosi. Folia approximata, opposita, saepe spithamaea, basi altero latere breviora et angustiora. Pedunculi 1 1/2pollicares, pubescentes. *In insulâ Tannu.* ♄.

3. C. *staminea Vahl;* pedunculis aggregatis, foliis ellipticis denticulatis basi aequalibus, genitalibus exsertis, caule radicante. *Vahl Enum.* I. p. 105. JUSTICIA *parasitica Lamarck ill.* I. p. 42.

Caulis lignosus, cortice cinereo, secedente. Folia spithamaea, basi aequalia, margine pilosa; pedunculi uniflori, vix semipollicares; bracteae coloratae, pilosiusculae, ut calyx. Cor. 1 1/2 pollic., ringens, 2/3, tubus intus maculis 3 pilosis. Stigma bilamellatum. *In Javâ. Commerson.*

77. ELYTRARIA.

1. E. *crenata Vahl*; squamis floriferis ovatis integerrimis, scapi lanceolatis margine nudis, foliis oblongis crenatis. *Vahl Enum.* I. p. 106. *Roxburgh Coromand.* t. 127. Elytraria *indica Pers.* p. 23. Justicia *acaulis Linn. Suppl.* 84. *Vahl Symb.* II. p. 3. *Willd. Spec.* I. p. 84. *Plukn. alm.* t. 438. f. 1.

Rad. pubescens, superne lanata. Folia interdum spithamaea, subsessilia, grosse crenata venis subtus villosis. Scapi plures simplicissimi, folio dimidio longiores. Spica terminalis cylindrica; bracteae duae lineares ad basin calycis. Cal. quadripartitus, lacinia superior oblonga, latior, infima bidentata, omnes villosae. *In Indiâ orientali.* ♃.

2. E. *lyrata Vahl*; squamis floriferis ovatis, scapi lanceolatis, foliis lyrato-pinnatifidis laciniis terminalibus integerrimis. *Vahl Enum.* I. p. 106. Justicia *acaulis* β. *Symb. bot.* II. p. 3. *Willd. Spec.* I. p. 84.

Folia radicalia petiolata, pollicaria vel parum ultra, glabra, laevia. Petioli hirti. Scapi 3 pollicares. Reliqua ut in praec. *In Ind. orient.* ♃.

3. E. *virgata Mich.*; squamis floriferis ovatis margine villosis, scapi foliisque lanceolatis glabris integerrimis, scapis longissimis, capsulâ obtusiusculâ. *Mich. Fl. am. bot.* I. p. 9. t. I. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 13. *Vahl Enum.* I. p. 106. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 28. Elytraria *caroliniensis Pers. Syn.* I. p. 23. Justicia *acaulis* β. *Willd. Spec.* I. p. 84. Anonymos *caroliniensis Walt. Fl. car.* p. 60. Tubiflora *caroliniensis Gmel. S. V.* I. p. 27. Justicia *squamosa Soland.* MSS.

Folia subsessilia, bipollicaria, acuta, utrinque glabra. Scapus pedalis et ultra; squamae nitidae, apice patulae. Spicae vix pollicares. Cal. profunde quadripartitus, lacin. inferior bidentata. Cor. albae laciniae crenatae. *In humidis Carolinae inferioris.* ♃.

4. E. *tridentata Vahl*; squamis floriferis lanceolatis tridentatis, scapi subulatis, foliis lanceolatis integerrimis. *Vahl Ecl. am.* I. p. 1. *Enum.* I. p. 107.

Rad. glabra; folia petiolata, 1 1/2 pollic., glabra, nervis subtus subvillosis. Scapi plures spithamaei, squamis appressis carinatis, carinâ pallidis; spica 1 1/2 pollicaris, squamis dente medio mucronatis. Cal. quadripartitus, laciniis subaequalibus. Caps. ovata, acuta. Valvulae patulae. Dissepimentum valvulis contra-

rium. Semina minuta. *In Brasiliâ, ad St. Martham Am. meridional.* ♃.

5. E. *marginata Thonn.*; squamis scapi floriferisque ovatis integerrimis margine membranaceo ciliatis, foliis cuneatis integerrimis. *Vahl Enum.* I. p. 108.

Fol. radicalia 2-3 pollicaria, in petiolum attenuata, obtusiuscula, utrinque glabra, ut caput radicis et scapi digitales, basi tamen subinde villosi. Squamae arido ciliatae. Cal. aequalis, laciniis mucronatis. *Ad Senegal in Guineâ.* ♃.

Alia species indescripta in herbario ill. *Banks.*

78. HYPOESTES.

1. H. *fastuosa Soland.*; thyrsis terminalibus, floribus secundis, foliis ellipticis. JUSTICIA *fastuosa. Vahl symb. bot.* I. t. 1. II. p. 13. *Enum.* I. p. 108. *Willd. Spec.* I. p. 79.

Distincta a sequente, quacum a cl. *Lamarck.* conjuncta, foliis utrinque attenuatis, apice emarginatis, plerumque glabris; racemo composito elongato terminali, floribus secundis; foliolis floralibus subrotundis mucronatis, calycibus exterioribus quadripartitis, flores binos includentibus. *In Indiâ orientali.* ♄.

2. H. *Forskóli Soland.*; thyrsis axillaribus terminalibusque; foliis ovatis attenuatis. JUSTICIA *Forskóli. Vahl Symb.* I. p. 2. II. p. 13. *Enum.* I. p. 109. *Willd. Spec.* I. p. 79. J. *paniculata Forsk. descr.* p. 4.

Rami obscure angulati, purpurascentes glaberrimi, articulis tripollicaribus; folia patentissima, tripollicaria, integerrima, subtus margineque pilosa.. Pedunculi brevissimi, spicae erectae pollicares; foliolum florale ad basin singuli calycis ovatum. Huc descriptio *Zoegae* in *Linn. mant.* 172. *In Arabiâ felici.* ♃.

3. H. *purpurea Soland.*; spicis axillaribus terminalibusque, bracteis lanceolatis glabris, ramis pubescentibus. JUSTICIA *purpurea. Vahl Symb.* II. p. 13. *Willd. Spec.* I. p. 80.

Rumphii Bungum Vahlio dubium videtur. Caulis radicans; rami subangulati villosi, folia pollicaria, ovata, utrinque acuta, integerrima, vix pilosa. Petioli folio triplo breviores. Pedunculi apice diphylli Cal. exterior tubulosus, 4fidus, laciniis mucronatis, interior 5fidus aridus villosus, laciniis lineari-setaceis. Cor. purpurea, labio superiore trifido laciniis linearibus. *In Chinâ et Ind. orientali.* ♃.

4. H. *verticillaris Soland.*; floribus axillaribus verticillatis, calycibus exterioribus muticis, foliis ovatis. JUSTICIA *verticillaris Linn. Suppl.* 85. *Vahl Enum.* I. p. 110. *Thunb. prodr. Fl. cap.* 104.

Calyx exterior quadrifidus. *Cap. b. spei.*

5. H. *aristata Soland.*; floribus axillaribus verticillatis

subsessilibus, calycibus exterioribus aristatis, foliis ovatis. JUSTICIA *aristata Vahl Symb. bot.* II. 2. *Enum.* I. p. 110.

Rami lignosi, ut tota planta villosi, lineâ decurrente excavati. Folia petiolata, pollicaria, acuta. Flores utrinque 18 in pedunculis 2-3 brevissimis. Bracteae semiunguiculares, ovales, basi angustatae. Cal. exterior 4partitus, laciniis duabus exterioribus longioribus; interior quinquepartitus, exteriore breviore, laciniis inaequalibus, subulatis. Corolla villosa, labio superiore lanceolato integro, inferiore trifido, laciniis oblongis. *In Cap. b. spei.* ♃.

6. H. *triflora Forsk.;* pedunculis axillaribus elongatis subtrifloris, bracteis lineari-lanceolatis. JUSTICIA *triflora. Forsk. descr.* p. 4 *Vahl Symb.* I. p. 3. *Enum.* I. p. 111. *Willd. Spec.* I. p. 81.

Rami villosi articulis quadripollicaribus: folia petiolata, pollicaria, ovata, rarius versus basin obscure denticulata; petiolus folio duplo brevior; pedunculi folio 2-3plo longiores, apice tri-quadriflori; involucrum e foliolis duobus petiolatis, lineari-lanceolatis; bracteae calyce longiores, inaequales obtusae; Cal. exterior quinquephyllus, foliolis linearibus, inaequalibus, interior laciniis subulatis. *In Arabiâ.* ♃. Cl. *R. Brown* hanc speciem non ad HYPOESTIM retulit.

7. H. *involucrata Spreng.;* racemis axillaribus folio brevioribus erectis, foliis lanceolatis denticulatis cauleque pilosis. JUSTICIA *involucrata Roxb.* in lit.

Caulis erectus, villosus, teretiusculus, lineis quatuor prominulis. Folia opposita sesquiunciam longa, utrinque attenuata, hirsutiuscula denticulata. Racemi axillares terminalesque erecti, pauciflori. Bracteae lineari-lanceolatae minutae. Involucrum tetraphyllum, triflorum; foliola oblonge acuta submembranacea, trinervia. Calyx quinquepartitus involucro brevior. Cor. bilabiata albida. Antherae uniloculares. Capsula dissepimento adnato, retinaculis semina sustinentibus. *Habitat circa Calcuttam.*

8. H. *serpens Soland.;* floribus axillaribus solitariis, caule repente. JUSTICIA *serpens Vahl symb.* II. p. 2. *Enum.* I. p. 112. *Willd. Spec.* I. p. 8.

Caulis filiformis, glaber; folia unguicularia et minora, patentissima, oblonga vel subovata, obtusa, integerrima, glaberrima, longitudine petioli; flores axillares et terminales, subspicati, sessiles. Cal. exterior 1/2 unguicularis, quinquefidus, laciniis lineari-lanceolatis, suprema longior: interior quinquepartitus. In *insula Mauritii. Commerson.*

9. H. *floribunda;* herbacea, thyrsis axillaribus terminalibusque, foliis elliptico-lanceolatis acuminatis glabris, involucri laciniis semi-lanceolatis muticis, interioribus. R. *Brown prodr. Fl. nov. Holland.* I. p. 474.

Hab. in novâ Holland. H. *purpurea* differt praesertim spicis brevioribus simplicibus; hujus folia in specimine herbarii *Linnaei* utrinque pube brevissimâ instructa. *R. Brown.*

79. JUSTICIA.

Conspectus Sectionum.

a. Calyce duplici. n. 1 - 4.

b. Calyce simplici, corollis labiatis, labiis divisis

— Monantherae n. 5 - 39.

— Diantherae. n. 40 - 71.

c. Calyce simplici, corollis ringentibus.

— Monantherae. n. 72 - 75.

— Diantherae. n. 76 - 105.

d. Minus cognitae. n. 106 - 117.

---

a. Calyce duplici. *)

1. J. *sulcata Vahl;* spicis terminalibus, floribus verticillatis, foliis ovato-cordatis. *Vahl symb.* II. p. 13. *Enum.* I. p. 112. DIANTHERA *sulcata Vahl Symb.* I. p. 4.

Caulis herbaceus erectus, sexsulcatus, pubescens, articulis 2-3, pollicaribus. Folia sesquipollicaria, obtusa, subvillosa; petiolus longitudine folii. Spica tripollicaris, sessilis; flores utrinque 3, inferiores remotiores. Bracteae 2 sub singulo verticillo unguiculares, margine villosae. Cal. exterior quadripartitus, laciniis linearibus; interior quinquefidus, laciniis lanceolatis. Cor. extus villosa alba, striis purpureis, labium inferius trilobum, lobis aequalibus. Antherae purpureae aristâ albâ. In *Arabiâ felici.*

---

*) Justiciarum divisionem in *Monantheras* et *Diantheras*, utpote incongruam, satius est omittere. Namque quae monantherae dicuntur modo antheras habent uniloculares, ut illae ad genus HYPOESTES relatae; modo biloculares loculis parallelis ut illae quas nunc κατ' ἐξοχὴν JUSTICIAS nominamus. Diantherae pleraeque habent antheras biloculares, loculis equitantibus, inferiori plerumque appendiculato. — „Genus posthac speciebus pluribus probe examinatis certe dividendum; characteribus tamen minime ex unica fonte, sed e modificationibus antherarum, corollae, capsulae, et etiam inflorescentiae, nec ab iis seorsum sed unà pluribus simul sumptis petendis. In plerisque capsula unguiculata, ungue saepius contrario valvis navicularibus, nunc in eodem plano cum valvulis dorso compressis. In bilabiatis pluribus capsula unguiculata, ungue saepius contrario valvis navicularibus; antherarum loculi subparalleli et mutici, filamenta nulla sterilia, cal. 5-partitus. Ringentes calyce 5-partito inflorescentiam variam admittunt; pleraeque antherarum loculos alternos et parum divaricatos, inferiore basi appendiculato habent.; in nonnullis capsularum valvulae dorso compressae. Ringentes calyce 4-partito pleraeque dense spicatae, floribus tribracteatis, bracteis calyce subconformibus, antherarum loculis alternis approximatis, inferiore basi appendiculato, cap-

2. J. *bicalyculata Vahl*; paniculis axillaribus dichotomis. *Vahl symb.* II. p. 13. *Enum.* I. p. 113. *Willd. Spec.* I. p. 81. JUST. *ligulata Lamarck ill.* t. 12. f. 2. *Cavanill. ic.* t. 71. JUST. *malabarica Ait. kew.* I. p. 27. DIANTHERA *bicalyculata*, *Retzius in act. Holm.* 1775. p. 297. t. 9. *Vahl Symb.* I. p. 6. DIANTH. *paniculata Forsk. descr.* p. 7. DIANTHERA *malabarica Linn. suppl.* 85. (excl., monente *Willd. Spec.* I. p. 82, non vero *Vahlio*, *Rheede* et descriptione caulis).

Caulis erectus, sexangularis, angulis pilis aspersis; folia petiolata, sesquipollicaria, ovata, attenuata, acuta, integerrima; pedunculi ramiformes; partiales oppositi, 2-3flori, filiformes (et ubi florere incipit, pedunculo est axillari dichotomo, et non paniculâ dichotomâ). Bracteae ovatae, cuspidatae, 1/2 unguiculares; calycis exterioris foliola subulata, unicum latius et longius, reliqua setâ terminali; interior profunde quinquefidus. Flores parvi, lilacini. In *Graminosis Malabariae et Arabiae felicis*. ⊙.

3. J. *lancea Thunb.*; floribus verticillato-aggregatis, foliis lanceolatis. *Thunb.* in *Linn. Transact.* II. p. 338. *Vahl Enum.* I. p. 113.

Caulis subpedalis, tetragonus, tenuissime pubescens. Folia petiolata, inferiora ovato-oblonga, superiora lanceolata, integerrima, pollicaria. Flores subsessiles. Bracteae et calyces apice piliferae. *Vahlio* non visa. In *Japoniâ*. ⊙.

4. J. *crinita Thunb.*; umbellis axillaribus solitariis, bracteis oblongis ciliatis. DIANTHERA *japonica. Thunb. Fl. jap.* t. 4. *Linn. Transact.* II. p. 338. *Vahl Enum.* I. p. 114.

Pedalis, erecta, hexagona, tenuissime villosa. Folia petiolata, pollicaria, oblonga, acuta, glabra. Pedunculi solitarii, pedicelli 2-3-4flori. Bracteae duae subulatae ad basin pedicellorum, duae oblongae ad basin calycis, unguiculares, 1-3florae. Cal. exterior quadriphyllus. Cor. purpurea, bracteis longior. In *Japoniâ*. ⊙.

b *Calyce simplici, corollis labiatis, labiis divisis:* (*Monantherae.*)

5. J. *hispida Willd.*; corymbis terminalibus, bracteis lineari-subulatis ciliatis, foliis oblongo-lanceolatis, ramis hispido-pubescentibus *Willd. Spec.* I. p. 116. *Vahl Enum.* I. p. 116.

Rami subteretes. Folia subsessilia acuta integerrima, superne nitida, costâ mediâ hispido-pubescente. Corymbus brevis. Caly-

---

sularum valvulis dorso compressis, instructae. Hujus sectionis separationem genericam parum obstat (an satis?) foliolum quintum accessorium nanum calycis quandoque obvium." *Rob. Brown Prodr.* I. p. 476.

cis foliola lineari-subulata longissima, longitudine dimidii tubi, ciliata. Cor. alba ut in J. *Ecbolio*. *Ad Sierram Leonem*. ♄.

6. J. *strobilifera* Lam.; spicis axillaribus terminalibusque imbricatis, bracteis ovatis conduplicatis nervosis glaberrimis, foliis elliptico-lanceolatis. *Lam. ill.* I. p. 36. *Vahl Enum.* I. p. 117.

Rami teretes, stricti. Folia petiolata, quinquepollicaria, utrinque acuta, avenia, remote arcuatim nervosa. Spicae pedunculatae, bipollicares. Bracteae ovato-lanceolatae, semipollicares. Corolla Just. *Ecbolii*. In *Madagascar*. ♄.

7. J. *syringaefolia* Vahl; spicis terminalibus imbricatis, bracteis oblongis acutis, galeâ lineari reflexâ, foliis subcordato-ovatis. *Vahl Enum.* I. p. 117.

Valde affinis J. *Ecbolio*, sed folia basi non attenuata, nec apice acuminata, bracteae acutae, non acuminatae. Cor. caerulea *Ecbolii*. In *Madagascar Herb. Thouin*.

8. J. *Ecbolium*; spicis terminalibus tetragonis imbricatis, bracteis ovalibus foliisque oblongo-ovatis acuminatis, galeâ lineari. *Vahl Enum.* I. p. 117. *Symb.* I. p. 2. II. p. 14. *Willd. Spec.* I. p. 85. *Rheede* II. p. 31. t. 20. β. *Burmann Zeyl.* 7. t. 4. f. 1. Just. *viridis Forsk. descr.* p. 5.

Rami teretes, articulis supremis compressis. Folia petiolata, bipollicaria, integerrima, per petiolum brevisssimum parum decurrentia. Bracteae semipollicares, basi attenuatae, apice obtusissimae cum acumine, deciduae, ad basin calycis 2 subulatae. Cal. quinquepartitus, laciniis lineari-subulatis. Cor. tubus filiformis, bracteis du-triplo longior; limbus coerulescens, labio superiore angustissimo, refracto, bifido, infer. trifido, plano, segmentis oblongis, intermedio majore. β. differt foliis lanceolato-oblongis acutis nec acuminatis, basi in petiolum brevissimum attenuatis, bracteis oblongis, apice acutioribus mucronatis. In *Ind. orient.* β. *in Arabiâ*. ♄.

9. J. *ligustrina* Vahl; spicis terminalibus imbricatis, bracteis ciliatis foliisque lanceolatis pubescentibus, galeâ reflexâ lineari. *Vahl Enum.* I. p. 118.

Rami glabri, superne compresso tetragoni. Folia brevissime petiolata, pollicaria, utrinque acuta, utrinque pubescentia, tactu mollia. Spicae pedunculatae, pollicares, bracteae semipollicares, utrinque acutae, mucronatae. Corolla pubescens, tubo longitudine bractearum albido, limbo purpurascente. In *Indiâ orientali*. ♄.

10. J. *laete virens* Vahl; spicis terminalibus oblongis imbricatis, bracteis foliisque lanceolatis attenuatis glabris. *Vahl Enum.* I. p. 118.

Pallide virens ramis striatis, glabris. Folia tri-quadri-pollicaria, utrinque attenuata et glabra. Spica sesquipollicaris; bracteae mar-

gine nudae. Cor. extus pilosa J. *Ecbolii.* *In Ind. orient.* An haec et prior varietates J. *Ecbolii?*

11. J. *tetragona Vahl*; spicis terminalibus tetragonis, bracteis ovatis quadrifariam imbricatis carinatis, foliisque crenatis glabris. *Vahl symb.* III. p. 5. *Enum.* I. p. 118.

Ita similis J. *pulcherrimae Jacq.*, ait *Vahl*, ut dubius haeream, num specie differat, nec ne. Discrepat foliis subtus tactu non mollibus, spicis terminalibus solitariis, nec axillaribus 2-4nisve; bracteis ovatis non subrotundo-cordatis; antheris parvis glabris, minime vero maximis, dorso villosis. A *Linnaei* J. *pulcherrimâ* recedit: ramis glabris, foliis minime subtus hirsutie molli canis, nec integerrimis. *In Cajennâ.* v. *Rohr.* ♄. Hanc esse J. *pulcherrimam Jacq.* Herbarii nobiliss. *Banks* testantur. Confer sequentem.

12. J. *sericea Ruiz* et *Pav.*; spicis terminalibus paucifloris, foliis lanceolatis sericeis margine revolutis. *Flor. peruv.* I. p. 9. t. IX. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 120.

Fruticosa, quadripedalis, ramosissima; folia subsessilia, venosissima subtus, floralia oblongo-ovata. Bracteae 2 falcatae ad basin calycis. Cal. quinquepartitus laciniis lanceolatis. Cor. magna, coccinea, extus hirsuta; faux rugosa; labium superius erectum, emarginatum, inferius trifidum, laciniis obtusis. *In aridis et ad agrorum margines Tarmae.* ♄.

13. J. *spicata Ruitz* et *Pav.*; spicis terminalibus, bracteis foliisque ellipticis, corollarum galea lanceolata recta, stigmate capitato. *Fl. peruv.* I. p. 8. t. 9. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 121.

Herbacea, sexpedalis, erecta; folia petiolata, patentia, integerrima; Cal. quinquepartitus, brevissimus. Cor. punicea, labio inferiore tripartito, laciniis deflexis, superiore erecto, emarginato. Valde affinis J. *coccineae.* *In nemoribus Pozuzo.* ♃.

14. J. *coccinea Aubl.*; spicis terminalibus, bracteis foliisque ellipticis, corollarum galeâ lanceolatâ, apice reflexâ, stigmate bilamellato. *Vahl symb.* III. p. 6. *Enum.* I. p. 121. *Willd. Spec.* I. p. 86. *Aubl. guj.* I. p. 10. t. 3: *Smith ic. pict.* II. t. 8. *Roemer Arch.* I. 1. p. 81. *Curtis mag.* II. t. 432. *Willd. Spec.* I. p. 86. *Enum. H. berol.* I. p. 21.

Rami glabri; folia semipedalia, integerrima, glabra; spica terminalis, palmaris; bracteae mucronatae. Cal. folia lineari-lanceolata. *In Cajennâ.* ♄.

15. J *canescens Lam.*; villoso-tomentosa; spicis terminalibus imbricatis lanuginosis, bracteis subrotundis, foliis ovalibus laevibus, caule repente; *Lam. ill.* I. p. 41. *Vahl Enum.* I. p. 122.

Caules herbacei, spithamaei, plures, diffusi, simplices. Folia petiolata unguicularia, acuminata, parum acuminata, minime linea-

ta; petioli brevissimi; spicae terminales pollicares, incanae, cylindricae, obtusae; labium superius truncatum, inferius trilobum. *In Galà Senegaliae. Herb. Juss.*

16. J. *sphaerosperma Vahl;* spicis axillaribus oppositis utrinque geminis, bracteis linearibus elongatis, seminibus globosis nitidis. *Vahl Enum.* I. p. 123.

Herbacea; folia brevissime petiolata, bipollicaria, ovata, acuta, integerrima, glabra. Spicae brevissime pedunculatae, bipollicares; bracteae erecto-patulae, tres ad singulum florem persistentes, semipollicares, angustae. Cal. quinquepartitus, laciniis subulatis. Caps. pubescens longitudine bractearum. *In Caribaeis.*

17. J. *echioïdes;* spicis axillaribus oppositis secundis adscendentibus, foliis linearibus hirtis. *Linn. Fl. Zeyl.* p. 21. *Vahl Symb.* II. p. 14. *Enum.* I. p. 123. *Willd. Spec.* I. p. 87. *Rheede mal.* IX. t. 46. *Hermann Lugd. bat.* t. 669.

Caul. herbaceus angulatus hirtus. Fol. sessilia bipollicaria, latolinearia, integerrima, utrinque rotundata, subtus pallidiora. Spicae folia aequantes, patentissimae; flores subsessiles erecti, calycis laciniae setaceae. *In Ind. orient.*

„J. *echioïdes* et *paniculata* forsan separari merentur propter antherarum loculum inferiorem basi barbatum, capsularum valvulas dorso compressas et inflorescentiam; invicem tamen discrepant numero seminum, quae in *echioide* 2, in *paniculatâ* plura. Hinc, quoniam alioquin persimiles, character e seminibus definitis vel indefinitis parum infirmatus est.“ *R. Brown Prodr.* I. p. 475.

18. J. *quadrifida Vahl;* foliis lineari-lanceolatis, floribus subsolitariis sessilibus tubuloso-quadrifidis. *Vahl Enum.* I. p. 124. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 26. J. *coccinea Cavan. ic.* II. t. 199. J. *virgularis Salisb. Paradis.* 50. J. *superba Hortul. Lond.*

Caulis fruticosus, erectus, ramosus, lineâ utrinque decurrente e villis brevissimis. Fol. sesquipollicaria basi rotundata, versus apicem attenuata, acuta, glabra. Flores in spicâ terminali, remoti, solitarii, 6-7; foliolo lineari deciduo ad basin calycum inferiorum. Pedunculus parum recurvatus. Cal. glaber quinquepartitus. Cor. fere sesquipollicaris, coccinea, laciniis linearibus. Antherae basi bifidae. *In nova Hispaniâ.* ♄.

19. J. *longifolia Vahl;* spicis axillaribus geminis oppositis secundis, foliis lanceolatis elongatis. *Vahl symb. bot.* II. p. 4. *Enum.* I. p. 124.

Caul. herbaceus glaber; folia petiolata tri-quadripollicaria, vix pollicem lata, attenuata, obtusa, integerrima, glabra. Petiolus pollicaris, filiformis. Spicae petiolo duplo longiores; bracteae 2 ad básin calycis lanceolatae, acuminatae, valde inaequales.

Cal. laciniae setaceae. Cor. parva calyce duplo longior. *In Insulâ Mahé Commerson.*

20. J. *latifolia Vahl*; spicis terminalibus subramosis, floribus inferioribus verticillatis, foliis ovatis, acuminatis. *Vahl Symb.* II. p. 4. *Enum.* I. p. 124.

Rami teretes glabri; folia brevissime petiolata tripollicaria, late ovata, glabra. Pedunculus erectus, saepe pedalis inferne ramis 2 oppositis spithamaeis. Flores inferne utrinque 2-3, superne solitarii. Bracteae 2 subulatae; cal. laciniis quinque setaceis. Cor. tubus angustus, calyce triplo longior. Accedit ad *Katu Karivi Rheede mal.* IX. t. 44, sed flores minores. *In Ind. orient.* ♄.

Corollae sesquipollicem longae, glaberrimae, purpureae. Labium inferius trilobum. Antherae biloculares, loculis parallelis.

21. J. *nigricans Lour.*; spicis terminalibus distichis, bracteis setaceis, foliis lanceolato-linearibus, caule fruticoso. *Lour. cochin.* I. p. 24.

Sexpedalis, folia subsessilia integerrima crassa, ut rami nigro lineata. Flores albi rubro variegati. Cor. labium superius integrum erectum, inferius trifidum, reflexum. *In Cochinchinâ.* ♄.

22. J. *tenuiflora Ruiz* et *Pav.*; spicis terminalibus racemosis pubescentibus, floribus solitariis, labio superiore integro, foliis lanceolatis attenuatis. *Flor. peruv.* I. p. 9. t. 12. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 125.

Bipedalis, erecta, ramosa, tetragona; fol. lato-lanceolata integerrima, supra nitida. Pedunculi partiales racemosi, glanduloso-villosi, remoti, paniculam brachiatam dichotomamque efficientes; flores distantes alterni sessiles. Bracteae tres ad basin calycis, laciniis subulatis. Cor. punicea, lab. inf. trifido, superiore oblongo. Antherae didymae. *In nemoribus Peruviae.* ♃.

23. J. *lineolata Ruiz* et *Pav.*; spicis terminalibus racemosis pubescentibus, floribus oppositis, labio superiore indiviso, foliis ovatis subdentatis. *Flor. peruv.* I. t. 13. f. a. J. *lineata Pers. Syn.* I. p. 18. *Vahl Enum.* I. p. 125.

Caulis bipedalis, erectus, vix divisus, inferne teres, superne tetragonus, quadrisulcatus, glaber; folia petiolata, attenuata, lineolis pellucidis aspera. Pedunculi terminales solitarii vel gemini, leviter pubescentes, partiales oppositi. Bracteae tres subulatae sub calyce. Cor. purpureo-coerulea, labio sup. integro, inf. trifido, subtus concavo. Antherae didymae. *Nemora Peruviae ad vicum Cuchero.* ♄.

24. J. *variegata Aubl.*; spicis terminalibus, calycibus subverticillatis hirtis, foliis ellipticis subsessilibus. *Vahl Enum.* I. p. 126. *Willd. Spec.* I. p. 89. *Aublet Gujan.* t. 4.

Quinquepedalis ramis teretibus; fol. tripollicaria, acuminata, basi attenuata, glabra, integerrima. Spica basi ramosa, flores utrinque gemini, pedunculis hirtis. Cor. albae, labium sup. bifi-

dum, inferius trifidum, laciniis lateralibus caeruleis, intermedia crocea, punctis violaceis. Stigma bilamellatum. In *sylvis Gujanae.* ♄. Nemini praeter *Aublet* visa.

25. J. *lapathifolia Vahl*; racemis terminalibus compositis glabris, floribus solitariis, labio superiore bifido, foliis elliptico-lanceolatis. *Vahl Enum.* I. p. 126.

Habitu accedit ad J. *nasutam;* rami glabri; folia patentissima quadri-quinquepollicaria, basi acuta, glabra; petiolus pollicaris, superne marginatus. Pedunculus terminalis erectus obscure angulatus, partiales oppositi patentes, floribus brevissime petiolatis remotis; bracteae subulatae unguiculares, sub calycibus ternae, glabrae. Cal. quinquepartitus, glaber. Corollae tubus sesquipollicaris, linearis, limbi laciniae tres, superiores duo parum angustiores. Antherae didymae basi divergentes. Stigma parum latius leviter bifidum. In *Indiâ orientali.* ♄.

26. J. *nitida Jacq.*; racemis terminalibus subramosis, calycibus subverticillatis glabris, foliis lanceolato-ellipticis utrinque attenuatis petiolatis. *Vahl Symb.* II. p. 5. *Enum.* I. p. 127. *Jacq. am.* p. 5. *Willd. Spec.* I. p. 88. (*Vahl* vero *Swartz prodr.* 13. non citat.) *Andrew's's Reposit.* 570. *Sloane hist.* I. p. 37. t. 10. f: 2. J. *brachiata act. soc. h. n. par.* I. p. 105. *Vahl* fide herb. *Richard.*

Tota glaberrima, ramis obsolete tetragonis; folia saepe spithamaea integerrima. Pedunculus terminalis compressus spithamaeus, basi saepe ramis duobus oppositis; pedicelli utrinque 3-5 aggregati, filiformes. Bracteae minutae subulatae. Cor. unguicularis, labio superiore bifido, laciniis lanceolatis, inferiore trifido. *Vahl* stamina sterilia in fundo tubi non vidit. In *Caribaeis.* ♄.

27. J. *longistaminea Ruiz* et *Pav.*; racemis terminalibus, pedunculis dichotomis, corollis ventricosis, staminibus longissimis, foliis oblongo-ovatis utrinque acutis subrepandis. *Flor. per.* p. 8. t. X. f. a. J. *staminea Vahl Enum.* I. p. 127.

Caul. erectus, teres; folia tripalmaria, subsessilia, plana, supra nitida. Racemi pubescentes, pedunculis partialibus oppositis geminis, bis-ter divisis; bracteae subulatae. Flores purpurei. Cal. quinquepartitus glaber, laciniis subulatis; cor. labium superius lineari-lanceolatum, integerrimum, inferius trifidum, laciniâ intermediâ breviore. In *nemoribus Pillao.* ♃.

28. J. *bracteolata Jacq.*; racemis terminalibus compositis, pedunculis sub 3-4 floris, bracteis lanceolatis, foliis oblongis utrinque acuminatis, ramis tetragonis scabris. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 26. *Spec.* I. p. 91. *Jacq. ic. pl. rar.* t. 205. *Vahl Enum.* I. p. 128. non vidit, multamque habere tamen cum J. *secundâ* similitudinem asserit.

Frutex sexpedalis; fol. petiolata, semipedalia, integerrima vel leviter repanda; racemi quadripollicares; bracteae parvae; Cal. 5-

partitus. Cor. labium superius oblongum bifidum, semi reflexum, inferius tripartitum laciniis linearibus. Antherae parallelae, ad latera hirsutae. *Ad Caracas.* ♄.

* 29. J. *picta*; racemis axillaribus terminalibusque, floribus (fauce inflatis) verticillatis, foliis ellipticis pictis. *Vahl Symb.* II. p. 14. *Enum.* I. p. 128. *Willd. Spec.* I. p. 88 *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 37. Tsjude-maram *Rheede mal.* VI. p. 111. t. 60. *Rumph amb.* IV. p. 73. t. 30.

Folia brevissime petiolata, bi-tripollicaria, patentissima, acuta, glabra, disco maculâ longitudinali irregulari lucidâ, integerrima. Racemi solitarii, tri-quadri-pollicares, pedicellis solitariis 2-3 oppositis, unguicularibus, bracteis duabus minutis. Cal. quinquepartitus, laciniis lanceolatis. Cor. pollicaris, tubo basi angustato superne quadruplo latiore; labium superius lanceolatum, bilobum, lobis brevibus oblongis, inferius trifidum, laciniis lanceolatis. Antherae et stylus labio superiore longiores. In *Ind. orient.* ♄.

30. J. *rubra Vahl*; racemis terminalibus simplicibus solitariis, bracteis setaceis, foliis lanceolatis. *Vahl Eclog. am.* II. p. 1. *Enum.* I. p. 129.

Caulis ramosus teres, ramis oppositis patentissimis, articulatis, cortice cinereo; fol. petiolata, tripollicaria, attenuata, acuta, integerrima, utrinque glaberrima; racemi longitudine foliorum, erecti, pedicellis oppositis, remotis, inferioribus subtrifloris. Bracteae minutae. Calycis laciniae parvae setaceae. Cor. pollicaris, glabra. Antherae parallelae. *Ad St. Martham in Am. merid.* ♄.

31. J. *pubescens Lam.*; racemis axillaribus bipartitis paucifloris; floribus secundis, foliis lanceolato-ellipticis acuminatis, bracteis subulatis calyce brevioribus, filamentis glabris. *Lam. ill.* I. p. 40. J. *stricta Vahl Enum.* I. p. 129 *Symb.* II. p. 6. *Willd. Spec.* I. p. 89. *Plukn.* t. 279. f. 4.

Caulis herbaceus acute tetragonus, glaber, utrinque sulcatus, quo, ut et foliis latioribus longe petiolatis, pedunculis folio triplo brevioribus semel bifidis nec ramulis ramulosis; floribus oppositis, calycibus longioribus, basi bracteatis et filamentis glabris, corollae labio inferiore tridentato differt. In *Malabariâ.* ♄.

32. J. *elongata Vahl*; racemis axillaribus elongatis, floribus remotissimis subternis, foliis ovatis. *Vahl Enum.* I. p. 130.

Caul. herbaceus, strictus, tetragonus, angulis exstantibus, articulis spithamaeis, glaber. Rami brachiati. Fol. petiolata, remotissima, pollicaria, attenuata, integerrima, glabra. Pedunculi axillares, oppositi, saepe pedales, simplices, tetragoni, pubescentes. Flores pedicellati bini-terni. Bracteae geminae, minutae. Cal. laciniis setaceis. Cor. parva, extus pubescens. Caps. angustae semipollicares. *Rottler.* In *Ind. orient.*

33. J. *paniculata Burm.*; filamentis hirsutis, paniculis terminalibus axillaribusque subdichotomis, floribus secundis, capsulis compressis (aeque latis) foliis sessilibus oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 26. *Spec.* I. p. 89. *Vahl Symb.* II. p. 5. *Enum.* I. p. 130. *Rheede mal.* IX. t. 56. *Burm. ind.* p. 9. *Jacq. eclog.* t. 34.

Caulis sesquipedalis strictus tetragonus, angulis acutis, lateribus bistriatis; folia fere J. *pectoralis* sesquipollicaria, pedunculi patentissimi oppositi, axillares, plerumque bifidi; terminales paniculato-ramosi; cal. quinquepartitus laciniis subulatis; cor. extus pubescens, labio superiore bifido lineari; inferiore trifido, laciniis lanceolatis. Caps. vix pollicaris, aurescenti nitida, mediâ lineâ purpurascente. In *Ind. orient.* ☉. Confer J. *echioidem.*

34. J. *scandens Vahl*; pedunculis axillaribus trichotomis divaricatis, foliis ovatis acuminatis subrepandis, ramis villosis. *Vahl Symb. bot.* II. p. 7. *Enum.* I. p. 131. J. *dichotoma Rottler.*

In *Symb. Vahlius* affinem dicit J. *nasutae*, non in *Enum.* — Rami scandentes; folia bipollicaria, late ovata, basi acuta, venis utrinque subvillosis. Petioli semiunguiculares villoso-subcinerei. Pedunculi oppositi folio breviores, primum tripartiti, dein semel bifidi, pedicellis bifloris. Bracteae duae minutissimae setaceae, ut laciniae calycis. Variat ramis venisque foliorum plus minus villosis. In *Malabariâ.* ♄.

35. J. *gangetica*; racemis axillaribus terminalibusque simplicibus, calycibus alternis hispidis, bracteis obsoletis. *Linn. amoen. acad.* IV. p. 299. *Burm. ind.* 9. t. 4. f. 2. *Vahl Enum.* I. p. 131.

Aliis Ruellia potius videtur. *Vahl*, qui plantam non vidit, eandem tamen, *Linnaeo* et *Lamarckio ill.* (excl. *Rheede* syn.) suadente, hic reliquit. „Caulis herbaceus, tetragonus, ad genicula pilosus. Folia brevissime petiolata, integerrima, glabra, aut margine baseos ciliata. Racemi solitarii, elongati, erecti. Bracteae subulatae, geminae. Calyces oblongi. Corollae majusculae. In *Ind. orient.*

36. J. *nutans Burm.*; racemis terminalibus apice nutantibus, floribus resupinatis, foliis ovato-lanceolatis dentatis. *Burm. ind.* 10. t. 5. f. 1. *Vahl Symb.* II. p. 6. *Enum.* I. p. 137. *Willd. Spec.* I. p. 89.

Caulis herbaceus, teretiusculus, glaber, ramis alternis. Fol. brevissime petiolata, pollicaria, attenuata, patentissima, venis alternis simplicibus; bractea ad basin singulorum pedicellorum, et duo sub calyce profunde quinquefido, laciniis lineari lanceolatis, corollâ triplo brevioribus. Corollae labia divaricata, superius angustius bidentatum, inferius trifidum, laciniis lanceolatis. Stamina in labio inferiore. In *Javâ.*

37. J. *tinctoria Lour.*; pedunculis axillaribus congestis unifloris, foliis lanceolato-oblongis pubescentibus subcrenatis, caule procumbente. *Lour. cochin.* I. p. 25. *Vahl Enum.* I. p. 132.

Vahlio non visa. Caulis teres, herbaceus, longus, ramosus, sulcatus. Folia acuminata. Bracteae conicae obtusiusculae. Cor. rosea labiis reflexis, sup. ovatum integerrimum, inferius oblongum trifidum. In *incultis Cochinchinae.*

38. J. *salicina Juss.*; floribus terminalibus solitariis sessilibus, foliis lanceolatis. *Vahl Enum.* I. p. 133.

Fruticosa ramosa; folia in apice ramorum conferta, breviter petiolata, bipollicaria, obtusiuscula. Cal. foliola quinque lanceolata; cor. sesquipollicaris, elegauter rubens, labium superius erectum, emarginatum, inferius trilobum, lobis oblongis. Antherae parallelae. Stigma indivisum. In *Peru.* ♄. ad figuram *Jos. Jussieu* in mus. *A. L. de Juss.*

39. J. *opaca Thonn.*; umbellis axillaribus superne approximatis spicaeformibus, bracteis lanceolatis muticis hirsutis. *Vahl Enum.* I. p. 138.

Caulis herbaceus, teretiusculus, purpurascens; folia inferiora petiolata bipollicaria oblonga, utrinque acuta, margine nervisque subtus villosa, superiora subsessilia, ovato-subrotunda, omnia integerrima. Umbellae breviter petiolatae, foliis breviores, triflorae, bracteis tribus ad singulum florem. Cal. quadripartitus, extus hirsutus, laciniis duabus exterioribus latis, interioribus linearibus quadruplo brevioribus. Cor. pollicaris, labium sup. bifidum, inf. trilobum, laciniis rotundis. Antherae basi bifidae. Caps. foliis calycinis exterioribus dimidio brevior. In *Guineá. Thonning.*

Diantherae.

40. J. *secunda Vahl*; racemis terminalibus compositis, racemulis secundis multifloris, bracteis setaceis, foliis ovato-oblongis attenuatis. *Vahl Symb.* II. p. 7. *Enum.* I. p. 133. *Willd. Spec.* I. p. 91. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 37.

Caulis herbaceus, erectus, glaberrimus, 6 sulcatus, angulis laevibus. Folia petiolata bipollicaria integerrima glabra. Racemus terminalis erectus palmaris, usque ad apicem compositus; pedunculi pollicares (inferiores subinde brevissimi) apice pedicellis pluribus inaequalibus, superne subverticillatis. Flores alterni 5-9. Bracteae binae setaceae ad basin pedicellorum. Cal. quinquepartitus laciniis lineari-lanceolatis, semiunguicularibus. Cor. pollicaris purpurea, labio superiore lineari integro, inferiore subtrifido. Antherae binae pedicellatae. In *Ins. Trinitatis. von Rohr.*

41. J. *ciliaris*; floribus axillaribus solitariis sessilibus oppositis, calycibus hispido-ciliatis, foliis lanceolato-obtusis basi

ciliatis. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 26. *Spec.* I. p. 90. (inter Monantheras) J. *ciliata Jacq. H. vind.* II. p. 47. t. 104. *Vahl Enum.* I. p. 134.

Erecta, pedalis, pilosa, scabra; folia breviter petiolata, remota, integerrima, obtusiuscula; petioli uti bracteae et calyces hispidi; flores oppositi; bractea calyce longior ad basin floris singuli. Cal. laciniis linearibus. Cor. alba, labio sup. brevi, ovato, emarginato, viridi flavescente, striato, inferiore trilobo, lobis rotundatis, prope faucem ferrugineo-bipunctatis. Anthera superior globosa, inferior longe aristata. *Habitat?* ⊙.

42. J. *lucida Andr.*; spicis terminalibus subcapitatis, foliis ellipticis nervosis bullatis lucidis, labio corollae superiore lanceolato. *Vahl Enum.* II. p. 400. *Andr. repos.* f. 313. *Botan. mag.* t. 1014. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 37.

In *Ind. occidentali.* ♄.

43. J. *Gendarussa*; spicis terminalibus foliosis, floribus verticillatis, foliis elongatis. *Vahl Symb.* II. p. 14. *Enum.* I. p. 134. *Willd. Spec.* I. p. 87. (inter Monantheras). *Rheede mal.* IX. p. 79. t. 42. *Rumph amb.* IV. t. 28. 29. *Plukn. alm.* t. 55. f. 2. *Jacq. eclog. t.* 11.

Glabra; folia brevissime petiolata, bipollicaria, integerrima; spica palmaris; flores utrinque 2-4; folium lineari-lanceolatum unguiculare utrinque sub singulo verticillo. Bracteae et calycis laciniae setaceae; cor. labium inferius patens, amplum, apice tricrenatum, crenâ mediâ latiore, suberectâ. Anthera inferior aristata. In *Indiâ orientali.* ♄.

44. J. *debilis Forsk.*; spicis axillaribus terminalibusque, bracteis ovatis imbricatis ciliatis. *Vahl Symb.* II. p. 15. *Enum.* I. p. 135. Dianthera *debilis. Forsk. descr.* p. 9. *Vahl Symb.* I. p. 4.

Rami obsolete quadranguli, quadrisulcati, retrorsum pilosi, articulis sesquipollicaribus; folia articulis dimidio breviora, brevissime petiolata, lanceolata, subtus nervis quatuor parallelis. Spicae oblongae tetragonae, folio breviores, bracteae verticillatae quaternae, duae majores. Cal. quinquepartitus, laciniis lineari-lanceolatis, ciliatis. Cor. extus pubescens, bracteis parum longior. *In Arabiâ felici.* ♄.

45. J. *Rohrii Vahl*; spicis terminalibus compositis imbricatis pubescentibus, bracteis ovatis, foliis ellipticis integerrimis. *Vahl Symb.* III. p. 6. *Enum.* I. p. 136.

Caul. herbaceus, erectus, ramosus, tetragonus, subcanescens. Folia sex-octopollicaria, duos ad tres pollices lata, utrinque acuta, integerrrima glabra; petiolus bipollicaris. Spicae partiales brevi pedunculatae, pedunculis pubescentibus, floribus oppositis. Bracteae duae unguiculares. Cal. laciniae lineari-lanceolatae;

cor. labium superius lineari-lanceolatum, indivisum, inferius trifidum. Anthera altera super alteram. *In Cajennâ.*

46. J. *cartagenensis Jacq.*; spicis axillaribus terminalibusque, bracteis oblongis imbricatis ciliatis obtusis. *Jacq. amer.* p. 5. t. 5. *Vahl Enum.* I. p. 136. *Symb.* II. p. 14. *Willd. Spec.* I. p. 86. J. *mirabiloides Lam. ill.* I. p. 39.

Herbacea; rami oppositi inferne teretes glabri, superne tetragoni, villosiusculi; folia petiolata bi-tri-pollicaria ovata, basi acuminata, tenera, pilis raris; spicae terminales solitariae, geminaeve, bipollicares. Bracteae vix unguiculares, cuneatae, obtusae. Variat foliis ovato-oblongis et elliptico-ovatis; bracteis plus minus oblongis; anthera inferior basi membranaceo-aristata. *In Caribaeis. Rohr.* ♄.

47. J. *radicans Vahl*; spicis axillaribus terminalibusque, bracteis oblongis ciliatis aristatis, foliis lanceolato-oblongis glabris. *Vahl Enum.* I. p. 137. DIANTHERA *ciliata Flor. peruv.* I. p. 12. t. 14. f. a.

Herbacea, bipedalis, erecta, hexagona, radicans; folia petiolata integerrima; flores in spica oblonga pedunculati, conferti, oppositi, sessiles. Bracteae acuminatae in setam longam ciliatam. Calycis laciniae quinque subulatae. Corolla purpureo-violacea, fauce extus pubescens, labium superius emarginatum, inferius trifidum. Semina scabra. *In Peruviae nemoribus.*

48. J. *nemorosa Swartz*; spicis terminalibus, bracteis imbricatis ovatis acutis villosis, foliis ovato-lanceolatis. *Swartz prodr.* 14. *Fl. ind. occid.* I. p. 37.

Valde affinis J. *cartagenensi.* Herbacea, pedalis, simplex, villosa. Folia 3-4pollic., ad lentem lineolis albidis. Petioli longi, pubescentes. Bracteae viridi-purpureae. Cor. sanguineo-purpurea, labium superius emarginatum, inferius trifidum. *In sylvis umbrosis paludosis Americae calidioris.*

49. J. *polystachia Lam.*; spicis axillaribus oppositis imbricatis secundis, bracteis ovatis hirsutis, foliis lanceolato-ovatis integerrimis. *Lam. ill.* p. 40. *Vahl symb. bot.* II. t. 26. *Enum.* I. p. 138. *Willd. Spec.* I. p. 92. J. *membranacea act. soc. h. nat. paris.* I. p. 105.

Caulis strictus, obscure tetragonus, angulis retrorsum pilosis. Folia breviter petiolata, tripollicaria, patentissima, supra glabra nitida. Spicae axillares, oppositae, folio dimidio breviores. Bracteae membranaceae, semiunguiculares. Flos solitarius, sessilis; cal. quinquepartitus, laciniis setaceis; filamenta apice bifida, anthera unica in singula lacinia filamenti, *In Cajennâ. v. Rohr.*

50. J. *violacea Vahl*; spicis terminalibus, bracteis lanceolatis imbricatis ciliatis, foliis lanceolatis. *Vahl symb.* II. p. 15. *Enum.* I. p. 138. DIANTHERA *violacea Vahl Symb.* I. p. 6.

Rami pulverulento-villosi, obsolete quadranguli, articulis sesquipollicaribus; folia petiolata, longitudine fere foliorum, inferiora oblonga, superiora lanceolata, basi rotunda, integerrima. Spica semipollicaris, brevissime pedunculata. Bracteae acumine subpungente, infimae longitudine fere spicae, aliae 3 setaceae ad basin calycis. Cal. laciniae 5 subulatae, glabrae, bracteis breviores. Cor. extus pubescens. *In Arabiâ felici.* ♄.

51. J. *alata Vahl;* racemis axillaribus, foliis lineari-lanceolatis, caule subalato. *Vahl Enum.* I. p. 139.

Caulis herbaceus, e membranis quatuor angustissimis quadrangulo-alatus, tenuis. Folia subsessilia, bi-tripollicaria, remotissima, suprema angustissima glabra. Flores remoti, pedicellis brevibus. Bracteae 3 lineares. *In Indiâ orientali.*

52. J. *pedunculosa Mich.*; spicis axillaribus, floribus confertis, pedunculis elongatis alternis, foliis lanceolatis. *Vahl Enum.* I. p. 140. sub J. *americana.* *Mich. Fl. amer.* I. p. 7. *Pursh Fl. amer. sept.* I. p. 13. DIANTHERA *americana Linn.* S. V. 64. *Willd. Spec.* I. p. 92. Gratiolae affinis floridana, floribus et capsulis in spica brevi, longis pediculis ex foliorum alis prodeuntibus innixis. *Plukn. amalth.* p. 114. t. 423. f. 5. DIANTHERA *ensiformis Walt. Fl. car.* 63. JUST. *linearifolia Lam. illustr.* I. p. 41.

Caulis sexangularis, sulcatus, glaber. Folia breviter petiolata, utrinque attenuata, tri-quadripollicaria, integerrima, glabra. Pedunculi elongati. Spica oblonga, semipollicaris. Bracteae et calycis laciniae lineari-lanceolatae. *In Virginia, Floridâ, ad Ohio, St. Laurentii etc.* ♃.

* 53. J. *procumbens;* spicis lateralibus terminalibusque, calycibus tetraphyllis linearibus pilosis, labio inferiore glabriusculo, foliis oblongis. *Vahl Enum.* I. p. 140. *Willd. Spec.* I. p. 87. *Linn. Fl. Zeyl.* 7. Euphrasia alsines angustiore folio, rubiae modo spicata, golcondea. *Plukn. almagest.* p. 141. t. 56. f. 3. β. *angustifolia*, foliis lanceolatis. γ. *rotundifolia*, foliis subrotundo-ovatis, caule subhispido. δ. *thymifolia*, foliis ovatis obtusiusculis, caule ramosissimo.

Caulis procumbens, (erectus *Spr.*) diffusus pilosiusculus, geniculis inferne plerumque infractis, infimis radicantibus; rami dichotomi, articulis bipollicaribus, sexangulatis; folia petiolata, semipollicaria, integerrima (venosa, subtus pilosiuscula, obtusa S.) Spicae pollicares, terminales et e dichotomia pedunculatae, ramulorum basi foliis duobus. Flores conferti, oppositi, bracteis duabus ad basin calycis, membranâ angustissimâ marginati. Cor. labium inferius purpureum, trilobum. Anthera inferior membranâ albida aristata. δ. folia vix THYMI *serpylli* foliis majora; spicae graciles; bracteae calycis angustissimae. *In Ind. orient. et Chinâ. δ. ad vias Tranquebariae.* ♃.

54. J. *diffusa Willd.!* spicis axillaribus terminalibusque,

calycibus quadriphyllis lanceolatis glabris, labio inferiore barbato, foliis lanceolatis. *Willd. Spec.* I. p. 87. *Vahl Enum.* I. p. 141.

Willd. ad hanc J. *diffusam*, a *Vahlio* ad J. *procumbentem* citatam adducit *Plukn.* t. 392 f. 4., ad quam *procumbentem* citaverat *Plukn.* 56. f. 2, queriturque *Vahlium* utramque conjunxisse. Ad quae *Vahlius:* „differre videtur *diffusa* a *procumbente* foliis duplo longioribus, bracteis vix villosis, margine membranaceo foliorum calycis latiore, corollae labio inferiore subtus versus marginem frequentibus pilis barbato, antherâ superiore oculo armato pilis raris adspersa. Vereor tamen ne a minus exercitato difficile dignoscatur, praesertim cum prior inveniatur calycibus fere glabris foliolisque latioribus vel angustioribus. In omnibus bracteas longitudine calycis inveni. Caeterum modus crescendi, superficies foliorum, color florum et antherae praecedentis. *In Indiâ orientali. Rottler.*

55. J. *punctata Vahl;* spicis terminalibus, floribus remotis verticillatis, bracteis lanceolatis acuminatis, foliis lanceolato-ovatis. *Vahl Symb.* II. p. 15. *Enum.* I. p. 142. *Willd. Spec.* I. p. 93. DIANTHERA *punctata Vahl symb.* I. p. 4. DIANTHERA *americana β. alba Forsk. descr.* p. 9.

Differt a J. *sulcatâ* calyce simplici, et ab hac et a J. *flavâ* bracteis omnibus calyce brevioribus, flore albo violaceis punctis, antheris muticis. *In Arabiâ felici.*

56. J. *comata;* spicis axillaribus terminalibusque filiformibus, spiculis verticillatis. *Vahl Symb.* II. p. 15. *Enum.* I. p. 142. *Swartz obs.* 14. *Willd. Spec.* I. p. 94. DIANTHERA *comata Linn.* *Sloane hist.* I. p. 160. t. 103. f. 2.

Caulis teres, glaber. Folia bipollicaria, breve petiolata, lanceolata, glabra; pedunculi partiales bi-tripollicares, inaequales. Flores alterni, parvi. Bracteae tres ad basin calycis, subulatae, calycis longitudine. *In Jamaicâ.* ♃.

57. J. *reptans Swartz;* spicis terminalibus solitariis, floribus secundis, foliis ovatis, caule repente. *Swartz prodr.* 13. *Fl. ind. occ.* I. p. 33. *Vahl Enum.* I. p. 143.

Caulis filiformis angulatus. Folia petiolata, vix unguicularia, glabra. Spica 3-quinqueflora *Vahl*, multiflora *Swartz.* Flores minuti. Bracteae tres subulatae calyce breviores. Calycis laciniae 5, lineares, acutae. Cor. labium superius emarginatum, inferius tripartitum. *In saxosis umbrosis madidis ad ripas fluviorum in Hispaniolâ, Domingo.*

58. J. *humilis Mich.;* spicis axillaribus terminalibusque paucifloris, floribus distantibus, bracteis linearibus, foliis lanceolato-oblongis. *Vahl Enum.* I. p. 143. *Mich. Fl. bor. amer.* I. p. 8. DIANTHERA *ovata Walter Fl. carol.* 63.

Glabra. Caulis herbaceus, angulatus. Folia petiolata, sesquipollicaria, integerrima, interdum subovata. Pedunculi folio lon-

giores, filiformes. Flores circiter quinque. Bracteae lineares, longitudine calycis praeter minutas ad basin. Cal. profunde partitus, laciniis linearibus. *In Carolinâ et Floridâ.* ♃.

59. J. *eustachiana Jacq.*; spicis axillaribus terminalibusque, floribus inferne geminis, superne solitariis, bracteis cuneatis. *Jacq. amer. pict.* t. 5. *Vahl Symb.* II. p. 15. *Enum.* I. p. 144. *Willd. Spec.* I. p. 93. DIANTHERA *eustachiana* S. V. p. 64.

Erecta 3 pedalis, ramis glabris e linea decurrente angulatis. Fol. petiolata, sesquipollicaria, ovata, inferiora obtusa cum mucrone, superiora acutiora. Spicae alternae elongatae; flores secundi, inferiores gemini, altero pedicellato, altero sessili. Bracteae mucronatae, alterâ parum longiore. Calycis laciniae subulatae. *In insulâ St. Eustachii et Martinicâ.* ♄.

60. J. *nasuta*; corollae labio superiore subulato, pedunculis axillaribus dichotomis, foliis ellipticis integerrimis. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 26. *Spec.* I. p. 90 (inter monantheras) *Lamarck Enc.* (excl. β.) *Vahl Enum.* I. p. 144. *Rheede mal.* IX. t. 69. *Curtis mag.* X. t. 325.

Rami obsolete angulati; folia bipollicaria, petiolata, obtusa; pedunculi solitarii alterni, longitudine foliorum, bis ter divisi, pedicellis bifloris. Bracteae lineares minutae. Cal. minutus laciniis setaceis. Cor. carneae tubus linearis, calyce quintuplo longior, lab. superius brevius, reflexum, inferius aequale, trifidum. *In Ind. orientali.* ♄.

61. J. *pectoralis Jacq.*; paniculâ terminali dichotomâ, floribus spicatis remotis. *Jacq. amer.* t. 3. *pict.* t. 4. *Swartz prodr.* 13. *Vahl Symb.* II. p. 15. *Enum.* I. p. 144. *Willd. Spec.* I. p. 93. DIANTHERA *pectoralis* S. V. p. 64.

Caul. adscendens, bi-tripedalis, teretiusculus, lineâ pilosâ decurrente, superne dichotomus. Folia breviter petiolata, bipollicaria, lanceolata, integerrima, glabra. Pedunculi filiformes. Flores alterni solitarii, basi bracteae tres, et alia flori opposita cum rudimento floris in axilla, subulati, longitudine calycis. *In Domingo, Martinicâ, ins. St. Crucis.* ♃.

62. J. *sylvatica Lour.*; paniculis axillaribus, foliis lanceolatis tomentosis. *Lour. cochin.* I. p. 26. *Vahl Enum.* I. p. 145.

Quinquepedalis erecta, ramis brachiatis; fol. integerrima; calycis laciniae quinque filiformes. Cor. alba, tubo tenui, longo, labio superiore filiformi, emarginato, inferiore magno, trifido. Anthera altera supra alteram. *Lour. Vahlio* non visa. *In sylvis Cochinchinae.* ♄.

63. J. *undulata Vahl*; umbellis terminalibus simplicibus trifidisque, foliis lanceolatis undulatis. *Vahl Symb.* II. p. 8. *Enum.* I. p. 145. *Willd. Spec.* I. p. 94. DIANTHERA *hyssopifolia Burm. ind.* t. 5. f. 2.

Herbacea, ramis simplicissimis, pedalibus, oppositis, erecto-patentibus, obscure angulatis, articulis tri-quadripollicaribus, saepe ramis duobus brevioribus ex axillis. Folia petiolata, bipollicaria remotissima, ovato-lanceolata, acuminata, scabriuscula. Petiolus filiformis bi-s. trilinearis. Pedunculi 3-5, bilineares aequales, laterales trifidi. Bracteae setaceae. Foliola 2 lanceolata, acuminata, altero breviore, flores 2-3 foventia. Calycis laciniae setaceae. Caps. villosae. In *Malabariâ.*

64. J. *periplocaefolia Jacq.;* labio superiore emarginato reflexo, floribus axillaribus solitariis subsessilibus oppositis, terminalibus subspicatis, foliis ovato-lanceolatis. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 27. *Spec.* I. p. 98. *Jacq. coll. Suppl.* p. 5. t. 7. f. 2. *Vahl Enum.* I. p. 147.

Vahlio non visa, qui similem sequenti dicit. Glabra, sesquipedalis, erecta, ramis teretibus striatis. Fol. breviter petiolata, tripollicaria, integerrima, subundulata. Bracteae lineari-lanceolatae ternae, calyce longiores, unica reliquis longior. Spicae oppositae. Cal quinquepartitus. Cor. purpurea, valde caduca, calyce duplo longior, labium superius oblongum, erectum, apice reflexum, bifidum; inferius semitrilobum, patentissimum, subrotundum. Anthera altera supra alteram. *Ad Caracas.* ♄.

65. J. *Ryani Vahl;* pedunculis axillaribus terminalibusque oppositis trifloris, bracteis linearibus, foliis ovato-lanceolatis attenuatis. *Vahl Eclog. am.* I. p. 1. *Enum.* I. p. 147.

Caulis lignosus teretiusculus, glaber. Folia petiolata, 4-5pollicaria ovata, interdum elliptico-lanceolata, parum per petiolum decurrentia, integerrima, glabra. Pedunculi axillares solitarii, terminales gemini, folio breviores, glabri, floribus lateralibus sessilibus. Bracteae duae ad basin calycis. Cal. quinquepartitus, laciniis lineari-lanceolatis, corollâ 3-4plo brevioribus. Cor. pollicaris, labio sup. lanceolato, indiviso, inferiore profunde diviso, laciniis oblongis, obtusis. Caps. pollicaris. *In Montserrat. Ryan.*

66. J. *furcata;* labio inferiore trilobo, floribus axillaribus solitariis spicatisve, foliis ovato-oblongis utrinque angustatis cauleque pubescentibus. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 27. *Jacq. hort. Schoenbr.* I. t. 3. J. *peruviana Willd. Spec.* I. p. 97. et *Persoon Syn.* I. p. 22. (utroque *excl. syn. Lamarck.*) J. *peruviana Cavanill. ic.* t. 28. *Curtis mag.* t. 430. J. *variabilis Zuccagni Obss. Cent.* I. *ap. Roemer Collect.* p. 116. J. *biflora Hortulan.* J. *pubescens Schult. obs.* p. 5.

Caulis teres; folia petiolata, bipollicaria, obtusiuscula integerrima, aetate fere glabra, juniora viridi-canescentia. Flores axillares plerumque solitarii, rarissime terni. Bracteae lineari-lanceolatae. Cal. folia? linearia acuta. Cor. caerulea (violacea) labio superiore bifido, angusto, inferiore trifido, lato. Anthera inferior aristata, arista bifida. *Circa Limam.* ♄.

67. J. *cuspidata Vahl;* pedunculis axillaribus verticillatis subtrifloris, floribus pedicellatis, bracteis cuneatis aristatis, exterioribus ciliatis, *Vahl Symb.* II. p. 9. DIANTHERA *verticillata Forsk. descr.* p. 9.

Similis I. *chinensi*, diversa modo figurâ bractearum et numero antherarum. Rami sexangulati, folia elliptica. In *Arabiâ.*

68. J. *retorta Vahl;* pedunculis axillaribus subquinquefloris, bracteis subulatis, foliis ovatis. *Vahl Enum.* I. p. 150.

Tota glabra. Caulis herbaceus, subsulcatus. Rami interdum divaricati. Folia petiolata, semipollicaria, inferiora ovata, superiora oblonga, remota. Pedunculi axillares, terminales, folio multo longiores, pedicelli laterales breviores, uniflori, intermedius triflorus longior. Cal. quinque-partitus, laciniis lineari-lanceolatis. Cor. tubus retortus. In *Ind. orient. Rottler.*

69. J. *lithospermifolia Jacq.*; labio inferiore trilobo, floribus axillaribus sessilibus verticillatis, bracteis lineari-lanceolatis, foliis lanceolatis. *Jacq. Hort. Schönbr.* I. p. 3. t. 4. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 27. *Spec.* I. p. 95. *Vahl Enum.* I. p. 151. *Zuccagni Obss. Cent.* I. in *Roemer Collect.* p. 116. J. *ladanoides Lam. illustr.* I. p. 42.

Caulis erectus, sexangularis, subvillosus, inferne geniculis infractis, articulis purpurascentibus. Rami alterni. Folia breviter petiolata, pollicaria, acuta, basi, ut genicula, villis raris. Flores axillares, raro solitarii, interdum gemini, plerumque terni. Bracteae lineari-lanceolatae, longitudine calycis, lineari-lanceolatae. Cor. purpureo-violacea, labio sup. emarginato, inferiore latiore, longiore trilobo. Anthera inferior aristata. *In Pera.* ♃. *Vahl.* ⊙. *Willd.* ♄. *Ait.*

70. J. *biflora Vahl*; pedunculis axillaribus bifloris, folia ovata aequantibus, bracteis subulatis. *Vahl Symb.* II. p. 9. *Enum.* I. p. 152.

Suffruticosa ramosa, ramis obscure quadrigonis, glabris. Articuli tripollicares, basi altero latere subgibbosi. Folia pollicaria parum attenuata, integerrima. Petioli laxi, inferiores longitudine foliorum. Pedunculi filiformes. Bracteae duae petiolatae ad basin pedicellorum, oblongae; florales tres, sub singulo calyce, inaequales, duae subulatae. Cal. quinquepartitus. In *Ind. orientali.*

71. J. *sessilis Jacq.;* floribus axillaribus sessilibus solitariis, foliis ovatis subcrenatis integerrimisque, caule erecto. *Jacq. amer.* t. II. f. 2. *Vahl Enum.* I. p. 152. *Willd. Spec.* I. p. 95. *Pers. Syn.* I. p. 22. J. *pauciflora Vahl Ecl. am.* I. p. 2. *Pers. Syn.* I. p. 2.

Caules plures, erecti, sesquipedales-bipedales, teretiusculi, articulis 2-5 pollicaribus. Rami oppositi, remoti, patentes, lineâ villosâ decurrente, alternante. Folia breviter petiolata, semipol-

licaria, saepe obtusa cum acumine brevissimo, saepe glabra, subtus pallidiora. Petioli ciliati. Cal. quadripartitus, laciniis subulatis. Corolla semipollicaris, extus villosa, tubo angusto; labium superius lineare vel rectum, indivisum, inferius parum brevius, trifidum, laciniis rotundatis, subaequalibus. Anthera altera supra alteram. Capsula glabra. Semina muricata. In *Caribaeis*. — *Vahlius* genuinam *sessilem* non vidit, forte tamen suam specie non differre suspicatur.

c. *Calyce simplici, corollis ringentibus. Monantherae.*

72. J. *caracasana Jacq.*; spicis axillaribus terminalibusque, floribus oppositis, bracteis calyce brevioribus, caule ramisque teretibus, sexstriatis, foliis ovatis acuminatis undulatis petiolatis. *Jacq. pl. rar.* II. t. 206. *Vahl Enum.* I. p. 153. *Willd. Spec.* I. p. 93. (in praecedenti sectione).

Erecta, quinquepedalis; folia 4-6 pollicaria, subrepanda vel integerrima. Spicae solitariae, erectae, longe pedunculatae, semipedales, calycibus fructiferis remotis. Bracteae ternae acuminatae, lateralibus duplo angustioribus. Cal. quadripartitus, laciniis lineari-lanceolatis acuminatis. Cor. violacea, saturate purpurea, labio superiore integerrimo, inferiore trilobo. Antherae parallelae. *Ad Caracas.* ♄.

73. J. *Adhatoda*; spicis axillaribus oppositis, bracteis ovatis acutis nervosis. *Linn. Fl. Zeyl.* p. 16. *Vahl Symb.* II. p. 16. *Enum.* I. p. 153. *Willd. Spec.* I. p. 96. *Curtis magaz.* t. 861. *Herm. Lugd.* t. 643. *Plukn.* t. 173. f. 3. *Rivin. monop.* p. 129.

Rami glabri, articulis apice latioribus; folia 3-4 pollicaria, lanceolato-ovata, integerrima, supra glabra. Petiolus brevissimus. Spicae versus summitatem pedunculatae; pedunculus folio brevior, superne crassior, ad insertionem articulatus; flores oppositi, solitarii; bracteae tres sub singulo flore, duae calyce longiores ad ejusdem basin, tertiâ venosâ. Cal. quinquepartitus, laciniis lanceolatis. Cor. magna, ex viridi albicans, labio superiore oblongo, inferiore trifido. Bracteae nunc ovato-cordatae, nunc ovatae. In *Ind. orient. et Zeylon.* ♄.

74. J. *infracta Burm.*; spicis axillaribus terminalibusque secundis subtomentosis, bracteis dorsalibus bifariis ovatis absque margine membranaceo. *Vahl Enum.* I. p. 155.

Semipedalis, basi repens. A *repente* differt: bracteis interioribus villoso-lanuginosis; a Dicliptera *pectinatâ* margine bractearum dorsalium nullibi membranaceo, spicis crassioribus. In *Ind. Orient. Laur. Burm.*

75. J. *sanguinolenta Vahl*; pedunculis axillaribus solitariis unifloris alternis, foliis oblongis, caule repente *Vahl symb.* II. p. 10.

Caul. herbaceus simplex basi repens, geniculatus, articulis inferioribus bipollicaribus, superioribus unguicularibus. Folia pollicaria, plerumque integerrima, rarius crenata, obtusa, glabra. Petiolus folio duplo-triplo brevior. Pedunculi superne imbricati, squamis 6, minutis, setaceis, oppositis. Cal. quinquefidus, laciniis setaceis. Cor. tubus brevis; laciniâ superiore oblongâ, emarginatâ, inferiore duplo latiore, longitudine superioris, subtrifida, laciniis lanceolatis. In *umbrosis Zeylonae.*

Diantherae.

76. J. *comosa Vahl*; thyrsis terminalibus subimbricatis subcomosis, foliis ellipticis. *Vahl Enum.* I. p. 155.

Caulis herbaceus, quadrigonus, crassitie pennae anserinae, glaber. Folia petiolata tri-quadripollicaria, glabra, integerrima, subavenia. Thyrsus semipedalis e pedunculis geminis, pedicellis partialibus oppositis, floribus sessilibus imbricatis. Bracteae lanceolatae, villosae, calyce longiores; Cor. villosa, lab. superiore indiviso, fornicato. Anthera altera supra alteram. In *Amer. merid. Herb. Royen.*

77. J. *Betonica*; spicis terminalibus, bracteis ovatis acuminatis venoso reticulatis, foliis lanceolato-ovatis petiolatis. *Linn. Fl. Zeyl.* 18. *Willd. Spec.* I. p. 96. excl. *Synon. Vahlii.* J. spicis terminalibus, bracteis ovatis acuminatis, venoso-reticulatis, coloratis, glabris, foliis elliptico-lanceolatis glabris, staminibus monantheris. *Roth nov. plant. Spec.* MSS. Bem Curini *Rheede mal.* II. p. 33. t. 21.

Ind. orient. ♄.

78. J. *pseudo-Betonica Roth*; spicis terminalibus, bracteis ovatis, acuminatis, venoso-reticulatis, coloratis, villosis, ciliatis, foliis subcordato-ovato-lanceolatis, subrepando-crenatis, pubescentibus, staminibus diantheris. *Roth nov. plant. spec.* MSS. J. *Betonica Vahl Enum. plant.* I. p. 156. exclus. synonymo *Linnei.*

Rami glabri, articulati. Folia pollicaria, glaberrima, margine inaequalia, brevi petiolata. Spica bi-tripollicaris, bracteae oppositae, imbricatae, pallidae, venis viridibus. Flores solitarii, oppositi. Calycis laciniae lanceolatae villosae. Anthera superior globosa, inferior basi aristâ membranaceâ albidâ. In *India orient.* ♄.

79. J. *plumbaginifolia Jacq.*; spicis terminalibus confertis, bracteis lanceolato-linearibus, foliis oblongis acutis integerrimis venosis. *Jacq. fil. Eclog.* p. 20. t. 12.

Antherae biloculares, loculo inferiori basi appendiculato. *Patria ignota.* ♄.

80. J. *juncea Brown*; spicâ terminali densâ, foliis linearibus margine scabris, caule erecto. R. *Brown. prodr.*

nov. Holland. I. p. 476. *α.* foliis elongatis paginis cauleque laevibus; *β.* iisdem pilosiusculis.

Hab. in nov. Hollandiâ.

81. J. *media Brown;* spicâ terminali densâ, foliis lanceolatis basi attenuatis subpetiolatis cauleque erecto undique pilosis. — R. *Brown.* l. c.

Hab. in nov. Hollandiâ.

82. J. *adscendens Brown;* spicâ terminali densâ, foliis angusto-oblongis obtusis basi attenuatis cauleque ramosissimo diffuso hirsutis. — *Brown* l. c.

Hab. in nov. Hollandiâ.

83. J. *formosa Willd.*; spicis terminalibus, bracteis lanceolatis, foliis ovatis acuminatis. *Willd. Enum. H. berol. I.* p. 28.

Frutex tripedalis, ramis teretibus, junioribus pubescentibus. Folia tripollicaria ovata acuminata subrepanda glabra, subtus reticulato-venosa, venis laeviter hirtis. Petioli fere pollicares. Spica semipollicaris, quandoque binis lateralibus. Bracteae lanceolatae pubescentes. Corolla ringens, fere semipollicaris, purpureo violacea. *Willd.* l. c. *Habitat* —

84. J. *plicata Thonn.;* spicis terminalibus tetragonis; bracteis lineari-lanceolatis ciliatis, foliis lanceolato-ellipticis, caule repente. *Vahl Enum.* I. p. 157.

Caulis herbaceus, pedalis, teretiusculus, striatus, ramis erectis. Folia breviter petiolata, bi-tripollicaria, basi attenuata, subintegerrima, nervis utrinque margineque villosa. Spica bi-tri-pollicaris. Bractea utrinque ad singulum verticillum, tres ad basin singuli floris, intermediâ lineari-lanceolatâ, lateralibus setaceis, calyce longioribus. Cal. laciniae carinatae, sphacelatae. Cor. tubus calyce longior, varie plicatus, labio superiore brevi, erecto, obtuso, concavo, plicato-carinato, extus membranaceo, subcolorato, inferiore majore semitrifido, obtuso, plano, reflexo, flavo. Anthera inferior aristata. Stigma bifidum. Caps. calyce longior, oblonga. Semina compressa, rugosiuscula. In *Aquapim Guineae. Thonning.*

85. J. *reticulata Lam.;* spicis axillaribus terminalibusque filiformibus, floribus distantibus, bracteis setaceis, foliis oblongis obtusis. *Vahl Enum.* I. p. 157.

Caulis herbaceus, basi repens, spithamaeus, subramosus. Folia subpetiolata, semipollicaria, basi acuta integerrima, venis pallidioribus reticulata. Spicae bipollicares. Flores parvi. Anthera una supra alteram. *Herbar. Lamarck.*

86. J. *reflexiflora Richard;* spicis axillaribus terminalibusque subsessilibus, bracteis linearibus, foliis lineari-lanceolatis ovatisve. *Vahl Enum.* I. p. 157.

Caul. inferne frutescens, adscendens, debilis, teres, glaber geniculis atropurpureis. Folia petiolata, bipollicaria, plerumque lineari-lanceolata, interdum ovata, utrinque attenuata, glabra, integerrima. Spicae vix semiunciales. Bracteae 3 lineares ad basin calycis. Cal. quinquepartitus, laciniis unguicularibus, linearibus aut lineari-lanceolatis. Cor. semipollicaris, dilute violacea, lobo superiore breviter bifido, inferiore trilobo. Anthera una supra alteram. Capsula turbinata, villosa, calyce longior. A. J. *cartagenensi* bracteis inprimis diversa. In *glareosis montosis St. Thomae*. *Richard*. ♄.

87. J. *humifusa* *Swartz*; spicis terminalibus umbellatis filiformibus, foliis ovatis cordatisque, caule decumbente. *Swartz prodr.* p. 14. *Fl. ind. occ.* I. p. 35. *Vahl Enum.* I. p. 158.

Caules aggregati, basi repentes, dichotomi, tetragoni, glabri. Fol. breviter petiolata, unguicularia, glabra. Spicae tres subbipollicares, floribus distantibus subsecundis, parvis. Bracteae minutae, lineares, ut laciniae calycis. Cor. labium inf. trifidum. Facies J. *comatae*. In *aquosis Jamaicae*. ⊙.

88. J. *secundiflora* *Ruiz* et *Pav.*; spicis axillaribus racemosis elongatis, floribus secundis, foliis ellipticis obsolete crenatis acutis glabris. DIANTHERA *secundiflora*. *Fl. peruv.* I. t. 15. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 158.

Caules herbacei, tripedales, leviter sexangulares, glabri, dilute purpurascentes. Folia petiolata, patentia, venosissima. Pedunculi solitarii, folio longiores, purpurei. Spicae oppositae, pedicellatae, simplices, interdum bifidae. Bracteae subulatae parvae. Calycis laciniae quinque, subulatae. Cor. purpurea, lab. sup. integerrimo, infer. trifido. In *nemoribus Peruviae*.

89. J. *racemosa* *Ruiz* et *Pav.*; racemis terminalibus, pedunculis inferioribus dichotomis, superioribus indivisis unifloris, foliis ovatis attenuatis integerrimis. *Vahl Enum.* I. p. 159. *Flor. peruv.* I. p. 9. t. 11. f. b.

Caulis herbaceus tripedalis, villosus, obtusus, tetragonus, quadrisulcatus. Folia patentia. Pedunculi partiales bini-terni utrinque. Bracteae duae subulatae ad basin pedunculorum, tres sub singulo calyce. Cal. quinque-partitus, laciniis lineari-lanceolatis. Cor. punicea, calyce triplo longior, lab. superius concavo-carinatum, integrum, inferius leviter tricrenatum. Antherae muticae. Caps. bilocularis. In *Peruviae nemoribus*. ♃.

90. J. *appendiculata* *Vahl*; spicis axillaribus umbellatis, foliis lanceolato-oblongis undulatis basi subsagittatis. *Vahl Enum.* I. p. 159. DIANTHERA *appendiculata* *Fl. peruv.* I. p. 12. t. XI. f. a.

Caulis herbaceus, sexpedalis, obsolete angulatus, superne purpurascens; folia petiolata fere quadripalmaria, basin versus attenuata, obtusa, utrinque lobo rotundato desinentia, integerrima,

apice acuta. Pedunculi solitarii, bini-terni, tri-quinquefidi. Bractea lanceolata, et tres similes sub calyce. Calycis laciniae 5, lineari-lanceolatae; cor. purpurea, calyce quadruplo longior, labio superiore integro, inferiore trifido. Antherae aristatae. Semina granulosa. In *Peruviae nemoribus umbrosis.*

91. J. *jalappaefolia Vahl;* umbellis dichotomiae triradiatis, bracteis lanceolatis, caule superne dichotomo, foliis ovatis subcrenatis. *Vahl Enum.* I. p. 160.

Glabra, herbacea, folia petiolata, bipollicaria, attenuata; pedunculi bipollic., apice pedicelli tres umbellati, laterales triflori, intermedius quinqueflorus, vix unguiculares. Bracteae duae ovatae ad basin pedicellorum, florales acutae, calyce parum longiores. Cal. laciniae subulatae. Cor. purpurea, labio superiore oblongo concavo integerrimo, inferiore emarginato. Anthera altera supra alteram, linearis, angusta, torta. In *Javâ. Herbar. Thouin.*

92. J. *tomentosa Ruiz* et *Pav.;* umbellis axillaribus subsolitariis quadriradiatis, bracteis cuneiformibus, foliis ovatis tomentosis, caule repente. DIANTHERA *repens. Flor. per.* I. p. 10. t. XV. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 160.

Caules plures suffruticosi pedales, obsolete sexangulares; folia breviter petiolata, radicalia ovato-subrotunda, remote dentata. Pedunculi solitarii vel gemini, pedicellis brevissimis, 4-5nis, bracteis duabus subulatis ad basin pedicellorum. Bracteae duae subcuneiformes, altera parum brevior, brevissime acuminatae, utrinque glandulosae, includentes flores 2-3.; duae aliae subulatae sub singulo calyce. Cal. laciniae 5 villosae, apice glandulosae. Cor. rubra extus pubescens, labio superiore integro, inferiore concavo, levissime tridentato. In *fissuris rupium Limae.*

93. J. *inficiens Vahl;* hirsutissima, pedunculis axillaribus terminalibusque geminis bifloris, bracteis oblongis, foliis ovatis acutis integerrimis. *Vahl Enum.* I. p. 161. DIANTHERA *hirsuta. Flor. per.* I. p. 11. t. XIII. f. b.

Caulis herbaceus, bipedalis, simplex, tetragonus, quadrisulcatus, villis 3-6 articulatis. Folia petiolata. Bracteae acuminatae, alterâ breviore, duabus subulatis sub singulo calyce ejusdemque longitudinis. Cal. laciniae subulatae, aequales. Cor. labium superius erectum, concavum, inferius trifidum, laciniis obtusis reflexis. In *Peruviae nemoribus.*

94. J. *divaricata Lichtenstein;* floribus axillaribus sessilibus oppositis foliis lineari-lanceolatis submucronatis, junioribus villosis, caule fruticoso divaricato. *Lichtenstein Spicileg. Fl. capens.* MSS.

α. Ramis horizontalibus, ramulis erectis.

β. Ramis erectis, ramulis patentibus determinate oppositis.

Fruticulus ramosus; rami angulati articulati; ramuli striati pubescentes. Folia majora, (fere pollicaria) sessilia, opposita, lanceolata, basi attenuata, glabra; juniora subfasciculata linearia villosa. Flores sessiles albi, labio inferiore maculâ violaceâ. Calyx profunde quadripartitus, laciniis linearibus. Bracteae binae lineares longitudine calycis. *Hab. in Grootrivierspoort prope fluvium tkaigarieb s. Oranjerivier ad montes.* ♄. *Lichtenst.* An haec sit J. *capensis Thunbergii*? (*Prodr. p.* 104.) ob descriptionem nimis brevem aegre decidendum.

95. J. *trisulca Vahl;* pedunculis axillaribus subtrifloris, floribus sessilibus, foliis oblongis obtusis. *Vahl Enum.* I. p. 161. Dianthera *trisulca Forsk. descr.* p. 7.

Frutex rigidus, ramis oppositis, distortis, cicatrisatis, teretibus inferne et aphyllis, pubescentibus. Folia petiolata, pollicaria, approximata, integerrima, coriacea, tenella subcinerascentia. Pedunculi petiolo duplo breviores, solitarii, bi-triflori. Flores sessiles. Bractea utrinque ad apicem pedunculi lanceolata, calyce longior, alia brevior ovata, cinerascens. Cal. quinquefidus, laciniis lanceolatis. Cor. sesquipollicaris labiis aequalibus, superius lanceolatum, obtusum, integrum, inferius trifidum, laciniis linearibus. In *Arabiâ.* ♄.

96. J. *patula Lichtenstein*; pedunculis axillaribus unifloris, foliis oblongis glabriusculis obtusis vel recurvato-submucronatis. Caule fruticoso glabro divaricato. *Lichtenstein Spicileg. Fl. capens.* MSS.

Fruticulus rigidus ramosus. Rami teretes virides ramulique omnes oppositi patentes. Folia sessilia opposita fere pollicaria subtus venosa. Flores (albi, antheris fuscis) brevissime pedunculati, bracteâ duplici glandulosâ minutâ ad basin calycis. Calyx quinquepartitus laciniis lineari-lanceolatis. *Habit. in collibus trans fluvium tkai garieb prope vadum incolis Priskab dictum, ad promont. b. Spei, una cum J. cuneata Vahlii.* ♄. *Lichtenst.*

97. J. *moretiana Burm.;* floribus axillaribus solitariis terminalibus spicatis, foliis lanceolatis. *Burm. zeyl.* t. 3. f. 1. *Fl. ind.* p. 10. (*excl. syn. Rumph.*) *Vahl Enum.* I. p. 162.

Folia glabra, corollae labium inferius trifidum. Dubia *Vahlio* planta, ob similitudinem cum sequenti hic posita. In *arenosis Indiae.*

* 98. J. *hyssopifolia;* foliis lanceolatis integerrimis obtusis, pedunculis axillaribus trifloris ancipitibus, bracteis calyce brevioribus. *Linn. Syst. Veg.* p. 63. *Plukn.* t. 280. f. 1. *Miller* ic. t. 13. *Kniphof* C. VIII. n. 38. *Vahl Enum.* I. p. 162. *Willd. Spec.* I. p. 97. *Enum. H. berol.* I. p. 29. *Mill.* ic. 9. t. 13.

Rami glabri articulati; folia subpetiolata, glabra, basi attenuata; pedunculi uni-triflori; bracteae duae, oppositae versus medium pedunculi. Calycis laciniae lanceolatae, corollâ duplo breviores. Cor. pallide flava, pubescens, labio sup. oblongo, inf. trilobo. In *insulis fortunatis.* ♄.

* 99. J. *orchioïdes;* pedunculis axillaribus solitariis uniflo-ris, foliis lanceolatis utrinque acutis sessilibus. *Linn. Suppl.* 85. *Vahl Symb.* II. p. 10. *Enum.* I. p. 162. *Willd. Spec.* I. p. 98. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 42. *Vent. jard. de Malmais.* t. 51.

Fruticulus rigidus, glaber, ramis alternis. Fol. sessilia, semiunguicularia, rigida, crassiuscula, apice pungentia. Pedunculi longitudine foliorum. Bracteae duae deciduae in medio pedunculi. Calycis laciniae setaceae, subaequales. *Ad Promont. b. spei.* ♄.

100. J. *capensis Thunb.;* floribus axillaribus sessilibus, foliis lanceolatis obtusis, villosis. *Thunb. prodr.* p. 104. *Vahl Enum.* I. p. 163.

Vahlio dubia, an hujus sectionis? In *Cap. b. spei.* ♄.

101. J. *cuneata Vahl;* floribus solitariis sessilibus, foliis obovatis emarginatis. *Symb.* II. p. 10. *Enum.* I. p. 163.

Frutex rigidus; ramosus; rami oppositi patentes angulati articulati, tuberculo parvo utrinque ad apicem singuli articuli. Folia sessilia, vix semiunguicularia, crassa, integerrima, emarginata. Flores alterni basi bracteis binis linearibus. Cal. quinquefidus, laciniis lineari-lanceolatis. Cor. fere J. *hyssopifoliae.* Antherae geminae altera supra alteram, inferior aristâ albâ, apice inflexâ. In *Cap. b. spei.* ♄.

* 102. J. *tranquebariensis;* floribus axillaribus solitariis sessilibus terminalibus spicatis, bracteis obcordatis, foliis obovatis, ramis incanis, cauleque teretibus. *Linn. Suppl.* p. 85. *Vahl Enum.* I. p. 163. *Willd. Spec.* I. p. 99. J. *parvifolia Lamarck. dict.* I. p. 627.

Caulis fruticosus; rami teretes, oppositi, diffusi; folia unguicularia, basi acuta integerrima; petiolus longitudine fere folii. Flores axillares solitarii, superiores in spica. Variat foliis majoribus et minoribus. In *Tranquebar.*

103. J. *glauca;* caule suffruticoso; foliis ovatis, integerrimis acuminatis, obtusisque, floribus axillaribus solitariis sessilibus, terminalibus spicatis. *Rottler ap. Willd. act. am. n. c. berol.* IV. p. 219. Sub *Just. trankenbariensi.*

Ind. orientalis.

104. J. *odora Vahl;* floribus axillaribus sessilibus oppositis, foliis subrotundis. *Vahl symb. bot.* II. p. 11. *Enum.* I. p. 164. DIANTHERA *odora Forsk. descr.* p. 8.

Frutex ramosus cortice cinereo; rami obscure tetragoni, sulcis quatuor. Folia petiolata, vix pollicaria, ovalia vel subrotunda, coriacea, mucronata. In *Arabiâ.* ♄.

105. J. *serpyllifolia Rottl.;* floribus axillaribus subsessilibus solitariis, foliis subrotundis, caule procumbente villoso inermi. *Vahl Enum.* I. p. 169.

Rad. crassitie digiti; caules plures, alternatim ramosi, crassitie fili grossioris. Folia brevissime petiolata, *Thymi Serpylli* parum majora, integerrima, subciliata. Petioli villosi, pedunculi longitudine petioli. Calycis folia? setacea. Cor. parva. Filamenta infra antheras penicillo plumoso. *Rottler* de genere dubitat. In *Ind. orient.*

Minus cognitae.

106. J. *mucronata Ruiz* et *Pav.*; spicis terminalibus, floribus oppositis remotis, bracteis dentatis, foliis oblongis remote dentato-spinosis. *Flor. peruv.* I. p. 8. t. X. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 169.

Frutex duodecimpedalis ramis inflexo-erectis; folia interdum terna, petiolata, semipedalia, acuta, mucronata, supra nitida, denticulis incurvis. Spica terminalis, fere pedalis. Flores oppositi, interdum terni. Bracteae ovatae, acutae, obsolete denticulatae, calyce quinquepartito duplo breviores; laciniae oblongae margine denticulatae. In *Peruviae nemoribus.*

107. J. *japonica Thunb.*; herbacea, foliis ovatis serratis, spicis terminalibus, bracteis setaceis, caule patulo. *Thunb. Fl. jap.* p. 20. *Willd. Spec.* I. p. 101.

In *Japoniâ.* ♄.

108. J. *volubilis Vandelli*; spicis solitariis alternis, foliis ovatis nervis infra villosis, caule volubili piloso. *Vandelli flor. lusit. et brasil. specimen in Römer script. de plant. hisp. lusit. et brasil.* p. 71.

In *Brasiliâ.*

109. J. *Vandellii*; spicis solitariis oppositis, foliis ovato-lanceolatis; infra villosis, caule volubili. DIANTHERA. *Vandelli* l. c.

In *Brasiliâ.*

110. J. *Vellozii Vandell.*; spicis solitariis terminalibus, foliis ovato-oblongis, utrinque pilosis, caule erecto subramoso piloso. DIANTHERA. *Vandelli* l. c.

In *Brasiliâ.*

111. J. *trifoliata Vandell.*; spicâ communi terminali solitariâ, propriis ternis comosis, foliis ternis lanceolatis utrinque villosis reflexis. DIANTHERA. *Vandell. Fl. lus. et bras.* l. c.

In *Lusitaniâ?*

112. J.? *obscura Vahl*; spicis lateralibus, foliis ovatis rugosis. *Vahl Enum.* I. p. 170. ZIZIPHORA *siliquosa Lour. Fl. cochin.* I. p. 27.

De genere multum dubium *Vahlio*, id vero certum illi, ZIZIPHORAM non esse. Frutex quinquepedalis erectus; folia opposita, magna, acuminata, integerrima. Racemi laterales. Calices uti corollae ruberrimae. Cor. labium superius oblongum, incurvum, integrum, inferius tripartitum, laciniis linearibus. Siliqua linearis bivalvis. Sem. quatuor, subrotunda. In *Cochinchinâ*. ♄.

113. J. *fruticosa*, frutescens et hirsuta, foliis oblongis pediculis brevissimis, flore rubro. — *Houst.* MSS. *Mill Dict.* n. 3.

Folia ovata, s. ovato-lanceolata, petioli hirsuti, bracteae cordato-acuminatae. Flores pallide rubelli. *Ex Campechiâ*. Specimina sicca in Herbario Banksiano.

114. J. *arborea Mill. Dict.* n. 7. Adhatoda arborea, foliis oblongis subtus villosis, floribus spicatis albis. *Houstoun* MSS.

Arbor 20 pedum. Foliis lanceolato-ovatis sessilibus, subtus tomentosis. Spicae ex eodem puncto 3, 4, 6, mediâ triunciali, reliquis semiuncialibus. Flores parvi, albi. *Habit. in Campechiâ*. ♄.

115. J. *brachiides*; spicis terminalibus subdistichis, bracteis ovalibus breviter petiolatis subpatulis, caule erecto brachiato, foliis ovalibus subpilosis, basi in petiolum brevem attenuatis. J. *brachiata Roth nov. plant. spec.* MSS.

Bracteae tres, pubescentes; exteriores duae ovales, interior lineari-subulata. *Calyx* quadripartitus, laciniis pubescentibus, *Capsula* subglobosa, pubescens. *Habit. in Indiâ orientali.* B. *Heyne*.

116. J. *glandulosa Roth*, glanduloso-pilosa, ramosissima, paniculis axillaribus, laxis, subdichotomis, foliis ovalibus petiolatis, filamentis setosis, antheris basi barbatis. — *Roth nov. plant. Spec.* MSS.

Caulis lignosus, pilis brevioribus densis cum interpositis longis articulatis glandulosis, asper. *Folia* opposita integerrima. *Paniculae* oppositae, foliosae. *Flores* subsecundi, fere ut in J. *echioide*. *Antherae* simplices, lanceolatae, basi barbatae. Capsula linearis. *Hab. in Indiâ orientali.* B. *Heyne*.

117. J. *brachiata Pursh*, pedunculis axillaribus racemoso-verticillatis: pedicellis geminis, bracteis obovatis trifloris, foliis ovatis acutis, petiolis longissimis, caule sexangulari ramosissimo. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 14.

Caules plures, geniculati, hexagoni, brachiato-ramosissimi, glabri. Folia opposita, sensim acuta, integerrima, glabriuscula; nervis, venis, petiolisque tenue pilosa. Flores 2-3 sessiles. Calyx simplex, quinquefidus. Corolla rubella, extus pilosa. Antherae 2 in singulo filamento. Stigma bifidum. Capsula oblonga, compressa, mucronata. In *insulis Roanoak fluminis Carolinae septentr.* ♃.

80. DICLIPTERA.*)

Cl. *Iussieu* e speciebus omnibus diandris dissepimento incompleto et a valvis demum soluto genus unicum constituit, quod quidem minime naturale est, sed in systemate artificiali unâ cum nomine retineri debet, quippe quod melius exprimat characterem, quam DIANTHERA Gronovii et Linnaei. Namque antherae biloculares loculis remotiusculis et in Justiciâ occurrunt. A *Solandro* 30 fere annis ante hac sectiones I. II. et V. Jussiaei conjunctae fuere DIANTHERAE nomine, charactere sequente e MS.: „*Corolla* ringens, resupinata. *Stamina* duo. *Antherae* geminae. *Capsulae* carina elastice dissiliens. *Dissepimentum* liberum!" Resupinatio corollae equidem vix admittenda, quoniam bracteae foliaceae floribus tribus communes sunt, et pro „antheris geminis" substitui debet antherarum loculi distantes arcum apicis filamenti terminantes, mutici, altero altiore. Sectio III. Jussieui distinctum genus efficere videtur, ob corollam ringentem, labio inferiore latiore diviso, antherarum loculos alternos approximatos, inferiore basi appendiculato, et praecipue propter inflorescentiam fere peculiarem, bracteas dorsales nempe spicae densae secundae bifarias anticas dilatatas unifloras, includentes calycem bracteolasque duas minores laterales. Sectio IV. quae JUSTICIA est *Houstoni*, a reliquis distinguitur habitu, et corollae bilabiatae labiis indivisis.

1. *Flores bibracteati bracteis magnis, axillares, subverticillati.*

1. D. *chinensis*, umbellis axillaribus subternis subquinquefloris, bracteis ovatis mucronatis basi coloratis unifloris. *Vahl Enum.* I. p. 110. *Symb. bot.* I. p. 4. *Burm. ind.* p. 8. *tab.* IV. f. 1. JUSTICIA *hexangularis Forsk. descr.* p. 5.

Caulis inferne lignosus. Folia bipollicaria, lanceolato-ovata mucronata glabra; pedunculi subsolitarii subunguiculares; calyx exterior quadriphyllus, interior quinque-partitus laciniis setaceis. Capsula villosa. *China. India orientalis. Arabia, locis aquosis.*

2. D. *ciliaris;* affinis *D. chinensi*, sed bracteae ciliatae, latiores, rotundiores, minus acuminatae. *Juss. ann. d. Mus.* IV. p. 268.

Ex Gujana.

* 3. D. *bivalvis;* pedunculis axillaribus trifidis, bracteis ovato-subrotundis nervosis aristatis, foliis ovato-oblongis subcrenatis. *Vahl Enum.* I. p. 149. JUSTICIA *foetida Forsk. descr.* p. 5. *Rumph. amb.* VI. p. 51. t. 22. f. 1.

Rami lignosi articulis bi-tri-pollicaribus; folia bipollicaria subtus pallida, punctata, ramorum floriferorum altero latere angustiora,

---

*) DICLIPTERAE omnes sunt JUSTICIAE apud *Vahl*. Hinc, ut spatii lucrandi ratio habeatur, ut JUSTICIAS non amplius protulimus in Synonymia.

longe mucronata; pedicelli pedunculo longiores 3 - 6; bracteae unguiculares, trinerves, alterâ minore, interiores tres ad singulum florem. Caps. villosae. Valde affinis sequenti. *Ind. orient. Arab.*

* 4. D. *martinicensis;* pedunculis axillaribus trifidis, bracteis elliptico-ovatis acutis trinerviis, foliis ellipticis acuminatis integerrimis, *Vahl Enum.* I. p. 150. *Jacq. am.* 5. t. 2. f. 3. *pict.* p. 8. t. 6. DIANTHERA *martinicensis* L. *ed. Murr.*

Herbacea; folia infima quinquepollicaria, suprema pollicaria, glabra; flores sesquipollicares, rubentes, corollae labium superius saepe emarginatum, inferius laevissime tridentatum. *Ad sepes Martinicae.*

5. D. *multiflora;* umbellis axillaribus ternis 2-4 radiatis, bracteis cuneiformibus, foliis oblongis pubescentibus, caule erecto. *Vahl Enum.* I. p. 160. DIANTHERA *multiflora. Ruiz* et *Pav.* I. p. 10. t. XIV. f. b.

Caulis sesquipedalis, 6 angularis, hispidulus; folia petiolata, acuta, integerrima; flores sessiles 2 - 3 in singulo pedicello inter bracteas duas glabras, duasque alias lineari-subulatas, ciliatas. Corolla purpurea, labio inferiore tridentato. *Peruviae umbrosa.* ⊙

6. D. *retusa;* spicis terminalibus, bracteis obovatis subretusis imbricatis glabris, foliis ovatis acuminatis. *Vahl Enum.* I. p. 136. *Symb.* II. p. 8.

Caulis herbaceus, glaber; folia bipollicaria, nervis utrinque elevatis, integerrima; pedunculus simplex tri-quadripollicaris; spica pollicaris, floribus solitariis oppositis, bracteae tres, extima latiore; calyx quinquepartitus; corolla magna purpurascens, ultra medium fissa, lab. superius bidentatum, inferius trifidum. *Insulâ St. Croix.*

7. D. *laevigata;* pedunculis axillaribus oppositis subtrifloris, floribus pedicellatis, bracteis oblongis mucronatis pubescentibus. *Vahl Enum.* I. p. 149. J. *falcata Lam. ill.* p. 38.

Rami tetragoni, patentissimi; folia pollicaria, ovata, attenuata, glabra; pedunculi breves, pedicelli 3-4, pedunculo longiores; bracteae quatuor patentissimae; corolla pubescens. *Isle de France.* ♄.

8. D. *peruviana;* pedunculis axillaribus trifloris terminalibus spicatis, bracteis ovatis cuspidatis subciliatis, foliis oblongo-ovatis. *Vahl Enum.* I. p. 148. DIANTHERA *mucronata Ruiz* et *Pav.* I. p. 11. t. 16. f. a.

Caulis herbaceus, bipedalis, teres, ramis elongatis; folia pollicaria, setâ terminata, avenia; pedunculi brevissimi, solitarii vel gemini; bracteae 4, binae ovatae, binae setaceae; calyx brevissimus, quinque-partitus; corolla purpurea. Anthera altera supra alteram. *Peru. Dombey.*

9. D. *resupinata;* floribus axillaribus subsessilibus pedunculatisque subverticillatis, bracteis bivalvibus subcordatis, foliis ovatis. *Vahl Enum.* I. p. 114. JUSTICIA *sexangularis Cavan. ic.* III. t. 203. Huic simillima JUSTICIA *brachiata Pursh. amer. sept.* I. 13. (cf. p. 167. *n.* 117.) neque prorsus distinguenda. *Spr.*

Caulis sesquipedalis, 6 angularis; rami remoti; folia pollicaria, glabra, petiolo triplo longiora; bracteae duae subcordatae obtusae, vix semiunguiculares; corolla semisupina, saepe resupina, labiis purpureo violaceis, fauce albà, purpurà punctatà. *Nova Hispania.* ♃.

* 10. D. *verticillaris,* floribus axillaribus verticillatis, calycibus exterioribus muticis, foliis ovatis. *Vahl Symb. bot.* II. p. 13. *Enum.* I. p. 110. J. *verticillaris Linn. Suppl.* p. 85. *Thunb. prodr.* p. 104.

Calyx exterior quadrifidus. *Hab. ad Promont. b. Spei.*

2. *Flores bibracteati bracteis angustis, axillares subverticillati.*

11. D. *umbellata;* umbellis axillaribus subgeminatis quadrifidis, bracteis subcuneatis aristatis bifloris ciliatis, foliis oblongis. *Vahl Enum.* I. p. 111.

Caulis suffruticosus, hexagonus, glaber; folia distantia, patentissima semipollicaria, utrinque acuta, glabra, avenia; pedunculi petiolo breviores; calyx exterior longior, laciniis subulatis aristatis ciliatis, interior hyalinis. *Gala Senegaliae. Herbar. Jussieui.*

12. D. *ocymoides;* umbellis axillaribus subquinquefloris, bracteis lanceolatis cuspidatis, foliis ovatis. *Vahl Enum.* I. p. 115. *Lam. ill.* p. 39. *Dict. bot.* I. p. 630. ADHATODA *jalappaefolia Buc'hoz.*

Cl. *Jussieu* citat *Vahl symb.* I. *p.* 15, ubi non invenies, nec in omnibus symbolis, nec ipse se divus *Vahlius* citat in *enumeratione.* Caulis herbaceus, pedalis, glaber, inferne quadri, superne sexangularis, pedunculi brevissimi; bracteae, uti calyces, villosae. *America.*

13. D. *acuminata;* hirsuta, floribus verticillatis, bracteis lanceolatis, foliis oblongo-lanceolatis attenuatis integerrimis. *Vahl Enum.* I. p. 151. DIANTHĔRA *acuminata Ruiz* et *Pav. Fl. per.* I. p. 10. t. XVI. f. b.

Caulis herbaceus, bipedalis, hexagonus, villis apice glandulosis; folia in acumine tenuissimo attenuata; pedunculi axillares, biniterni, brevissimi, pedicellis 3-5 in singulo; bracteae biflorae ciliatae ut calycis laciniae subulatae; corolla purpurea, profunde bifida, labio superiore integro. *Huanuci. Huaurae.*

3. *Flores unibracteati, bracteis calyce latioribus, dense spicati.*

* 14. D. *pectinata;* spicis axillaribus terminalibusque secundis villosis, bracteis dorsalibus lanceolatis bifariis basi margine membranaceis. *Vahl Enum.* I. p. 154. *Linn. Spec.* I. p. 22. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 41. *Roxb. corom.* 2. p. 29. t. 153. *Lamark ill.* I. t. 13. f. 3. *fide Jussieui.* JUSTICIA *parviflora Retz. obs.* V. p. 9. *Willd. Spec.* I. p. 101.

Caules spithamaei, filiformes, tetragoni; folia unguicularia, vel parum longiora, oblonga, obtusiuscula, pedunculi apice diphylli, longitudine foliorum, spica pollicaris; bracteae cuspidatae, ciliatae, omnes, ut calyces, villosae. *Ind. or.* ♄.

* 15. D. *repens;* spicis axillaribus terminalibusque secundis glabris, bracteis dorsalibus bifariis lanceolatis margine membranaceis. *Vahl Enum.* I. p. 154. ADHATODA *spicata Burm. Zeyl.* p. 7. t. 3. f. 2.

Caulis basi repens; rami decumbentes, glabri; folia pollicaria et minora, elliptico-lanceolata, raro obsolete crenata; pedunculi breves, apice diphylli, spicae pollicares; calycis laciniae subulatae. *Ind. or.* ♃.

16. D. *trinervia;* spicis terminalibus, bracteis lanceolatis, coloratis, trinerviis, foliis lineari-lanceolatis sessilibus. *Vahl Enum.* I. p. 156.

Caulis herbaceus, erectus, glaber; folia sesquipollicaria, obtusa, integerrima, glabra; spicae breves ovatae, bracteae basi albidae, nervis tribus viridibus, calyces glabri; corolla extus villosa, capsula pubescens, anthera inferior basi aristata. *Rottler, Ind. or.*

4. *Flores bibracteati, bracteis calyce angustioribus, laxe spicati distantes.*

* 17. D. *scorpioides;* spicis axillaribus terminalibusque recurvatis, foliis lanceolato-ovatis hirsutis sessilibus. *Vahl Enum.* I. p. 115. *Reliqu. Houst.* t. 1.

Rami teretes, cortice cinereo, superne villosi; flores secundi, calyx parvus, corolla glabra, labiis integris. *Amer. merid.* ♄.

* 18. D. *sexangularis;* umbellis axillaribus trifloris, bracteis cuneiformibus, foliis ovatis. *Vahl Enum.* I. p. 115. JUST. *annua Linn. H. cliff.* et JUST. *sexangularis Linn. S. V.* 63. *Willd. Spec.* I. p. 83. *Plukn.* t. 279. f. 6. fide *Jussieui.*

Anguli caulis pilosi, folia mucronata, bracteae mucronatae tegentes, calyce longiores; flores rubri. *Vera cruz, Jamaica.* ⊙.

* 19. D. *assurgens;* spicis axillaribus terminalibusque ramosis, floribus alternis, bracteis linearibus. *Vahl Enum.* I. p. 116. *Brown jam.* p. 110. t. 2. f. 1.

Rami superne sexangulati, angulis glabris; folia pollicaria, ovata, acuta, glabra, petiolo duplo longiora; flores remoti, saepe gemini; calycis laciniae membranaceae; flos coccineus. *Jamaica, St. Croix.*

5. *Pedunculi axillares di-aut trichotome multiflori divisuris bracteolatis.*

20. D. *pubescens;* umbellis axillaribus oppositis, bracteis ovato-subrotundis mucronatis, foliis ovatis pubescentibus. *Vahl Enum.* I. p. 146. DIANTHERA *coerulea Forster prodr.* n. 14.

Rami teretes pubescentes; folia petiolata; pedicelli quatuor, umbellati; bracteae quatuor utrinque subulatae, patentissimae; capsula pubescens. *Insula Botanicorum prope Nov. Caledonia.*

21. D. *clavata;* paniculis axillaribus subumbellatis, bracteis lineari-oblongis, foliis ellipticis. *Vahl Enum.* I. p. 146. DIANTHERA *Forster prodr.* n. 15.

Rami tetragoni glabri, articulis parum incrassatis; folia utrinque acuta, glabra, margine subundulata, subtus arcuatim nervosa, pedunculo fere breviora; bracteae minimae, flores parvi. *Ins. societatis.*

22. D. *frondosa;* umbellis axillaribus compositis pedunculatis, pedunculis elongatis, bracteis obovatis rhombeis obtusis glabris. *Vahl Enum.* I. p. 145. *Symb.* II. p. 8.

Caulis herbaceus teres, glaber; folia bipollicaria, ovata, acuta, glabra, pedicellis breviora; bracteae membranaceae, calyce multo longiores; corolla bracteis longior. *Otaheite.*

81. NELSONIA.*

1. N. *hirsuta;* spicis axillaribus terminalibusque tetragonis, bracteis lanceolato-ovatis calyce majoribus imbricatis villosis, foliis lanceolatis subdentatis procumbens. JUST. *hirsuta Vahl Enum.* I. p. 122. JUST. *brunelloides Lam. illustr.* I. p. 40.

Herbacea; rami sub-tetragoni, pubescentes, articulis tripollicaribus; folia pollicaria, brevi petiolata, oblonga, obtuse et remote dentata, subtus albidiora. Spicae pedunculatae, axillares, pollicares; pedunculi folio longiores, saepe diphylli. Bracteae infimae utrinque denticulis 3-4, superiores integerrimae. Flores basi bibracteati, bracteis setaceis. Cal. hirsutus. In *Javâ. Commerson. Thouin.*

* „Elytrariae retinaculis seminum pariter destitutae proximum genus, diversum „defectu filamentorum sterilium, figurâ antherarum, et praecipue habitu. „Huc etiam referendae nonnullas ineditas Indiae orientalis et Africae aequinoctialis." R. *Brown.* l. c.

2. N. *origanoides*; spicis axillaribus terminalibusque imbricatis cauleque erecto lanuginosis, bracteis foliisque ovalibus integerrimis nervosis. JUSTICIA *origanoides Vahl Enum.* I. p. 122.

Herbacea, superne praesertim lanuginosa, bifida; folia petiolata, pollicaria, subtus pilis copiosioribus. Spicae pedunculatae, oblongae, breves. Corolla parva. Antherae didymae. *Habitat?*

3. N. *nummularifolia*; villosa spicis axillaribus imbricatis, bracteis rhombeo-ovatis, foliis subcordatis lineatis, caule procumbente. JUST. *nummularifolia. Vahl Enum.* I. p. 122.

Caules plures filiformes, pedales; folia breviter petiolata, suprema subsessilia, infima interdum pollicaria plerumque unguicularia, copiosa, integerrima, obtusa; spicae breviter pedunculatae teretes, crassitie pennae anserinae, bi-quadri-pollicares, lanuginoso-canescentes. Bracteae folio triplo-quadruplo breviores. Cal. laciniis duabus interioribus linearibus, exterioribus oblongis. Caps. minutae ovatae, loculis bispermis. In *Puerto rico. West.*

4. N. *campestris*, foliis ellipticis lanatis, bracteis acutis, calycis foliolo antico semibifido, dorsali acuto corollaeque laciniis integris. R. *Brown. Prodr.* I. p. 481.

Hab. in nova Hollandiâ.

5. N. *rotundifolia*, foliis subrotundis pilosiusculis, bracteis acutis, calycis foliolis duobus latioribus corollaeque laciniis emarginatis. R. *Brown. l. c.*

Hab. in nova Hollandiâ.

82. ERANTHEMUM.

* 1. E. *capense* *; foliis lanceolato-ovatis petiolatis. *Linn. Fl. Zeyl.* 15. *Willd. Spec.* I. p. 51.

Habitus CHIRONIAE; flos puniceus. Planta dubia, quam *Poiret* eandem esse credit cum JUSTICIA *capensi.* In *Aethiopiâ; potius in Zeylon.*

* ERANTHEMUM *capense Linn.*, quod unica species cum genus condidit in appendice Florae Zeylanicae, et cujus character absque mutatione in omnibus *Gener. Plant.* editionibus receptus fuit, planta zeylanica est, et, (fide Herbarii *Hermanni*) ad sectionem *JUSTICIARUM* corollis subaequalibus in methodo *Vahlii* referenda, forsan ab omnibus in ejusdem enumeratione propositis distincta, *nervosae* et *roseae* propinqua. *Linnaeus* autem, qui nullum exemplar in herbario suo possidebat, postea, plantâ hacce e memoria obliteratâ, alias diversissimas et vere capenses, nempe *SELAGINES diandras* generi adjecit; denique *Linnaeus* filius in supplemento alteram a prioribus toto coelo diversam, nempe *ERANTH. salsoloides* admisit, et huic nuperius a b. *Vahlio* genus limitatum est."

Secundum characterem propositum fere omnes *JUSTICIAE corollis subaequalibus* in methodo *Vahlii* huc referri debent, exceptâ *JUSTICIA infundibuliformi*, quae *CROSSANDRA Salisb. parad.* (*HARRACHIA Jacq.*) et forsan *JUST. serpyllifolia*, quae dubia est: genus itaque vix omnino naturale, quia complectitur species indicas spicâ densâ bracteis subtendentibus foliaceis, aliasque ejusdem patriae, nec non novae Hollandiae et Africae aequinoctialis laxius spicatas fasciculatasve bracteis minoribus subulatis, denique antillarum frutices spinosos habitu diversissimos, pedunculis axillaribus subunifloris. *Brown prodr.* l. c.

2. E. *variabile Brown;* suffruticosum, tenuissime pubescens, inerme, spinis terminalibus laxiusculis; floribus subternis pedunculisve axillaribus paucifloris, calycibus bracteisque subulatis; foliis ovatis oblongisve integerrimis seu subdentatis. *Brown nov. Holl.* I. p. 477. *α.* folia integerrima, ovata, spica multiflora. *β.* folia angusto-oblonga, repando-dentata, spica multiflora. *γ.* folia linearia obsolete dentata; pedunculus pauciflorus.

An species distincta *α* et *β*? R. *Brown. Habit. ad portum Jacksoni.*

3. E. *elegans Brown;* spicis terminalibus, bracteis margine pilosis, tertiâ maximâ; laciniis limbi profundis obtusis; foliis ovato-acuminatis, basi attenuatis, petiolatis. JUSTICIA *elegans. Pal. de Beauvois Flor. d'Oware* et *Benin.* p. 83. t. 50. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 112.

Lignosa, ramis subteretibus. Folia basi subdecurrentia; bracteae duae minimae subulatae. Cor. tubus longus, laciniae subaequales, sublobato-rotundatae. Stigma capitatum. *Circa Agathon in Benin.* ♄.

4. E. *nervosum Brown;* spicis axillaribus terminalibusque imbricatis, bracteis oblongis venosis foliisque ovatis acuminatis. JUSTICIA *nervosa. Vahl Enum.* I. p. 164. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 42. JUSTICIA *pulchella* spicis terminalibus subpaniculatis, bracteis decussatis laxe imbricatis ovatis acuminatis; foliis ovatis utrinque attenuatis. *Roxb. corom.* II. p. 41. t. 177. ERANTHEMUM *pulchellum Andrews's reposit.* t. 88. RUELLIA *varians Ventenat jard. de Cels.* t. 46. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 657. in *suppl.* p. 2. vero ERANTHEMUM *pulchellum.*

Frutex tripedalis ramosus, ramis tetragonis glabris. Folia petiolata opposita patentisima 6-9 pollicaria, per petiolum decurrentia saturate viridia, inferiora obsolete crenata, superiora integerrima, subrepanda, acumine semipollicari, glabra, arcuatim nervosa. Pedunculi folio duplo breviores. Spicae oblongae longitudine pedunculi. Bracteae magnae, ciliatae, aristâ subpungente, pallidae, venis saturatioribus. Corolla azurea, infundibuliformis sesquipollicaris, limbi laciniis oblongis, antheris paral-

lelis. Filamenta ut plurimum quatuor, duo sterilia, raro 5-6 fertilia. In *Ind. orient.* *Rottler.* *In locis incultis, siccis, umbrosis Coromand. Roxb.* ♄.

5. E. *roseum Brown;* spicis axillaribus imbricatis elongatis, bracteis subcuneiformibus venoso-reticulatis ciliatis, foliis ellipticis. Justicia *rosea Vahl Enum.* I. p. 165.

Caulis herbaceus erectus tetragonus glaber rigidus. Folia petiolata venosa glabra. Pedunculi basi diphylli, superne pilosi. Bracteae oppositae, semipollicares, oblongae, rigidiusculae, sessiles, interstitiis longiores. Flores solitarii sessiles, bracteae duae lineares ad basin calycis. Cal. brevissimus, laciniis linearibus villosulis. Cor. infundibuliformis, sanguinea, bracteâ triplo longior, tubo tenui recto glabro, limbi laciniae obovatae. In *Ind. orientali.*

6. E. *hypocrateriforme Brown;* spicis terminalibus, bracteis subulatis, foliis ovatis. Justicia *hypocrateriformis. Vahl Enum.* I. p. 165.

Caul. fruticosus, ramis glabris acute tetragonis. Folia petiolata, opposita, sesquipollicaria, utrinque attenuata, glaberrima, arcuatim nervosa, integerrima. Spica bi-tripollicaris. Flores approximati. Bracteae in setam semipollicarem attenuatae. Cal. quinque-partitus, laciniis subulatis glabris. Cor. subregularis, tubo sesquipollicari, limbo quinquefido, laciniis obovatis, tubo corollae triplo brevioribus. Antherae parallelae. Capsula fere sesquipollicaris, clavata. In *Guineâ. Thonning.*

7. E. *fastigiatum Brown;* racemis axillaribus simplicibus terminalibus subcompositis fastigiatis, bracteis linearibus villoso-hispidis inaequalibus, foliis oblongis ovatisque acuminatis. Justicia *fastigiata Lam. ill.* p. 41. *Vahl Enum.* I. p. 166.

Herbacea, caule glabro, obscure tetragono; fol. bipollicaria et ultra, integerrima, glabra, supra nitida Pedunculi villoso-viscosi. Bracteae 4-5 unguiculares, inaequales, calyce triplo breviores (longiores habet *Lamarck* in definitione). Cal. quinque-partitus, laciniis subulatis, piloso-glandulosis. Cor. pollicaris, tubo lineari, glabro, limbo regulari. Antherae parallelae, villosae. In *Ind. orient. Ex herb. Lam.*

8. E. *repandum Brown;* pedunculis axillaribus trifidis, foliis ellipticis repandis. Justicia *repanda Forst. prodr.* n. 12. *Vahl Enum.* I. p. 166.

Caulis fruticosus. Cor. hypocrateriformis, antherae parallelae. In *ins. Tannâ.*

9. E. *sinuatum Brown;* pedunculis axillaribus trifidis, foliis lanceolatis sinuato-pinnatifidis. Justicia *sinuata Forst. prodr.* n. 13. *Vahl Enum.* I. p. 166. *Symb. bot.* II. p. 11.

Rami angulati, glabri, cortice cinereo. Folia petiolata tripollicaria et ultra, glaberrima, laciniae remotae alternae rotundatae. Antherae parallelae. In *Tannâ.*

10. E. *vincoides* *Brown*; pedunculis axillaribus trifloris, foliis oblongis glabris, caule inermi, limbo corollarum plano quinquepartito. Justicia *vincoides* *Lamarck* *illustr.* I. p. 37. *Vahl* *Enum.* I. p. 167.

Rami cortice cinereo glabri, superne alternatim compressi, dente utrinque obtuso cavo post foliorum lapsum. Folia petiolata, pollicaria, obtusa, integerrima. Pedunculi folio duplo breviores, triflori (subuniflori *Lam.*). Bractea subulata utrinque ad basin, et duae in medio pedicellorum. Cal. quinquepartitus, laciniis subulatis. Cor. infundibuliformis, laciniis oblongis obtusis, extus pubescens. Antherae parallelae. „Aliam in *herb. Juss.* vidi, ait *Vahl* l. c. pedunculis bi-s. trifidis, vel pedunculis brevibus semitrifidis, ramis trifloris, floribus pedicellatis. An modo varietas? In *Madagascar* *Commers.* *Thouin.*

* 11. E. *spinosum* *Brown*; pedunculis subunifloris, foliis oblongis, spinis axillaribus. Justicia *spinosa* *Jacq.* *amer.* II. t. 2. f. 1. *Swartz* *obs.* p. 12. *Vahl* *symb.* II. p. 17. *Enum.* I. p. 167. *Willd.* *Spec.* I. p. 100.

Rami glaberrimi, nigro punctati. Folia saepe plura ex eadem gemma, unguicularia, obovata, vel subrhomboideo-ovata, integerrima, emarginata, nitida. Spinae decussatae horizontales recurvae. Cor. pendulae, subregulares, laciniis emarginatis. In *Americae meridionalis calcareis maritimis.* ♄.

12. E. *microphyllum* *Brown*; pedunculis axillaribus unifloris, foliis lineari-oblongis subcuneatisque aggregatis, spinis axillaribus brevissimis, rigidis. Justicia *microphylla* *Lam.* *ill.* I. p. 37. *Vahl* *eclog.* II. p. 1. *Enum.* I. p. 168.

Erecta, glabra, ramis decussatis patentibus; fol. subsessilia 3-4 ex gemma, semiunguicularia, integerrima, obtusa, saepe emarginata, subcoriacea. Spina folio brevior utrinque, horizontalis. Pedunculi filiformes longitudine foliorum. Cal. parvus laciniis regularibus. Cor. subregularis, unguicularis. Antherae parallelae limbo breviores. Variat foliis minoribus, magnitudine Thymi *serpylli.* In *Ins. St. Cruz.* *West. Domingo,* *Richard.*

13. E. *armatum* *Brown*; aculeata, pedunculis axillaribus, unifloris, foliis cuneato-oblongis emarginatis. Justicia *armata* *Swartz* *prodr.* p. 13. *Flor. ind. occ.* I. p. 28. *Vahl* *Enum.* I. p. 168.

Bi-quadripedalis, ramis glabris, subtetragonis; folia breviter petiolata, pollicaria, plerumque gemina utrinque subcoriacea; supra nitida. Aculei suprafoliacei oppositi. Cor. tubus gibbus. Labium sup. bifidum, inferius trifidum. In *rupibus montium Jamaicae septentrionalis.* ♄.

14. E. *acicnlare* Brown; spinosa, pedunculis axillaribus solitariis 1 floris, foliis oblongis mucronatis. JUSTICIA *acicularis* Swartz *prodr.* p. 13. *Flor. ind. occid.* I. p. 29. Vahl *Enum.* I. p. 169.

Pedalis. Rami declinati, longi, flexiles, cortice cinereo, nodosi. Spinae oppositae patentes, foliis parum breviores, petiolatis, unguicularibus, obtusis, integerrimis plerumque solitariis. Pedunculi longitudine petioli. Corollae labium superius bifidum, inferius trifidum. *In calcareis fruticetis Jamaicae.* ♄.

15. E. *spinosum* Lour.; foliis ovatis oppositis, stipulis spinosis, floribus lateralibus solitariis. Lour. *flor. cochin.* I. p. 19.

Vahlio Enum. I. p. 304. dubia planta. Caulis suffruticosus, pedalis erectus; folia parva, pilosa. Flores dilute violacei, tubo filiformi curvo. *In Mozambic.* ♃.

83. WULFENIA.

1. W. *carinthiaca* Jacq. *Misc.* II. p. 60. t. VIII. f. 1. *Ic. pl. rar.* I. t. 2. Reiner et Hohenwart *Reis.* p. 73. t. 1. et 2. f. 1. Willd. *Spec.* I. p. 78. Vahl *Enum.* I. p. 87. Smith in *Linnean Transact.* VI. p. 96. Schrader *Fl. germ.* I. p. 47. PAEDEROTA *nudicaulis* Lam. l. c.

Acaulis; foliis radicalibus obovato-oblongis, grosse crenatis, crenis submucronatis, glaberrimis. Scapus nudus, 1-2 pedalis. Flores secundi, azurei. In *valle Juliâ (Geilthal) in Carinthiâ ad St. Hermagor.* ♃.

84. PAEDEROTA.

1. P. *Ageria* L., caule folioso, foliis subsessilibus, inaequaliter argute serratis, superioribus elongato-acuminatis; calycibus longitudine corollae, capsulis oblongis, acuminatis. P. *Ageria* Willd. *Spec.* I. p. 77. P. *lutea* Linn. *Suppl.* p. 84. P. *Bonarota* Jacq. *Hort. Vind.* II. t. 121. P. *urticaefolia* Brign. *Fasc. pl. Forojul.* p. 8. WULFENIA *Ageria* Smith in *Linn. Transact.* VI. p. 96. Vahl *Enum.* I. p. 87. SCHRAD. *Fl. germ.* I. p. 48. BONAROTA *chamaedrifolia* Scop. *Carn.* 2. I. p. 22. n. 26.

Altitudo 4-8 pollicum; folia opposita, subsessilia, argutè, inaequaliter serrata, inferiora minora, subrotunda, successiva ovata, reliqua elongato-acuminata, intermedia ceteris longiora, ovato-lanceolata suprema lanceolato-linearia. Ludunt alterna, et verticillata terna. Racemus pollic. dimidium ad unum longus. Bractea pedicello duplo longior. Calyx quinquepartitus, laciniis linearibus, longitudine corollae. Corolla sulphurea, fauce subtomentosa. Labium superius bifidum, subinde emargina-

tum, fornicatum, inferius trilobum; capsula ovato-oblonga, acuminata. *Habitat in alpium rupestribus Carinthiae, Carnioliae, Italiae.* ♃.

2. P. *Zachinelli Brign.*; caule folioso, foliis subsessilibus, subcordatis, serratis, inferioribus subrotundis, obtusis, superioribus ovatis, acuminatis; calycibus glabris, corollâ dimidio brevioribus; capsulis ovatis, obtusis. P. *Zannichelli Brign. Fasc. rar. pl. Forojul.* p. 9. BONAROTA *montana* italica chamaedryos folio, minus crenato, spica lutea ex monte Cavallo *Mich. Nov. pl. gen.* p. 19. n. 3.

Altitudo 1-3pollicum; folia opposita, subsessilia, subcordata, serrata, sed minus profunde et irregulariter quam in P. *Ageria*; inferiora minora, subrotunda, obtusa, successiva acuta, superiora acuminata, omnia utrinque pilosa. Racemus 1/2-1 unc. long. Bractea pedicello vix longior. Calyx quinque-partitus, glaber, corollâ dimidio brevior, laciniis linearibus, obtusis. Corolla lutea, fauce glaberrimâ. Labium superius integerrimum, fornicatum; inferius tridentatum, vel trifidum. Capsula ovata, obtusa. *Habitat in alpestribus Carniae ad nivem deliquescentem.* ♃.

3. P. *Bonarota*, caule folioso, foliis petiolatis, subrotundo-ovatis, serratis; calycibus corollâ brevioribus; capsulis acuminatis. P. *Bonarota L. Sp. pl.* I. p. 20. *Willd. Spec.* I. p. 77. *Jacq. Austr.* V. p. 49. t. 39. App. *Brign. Fasc. rar. pl. Forojul.* p. 6. WULFENIA *Bonarota Smith in Linn. Trans.* VI. p. 96. *Vahl Enum.* I. p. 36. *Schrad Fl. germ.* I. p. 49. *Sturm. Fl. germ. Fasc.* 24. P. *caerulea L. Suppl.* p. 84. PAEDEROTA no. I. *Mich. nov. pl. gen.* p. 19. *t.* XV. fig. 1.

Altitudo 4-8 pollicum: folia evidenter petiolata minora minusque acuta, quam in praecedentibus, subrotundo-ovata inaequaliter serrata, quandoque fere incisa, opposita, ludunt alterna. Racemus 1-1 1/2 pollic. long. Calyx hirsutus, corollâ saltem dimidio brevior. Corolla violacea, fauce glabra. Labium superius ut plurimum indivisum, fornicatum, acuminatum, inferius tri-quandoque quadridentatum. In *alpestribus Austriae, Carnioliae.* ♃.

4. P. *chamaedryfolia*, caule folioso, foliis subsessilibus subrotundis, obtusis, serratis; calycinis laciniis duabus brevioribus tomentosis. P. *chamaedryfolia Brign. Fasc. rar. pl. Forojul.* p. 9. P. *Bonarota Vitm. Summ. pl.* I. p. 36. BONAROTA n. 2. *Mich. Nov. pl. gen.* p. 19. *t.* 15. f. 2.

Altitudo 2-3 pollicum. Folia subsessilia, subrotunda, serrata, apice integra, obtusa, opposita, ludunt alterna, pubescentia. Racemus pollicaris ovatus, densus. Bractea longitudine pedicelli. Calyx quinquepartitus, laciniis duabus brevioribus, tomentosis. Corolla violacea. Labium superius indivisum, interdum leviter emarginatum, inferius obsolete trifidum. *Habitat in Carnia* ♃. Charact. ex D. *Brignoli.*

85. BAEA.

1. B. *magellanica* *Lamarck* l. c. *Vahl Enum.* I. p. 172. B. *Praliniana* St. *Hilaire.*

Facies Calceolariae *pinnatae.* Folia radicalia petiolata, patentissima, 2-3 pollicaria elliptico-ovata, obtusa, serrata, basi integerrima, mollia, viridi canescentia. Scapi erecti digitales, foliis breviores, 1-3 flori. Cal. villosus, laciniis incanis. Cor. labium superius rotundatum obscure trilobum, inferius reflexum, bifidum. Caps. calyce longior, acuminata. In *rupibus humidis freti magellanici. Commers.* ♃.

86. CALCEOLARIA.

1. C. *plantaginea Smith;* foliis rhombeo-ovatis, inaequaliter denticulatis margine pilosis, scapis subbifloris. *Smith ic. ined.* I. t. 2. *Vahl Enum.* I. p. 172. *Willd. Spec.* I. p. 108. C. *biflora Lam. ill.* p. 52. Baea *plantaginea Pers. Syn.* I. p. 15. Jovellana *scapiflora; Fl. peruv.* t. 18. f. 6.

Folia pollicaria basin versus integerrima. Scapi subspithamaei, teretes, purpurascentes, inferne glabriusculi, 1-2 flori. Calycis laciniae villosae. Cor. lutea. *Ad fretum magell. et in alpibus Peruviae.* ♃.

2. C. *nana Smith;* subacaulis, foliis oblongo-ovatis, subintegerrimis, pedunculis scapiformibus unifloris, labio corollae maximo, pendulo. *Smith ic. ined.* I. t. 1. *Vahl Enum.* I. p. 173. C. *uniflora Lam. ill.* t. 15. f. 3. β. foliis majoribus subdentatis, maximo flore. *Lamarck* l. c.

Vix semipollicaris decumbens; folia vix semipollicaria integerrima vel leviter denticulata. Pedunculi solitarii vel plures, bipollicares. Flores magni, flavi. *Ad fretum magellanic.* ♃.

3. C. *Fothergillii Ait;* foliis spathulatis integerrimis, supra pilosis, pedunculis scapiformibus unifloris. *Willd. Spec.* I. p. 108. *Hort. Kew.* I. p. 30. t. 1. *Lam. ill.* t. XV. f. 1. *Curtis Magaz.* t. 348. *Cav. ic.* V. t. 442. f. 1. *Trattin.* tabular. t. 405.

Caules vix pollicares prope radicem subdivisi. Folia vix pollicaria basi connata. Pedunculi terminales solitarii vel gemini tripollicares villosi, glutinosi, 1flori. Calycis laciniae ovatae, acutae. Corollae lab. sup. flavescens, inf. quadruplo majus sulphureum, punctis margineque rubris. In insulis Falkland. ♂. Cl. *Persoon* plantam a *Cavanilles* depictam l. c. varietatem hujus β facit, nomine C. *Cavanillesii,* foliis crenatis. *Et haec in Peru habitat.* Alii C. *nanam Lam.* pro eadem habent.

4. C. *polyrrhiza Cav.;* subacaulis, foliis cuneiformibus subserratis acutis, pedunculis scapiformibus, pedicellis umbellatis. *Cav. ic.* V. t. 441. *Vahl Enum.* I. p. 174.

Rad. obliqua. Caulis vix pedalis. Pedunculus 3-4 pollic., pedicellis 5, inaequalibus, plerumque unifloris, foliolis 2 parvis sub umbella. Cal. laciniae ovatae, striis 3. Cor. lutea rubro punctata; labium inferius fere pollicare. Caps. conica, bisulca. In *portu Deseado locis humidis et in insul. Falkland.*

5. C. *pinifolia* *Cav.;* subacaulis, foliis linearibus margine revolutis, pedunculis scapiformibus bifidis, pedicellis umbellatis. *Cav. ic.* V. t. 442. f. 2.

Rad. crassa. Caulis vix pollicaris prope basin saepe divisus; folia copiosa, approximata, pollicaria. Pedunculus terminalis, bipollicaris; folia 2 sub umbella; pedicelli 4, 2 intermedii subuniflori, laterales biflori. Cor. lutea; labio superiore minimo. In *cordilleris Chili.* ♃.

6. C. *montana* *Cav.;* subacaulis, foliis obovatis inaequaliter dentatis rugosis incanis; pedunculis dichotomis. *Cav. ic.* V. t. 443. f. 3. *Vahl Enum.* I. p. 174.

Scapus 1 1/2 pedal. rubescens, bis bifidus cum pedicello solitario unifloro in secunda divisura, lateralibus quadrifloris, foliolis 2 ovatis sub singula divisura. Cal. laciniae trinerviae. In *Cordilleris.*

7. C. *racemosa* *Cav.;* foliis oblongis dentatis rugosis tomentosis, pedunculis terminalibus bifidis, pedicellis racemosis. *Cav. ic.* V. t. 448. *Vahl Enum.* I. p. 175.

Caulis herbaceus 6-10 poll. teres, tomentosus. Folia radicalia plurima, 2-4 in caule. Pedunculi laterales bifidi, biflori, pedicello in medio unifloro; terminales pedicellis racemosis. Cor. labium superius breve, inferius ovatum. *Inter arbusta prope arcem St. Caroli in portu Deseado, et in insulis maclovianis.*

8. C. *cana* *Cav.;* foliis cuneiformibus tomentosis incanis integerrimis, caule ascendente, pedunculis dichotomis. *Cav. ic.* V. t. 443. f. 2. *Vahl Enum.* I. p. 175.

Rad. crassa. Caulis elongatus, simplex 2 pollic., folia dense tomentosa, 2 paulo supra reliqua. Pedunculus bipartitus, partiales dichotomi, pedicelli 2 in dichotomia, uniflori. Cor. parva lutea. In *Peru.* ♃.

9. C. *crenatiflora* *Cav.;* foliis obovato-oblongis inaequaliter serratis, subtomentosis, labio inferiore corollae tridentato. *Cav. ic.* V. t. 446. C. *anomala* *Pers. Syn.* I. p. 16.

Caulis 1 1/2 pedal. superne bifidus. Folia caulina pauca, 2 inferiora subpetiolata, superiora sessilia. Pedicelli racemosi uniflori. Cal. laciniae ovatae. Cor. lutea, labium inferius (non inflatum secundum figuram *Pers.*) maculis rubris. Caps. chartacea, fulva. In *humidis St. Caroli Chili.*

10. C. *paralia* *Cav.;* foliis inaequaliter dentatis, radicalibus cuneatis, superioribus oblongis connatis capsulisque tomentosis. *Cav. ic.* V. t. 447. *Vahl Enum.* I. p. 176.

Caulis herbaceus, bipedalis, erectus; pedunculi axillares et terminales dichotomi. Cor. labium inferius versus faucem angustatum. In *Chili*.

11. C. *corymbosa Cav.*; foliis radicalibus ovatis cordatisque petiolatis bicrenatis, caulinis cordatis semiamplexicaulibus. *Cav. ic.* V. t. 20. f. b.

Hirsuta; caulis bipedalis inferne aphyllus, superne dichotomus, foliosus. Folia radicalia subtus albida. Pedunculi axillares et terminales, bis-ter bifidi. Cor. lutea, lineis et punctis sanguineis. In *umbrosis Chili*.

12. C. *oblonga Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongis serratis petiolatis, pedunculis trifidis, ramis 3-6 floris, caule simplicissimo. *Flor. peruv.* I. p. 15. t. XXIV. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 177.

Rad. fasciculata. Caul. herbaceus, 1 1/2 ped. teres. Folia caulina pauca, breviter petiolata. Pedunculi laterales semel vel bis trifidi. Cal. hirsutus. In *nemoribus Panatahuas*. ⊙.

13. C. *punicea Ruiz* et *Pav.*; foliis ovalibus serratis, caule repente. *Flor. peruv.* I. p. 15. t. XXIV. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 177.

Hirsuta, radice fasciculatâ, fibrosâ; caule herbaceo ramis erectis; folia supra glabra, petiolis brevibus. Pedunculi terminales bifidi, 7-8flori, pedicellis umbellatis. Cor. punicea glabra. In *nemoribus Panatahuas*.

14. C. *scabra Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongis lineatis dentatis hispidis, pedunculis axillaribus terminalibusque solitariis unifloris, caule aspero. *Flor. peruv.* I. p. 19. t. XXIX. f. a.

Caules suffruticosi, 3pedal. virgati, superne dichotomi, hispido scabri, purpureo-ferruginei. Folia subsessilia approximata, patentia, margine revoluta. Pedunculi longitudine foliorum. In *praeruptis Peru*. ♄.

15. C. *punctata Vahl*; foliis oblongo-ovatis biserratis glabris, pedunculis axillaribus terminalibusque, corollae labiis subaequalibus. *Vahl Enum.* I p. 177. JOVELLANA *punctata Flor. peruv.* p. 13. t. XVIII. f. a. BAEA *punctata Pers. Syn.* I. p. 15.

Caulis suffruticosus, tripedalis, erectus, ramis teneris glanduliferis. Folia petiolata subtus albida, floralia integerrima, omnia utrinque purpureo punctata. Pedicelli umbellati, 1-4 flori. Cor. albo-violacea, maculâ pallidâ, punctisque purpureis variegata. Tubus brevis. Stigma emarginatum. In *sylvis Peru et Chili*. ♄.

16. C. *pulverulenta Ruiz et Pav.*; foliis oblongo-lanceolatis dentato-serratis ramis pulverulentis. *Fl. peruv.* I. p. 19.

Suffruticosa, erecta, ramosissima, 6pedalis, ramis erecto-patulis, pulvere canescente asperis. Folia breviter petiolata. Pedunculi

axillares solitarii subquadriflori, foliolo 1 sub binis pedicellis. In *Cantae praeruptis.* ♄.

17. C. *salicifolia Ruiz* et *Pav.*; foliis ovato-lanceolatis serratis supra nitidis viscosis, subtus rugosiusculis cinereis, pedicellis erectis. *Flor. peruv.* p. 18. T. XIX. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 178.

Glaberrima, sexpedalis, suffruticosa, fragilis, cortice duplici, ramis brachiatis viscoso resinosis. Folia patentia vel deflexa, petiolata, venoso reticulata, instar Salv. *officinalis.* Pedunculi terminales gemini, basi utrinque folio serrato; pedicelli 4, intermedii uniflori, laterales triflori. Cor. maxima, pubescens, villis glandulosis. In *praeruptis et uliginosis Peruviae.* ♄.

18. C. *deflexa Ruiz* et *Pav.*; foliis ovato-lanceolatis serrulatis subtus canescentibus, pedunculis axillaribus terminalibusque, pedicellis nutantibus villosis. *Flor. peruv.* I. p. 18. t. XXX. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 178.

Caulis suffruticosus, biulnaris, ramis erectis patulis purpureis, viscoso-resinosis; folia breviter petiolata deflexa, supra lucida, floralia integerrima. Pedunculi gemini, pedicellis umbellatis, intermediis 2-1 reliquis 3-4 floris. Cor. luteo-crocea. In *Caxatambo prope torrentes.* ♄.

19. C. *viscosa Ruiz* et *Pav.*; viscoso-resinosa, foliis ovatis acutis serratis subtus canescentibus, calycibus tomentosis. *Flor. peruv.* I. p. 18. t. XXX. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 179.

Tota viscoso-resinosa amara, Teucrium *marum* redolens, tristis. Caulis suffruticosus, teres, ramis compressiusculis. Folia petiolata, pedunculis axillaribus et terminalibus, pedicellis umbellatis 4 tomentosis, intermediis unifloris, lateralibus trifloris. In *alpibus Peruviae.* ♄.

20. C. *gemelliflora Cav.*; foliis ternis, ovatis serratis subsessilibus, pedunculis axillaribus bifloris. *Cav. ic.* V. t. 450. f. 1. *Vahl Enum.* I. p. 179.

Caulis teres, ramosus; folia acuta, glauca. Pedunculi folio breviores, foliis 2 ad basin pedicellorum. Corollae labium inferius versus faucem angustatum. An ab *angustiflora* diversa? In *saxosis Peru.*

21. C. *terniflora Cav.*; foliis ternis petiolatis ovato-lanceolatis serratis, pedunculis axillaribus trifloris. *Cav. ic.* V. t 450. f. 2.

Caulis tripedalis erectus fuscoviolaceus, ramis ternis; folia glauca, superiora sessilia. Folia 2 ad basin pedicellorum. Cal. major quam in praecedente. An a *glauca* satis diversa? In *regno Peruviae.*

22. C. *angustiflora Ruiz* et *Pav.*; foliis oppositis ternisque lanceolato-ovatis argute serratis pubescentibus, pedun-

culis quadrifloris, corollis basi angustissimis. *Flor. peruv.* I. p. 17. T. XVIII. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 180.

Caul. suffruticosus, bipedalis ramosissimus, heluolus, ramis oppositis ternisque patentibus fragilibus. Folia breviter petiolata, 2 sub pedicellis. Pedunculi axillares terminalesque terni oppositive, folio breviores, Cor. parva, intus purpureo-punctata. In *Cantae versuris circa Obrasillo.* ♄.

23. C. *cuneiformis Ruiz et Pav.*; foliis cuneiformi-ovatis inciso-serratis. *Flor. peruv.* I. p. 19. t. XXVII. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 180.

Suffruticosa, bipedalis, ramosissima, cortice rimoso secedente. Rami brachiati, superne dichotomi, scabri, ferruginei. Folia approximata, supra lineata, subtus tomentosa incana. Pedunculi superne apice diphylli, pedicelli umbellati, 3-4, laterales 3, intermedii uniflori. Cal. laciniae lutescentes. Folia masticata salivam flavo colore tingunt. In *alpibus Cantae*, *Tarmae.* ♄.

24. C. *multiflora Cav.*; foliis ternatis ovatis serratis subsessilibus, subvillosis, pedunculis ramosis. *Cav. ic.* V. t. 449. *Vahl Enum.* I. p. 180.

Sexpedalis, ramis obscure purpureis, rare, ut tota planta, villosis. Folia subcordata, acuta. Panicula terminalis, pedalis, pedunculis axillaribus oppositis, bifido ramosis. Cal. laciniae trinerviae. Corollae labium inferius versus faucem angustatum. In *Peru et in siccis versus Limam.*

25. C. *violacea Cav.*; foliis petiolatis ovatis grosse serratis, pedunculis terminalibus ternis ramosis, corollae labiis aequalibus. *Cav. ic.* V. p. 31., t. 452. *Vahl Enum.* I. p. 181. BAEA *violacea Pers. Syn.* I. p. 15.

Frutex 4-6 ped. ramis cortice violaceo-rubris. Folia longitudine petiolorum, subtus glauco-albida. Pedicelli 3-4, 1-2flori. Cor. dilute violacea, intus maculis saturatioribus, labiis subaequalibus, campanulato-patentibus, limbo villosis. *Ad littora maris Talcahuani Americae.* ♄.

26. C. *triandra Cav.*; foliis inciso-pinnatifidis, ramis pedunculis marginibusque calycis glanduloso-pilosis, floribus triandris. JOVELLANA *triandra. Cav. ic.* V. p. 32. t. 453. *Vahl Enum.* I. p. 181. BAEA *triandra Pers. Syn.* I. p. 15.

Fruticosa, tripedalis et ultra, cortice ramorum atrosanguineo. Folia subtus glauca, interstitiis multo breviora, laciniae serraturis utrinque 2-3. Petioli folio breviores, basi membranâ amplectente. Pedunculi dichotomi, pedicelli gemini, uniflori in dichotomia. Cor. labiis subaequalibus. Filamenta 3 brevissima. Germen tomentosum. In *Peru.* ♄.

27. C. *virgata Ruiz et Pav.*; foliis oppositis ternisque ovatis obtuse serratis pubescentibus, pedunculis axillaribus terminalibusque multifloris. *Flor. peruv.* I. p. 20. t. XXXI. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 181.

Suffruticosa, bipedalis, erecta, ramis oppositis ternisve virgatis, fragilibus subpurpurascentibus. Folia breviter petiolata, patentia, obtusa. Pedunculi filiformes, axillares solitarii, pedicellis 4, bi-trifloris, terminales gemini, bis bifidi. Cor. parva, basi villosa punctis purpureis. Habitus Thymi *calaminthae*. In *circuitu Cantae*. ♄.

28. C. *dentata* Ruiz et Pav.; foliis oppositis ternisque ovatis argute duplicato-dentatis, pedicellis racemosis secundis. *Flor. peruv.* I. p. 18. t. XXIX. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 182.

Viscosa, ramosissima, ramis virgatis, superne hirsutis. Folia petiolata, aetate glabra. Pedunculi terminales gemini bifidi cum pedicello unifloro in dichotomia. Saporis fere Corticis peruviani. In *sylvis Chili*. ♄.

29. C. *ovata* Smith; caule ramoso, foliis ovatis obsolete crenatis serratisve, pedunculis geminis filiformibus. *Smith ic. ined.* III. t. 3. *Vahl Enum.* I. p. 182. *Willd. Spec.* I. p. 107. C. *integrifolia* Linn. *Suppl.* 86. nec S. V. Calc. *dichotoma* Lam. *ill.* p. 52. C. *biflora Flor. peruv.* I. p. 16. t. XX. f. a. *Pers. Syn.* I. p. 16.

Semipedalis erecta, pilis albidis longis, articulatis; rami inferiores oppositi, superiores alterni, dichotomi. Folia breviter petiolata, 1 pollic., remota, obscure crenata vel integerrima. Pedunculi subinde terni, filiformes, folio longiores. Cor. parva. In *Peru*. ⊙. *Herb. Juss.*

30. C. *uniflora* Ruiz et Pav.; foliis oppositis ternisque ovatis serratis, pedunculis axillaribus solitariis unifloris, caule suffruticoso. *Flor. peruv.* I. p. 16. t. XX. f. c.

Quadripedalis, ramosissima, ramis altero latere purpureis. Folia saepe terna, breviter petiolata pubescentia. Pedunculi in medio diphylli, foliis integerrimis. Flores parvi. In *umbrosis Tarmae ad Curis*. ♄.

31. C. *serrata* Lam.; foliis ovatis serratis sessilibus, pedicellis umbellatis unifloris, caule scandente, ramis ascendentibus. *Lam. ill.* I. p. 51. C. *inflexa Fl. peruv.* I. p. 16. t. XXV. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 183. Minus fauste *Willd. Spec.* I. p. 107. *Lamarckii* plantam ad C. *integrifoliam* retulit.

Suffruticosa ramosissima, ramis superne tomento ferrugineo, brachiatis. Folia remota, pollicaria, superiora sessilia, patentissima, basi integerrima, supra glabra, subtus subincana. Petioli connati. Pedunculi axillares et terminales 3-5 flori, pedicelli semipollicares. In *Cantae praeruptis*. ♄. *Herb. Juss.*

32. C. *bicolor* Ruiz et Pav.; foliis oppositis ternisque ovatis biserratis rugosis, pedunculis axillaribus terminalibusque subdichotomis. *Flor. peruv.* I. p. 16. t. XXV. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 183.

Caulis biuln., incanus, suffruticosus. Rami subdependentes, obtuse 4goni, fragiles, ferrugineo-purpurei. Folia petiolata, 2-3 sessilia sub pedunculis, et 2 sub pedicellis tenuibus, villis glandulosis adspersis, unifloris. Cor. basi alba, superne aureo-sulphurea. In *Cantae praeruptis argillosis.* ♄.

33. C. *involuta Ruiz* et *Pav.;* foliis ovatis acutis serratis glabris, pedunculis axillaribus terminalibusque unifloris, corollis involutis. *Flor. peruv.* I. p. 15. t. XXIII. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 184.

Glabra, suffruticosa, tripedalis, erecta, foliis breviter petiolatis, rugosis. Pedunculi ex axillis superioribus, 2-3, utrinque uniflori. Cal. reflexus. In *nemoribus Panatahuas.* ♄.

34. C. *bicrenuta Ruiz* et *Pav.*; foliis ovatis duplicato-serratis subtus tomentosis, pedicellis umbellatis unifloris. *Flor. peruv.* I. p. 15. t. XXIII. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 184.

Herbacea, bipedalis, ramosa; folia breviter pedicellata, obtuse biserrata, rugosa; petioli axillares et terminales apice diphylli, pedicelli 5 ad 7, inaequales, hirsuti. Cal. villosus. Cor. magna. In *Cuchero montibus.*

35. C. *heterophylla Ruiz* et *Pav.*; foliis ovatis ellipticis subcordatisque serratis, pedunculis longissimis dichotomis. *Fl. peruv.* I. p. 16. T. XXI. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 184.

Hirsutissima, villis ferrugineis, aliis longioribus, setosis; aliis brevioribus glandulosis. Caulis herbaceus, pedalis, quadrangularis, ramis purpurascentibus, erecto-patulis. Folia petiolata, patentia, interdum subrotunda vel oblonga, saepe duplicato-serrata. Pedunculi ex axillis superioribus, apice viscosi; pedicelli uniflori, 2 e dichotomia. Cal. patentissimus. Cor. semiaperta. Stam. exserta. In *nemoribus Peru.*

36. C. *crenata Lam.;* foliis cordatis lanceolatis sessilibus crenatis subtus incanis, pedunculis axillaribus terminalibusque, pedicellis sparsis, subcymosis. *Lam. Dict.* I. p. 556. *ill.* I. p. 52. *Vahl Enum.* I. p. 185. *Willd. Spec.* I. p. 108.

Caulis fruticosus ramis erectis villosis. Folia 1 1/2 pollic. acuta, tenuissime venosa, supra villosa, similia foliis Rhinanthi *Cristae galli;* pedunculi folio longiores, villoso-viscosi, uti pedicelli uniflori vel ramosi, et calyces. In *Peru. Herb. Juss.*

37. C. *trifida Ruiz* et *Pav.;* foliis cordato-ovatis obtuse serratis subtus canescentibus, inferioribus oppositis petiolatis, superioribus ternis. *Flor. peruv.* I. p. 17. t. XXVI. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 185.

Caulis suffruticosus, 2-3 pedal., ramosus glabriusculus; folia superiora-sessilia villis glanduliferis. Petioli connati. Pedunculi axillares et terminales pedicellis umbellatis, canescentibus, 4-, laterales 2-3 flori, intermedii uniflori. In *umbrosis prope aquas Cheuxin.* ♄.

38. C. *verticillata Ruiz* et *Pav.*; foliis ternis cordatis acutis serratis, pedunculis quadrifloris. *Flor. per.* I. p. 17.

Glabra, caule suffruticoso orgyali, ramis coloris paleacei, erecto-patulis. Folia verticillato terna, breviter petiolata. Pedunculi axillares, foliolo uno sub singulis binis pedicellis. In *praeruptis Cantae.* ♄.

39. C. *flexuosa Ruiz* et *Pav.*; villoso-glandulosa, foliis cordatis inaequaliter obtuse serratis, ramis flexuosis, pedicellis umbellatis. *Fl. per.* I. p. 17. T. XXVI. f. a. (in tab. *crenata*) *Vahl Enum.* I. p. 185.

Villii articulati; caulis fruticosus erectus asper. Fol. petiolata remota patentia, supra aspera. Pedunculi axillares et terminales multiflori, pedicellis 4, lateralibus trifloris. Calycis laciniae laterales latiores. In *praeruptis Cantae.* ♄.

40. C. *lobata Cav.*; foliis cordatis lobatis serratis subtus incano-tomentosis, caule dichotomo piloso. *Cav. ic.* V. p. 26. t. 443. f. 1. *Vahl Enum.* I p. 186.

Bipedalis, rubescens; folia petiolata, lobis 5 brevibus, supra villosa. Petiolus valde pilosus, folio parum longior. Pedunculi terminales 4, 2 laterales biflori. Cal. laciniae ovatae, trisulcae. Cor. lutea, labio inferiore longitudinaliter lineato. In *siccis Peruviae.*

41. C. *petiolaris Cav.*; foliis inferioribus oblongo-ovatis, basi attenuatis inaequaliter dentatis, superioribus subcordatis. *Cav. ic.* V. p. 30. t. 445. *Vahl Enum.* I. p. 186. BAEA *alata Pers. Syn.* I. p. 15.

Herbacea, 1 1/2 pedal., fol. acuta, usque ad basin petioli decurrentia, superiora sessilia, ovato-cordata, floralia integerrima. Pedunculi superne axillares, oppositi, trifidi, terminales terni, pedicellis racemosis, 1-4 floris, oppositi, uti calyces villoso-glandulosi. Cor. labia subaequalia. Germen subvilloso glandulosum. *Prope Guayaquil.*

42. C. *tomentosa Ruiz* et *Pav.*; foliis perfoliatis spathulato-cordatis inaequaliter serratis subtus tomentosis, caule glabro. *Fl. per.* I. p. 15. t. XXII. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 186.

Caulis glaber, herbaceus, quadripedalis, ramosus. Folia lata, supra leviter pubescentia, rugosa, ala petiolorum quoque serrata, basi dilatata, connata. Pedunculi terminales pubescentes 6-8 flori, pedicellis umbellatis. Cal. viridi-lutescens. In *umbrosis Tarmae*, *Cuchero.*

43. * C. *perfoliata*; foliis perfoliatis, spathulato-sagittatis dentato-incisis subtus tomentosis, caule villoso. *Linn. Suppl.* p. 86. *Smith ic. ined.* I. t. 4. *Fl. per.* I. p. 15. t. XXI. f. a. *Mutis am.* I. t. 3? *Vahl Enum.* I. p. 187. *Willd. Spec.* I. p. 107.

Tota, exceptis corollis, villoso-viscosa. Caulis herbaceus, inferne ramosus. Folia subtus dense tomentosa, incana. Petiolus e folio decurrente alatus, alis dentatis, basi dilatatis, connatis. Pedunculi axillares oppositi, terminales terni, apice diphylli; partiales 4, laterales 3-6 flori. Cor. lutea. In *Peru*, *Granadâ*. *Herb. Juss.*

44. C. *tripartita Ruiz* et *Pav.*; foliis tripartitis, lobis ovatis serratis. *Flor. per.* I. p. 14. t. XXII. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 187.

Hirsuta. Caulis teres ramosus. Fol. petiolata, lobo intermedio majore. Pedunculi terminales corymbosi, pedicellis 5-6. Cor. lutea. In *nemoribus Panatahuas*. ⊙.

45. * C. *pinnata*; foliis omnibus pinnatis, pinnis dentatis, inferiorum pinnatifido-dentatis. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 29 *Spec.* I. p. 106. *Vahl Enum.* I. p. 189. (excl. syn. *Feuill.* et *Fl. peruv.*) *Act. Holm.* 1770. t. 8. *Curt. mag.* t. 41. FAGELIA *flavicans Gmel.* S. V. I. p. 40.

Tota hirsuta, viscoca, bipedalis, ramosa, ascendens. Folia petiolata. Pedunculi 2-3ni. Cal. laciniae ovato-cordatae, patentissimae. Cor. sulphurea. Germina hirta. In *humidis Peru*. ⊙. et ♂.

46. C. *scabiosaefolia Nob.*; foliis inferioribus pinnatis, superioribus pinnatifidis, trilobis simplicibusque.

Willd. Enum. H. Berol. I. p. 29 hanc C. *heterophyllam* dixit, et citat ad eandem CALC. *pinnatam Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* I. *p.* 14. t. 19. f. a., atque CALCEOLARIAM *foliis Scabiosae vulgaris Feuillée peruv.* III. t. 12. f. 1.; quam in Spec. I. p. 106 β fecit C. *pinnatae*; utramque vero citavit *Vahl* ad C. *pinnatam*, quae tamen, monente *Willd.* l. c. „longe alia est species." Nomen a b. *Willdenowio* plantae inditum mutare coacti fuimus, quum *Vahlius* et *Flora peruviana* alii hujus generis speciei nomen *heterophyllae* tribuissent. Maxime variare foliis ratione loci, *Ruiz et Pav.* In *Peru*.

47. C. *glauca Ruiz* et *Pav.*; foliis oppositis ternisque lanceolatis inaequaliter serratis, pedicellis umbellatis trifloris. *Flor. peruv.* p. 17. I. t. XXVII. f. c. *Vahl Enum.* I. p. 188.

Suffruticosa, tripedalis, ramosissima, ramis oppositis ternisve fragilibus, subpurpureis. Folia breviter petiolata, patentia, supra glauca. Pedicelli 3-4, umbellati, triflori. Folium lanceolatum angustum ad basin pedicellorum. Cor. intus basi maculis purpureis. Filamenta basi lata. In *Cantae circuitu*. ♄.

48. C. *sessilis Ruiz* et *Pav.*; foliis lanceolatis serratis semiamplexicaulibus rugosis canescentibus. *Fl. peruv.* I. p. 18. *Vahl Enum.* I. p. 188.

Suffruticosa, bipedalis ramosa, fragilis; folia acuta. Pedunculi terminales longi umbellati dichotomi, pedicellis longis unifloris. In *aridis Chili*. ♄.

49. * C. *rugosa;* foliis lanceolatis inaequaliter serratis rugosis, pedunculis terminalibus dichotomis. *Fl. peruv.* I. p. 19. t. XXVIII. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 188. C. *integrifolia Linn. act. Holm.* 1770. S. V. *ed.* 13. p. 61. *Willd. Spec.* I. p. 107. C. *salviaefolia Pers. Syn.* I. p. 17. *Feuillée peruv.* III. t. 17. f. 1.

Habitus SALVIAE *offic.;* suffruticosa, bipedalis, erecta, inferne ramosa, pubescens. Folia basi attenuata, bidentata, petiolis alatis, connatis. Pedunculi terni, 2-3-fidi, pedicellis solitariis in divisuris: ultimis trifloris. Cor. luteo-rosea. In *argillosis Chili.* ♄.

50. C. *lanceolata Cav.;* foliis lineari-lanceolatis integerrimis, pedunculo terminali unifloro. *Cav. ic.* V. p. 27. t. 444. f. 1. *Vahl Enum.* I. p. 189.

Pollicaris, subramosa; folia radicalia petiolata, caulina sessilia, utrinque acuta. Pedunculus terminalis solitarius. Cor. lutea, labio superiore brevi. In *insulis maclovianis.*

51. C. *rosmarinifolia Lam.;* foliis lineari-lanceolatis integerrimis margine reflexis subtus tomentosis, floribus umbellatis, caule glabro. *Lam. ill.* p. 52. C. *ferruginea Cav. ic.* V. p. 27. t. 445. f. 1. *Vahl Enum.* I. p. 189. *Willd. Spec.* I. p. 108.

Caulis fruticulosus erectus, glaber in specimine *Juss.*, tomentosus in *Cav.;* folia sessilia, bipollicaria, glabra supra, glutinosa; pedunculi ex axillis superioribus et apice, longitudine foliorum; pedicelli saepe 10, umbellati (umbellis terminalibus binis *Cav.*) Calyces glutinosi. *β Lam.*, foliis parvis distantibus, caule subpaniculato, cl. *Vahl* non adduxit.

52. C. *linearis Ruiz* et *Pav.;* foliis linearibus integerrimis subtus albidis, pedunculis axillaribus unifloris. *Fl. peruv.* I. p. 19.

Suffruticosa, bipedalis, ramosissima, fragilis. Folia sessilia, supra nitida. Pedunculi teretes pubescentes. Cal. subtomentosus. In *declivibus collium Xauxae.* ♄.

53. C. *alba Ruiz* et *Pav.;* foliis linearibus extrorsum remote serratis, pedunculis racemosis dichotomis. *Fl. peruv.* p. 19. t. XXVII. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 190.

Suffruticosa, resinoso-viscosa, amara, simplicissima, fragilis, aurea. Folia frequentia angustissima sessilia, margine scabra, fasciculis foliorum in axillis. Pedunculus elongatus, partiales oppositi bis-terve divisi; pedicellus solitarius in prima divisione, gemini in secunda, ultimi 3. Cor. alba. Odor Rorismarini. In *collibus aridis Chili.* ♄.

54. C. *alternifolia Cav.;* foliis linearibus alternis, pedunculis axillaribus trifloris. *Cav. ic.* V. p. 28. t. 445. f. 2. *Vahl Enum.* I. p. 189.

Caulis erectus, bipedalis, tomentosus, sulcatus; folia vix pollicaria, sessilia, tomentosa subtus, margine revoluta. Pedunculi versus summitatem; folium utrinque ad basin pedicellorum. Cor. labium inferius sensim versus faucem angustatum. In *Peru*.

55. C? *ericoïdes Vahl*; foliis linearibus integerrimis villosis, pedunculis terminalibus solitariis unifloris. *Vahl Enum.* I. p. 190.

Caulis fruticosus, erectus, inferne glaber, superne villosus. Rami frequentes, sparsi, incani, tuberculati e casu foliorum. Folia sessilia, semiunguicularia, fasciculi foliorum in axillis omnibus. Pedunculi ex apice ramorum et ramulorum. Calycis laciniae ovatae, incanae. Caps. pubescens. Flores non vidit *Vahl*, at Capsula ut in CALCEOLARIIS. In *Peru. Herb. Juss.* *)

*) *Linnaeo* 3 tantum Calceolariae notae fuere! *Ruiz* et *Pavon Fl. peruv.* vol. III. p. XII. plures a *Cavanilles* tanquam novas species adductas ab illis jam antea descriptas fuisse. *Vahlius* nullam fere a *Cavanilles* et *Ruiz* et *Pavon* descriptam speciem vidit: sed Linnaeanas vidit et fere omnes Lamarckianas.

87. PINGUICULA.

1. * P. *vulgaris*; nectario subulato rectiusculo longitudine petali, labio superiore bilobo, inferiore tripartito, scapo glabro. *Vahl Enum.* I. p. 191. *Willd. Spec.* I. p. 110. *Hall. helv.* n. 292. *Decand. Fl. fr.* n. 2619. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 52. *Wahlenberg lapp.* 10. *Flor. Dan.* t. 93. *Engl. bot.* t. 70. *Svensk bot.* 36 *Poit.* et *Turp. Fl. paris.* I. p. 27. t. 29. *Dreves* et *Hayne* t. 1. *Plenck off.* t. 16. *Lam. ill.* t. XIV. f. 1. *Sturm germ. fasc.* XIV. PING. *alpina Web. gott.* n. 3. β. *tenuior*, flore minore, scapo superne magis villoso. P. *villosa Gunn. Fl. norv.* n. 641.

Tota pilis humorem viscidum pellucidum secernentibus inspersa. Folia ovata vel elliptico - ovata, margine involuta, carnosa. Scapi sesquidigitales, uniflori. Flores nutantes violacei. Pili subulati, brevissimi, glandulosi. In *pratis uliginosis palustribus totius Europae.* — β *in alpibus lapponicis spongiosis in Sphagno.* ♃.

2. P. *grandiflora Lam.*; nectario subulato recto longitudine floris, corollae labio superiore patente emarginato maximo, inferiore trilobo, fauce dilatata. *Lam. ill.* I. p. 40. t. 14. f. 2. *Decand. Fl. fr.* III. n. 2620. *Vahl Enum.* I. p. 191. *Willd. Spec.* I. p. 110. *Gaudin Fl. Helv. ined.*

Folia ovata, uncialia, in petiolum semiuncialem vel paulo longiorem angustata. Corolla magna, valde ventricosa, dilute violacea vel caerulea intus duabus magnis maculis niveis insignita. Nectarium subulatum petalo vix brevius. Labium superius amplum, bifidum, lobis approximatis minusque distinctis; inferius

profunde trilobum, superiore paulo longius. — P. *vulgari* similis habitu et formâ proportioneque nectarii. P. *alpinae* vero magnitudine floris, quâ a P. *vulgari* differt, ut ab *alpina* colore purpureo violaceo et calcare praeterea conico magis. In *alpibus galliae meridional.* ♃.

3. P. *elatior Mich.;* nectario subulato obtuso corollâ breviore, superne tubo ventricoso, scapo inferne villoso. *Mich. Fl. bor. amer.* I. p. 11. *Vahl Enum.* I. p. 191. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 14. P. *coerulea Walth. Fl. carol.* p. 63.

Folia lanceolata obtusa. Scapo semipedali, superne rigidulo, erecto. Cor. quadruplo quam in P. *vulgari* major, amethysteo-rubens. In *Carolinâ et Georgiâ.* ♃

4. P. *villosa;* nectario aciculari recto petalo longiore, scapo villoso apice nutante. *Linn. lapp.* t. 12. f. 2. *Fl. dan.* t. 1021. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 9. *Vahl Enum.* I. p. 192. *Willd. Spec.* I. p. 111.

P. *vulgari* affinis, sed magis serotina, multôque tenuior. Folia rotunda, trilinearia, valde concava. Scapus setiformis, usque ad radicem pilis hyalinis patulis articulatis, apice mox sub calyce incurvato, unde corolla resupinata. Corolla parva, angustata, laciniis cuneiformibus, magisque quam in P. *vulgari* aequalibus, dilute violacea, fauce striis flavescentibus. Post anthesin apex erigitur. Caps. obcordata, magnitudine seminis coriandri. In *Lapponiâ sylvaticâ* et *subsylvaticâ.* ♃.

5. * P. *lusitanica;* nectario conico apice incrassato obtuso petalo breviore, scapo villoso, capsulâ globosâ. *Linn. S. V.* 65. *Spec.* p. 25. *Willd. Spec.* I. p. 109. *Vahl Enum.* I. p. 192. *Brot. Lusit.* I. p. 15. *Phytogr. lusit.* I. n. 1. *Fl. Portug.* p. 339. *Smith Fl. brit.* I. p. 26. *Engl. Bot.* t. 145. P. *villosa Huds.* p. 8. *Lightfoot* p. 77. t. 6.

Tota pubescens. Folia tenella, pallide virentia, venis rubris, margine involuta. Cal. fere aequalis. Corollae carneae, (tubo striis fuscis picto, fauce luteo-villosa) segmenta obcordata, aequalia, calcare basi inflato-conico. Germen pubescens. Capsula subglobosa, glabra. In *Lusitaniae et in Angliae montosis umbrosis humidis.* ♃.

6. P. *antarctica Vahl;* nectario conico obtuso petalo breviore, scapo glabro. *Vahl Enum.* I. p. 192.

Folia 3-4 oblonga, vix semipollicaria, obtusissima, saepe emarginata, glabra. Scapus digitalis. Cor. parva, calcare brevi, recto, inferne inflato, parum altius constricto. *Ad fretum magellanicum. Commers.*

7. P. *involuta Ruiz* et *Pav.;* nectario conico curvato longitudine petali, laciniis labiorum emarginatis, scapo villoso. *Fl. per.* I. p. 20. t. XXXI. f. c. *Vahl Enum.* I. p. 193.

Folia 6-10, subtus castanea; scapi 2-8, palmares, apice curvati, filiformes, teretes. Coroll. cernua, violacea, fauce villosa, labio superiore 2-, inferiore trifido. In *altis frigidis humidis muscosis Peruviae.* ⊙.

8. P. *alpina*; nectario conico petali laciniis breviore recurvo. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 9.: *α.* labii inferioris laciniâ mediâ truncatâ integrâ. P. *alpina Linn. lapp.* t. 12. f. 3. *Gunn. Fl. norv.* t. 4. f. 4. *Fl. dan.* t. 453. P. *alpina β. alba Vahl Enum.* I. p. 193. *β. bimaculata:* labii inferioris laciniâ mediâ emarginatâ, bimaculatâ. P. *alpina α. Vahl Enum.* I. p. 193. *Hoppe Tasch.* 1801. p. 139. *Sturm Fl. germ. fasc.* 14. P. *alpestris Pers. Syn.* I. p. 18. *Hall. helv.* n. 453. P. *alba* et P. *flavescens Flörke* in *Hoppe bot. Tasch.* 1800. p. 14 et p. 225. *Wahlenb. nov. act. Holm.* 1805. *Schrader Fl. germ.* I. p. 53 et hoc teste: P. *purpurea Willd. Nov. act. S. Nat. Cur. Berol.* II. p. 112. t. 5. f. 1. Ergo etiam P. *purpurea Vahl Enum.* I. p. 193. qui hanc, quamvis sibi non visam, citat.

Folia P. *vulgaris* sed tenuiora, ut tota planta. Scapus glaberrimus apice semper rectus. Corolla albida striis flavescentibus, exsiccatione purpurascentibus, in calcare praecipue semper versus labium inferius recurvo. Sub fauce macula flavo barbata, quae in *β* in maculas 2 abit loborum labii inferioris crenâ separatorum. Transit *α* in *β*. Capsula in utraque acuminata. In *alpibus per omnem Europam.* ♃.

9. P. *lutea Walt.*; nectario subulato recurvo corollâ campanulatâ breviore, fauce barbatâ, labiis dentatis, scapo subvilloso. *Walt. carol.* p. 63. *Mich. Fl. bor. am.* I. p. 11. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 14. *Vahl Enum.* I. p. 194. P. *campanulata Lam. Journ. d' h. nat.* IX. p. 336. t. 18. f. 1.

Folia pollicaria, elliptica, acuta, glabra; scapi 2-3, palmares, glabriusculi. Flos P. *vulgaris*, luteus; calycis laciniae lineares inaequales, obtusiusculae, pulverulento-villosulae. Cor. laciniae manifeste crenatae. In *Carolina infer.* ♃.

10. P. *pumila Mich.*; nectario tubo breviore, corollâ oblongiuscule tubulosâ, scapo brevi glabello. *Mich. Fl. bor. am.* I. p. 11. *Vahl Enum.* I. p. 194.

Cor. parvula, dilute violacea. In *humidis apricis Georgiae.* ♃.

11. P. *acutifolia Mich.*; glaberrima, pusilla, foliis rosulaceis erectis sessilibus ovalibus acutissimis. *Mich. Fl. amer.* I. p. 11. *Vahl Enum.* I. p. 194.

In *sylvis ripariis circa lacus Americ. septentr.* ♃.

12. P. *crystallina*; corollâ inaequali, nectario obtuso petalo breviore, laciniis calycinis oblongis, scapo basi glabro. *Sibth. Fl. gr.* t. II. *Smith prodr. Fl. gr.* I. p. 11.

Folia elliptica involuto-concava glauca, glanduloso-crystallina. Scapi biunciales. Flores nutantes exalbido-coerulei, labio superiore purpureo-reticulato, palato villoso flavo. In *rivulis prope vicum Camandriae, in insulà Cypro.*

13. P. *longifolia Dec.*; nectario recto longitudine corollae acuto, corollae labio superiore bilobo, inferiore duplo longiore trilobo, scapo subpubescente, foliis oblongis. *Decand. Fl. fr. Vol.* III. p. 728. in additament. *Synops.* n. 2620. * (nunc quidem idem vir clarissimus pro *grandiflorae* varietate habet, (*Voyage botanique* p. 18.) cui vero figura constans foliorum repugnare videtur). *La Peyr. Hist. d. Pyren.* p. 12. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 828. *Loisel. Fl. gall.* I. p. 13. ? *Hall. Enum.* p. 611. n. 1. *β*.

Folia elliptica, elongata, pro longitudine satis angusta, quandoque tres uncias longa, vix unam lata, nervo medio valde insigni, saturatius colorato, apice attenuato et quasi evanido. Flos magnitudine *grandiflorae*, pallide violaceus, fauce alba, lineà flavà, villosà. Faux supra nectarium compressa, plana, sursum dilatata, profunde striata. Nectarium (Calcar) corollam fere aequans aut paulo brevius, subcompressum, obtusiusculum. Labium inferius maximum, lobis tribus integerrimis, superius duplo minus bilobum, lobis rotundatis. In *Helvetiae montibus Thuiry, la Cornée et Chasseron, Neocomensium.* In *Pyrenaeis inde a valle Sin usque ad Port de Pinede.* ♃.

14. Quid P. *hirtiflora*, nectario subulato erecto, flore breviore, labio superiore patente bilobo, inferiore tripartito, fauce pilis hirta. *Tenore prodr. Fl. nap.* p. 5?

Quid 15. P. *spathulata Ledeb.*; nectario conico recto obtuso breviore, corollà fauce barbatà; foliis spathulatis ciliatis; scapo villoso-viscoso. *Ledeb. obs. bot. in Flor. ross?*

In *regione transbaicalensi.*

88. UTRICULARIA.

Conspectus Sectionum.

a. Foliis radicalibus simplicibus n. 1-4.

b. Foliis radicalibus compositis; scapis verticillatis vesicularibus n. 5-7.

c. Foliis radicalibus compositis, scapis aphyllis n. 8-12.

d. Aphyllae n. 13-39.

e. Species ex R. BROWNII prodromo.

a) Foliis radicalibus compositis, vesiculiferis; scapis aphyllis; Floribus flavis. n. 40. 41.

b) Foliis radicalibus indivisis, saepe deciduis; radicibus affixis, quandoque vesiculiferis; Floribus saepius coeruleis, subinde flavis. n. 42-61.

a. *Foliis radicalibus simplicibus.*

1. * U. *alpina*; nectario subulato, scapo subunifloro, foliis elliptico-lanceolatis. *Vahl Enum.* I. p. 194. *Willd. Spec.* I. p. 111. U. *montana Jacq. amer.* t. 6. U. *grandiflora Pers. Syn.* I. p. 18. U. *unifolia Fl. per.* I. p. 20. T. XXX. f. b.

Rad. fibrosa, tuberibus oblongis, unguicularibus ut in SOLANO *tuberoso*. Folia radicalia plerumque solitaria, interdum 2, 2-3 pollicaria, integerrima, nitida, longitudine petioli. Scapus folio dimidio longior, laevis, glaber. Flos solitarius aut geminus terminalis albus, maximus generis; calycis foliola cordata, altero parum majore pollicari. Caps. oblonga, piso major. In *alpibus insulae Martinicae*, *Montserratis*, *Peruvianis*. ♃.

2. U. *montana Poir.*; flore maximo, nectario conico acuto; scapo nudo subbifloro; foliis infimis vesiculosis radiciformibus; radicalibus ovato-lanceolatis. *Poiret Enc. meth.* T. VIII. p. 268.

Folia infima s. radiculae fusca, filiformia, radicalia pollicem long., semiunciam lat., carnosula. Scapus 6-8 pollicaris, squamis scariosis. Flos pollicis magnitudine, albus, caerulescens, labiis subintegris. Calcar labio inferiore brevius. In *Martinica. Herb. Lamarck.*

3. U. *hispida Lam.*; nectario subulato reflexo, scapo ramoso inferne hispido, foliis linearibus, foliolis calycinis subrotundis. *Vahl Enum.* I. p. 195. *Lam. ill.* I. p. 50.

Radices fasciculatae, unguiculares; folia radicalia 3 in petiolum attenuata, pollicaria, acuta, glabra. Scapus sesquipedalis, superne ramis 2-3; pedicelli 4-5, remoti, uniflori. Flores parvi; Nectario longitudine fere corollae. In *Cajenna. Richard.*

4. U. *graminifolia Vahl*; nectario conico, foliis linearibus, scapo simplici, foliolis calycinis oblongis acutis. *Vahl Enum.* I. p. 195. U. scapo simplici angulato, racemo raro, pedunculis tribracteatis, calycibus acutis, labio superiore emarginato, inferiore subtrilobo; calcare descendente conico, capsulâ compressâ, foliis elongato-linearibus. R. *Brown Prodr.* I. p. 432. U. *coerulea Herb. Linn.*

Rad. fibrosa; folium radicale, unum, scapo dimidio brevius; sessile; scapus bipollicaris, squamis parvis. Flores 3-4, parvi, pedicello longiores. Cor. caeruleo-violacea. Nectarium acutum, longitudine labii inferioris. In *Indiâ orientali. König.* In *nov. Holland. inter Tropic. Brown.*
Cel. *Brown graminifoliam* et *uliginosam Vahl* in unam speciem conjungit.

b. *Foliis radicalibus compositis; scapis verticillatis vesicularibus.*

5. U. *inflexa Forsk.;* foliis scapi tereti-lanceolatis indivisis apice subbarbatis, nectario conico ascendente. *Forsk. descr.* p. 9. *Vahl Enum.* I. p. 196.

Cum et absque bullis in foliis radicalibus. Folia radicalia 5, ramosa, spithamaea et ultra; rami verticillati 3-4ni; foliola sparsa, tenuissima, dichotoma, 4-8 versus basin scapi, saepe pollicaria, sessilia, apice ramentis foliaceis barbata. Scapus filiformis, digitalis, 6-9 florus; squama lanceolata; pedunculus 18-florus, ad basin cinctus folliculis 5-8, inflatis, cellulosis. Cor. albida venis purpureis, labium superius emarginatum, inferius subrotundum. Nectarii calcar labio inferiore vix brevius, assurgens. Capsula magnitudine pisi, globosa. In *Arabiâ*, *Aegypto*, *in Guineae aquis stagnantibus. Thonning.*

6. * U. *stellaris*; foliis scapi subgloboso-oblongis indivisis undique barbatis. *Linn. Suppl.* p. 86. *Vahl Enum.* I. p. 197. *Willd. Spec.* I. p. 113. (*excl. syn.* U. *inflexae Forsk.* p. 9.)

Differt ab U. *inflexa*, pro qua habebatur: rhachide foliorum radicalium tenuiore; scapo graciliore, verticillo foliorum non ad basin scapi, sed supra medium; foliis scapi quadruplo minoribus, obtusis, undique ramentis foliaceis; floribus flavis. Nectarii cornu obtusum *König*; nullum, labio inferiore saccato. *Linn.* In *Ind. orientalis agris oryzaceis.*

7. U. *ceratophylla Mich.*; scapi foliis vesiculosis cylindricis divisis apice ramentaceis. *Mich. Fl. bor. am.* I. p. 12. *Vahl Enum.* I. p. 197. U. *inflata Walt. Fl. car.* p. 64.

Similis praecedenti. Folia 5-6, 1 1/2 pollic., primum bipartita, dein trifida, extrorsum parum latiora; ramenta longiora magis ramosa quam in *stellari*. Scapus spithamaeus, glaber. Flores 4-6, lutei, majores quam in *vulgari*, corymboso-racemosi, pedicellis inferioribus pollicaribus. Corollae luteae. In *Carolinâ.*

c. *Foliis radicalibus compositis, scapis aphyllis;*

8. * U. *foliosa;* nectario conico acuto, scapo multifloro, fructibus cernuis, radice repente. *Vahl Enum.* I. p. 198. *Willd. Spec.* I. p. 112. *Plum. ic.* 165. f. 2.

Simillima U. *vulgari*, sed radix repens; utriculi nulli ad radiculas; flores in scapo spithamaeo 6-10. Cal. foliola oblonga, convexa. Nectarium labii inferioris longitudine, eique appressum. Caps. subrotunda. In *Americâ australi.* — Nec *Vahl* nec *Willdenow* vidit plantam.

9. U. *flexuosa Vahl*; scapo flexuoso, pedicellis fructiferis reflexis. *Vahl Enum.* I. p. 198.

Folia et bullae ut in U. *vulgari*. Scapus palmaris 6-7 florus. Flores minores. In *Indiâ orientali*. *Herb. Schumacher.*

10. U. *speciosa Brown*; scapo stricto semidemerso, foliis radicalibus spathulatis nervosis elongato-petiolatis, pedunculis oppositis, labio superiore retuso, inferiore maximo securiformi integro, calcare obtuso. *Brown Prodr.* I. p. 430.

Hab. in *Port. Jackson*. U. *dichotoma Labillard.* huic valde affinis, et forsan tantummodo varietas, inepte nominata, cujus nulla pars dichotoma. *Br.*

11. U. *dichotoma Labillard.*; scapo nudo, squamulis basi solutis, capsulâ globosâ. *Labill. Nov. Holl. plant.* I. p. 11. t. VIII. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 270.

6-8 pollicaris, ampullis globosis; folia inferiora filiformia. Scapus gracilis in paniculam dichotomam divisus, pedunculis basi squamis ovali-oblongis. Flores sat magni, labium inferius cordatum, palatum crenis 7, calcar obtusum, stigma excavatum. Semina tuberculata. In *cap. van Diemen.*

12. * U. *vulgaris*; nectario conico, labio superiore integro palato aequali, foliis pinnato-multipartitis. *Vahl Enum.* I. p. 198. *Linn. Spec.* p. 26. *Willd. Spec.* I. p. 198. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 54. *Fl. Portug.* p. 341. *Hall. Hist.* n. 290. *Fl. Dan.* t. 138. *Lam. illustr.* tab. XIV. f. 1. *Hayne* in *Schrader's Journ.* 1800. p. 17. t. 6. *Dreves* et *Hayne* t. 16. *Engl. Bot.* t. 253. *Sturm Fl. germ. fasc.* 13.

Caulis dichotomus, submersus. Laciniae foliorum capillares, extremae margine duplice serie strigarum. Pedunculus scapiformis 4-8 florus, racemosus, squamosus. Corollae luteae, labium superius ovato-rotundatum, subtrilobum, margine erecto, subundulatum, inferius subrotundum, lateribus reflexum, subplicatum, palato bilobo, striis aurantiacis. Nectarium a labio inferiore reflexum. Antherae connexae. Stigma hispidum. s. fimbriatum. Capsula globulosa, stylo persistente instructa. In *Europae et Americae septentr. aquis stagnantibus profundis*, *paris*. ♃.

13. U. *intermedia Hayne*; nectario conico, labio superiore integro palato duplo longiore, foliis tripartito-dichotomis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 55. *Wahlenb. Fl. Lappon.* p. 11. *Vahl Enum.* I. p. 199. *Hayne* l. c. t. 5. Id. *term. bot.* t. 26. f. 5. *Dreves* et *Hayne* t. 17. *Fl. Dan.* t. 1263. *Sturm Fl. germ. fasc.* 17. U. *media Schumach. En.* I. p. 9.

Caulis sub aqua repens e turionibus ovatis; ampullae radicibus caulive, non foliis adhaerentes. Folia tenera, strigis solitariis. Pedunculus 2-3 florus supra medium squamâ ovato-cordatâ.

Cor. sulphurea, labio superiore integro, ovato, erecto, striis purpureis, inferiore fere plano. Antherae cohaerentes. *Cum praecedente.*

14. * U. *minor*; nectario carinato, labio superiore emarginato, palato aequali, foliis tripartito-dichotomis, corollâ fauce apertâ. *Vahl Enum.* I. p. 199. *Willd. Spec.* I. p. 112. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 56. *Hall. Helv.* n. 291. *Lam. illustr.* tab. XIV. f. 2. *Poiteau* et *Turp. Flor. paris. Fl. dan.* t. 128. *Hayne* l. c. t. 6. *Drev.* et *Hayne* t. 18. *Engl. Bot.* t. 254. *Sturm Fl. germ. fasc.* 17.

Rad. filiformis, caules decumbentes, folia laevia ampullifera, labium corollae superius emarginatum, inferius obovatum, antherae connexae, stigma obtuse trigonum integrum. *Cum praec.* ♃.

15. U. *fibrosa Walt.*; nectario obtuso, scapo subunifloro foliisque setaceis. *Walt. carol.* 64. *Vahl Enum.* I. p. 199. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 15.

Folia et scapus omnium tenuissima, utriculis oblongo-subrotundis. Scapus digitalis, compressus, purpurascens, 1-2 florus. Flores aurantiaci. In *Carolina.* Cl. *Poiret* speciem hancce eandem esse cum U. *setacea Mich.*, quam *Vahl* ut speciem propriam sistebat.

16. U. *obtusa Swartz*; nectario inflexo obtuso subemarginato, corollarum fauce clausâ, scapo subdiviso. *Swartz prodr.* 14. *Fl. Ind. occid.* I. p. 41. *Vahl Enum.* I. p. 200. *Willd. Spec.* I. p. 5.

Bullae minutae ovatae; scapus filiformis, 2-3 pollic.; glaber. Flores 3-4, remoti, pedicellis unguicularibus. Corolla parva lutea. Nectarium labio inferiore vix longius. In *rivulis paludosis Jamaicae.*

17. U. *hydrocarpa Rich.*; scapo filiformi, pedicellis alternis, remotis, fructiferis reflexis, foliis setaceis. *Vahl Enum.* I. p. 200.

Folia tenuissima, brevia, parum divisa, utriculis stipata. Scapus digitalis, pedicellis 5, semipollicaribus. Calyces fructiferi apice patentes ovati. Cor. purpurascens. Caps. globosa, stylo rostrata. U. *major König* huic simillima; nectarium conicum, obtusum, longitudine labii superioris. In *Cajennâ.*

18. U. *recurva Lour.*; nectario conico recurvo, floribus spicatis. *Lour. Cochin.* I. p. 26. *Vahl Enum.* I. p. 200.

Scapus quadripollicaris, tenuis, simplicissimus. Spica oblonga. Flores lutei. In *rivulis Cochinchinae.*

19. U. *biflora Lam.*; nectario subulato recto labium superius subaequante, scapo subbifloro, foliis setaceis. *Lam. ill.* I. p. 50. *Vahl Enum.* I. p. 200. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 15. U. *pumila Walt. Fl. carol.* p. 64.

Folia brevia utriculis stipata; scapus filiformis, palmaris, interdum flexuosus. Pedicelli solitarii vel duo, ex apice, unguiculares. Bractea membranacea, truncata. Labium superius unguiculare. Cornu uncinatum *Lam.*; rectum *Vahl.* Flores parvi, lutei. In *Carolinâ.*

20. U. *setacea Mich.*; nectario obtuso labio inferiore breviore, scapo subbifloro. *Mich. Fl. bor. amer.* I. p. 12. (omissa in Flora *Purshii*). *Vahl Enum.* I. p. 201.

Rad. capillaris, pollicaris, scapus digitalis, capillaris, nudus. Bracteae aridae, truncatae. Pedicelli breves. In *Carolina.* Confer. U. *fibrosam.*

21. U. *purpurea Walt.*; scapo subtrifloro, floribus parvis purpureis, foliis fibrosis. *Walt. Flor. car.* p. 64. U. nectario carinato brevissimo, laciniis corollae rotundatis, scapo 2-3 floro. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 15.

Flores parvi, laete purpurei. In *Carolinae et Pensylvaniae stagnis.* ⊙.

22. U. *cornuta Mich.*; nectario subulato porrecto, corollae labium inferius amplissimum, scapo subsessiliter bifloro. *Mich. Fl. Am. bor.* I. p. 12. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 16. *Vahlio Enum.* I. p. 201 non visa.

Subarrhiza, aphylla, scapo rigido; corollae majusculae labio inferiore amplissimo, calcare longiusculo, acutissimo. Corollae magnae, laete luteae. *Ad lacus montanos a Canada ad Virginiam usque.*

d. *Aphyllae.*

23. * U. *coerulea*; nectario subulato longitudine labii inferioris, scapo tortuoso. *Linn. Fl. Zeyl.* p. 23. *Vahl Enum.* I. p. 201. (quoad differentiam specificam; sed descriptio ad *reticulatam* pertinet). *Willd. Spec.* I. p. 118. U. scapo volubili, squamis subulatis, spicâ brevi densâ, foliolis calycinis orbiculatis. *Smith Exot. bot.* in *obss. ad tab.* 119.

Scapus plerumque flexuosus, volubilis, spithamaeus. Flores terni, pluresve, caerulei. In *Zeylonae et Indiae orientalis paludosis.*

24. U. *reticulata Smith*; scapo volubili, tereti, squamis alternis acutis, calyce acuminato corollae longitudine, palato reticulato bilobo. *Smith Exot. bot.* t. 119. Nelipu *Rheed. Malab.* IX. p. 137. t. 70.

Radix fibrosa verticillata. Caulis 9-12 uncialis volubilis glaber apice saepe divisus, nudus, squamis acutis adspersis. Flores racemosi terminales, pedunculis unifloris. Corollae magnitudine et colore violarum, palato albo reticulato prominente bilobo. Calcar attenuatum longitudine corollae. Faux clausa. In *inundatis oryzaceis Ind. orient. Buchanan.*

Obss. Synonymon Rheedii ad Utric. *caeruleam* perperam allatum huc pertinet. Sub nomine U. *coeruleae* tres plantae diversae confusae fuerunt.

Vera et prima est *Herb. Hermanni* (ap. *Banks*) diversa: *spicâ brevi densâ et foliis calycinis orbiculatis.* Secunda est U. *reticulata*, etiam pro *coerulea* habita. Tertia, quam a D. *Koenig* serius accepit Linnaeus et Herbario suo sub *coeruleâ* inseruit, planta Hermanni neglecta. Eandem (*Koenigii*) quoque pro *coerulea* habuit *Vahl.* Differt vero a *coeruleâ* verâ floribus remotis et calyce acuminato, et a *reticulatâ* staturâ minori, palato, et squamis scapi paucioribus.

25. U. *juncea Rich.;* nectario subulato, longitudine labii superioris, scapo squamoso racemoso, squamis remotis. *Vahl Enum.* I. p. 202.

Rad. fibrosa, brevissima. Scapus pedalis, strictus, glaber. Squamae ovatae. Flores 5-8, brevissime pedicellati. Bractea arida. In *Cajennâ. Rich.; Portorico West.*

26. U. *angulosa Poir.*; nectario subulato, longitudine labii superioris, scapo filiformi angulato; squamis minimis remotis; floribus subracemosis, subsessilibus. *Poiret Enc. meth.* T. VIII. p. 273.

Affinis U. *junceae*; fibrae radicales ex albido flavescentes ut scapus angulato-compressus, basi subinde caeruleus aut purpureus, 10-12 pollicaris; Spica terminalis 4-6 flora, flores lutei, mediocres, calcar subulatum, acutum, vix longitudine labii superioris. In *humidis Cajennae. Herb. Desfont.*

27. U. *aurea Lour.;* nectario compresso conico, floribus racemosis. *Loureir. Cochin.* I. p. 33. *Vahl Enum.* I. p. 202.

Scapus teres, tripollicaris; flores aurei, foliolis calycinis 2 incurvis. In *fluviis lentioribus Cochinchinae. — An hujus tribus?*

28. U. *pusilla Vahl;* scapo capillari subdiviso superne flexuoso, floribus racemosis remotis. *Vahl Enum.* I. p. 202. U. *microcarpa Dietr. Gaertnerlex.* X. p. 305. n. 21.

Rad. brevissima; scapus digitalis, superne squamâ minutâ, ovatâ. Pedicelli e medio fere scapi, 5-8, semiunguiculares, bracteâ minutissimâ ad basin singuli; capsulae minutae. In *Cajennâ.*

29. U. *bifida;* nectario conico acuto longitudine labii superioris, scapo bifido vel simplici. *Vahl Enum.* I. p. 204. *Willd. Spec.* I. p. 202. *Osbeck it.* t. III. f. 2.

Rad. brevissima, simplex. Scapus digitalis vel palmaris, 2-3 florus. Pedicelli remoti. Bracteae ovatae acutae, ut foliola calycis. Cor. lutea. In *Chinâ*, *Zeylonâ.*

30. U. *uliginosa Vahl;* nectario conico, calycibus corollam aequantibus, capsulis compressis, scapo anguloso subsimplici. *Vahl Enum.* I. p. 203. Monente R. *Brown* pertinet vel ad *graminifoliam*, vel ad *cyaneam.*

Radices setaceae, subindivisae. Scapus palmaris. Pedicelli 3-4, alterni, distantes, breves. Calycis foliola ovata, acuta. Cor. minuta, purpureo-alba. Nectarium longitudine labii inferioris. In *humidiusculis Ind. orient. König.*

31. U. *nivea Vahl;* nectario conico obtuso, scapo subquadrifloro; squamis adnatis basi solutis, capsulis cernuis globosis. *Vahl Enum.* I. p. 203.

A praecedente differt: scapo filiformi, palmari vel spithamaeo, 3-4 floro; floribus majoribus albis, pedicellis brevioribus. In *roridis Zeylonae. König.*

32. U. *humilis Vahl;* nectario conico acuto, labio superiore breviore, calycibus subrotundis, capsulis carinatis. *Vahl Enum.* I. p. 203.

Rad. brevissima, vix ramosa. Scapus sesquipollicaris saepe 1-, interdum 2-4 florus. Squamae 2-3ve remotae, ut bracteae, ovatae. In *Ind. orient.*

33. U. *aphylla Ruiz* et *Pav.;* nectario subulato, labiis crenatis, scapo subtrifloro. *Flor. peruv.* I. p. 20. T. XXXI. f. d. U. *tenuis Cav. ic.* V. p. 24. t. 440. f. 2. U. *crenata* et *tenuis Vahl Enum.* I. p. 203. 362. U. *furcata Pers. Syn.* I. p. 18.

Rad. bullis reniformibus magnitudine seminum sinapeos; scapus filiformis 11/2 pollic., 11/2 palmaris, simplex, glaber, 1-4 florus. Cor. lutea, labio superiore 3-5 crenato, inferiore 3 crenato. *Ruiz* et *Pav.* -labia integra habet *Cavanill.*, palato prominulo cordato, limbo superiore rubro. In *Limâ et Chili.* ⊙.

34. * U. *gibba;* nectario gibboso, scapo subunifloro. *Gronov. virg. ed.* I. p. 129. *Vahl Enum.* I. p. 204. *Willd. Spec.* I. p. 113. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 16.

Flores parvi. Corolla lutea. Laciniae corollae rotundatae. In *Virginiâ, Noveboraco et Carolinâ.*

35. U. *ramosa Vahl;* nectario conico brevi, scapo simplici vel ramoso paucifloro, pedicellis fructiferis cernuis. *Vahl Enum.* I. p 204.

Rad. brevissima, simplex. Scapus digitalis, rami, si adsunt, semel vel bis bifidi, 2-3 flori. Squamae et bracteae ovatae. Flores ovati. In *Ind. orient. König.*

36. U. *capillacea Willd.;* nectario tereti obtusiusculo, scapo setaceo nudo subtrifloro, floribus nutantibus, capsulis subulatis. *Willd. Spec.* I. p. 113. *Vahl Enum.* I. p. 204.

Scapus saepe vix pollicaris, angulatus, 1-3 florus, pedicelli breves. In *Ind. orientali. Rottler.*

37. U. *filiformis;* nectario tereti acuminato, scapo setaceo apice dichotomo subflexuoso, floribus nutantibus. U. *capillaris Herb. Comit. Hoffmannsegge.*

Nomen ob *capillaceam Willd.* mutavimus, cui affinis. Radix et nuda, et vesiculosa. Scapus 4 poll. et ultra, filiformis, tortus, apice subinde flexuosus; pedunculi (unde apice dichotomus) capillares, tenuissimi; flores 1-3 et plures, longitudine fere pedunculi; nectar. vix 1/2 lin. longum. — Exemplar nostrum floris descriptionem completam vetat. *E Brasiliâ.* ⊙.

38. U. *minutissima Vahl;* nectario conico, scapo capillari simplici subbifloro, squamis adnatis basi solutis, bracteis subulatis. *Vahl Enum.* I. p. 204.

Scapus 1/2 - 1 pollicaris, squama 1-2 in scapo, linearis, utrinque acuta. Flores solitarii, 2-3ni, distantes. Bracteae 2 ad basin pedicellorum. Cor. coerulea, longitudine nectarii. Caps. oblonga, erecta. *Circa Malaccam. König.*

39. * U. *subulata Gronov.*; nectario obtuso labio inferiore breviore; scapo subbifloro. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 15. U. nectario subulato. *Gron. virg.* 5. *exclus. syn. Clayton.* U. *setacea Mich. Fl. Amer.* I. p. 12. *Vahl Enum.* I. p. 201.

Caulis aphyllus folio rotundo serrato, pedunculo longissimo, floribus albis spicatis. Flores parvi, laete lutei. *A Canada ad Carolinam, vulgaris.* ⊙.

e. *Species ex R. Brownii prodromo.*

a. *Foliis radicalibus compositis, vesiculiferis; scapis aphyllis; Floribus flavis.*

40. U. *australis Brown;* scapo paucifloro, labiis indivisis; inferiore duplo latiore quam longo, calcare adscendente antice plano subtus carinato. *Brown prodr. Fl. nov. Holl.* I. p. 430.

Hab. ad Port. Jackson et ins. van Diemen. Proxima *vulgari.* L.

41. U. *exoleta Brown:* scapo uni seu bifloro, labio inferiore indiviso, superiore integro et semitrilobo; calcare adscendente emarginato. — *Brown. prodr.* p. 430.

Habit. ad port. Jackson. Valde affinis U. *minori.* L.

b. *Folia radicalia indivisa, saepe decidua. Radices affixae, quandoque vesiculiferae. Flores saepius coerulei, subinde flavi.*

42. U. *volubilis Brown;* scapo volubili tereti subbifloro, labiis indivisis: superiore cuneato; inferiore maximo securiformi, calcare descendente obtuso depresso, calycis foliolis obtusis. *Brown prodr.* p. 430.

Hab. in novâ Hollandiâ meridionali.

43. U. *oppositiflora Brown;* scapo stricto tereti emerso,

foliis radicalibus ovatis obtusis petiolatis, pedunculis oppositis, labiis integris: inferiore maximo securiformi, palato lobato, calcare obtuso. *Brown prodr.* I. p. 430.

Hab. in port. Jackson.

44. U. *uniflora Brown*; scapo stricto tereti emerso unifloro, foliis radicalibus paucis subrotundis deciduis, labio superiore cuneiformi retuso: inferiore maximo securiformi integro, palato lobato, calcare obtuso. *Brown prodr.* I. p. 431.

Hab. ad port. Jackson, et in insulâ van Diemen.

45. U. *Baueri Brown*; scapo capillari simplici et parum diviso: squamulis distantibus medio adnatis, floribus racemosis, labiis integris, superiore lineari; inferiore latiori quam longo, calcare porrecto-descendente obtusiusculo labiis longiore. *Brown prodr.* I. p. 431.

Hab. ad port. Jackson.

46. U. *lateriflora Brown*; scapo capillari simplici tereti: squamulis distantibus basi insertis, floribus lateralibus subspicatis, labio superiore lineari subretuso: inferiore subrotundo obsolete crenulato, calcare emarginato. *Brown prodr.* I. p. 431.

Hab. ad port. Jackson, et in ins. van Diemen.

47. U. *parviflora Brown*; scapo simplici et angulato subflexuoso: squamulis minutis basi insertis, floribus lateralibus distantibus subsessilibus pluribus abortientibus, labio superiore linearie marginato: inferiore subrotundo integro, palato rugoso, calcare porrecto acutiusculo, calycis foliolo inferiore emarginato. *Brown prodr.* I. p. 431.

Hab. in port. Jackson.

48. U. *simplex Brown*; scapo capillari simplicissimo, unifloro, labiis integris rotundatis: inferiore latiore quam longo, calcare porrecto depresso emarginato. R. *Brown prodr.* I. p. 431.

Hab. in nov. Holland. meridionali.

49. U. *violacea Brown*; scapo capillari simplicissimo unifloro, labiis subintegris: inferiore deflexo, longitudine calcaris descendentis subcylindracei integri, folio radicali subsolitario ovato. R. *Brown prodr.* I. p. 431.

Hab. in novâ Holland.

50. U. *Menziesii Brown*; scapo filiformi unifloro, foliis radicalibus numerosis spathulatis, labio superiore — — —: inferiore indiviso, calcare descendente cylindraceo obtuso, labiis duplo longiore. R. *Brown prodr.* I. p. 431.

Hab. in nov. Holland. D. Menzies.

51. U. *albiflora* Brown; scapo filiformi unifloro, labio superiore emarginato, inferiore cuneiformi tridentato, calcare conico descendente. R. Brown *prodr.* I. p. 431.

Littora novae Holland. intra tropicum. Banks et Soland.

52. U. *compressa* Brown; scapo — — —, labio superiore emarginato, inferiore subtrilobo, lobo intermedio emarginato, calcare conico-complanato porrecto adscendente. R. Brown *prodr.* I. p. 431.

Hab. in nov. Holland. inter tropicum. Banks et Solander.

53. U. *cyanea* Brown; scapo simplici stricto paucifloro, floribus lateralibus remotis, pedunculis tribracteatis, calycibus acutis corollam subaequantibus, labiis integris, calcare conico-subulato acuto descendente, capsulâ compressâ, foliis linearibus decumbentibus. R. Brown. *prodr.* I. p. 431.

Hab. ad port. Jackson.

54. U. *biloba* Brown; scapo simplici tereti: squamulis distantibus adnatis, racemo paucifloro: pedunculis unibracteatis; labio superiore emarginato; inferiore bifido, lobis obtusis calcare descendente porrecto obtuso plano convexo. R. Brown *prodr.* I. p. 432.

Hab. ad port. Jackson.

55. U. *limosa* Brown; scapo simplici tereti, racemo multifloro, labio superiore integro, inferiore bilobo, lobis acutiusculis divaricatis, calcare conico-complanato porrecto. R. Brown *prodr.* I. p. 432.

Hab. in nov. Holland. Banks et Solander.

56. U. *pygmaea* Brown; scapo simplici subbifloro labio superiore integro: inferiore tripartito laciniis indivisis lateralibus linearibus divaricatis, calcare conico porrecto. R. Brown *prodr.* I. p. 432.

Hab. in nova Holland. Banks et Solander.

57. U. *tenella* Brown; scapo subsimplici paucifloro, labio superiore bipartito: inferiore trifido, lobis indivisis, intermedio majore, fol. ellipticis. R. Brown *prodr.* I. p. 432.

Hab. in nov Holland.

58. U. *barbata* Brown; scapo subsimplici paucifloro, labio superiore emarginato: inferiore trifido laciniâ intermediâ bilobâ, palato intus barbato, calcare subulato descendente. R. Brown *prodr.* I. p. 432.

Hab. in nov. Holland. Banks et Soland.

59. U. *flava* Brown; scapo filiformi, racemo multifloro raro, labio superiore bifido: inferiore trifido lobis indivisis, calcare subulato descendente. R. Brown *prodr.* I. p. 432.

Hab. in nov. Holland. Banks et *Soland.*

60. U. *chrysantha Brown;* scapo subramoso, spicis racemosis multifloris, labio superiore bifido: inferiore quadrilobo, calcare subulato conico descendente, pedicellis tribracteatis, bracteis calycibusque coloratis. R. *Brown prodr.* I. p. 432.

Nov. Holland.

61. U. *multifida Brown;* scapo simplici filiformi, paucifloro, labio superiore bifido: laciniis e latiore basi subulatis, inferiore trifido: lobis subaequalibus semibifidis laciniis emarginatis, calcare obtuso compresso. R. *Brown prodr.* I. p. 432.

Hab. in nov. Holland.

89. STACHYTARPHETA.

1. St. *angustifolia Vahl;* foliis lanceolatis utrinque attenuatis remote serratis glabris. *Vahl Enum.* I. p. 205. Verbena *angustifolia Mill. dict.* IV. p. 595. Verbena *indica Jacq.* Obs. IV. t. 86.

Erecta, tota glabra. Folia 2-3 pollic. obscure oblique nervosa. Spicae breviter pedunculatae, 3pollic. Bracteae lanceolatae. In *Amer. merid.* ⊙. Hucusque confusa plerumque cum sequente.

2. * St. *indica;* foliis lanceolato-oblongis basi attenuatis remote dentatis cauleque glaberrimis, bracteis lineari-lanceolatis. *Vahl Enum.* I. p. 206. Verbena *indica Linn.* Sp. *pl.* 27. *Willd. Spec.* I. p. 115. An huc *Verbena indica Bontii* in *hist. nat. Pison. fig. pessim.* ?

Affinis praecedenti, differre videtur: foliis basi tantum, nec utrinque, attenuatis, apice saepe obtusis vel acutiusculis, dentibus magis remotis, majoribus, saepe obtusis; spicis longioribus, angustioribus; bracteis angustioribus in aristam fere attenuatis. In *Zeylon et Guineâ.* ⊙.

3. St. *aristata Vahl;* foliis oblongis serratis acutis subtus villoso-subcanescentibus; bracteis ovatis acuminatis, caule fruticoso. *Vahl Enum.* I. p. 206. Verbena *aristata Ecl. am. II.* p. 2. *ic. t.* XI.

„Differt a V. *mutabili* foliis basi in petiolum sensim attenuatis, nec subito acuminatis; bracteis ovatis in aristam desinentibus, nec lanceolatis acutis; calycibus bracteâ brevioribus nec longioribus. *Vahl ecl. l. c.*" Spica interdum fere pedalis. In *Americâ merid. Von Rohr.* ♄.

4. * St. *jamaicensis;* foliis oblongo-ovatis dentato-serratis glabris, ramis hirtis, bracteis ovatis calyce brevioribus. *Vahl Enum.* I. p. 206. Verbena *jamaicensis Linn. S. V.* 66.

Omnes STACHYTARPHETAE olim fuere VERBENAE, et nunc ZAPANIAE sunt in Enc. m. T. VIII. p. 839; CYMBURI el. SALISBURIO.

Willd. Spec. I. p. 115. *Jacq. obs.* IV. t. 85. *Sloane jam.* t. 107. f. 1. Cymburus *urticaefolius*. *Salisb. paradis.* 53.

Suffruticosa ramis sparsis; folia 2 pollic., grosse et acute serrata, basi integerrima, obtusa, interdum acuta, costà pilis raris. Spica spithamaea, pennâ columbinâ parum crassior. Bracteae inferne margine membranaceae. Flores lilacini. In *Jamaicâ*. ♄.

5. St. *dichotoma Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongo-ovatis serratis, ramis hispidis, bracteis lanceolatis longitudine calycis. *Fl. peruv.* I. p. 23. t. XXXIV. *Vahl Enum.* I. p. 207.

Suffruticosa, tripedalis, erecta, ramis superne compressis. Folia acuta, serraturis acuminatis, venosa, subtus hispidula. Spicae pedales arcuatae. Semina extus striata. In *sylvis Peru*. ♄.

6. St. *marginata Vahl*; foliis ovato-subrotundis dentato-serratis glabris, dentibus margine cartilagineis, caule fruticoso. *Vahl Enum.* I. p. 207.

Glabra. Folia pollicaria, firma, grosse serrata, serraturis mucronatis, obtusissima, nervosa, avenia. Spicae 1/2 pollic. crassitie pennae columbinae. Bracteae lineari-lanceolatae, attenuatae, longitudine calycis, subtilissime striatae. In *Ind. occidentali*. *Von Rohr*. ♄.

7. St. *strigosa Vent.*; foliis ovato-oblongis crenato-serratis, ramisque pilosis. *Vahl Enum.* I. p. 207.

Suffruticosa, pilis albidis. Folia pollicaria, obtusissima, serraturis obtusis mucronatis, nervosa, avenia. Spicae palmares et ultra, crassitie fili emporetici. Bracteae lineari-lanceolatae, attenuatae longitudine calycis, subtilissime striatae. In *Ind. occident*.

8. St. *cajanensis Rich.*; foliis ovatis, crenato-serratis glabris obtusissimis, caule frutescente. *Richard act. soc. h. n. paris.* I. p. 105. *Vahl Enum.* I. p. 208.

Pilosa; rami teretes; folia bipollicaria crenis grossis mucronatis, nervosa, subvenosa. Spicae graciles, 4pollicares. Bracteae lineari-lanceolatae, attenuatae, calyce parum longiores. In *Cajenna*. ♄.

9. * St. *orubica*; foliis ovatis serratis scabris rugosis, caule fruticoso, bracteis ovatis calyce majoribus. *Vahl Enum.* I. p. 208. Verbena *orubica Linn. H. cliff.* p. 10. *Willd. Spec.* I. p. 115. *Plukn. alm.* t. 228. f. 4. 327. f. 7. Sherardia urticae folio subtus incano floribus violaceis. *Ehret pict.* t. 5. f. 1.

Tripedalis, caule digiti minimi crassitie. Folia profunde serrata, villis scabra. Spica 11/2 pedalis. Bracteae ad basin extrorsum flexae, calyce multoties majores. Cor. violacea cum macula bifida, dilutiore umbilico. *Linn.* Nec *Vahl* nec *Willd.* plantam hanc videre. In *Orubâ*, *ins. Americae meridionalis*. ♄.

10. St. *mutabilis Jacq.*; foliis ovatis serratis rugosis cauleque subincano, bracteis lanceolatis calyce brevioribus. *Vahl*

Enum. I. p. 209. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 30. Verbena *mutabilis. Willd. Spec.* I. p. 115. *Jacq. Coll.* II. p. 334. *ic. rar.* II. t. 207. *Vent. H. malmais.* t. 36. *Andrews's reposit.* 435. Cymburus *mutabilis. Salisb. paradis. Lond.* I. n. 49. *Trattinick Gartenpfl. Fasc.* IV. *n.* 36. *tabular.* t. 310. Zapania *mutabilis Lam. illustr.* I. p. 59.

„Caulis fruticosus, erectus, orgyalis, tomentoso-subincanus, scabriusculus. Rami juniores villosi. Folia 5pollicaria, acuta supra villosa, asperiuscula. Spica tandem 11/2 pollicaris villosula. Cal. villosus. Corolla primum miniato-coccinea, dein rosea. Sem. atra nitida. *Jacq. l. c.* in Americâ meridionali. ♄. *Vahl* quaerit an a St. *orubica* diversa? — Omnino, teste *Ventenat*, differt St. *orubica* foliis acutius dentatis, spica foliosa, florum minorum colore caeruleo.

11. St. *Zuccagni Nob.*; spicis longissimis carnosis squarrosis, foliis ovatis serratis in petiolos decurrentibus, subtus incanis, caule fruticoso. Zappania *mutabilis Zuccagni Cent.* I. in *Roemer Collect.* p. 117. *Lamarck ill.* I. p. 59.

Differre hanc speciem a Verbena *mutabili Willd.* et *Jacq.* caule et foliis subtus villosis incanis nec tomentosis; a Verbena *orubica Mill. dict.* n. 11. corollis minime bifidis, sed sexlobis, nec maculâ nigrâ distinctis. Cor. tubus subviolaceus, limbus phoeniceus, fauce albâ, aetate roseus, dein pallidior. Antherae luteae inclusae. Tota, praesertim in pagina inferiore foliorum, tecta glandulis crystallinis. *Zuccagn.* l. c. *Habitat?*

12. * St. *prismatica*; foliis ovatis obtusis serratis, spicis laxis, bracteis subulatis calyce brevioribus. *Vahl Enum.* I. p. 209. Verbena *prismatica Linn.* et *Willd. Spec.* I. p. 116. *Jacq. Coll.* II. p. 301. *ic. pl. r.* t. 208. *Plukn. alm.* t. 321. f. 1.

Rami glabri; folia remota pollicaria et ultra, scabriuscula. Spica pedunculata, 3-5 pollic. Flores magis distantes, pauciores, rhachi multo tenuiore fere filiformi, minus foveolatâ. Calyx profunde quadridentatus, dentibus subulatis. In *America meridionali.* ♂.

13. St. *squamosa*; foliis elliptico-lanceolatis serrulatis alternis, pedunculis axillaribus longissimis, caule fruticoso, spicis longissimis totis squamosis. *Vahl Enum.* I. p. 209. Verbena *squamosa Jacq. H. Schoenbr.* I. p. 3. t. V.

Caulis teres, erectus, gracilior calamo, villosus. Folia longiora 6poll. utrinque attenuata, petiolata, rugulosa, scabriuscula, utrinque hirta; pedunculi 15pollic. hirsuti, toti squamis lanceolatis ciliatis appressis tecti, apice simplicissimi, vel breviter ramosi. Spicae solitariae vel ternae, pollicares, flores minuti. Cal. pentaphyllus, foliolis lanceolatis, hirsutulis. Cor. tubus albus, limbus coeruleus; labium superius oblongum, semibifidum, erectum, inferius tripartitum, laciniis linearibus oblongis, intermediâ obcordatâ. Filamenta tubo longiora. *Habitat* —? De genere merito dubitat cl. *Vahl* l. c.

90. LYCOPUS.

1. * L. *europaeus;* foliis ovato-lanceolatis villosis sinuato-serratis. *Vahl Enum.* I. p. 210. *Linn. Spec.* p. 30. *Willd. Spec.* I. p. 120. *Hall. hist.* n. 220. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 58. *Fl. Portug.* p. 69. *Mich. Fl. amer.* I. p. 14. *Pursh Fl. amer. Sept.* 1. p. 16. *Lam. illustr.* t. XVIII. *Fl. Dan.* t. 1081. *Engl. bot.* t. 1105. — *β laciniatus* — Marrubium palustre hirsutum tenuius laciniatum *Bauh. prodr.* 110.

Rad. repens; caulis 1-3 pedalis erectus, tetragonus; fol. subsessilia, inferiora subpinnatifido-serrata. Flores parvi albidi rubropunctati in verticillos congesti. Flores subinde foeminei et triandri. Lycopum *europaeum* variare et in *exaltatum* transire formis sequentibus *Nees ab Esenbeck* in *Enum. hort. erlang. D. Martii: p.* 18. Lycopus *europaeus*:

α. foliis oblongo-lanceolatis, basi apiceque attenuatis, grosse et acute serratis, serraturis mediis longioribus.

β. foliis ovato-oblongis subflaccidis, basi apiceque attenuatis, dentato serratis, inferioribus basi pinnatifidis, laciniis subdistantibus acuminatis.

* caule hirsuto. ** caule glabro.

Lycopus *exaltatus* (?)

γ. foliis ovatis, acuminatis rigidiusculis, subtus praecipue villosis, subtomentosis, dentato serratis, basi ad costam fere pinnatifidis, laciniis approximatis brevioribus, caule villoso.

δ. foliis pubescentibus ovatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis, inferioribus paulo brevioribus, apice inciso-serratis. — Hac forma est Lycopus *exaltatus hort. erlang.* Nos δ hoc, culturâ perstans, colimus nomine Lycopi *intermedii.* An *Plukenet almag.* t. 45. f. 1. ?

In *Europae fossis humidis.* ♃.

2. L. *australis*, foliis lanceolatis acuminatis serratis pubescentibus supra scabriusculis subtus glandulosis: basi attenuatâ integrâ: serraturis remotis aequalibus acutissimis, caulibus striatis. R. *Brown prodr.* I. p. 500.

Quam maxime affinis L. *europaeo* L. *Habit.* . . .

3. L. *exaltatus*, foliis pinnatifidis hirtis, lobis oblongis subdentatis. *Vahl Enum.* I. p. 211. *Willd. Spec.* I. p. 121. *Marsch. a Bieberst. taur. cauc.* p. 16. *Sabbat. Hort. rom.* III. t. 64. *Sibthorp Fl. graec.* t. XII. L. *pinnatifidus Pall. phys. top. Gem. v. Taur.* p. 93. *Fl. Ross.* II, 1. *t.* 1. *Pursh Fl. amer. sept.* II. p. 727.

Caulis humanae altitudinis, ramosus angulatus, scaber *Linn.*; glaber *Vahl*; corollae albae laciniae rubro punctatae, suprema emarginata, infima latior *Linn* Discrepare a L. *europaeo* non magnitudine, sed foliis subtus pubescentibus ad nervum medium usque incisis, lobis oblongis acutiusculis subdentatis margine

revolutis, extimis confluentibus *M. a Bieberstein.* In *Italiâ*, *Americâ Septentrionali*, et *Tauriâ*. ♃.

4. * L. *virginicus;* foliis lanceolatis, inferioribus basi pinnatifidis, superioribus remote serratis, cauleque glabro. *Vahl Enum.* I. p. 211. *Willd. Spec.* I. p. 121. *Mich. Fl. Amer.* 1. p. 14. *Pursh Fl. Amer. Sept.* 1. p. 16. β. *quercifolius*, foliis sinuato-pinnatifidis. *Pursh* l. c.

Humilior, caulisque tenuior quam in praecedentibus, geniculis subvillosis. Folia inferiora petiolata, basi utrinque laciniis tribus pinnatifida, superiora sessilia, utrinque dentibus 3-5, basi apiceque integerrima, omnia utrinque attenuata, minora quam in praecedentibus. Verticilli pauciflori. Corollae albae. In *novâ Angliâ ad Carolinam.* β. *in sylvaticis montium editiorum Virginiae.* ♃.

5. L. *pumilus;* foliis lanceolatis subserratis glabris, stolonibus procumbentibus. *Vahl Enum.* I. p. 211. Lycop. *uniflorus Mich. Fl. bor. am.* I. p. 14.

Rad. tuberosa, stolones foliosi, caulis digitalis, glabriusculus; folia petiolata, pauciserrata; flores axillares solitarii. In *Canadâ. Mich. Ex herb. Juss.* ♃.

6. L. *obtusifolius Mich.;* foliis lanceolatis remote obtuse serratis. *Vahl Enum.* I. p. 212.

Caulis erectus, palmaris, simplex; folia petiolata, vix semipollicaria, obtusa, glabriuscula. Verticilli pauciflori. *Ad fretum Hudsonis. Michaux in herb. Juss.*

7. L. *australis Br.;* foliis lanceolatis, acuminatis, serratis, pubescentibus, supra scabriusculis, subtus glandulosis, basi attenuatâ, integrâ, serraturis remotis, aequalibus, acutissimis, caulibus striatis. R. *Brown prodr.* 1. p. 5.

Hab. in novâ Hollandiâ.

91. AMETHYSTEA.

A. *coerulea; Vahl Enum.* I. p. 212. *Willd. Spec.* I. p. 121. *Kniphof* C. II. n. 4. Amethystina *Hall.* in *act. ups.* 1742. p. 51. t. 4, et in *Comm. gott.* 1751. t. 10. A. *corymbosa Pers. Syn.* I. p. 24.

11/2 pedalis ramosa, glabra. Folia opposita, petiolata, tripartita, laciniis lanceolatis, profunde serratis, glabris. Pedunculi oppositi, trifidi, pedicellus intermedius uniflorus, laterales 2-3 flori. In *Sibiriae montanis.* ⊙.

92. HOSLUNDA.*

1. H. *opposita Thonn.;* foliis oblongo-ovatis. *Vahl Enum.* I. p. 212. *Palisot* de *Beauvois Fl. d' Oware et Benin* I. t. 33.

* In honorem *Olai Hoslund Smith. Thonning.*

Frutex sexpedalis ramosissimus, ramis brachiatis, inter folia lineâ villosâ. Folia odorata, 2pollicaria, extrorsum remote serrata, basi integerrima. Cor. alba, calyce fere duplo longior, labio inferiore trifido, recurvo. In *dumetis Aquapim Guineae*. ♄.

2. H. *verticillata*; foliis lanceolatis ternis. *Vahl Enum.* I. p. 213.

Folia 11/2 pollic., utrinque attenuata serrata, basi apiceque integerrima, subtus pallidiora. Petioli breves pubescentes. Panicula minus ramosa quam in praec. *Ad Senegal. Dupuis.* ♄.

93. ZIZIPHORA.

1. Z. *mariana*; foliis ovatis serratis sessilibus, corymbis axillaribus terminalibusque dichotomis. Cunila *mariana Vahl Enum.* I. p. 214. *Willd. Spec.* I. p. 122. *Linn. S. P.* II. *ed.* p. 30. *Pursh Fl. Amer. sept.* II. p. 406. Satureja *origanoides Linn. S. P.* I. *ed.* p. 568. *Plukn. mant.* t. 344. f. 1. *Moris. Hist.* III. p. 413. *Sect.* XI. t. 19. f. 7.

Caul. erectus, purpurascens glaber, exceptis geniculis. Folia sessilia, pollicaria, extrorsum remote serrata, utrinque punctata. Pedunculi bisbifidi, flore solitario in dichotomia, laterales biflori. In *Virginiâ*. ♃.

2. * Z. *clinopodioides*; foliis ovato-acuminatis, superioribus ciliatis, inferioribus nudis, calycibus pilosis (?), caulibus erectiusculis subsimplicibus. *Rudolph in mem. de l'Acad. de Petersb.* T. II. 1810. p. 311. t. 11. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 17. *α. Z. cunila*, foliis ovato-lanceolatis nudis integris, verticillis imis paucifloris, terminalibus multifloris, dense congestis, calycibus glabris. Cunila *capitata Linn. suppl.* p. 87. *Vahl Enum.* I. p. 214. *Willd. Spec.* I. p. 122. *ejusd.* Thymus *punctatus. Phytogr.* I. S. 8. *Berl. Baumz. ed.* 2a. p. 386. Z. *tenuior Falk Topogr.* I. p. 98. fide herbar. *Barnades.* Thym. *lucidus Ehrh. Beytr.* 7. S. 150. *β. acinoides*; foliis lanceolatis nudis nervosis uniformibus integerrimis canescentibus, floribus subspicatis. *Ammann stirp.* p. 51. n. 66. *Thymus Gmelin sib.* III. p. 247. n. 82. *Vahl Enum.* I. p. 217. *Willd. Spec.* I. p. 124.

Caules decumbentes, folia juniora albido virescentia, seniora pallide lacte viridia, subtus albidiora. Calyces sub lente pubescentes. Corollae labium inferius subinde maculis purpureis. Pollen azureum. In *β.* radix lignosa, caules dodrantales, omnes hispide-canescentes; folia (sub lente) nervis hispidula, uti calyces canescentes, dentibus interne tomento densiori albo. Corolla rosea. Pollen dilute purpurascens. *Rudolph.* Habitus Thymi *acinos* sed majora quintuplo omnia. *α in Altaicis et Armenia iberica β in Sibiria.* ☉.

3. Z. *glabella;* foliis inferioribus oblongis, superioribus lanceolatis, extrorsum remote-serratis, pedunculis terminalibus ternis. CUNILA *glabella Mich. Fl. bor. am.* I. p. 13. *Vahl Enum.* I, p. 13. HEDEOMA *glabrum* * *Pers. Syn.* II. p. 131.

Tota glabra. Caulis vix pollicaris simplex. Folia petiolata, 11/2 pollicaria, suprema integerrima. Pedunculi brevissimi. In *Amer. septentr. Herb. Richard.* ♃.

* HEDEOMA *Pers. Cal.* bilabiatus, basi gibbus. *Cor.* ringens. *Stam.* 2 sterilia.

4. Z. *pulegioides;* foliis oblongis subserratis, pedunculis axillaribus multifloris. — CUNILA *pulegioides Vahl Enum.* I. p. 215. *Willd. Spec.* I. p. 122. *Linn. Sp.* Pl. II. *ed.* p. 30. MELISSA *pulegioides Linn. Sp.* Pl. I. p. 593. *Gronov. virg.* 167. HEDEOMA *pulegioides Pers. Syn.* II. p. 131.

Caul. spithamaeus, erectus, pubescens, ramis simplicibus. Folia petiolata, semipollicaria acuta, utrinque dente 1 - 2, suprema integerrima, vix margine villosa. Pedunculi axillares gemini, diphylli, 3-5flori. Calycis curvati striae laciniaeque piloso-ciliatae: labium superius adscendens, inferius dentibus 2 setaceis. Cor. alba, fauce violacea. In *Virginiae*, *Canadae siccis.* ⊙.

5. Z. *thymoides;* foliis ovalibus integerrimis, floribus verticillatis, caule quadrigono. CUNILA *thymoides Vahl Enum.* I. p. 215. *Decand. Fl. fr.* III. p. 506. n. 2478. *Willd. Spec.* I. p. 123. *Linn. Sp.* Pl. II. *ed.* p. 31. THYMUS *pulegioides Linn. Sp.* Pl. I. *ed.* p. 592. HEDEOMA *thymoides Pers. Syn.* II. p. 131. *Moris.* III. S. XI. t. 19. f. 6.

Linnaei plantam *Vahl* non vidit. Gallica est 3-4 pollicar., erecta, subramosa; foliis obtusis, glabris, subtus striatis; floribus parvis, albido-rubellis, breviter petiolatis. Verticilli axillares totam plantae longitudinem occupant. *Circa Monspelium.* ⊙.

6. * Z. *capitata;* bracteis ovato-acuminatis, ciliatis, foliis elliptico-lanceolatis. *Rudolph Mem. de l'Acad. de Petersb.* T. II. 1810. p. 308. t. 10. A. B. *Marsch.* a *Bieberst. taur. cauc.* I. p. 17. *Vahl Enum.* I. p. 216. *Willd. Spec.* I. p. 123. *Moris.* S. XI. t. 8. f. 5. *Buxb.* C. III. t. 51. f. 1. mala. *Lam. illustr.* I. p. 63. n. 266. t. 18. f. 3. *Sibthorp Fl. graec.* I. p. 10. t. XIII. *α. angustifolia:* ramis pluribus deflexis, foliis lineari-lanceolatis, minoribus, longe pedunculatis, bracteis elliptico-lanceolatis, fasciculis paucifloris. *β. latifolia*, caule crassiori, foliis rameis ovato-lanceolatis; bracteis orbiculatis haud raro emarginatis.

Rad. parvula; caulis palmaris erectus pubescens. Folia integerrima, glabriuscula. Bracteae plerumque 4, apicibus cuspidatis. Cal. pilosus, dentibus superioribus longioribus. Corolla rosea

absque macula palati. *Rud.* l. c. *α in arenosis*, *β in pinguibus Sibiriae*, *Tauriae*, *Armeniae*, *Syriae*. ⊙.

7. * *Z. hispanica;* floribus racemoso spicatis, bracteis obovatis nervosis acutis, foliis ovatis. *Linn. amoen. ac.* IV. p. 263. *Vahl Enum.* I. p. 216. *Willd. Spec.* I. p. 124.

Caulis palmaris erectus brachiatus durus, ramisque erectis villoso cinereus. Folia semiunguicularia acuta integerrima, pilosiuscula subtus punctata. Flores utrinque terni, breviter pedunculati, approximati. Bracteae sessiles, rhombeo - subrotundae, imbricatae, acuminatae, ciliatae, 11 nerves, subtus punctatae, foliis fere majores, subaequales calyci piloso. In *Hispaniâ.* ⊙.

8. *Z. spicata;* floribus racemoso spicatis imbricatis, bracteis ovatis acutis nervosis, foliis lanceolatis subdentatis. *Ann. hist. nat. madril.* IV. *n.* 12. p. 254.

Vahl Enum. I. p. 217. An praecedentis varietas? — 10-18pollic.; differre videtur foliis caulinis lanceolatis floralibus angustioribus; floralibus ovatis nec obovatis. In *Hispaniâ.* ⊙. Cl. *Persoon* ad sequentem ducit.

9. * *Z. tenuior;* floribus lateralibus, foliis lanceolatis. *Linn. S. Veg.* 68. *Vahl Enum.* I. p. 217 (nullum aliud adjecit Synonymon, nec *Moris.* III. p. 404. S. XI. t. 19. f. 3. 4. ut *Willd. Spec.* I. p. 124. ex *Linnaeo* reliquit, iterumque citavit *Enum. H. berol.* p. 31.

Caul. erectus, spithamaeus, basi ramosus, ramisque hirtus. Foliorum infimorum paria 2 ovata, obtusa, reliqua lanceolata, attenuata, acuta, 1/2 pollic., integerrima, ciliata, obsolete quinque nervia, subtus punctata. Flores lilacini a basi fere 3-4 utrinque, folio duplo breviores. Calycis striae punctis piliferis elevatis. In *Syriâ.* ⊙. *Vahl.*

10. *Z. taurica Bieberst.;* floribus lateralibus, foliis lanceolatis integerrimis ciliatis, corollis fauce inflatis calyce duplo longioribus. *Marsch* a *Bieberst. tauro-cauc.* p. 18. *Willd. Enum. H. berol.* p. 31. Thymbra *spicata Pall. taur. ind. taur.*

„Statura et affinitas summa Z. *tenuioris*, ut praeter flores (sub geminatos *Willd.*) aegre dignoscatur. Calycis pili minus elongati, corolla duplo major, tubus extra calycem multum ampliatus, qui in Z. *tenuiore* calycem vix excedit. Stamina duo sterilia intra tubum. In *Tauriae saxosis calcareis*, *ad latera torrentum.* ⊙.

11. *Z. serpyllacea Bieberst.;* racemis terminalibus capitatis foliis lanceolatis nudis, (subdentatis punctatis uniformibus), caulibus suffruticosis declinatis. *Marsch.* a *Bieberst. taur. cauc.* I. p. 18. *Rudolph l. c.* p. 315. t. 12. Serpyllum orientale folio Pulegii vulgaris. *Tournef. cor.* p. 13.

β. foliis lineari-lanceolatis integerrimis confertis. Z. *Mussini Adam ap. Weber* et *Mohr* I. p. 43. n. 2. Serpyllum orientale folio Pulegii cervini. *Tournef. cor.* p. 13. *Willd. Enum. H. berol.* p. 31. praeter ramulos pubescentes nil addit.

Caules adscendentes. Folia luci adversa, perforata. Calycis dentes obliqui, inaequales. Corollae labium superius integerrimum In *graminosis mont. Caucasi; β in apricis Iberiae.* ♄.

* Z. *serpyllacea*, capitulis terminalibus ovalibus; foliis ovatis subserratis: floralibus subsimilibus integerrimis ciliatis. *Sim.* in *Botan. Mag.* 906. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. 1. p. 50. . . an cum praecedente eadem? Sed et planta Biebersteinii nobis ad huc dubia, meraque ZIZIPH. *dasyanthae* varietas esse videtur.

12. Z. *dasyantha Bieberst.*; verticillis terminalibus axillaribusque confertis hispidis, foliis ovatis subciliatis, caulibus procumbentibus hirsutis. *Marsch.* a *Bieberst. taur. cauc.* p. 18. *Willd. Enum. H. berol.* p. 31. Z. *Puschkini Adam* ap. *Web.* et *Mohr Cat.* I. p. 42. n. 1. Z. capitulis subglobosis-verticillatis hirsutis, foliis orbiculato-ovatis subdentatis, staminibus exsertis, caulibus prostratis. *Sims* in *Bot. Mag.* 1093. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 50.

Differt foliis superioribus bracteisque subrotundis, calycum pilis albis rigidis. In *Caucasi iberici subalpinis.* In *Armeniae ibericae campis elatis* varietas est foliis paulo angustioribus, calycum pilis brevioribus rarioribus, media quasi hanc inter et *serpyllaceam* et Z. *hispanicae* maxime affinis. *Bieberst.* ♃.-♄ dicit *Willd.* ♂ *Ait.*

94. MONARDA.

1. * M. *fistulosa*; foliis oblongo-lanceolatis cordatis pubescentibus remote adpresso serratis. floribus capitatis, involucris purpureo coloratis, caule farcto. *Willd. Enum. H. berol.* p. 32. *Spec.* I. p. 124. *Vahl Enum.* I. p. 217. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 18. *Corn. canad.* t. 14. ORIGANUM *spurium Riv. monop. Miller ic.* t. 122. f. 2. *Kniphof* C. II. n. 47.

Caulis obtusangulus; folia 2pollicaria. Involucri foliola 4 et plura ovata. Calyces pilosi. Corollae rubrae, punctatae. In *Canadâ.* ♃.

2. M. *media Willd.*; foliis ovato-oblongis cordatis pubescentibus, grosse serratis, floribus capitatis, involucris purpureo coloratis, caule fistuloso. *Willd. Enum. H. ber.* I. p. 32.

Valde affinis M. *fistulosae* colore corollae et involucri, sed differt praeter characteres datos, foliis brevioribus serraturis approximatis. In *Americâ.* ♃.

3. M. *mollis Willd.*; foliis oblongo-lanceolatis „cordatis" pubescentibus remote serratis, summis subintegerrimis, floribus capitatis, bracteis pallidis, labio corollae superiore apice barbato. *Willd. Enum. H. berol.* p. 32. M. cano pubescens, capitulis simplicibus, bracteis exterioribus cordato-ovatis acutis, calycibus brevibus fauce dense barbatis, corollis hirsutis: galea apice longissime barbata, foliis oblongis attenuatis basi rotundatis serratis utrinque cano pubescentibus, caule acutangulo hirsuto. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 18. *Linn. amoen. acad.* 3. p. 399. M. *fistulosa* β. *Willd. Spec.* I. p. 124. M. *allophylla Mich. Fl. amer.* I. p. 16.

Dignoscitur facile barba alba in apice labii superioris corollae saturate lilacinae. In *Pensylvaniae*, *Virginiae et Carolinae montibus*. ♃.

4. M. *oblongata Ait.*; foliis oblongo-lanceolatis basi rotundato-attenuatis villosis planis, corollis punctatis. *Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 51. *Vahl Enum.* I. p. 218. *Willd. Spec.* I. p. 125. *M. longifolia Lam. Enc. meth.* IV. p. 256.

Differt a M. *fistulosa* foliis basi ovatis parum attenuatis, subtus magis villosis, calycibus brevioribus margine villosioribus, corollis minoribus. *Willd.* — Caulis purpurascens, folia 3pollicaria, attenuata, remote serrata. Involucra cordato-ovata, attenuata, basi tinctura viridi-coerulescente. *Vahl.* In *Americâ septentr.* ♃.

5. * M. *clinopodia*; foliis ovato-lanceolatis basi rotundatis inaequalibus pubescentibus remote serratis, floribus capitatis, bracteis pallidis. *Willd. Enum. H. berol.* p. 32. *Spec.* I. p. 125. *excl. syn. Gronov.* quod ad Clinopodium *incanum* pertinet. *Vahl Enum.* I. p. 218. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 17.

„Statura M. *didymae*, at folia angustiora, magis elongata; bracteae purpureo-violaceae nec puniceae; flores diandri nec subdidynami." *Vahl.* Caulis obtusangulus glaber. Corollae luteae purpureo maculatae. *Linnaeus* foliis glaberrimis distinxit hanc speciem a M. *fistulosa.* In *sabulosis siccis montosis Canadae ad Carolinam usque.* ♃.

6. M. *gracilis Pursh*; glaberrima, capitulis parvis nudiusculis lateralibus terminalibusque, bracteis exterioribus linearibus ciliatis, calycibus pubescentibus ciliatis, corollis brevibus tenuissimis glabris, foliis lineari-lanceolatis acuminatis serratis glabris, caule obtusangulo glabro. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 17.

Corollae lutescenti-albae. *Montes Carolinae meridionalis et Virginiae.* ♃.

7. M. *purpurea Pursh*; glabriuscula, capitulis magnis foliosis, bracteis exterioribus magnis coloratis lato-ovatis acu-

minatis serratis, calycibus coloratis fauce barbatis, corollis longis glabriusculis, foliis ovato-oblongis acutis grosse serratis: nervis undique pilosis, caule acutangulo glabro. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 18. M. *clinopodia Vahl Enum.* I. p. 218. descriptio. M. *fistulosa var. crimson. Curtis Mag.* 145.

Corollae purpureae. *Montes Virginiae.* ♃.

8. M. *altissima Willd.;* foliis ovatis acuminatis basi rotundatis aequalibus hirtis grosse serratis, floribus capitatis, bracteis pallidis. *Willd. Spec.* I. p. 33.

Differt a *clinopodia* praeter characteres datos: caule altiore, foliis brevioribus grosse acuminato-serratis, rugoso venosis. Flores liiacini. In *Americâ boreali.* ♃.

9. M. *rugosa Ait.;* foliis ovato-lanceolatis, cordatis glabris rugosis. *Ait. H Kew. ed.* 2. I. p. 51. *Willd. Spec.* I. p. 125. M. glabriuscula, capitulis mediocribus subsimplicibus, bracteis exterioribus ovatis undulatis pilosis, calycibus corollisque glabris, lacinia media labii inferioris bidentata, foliis ovatis subcordatis acutis rugosis, nervis subtus petiolisque pilosis, caule acutangulo glabriusculo. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 17. et. II. p. 727.

Similis M. *Clinopodiae*, at folia longiora, glabra, rugosiuscula, fere more Salviae, et flores parvi, albi. *Canada et Virginiae montosa.* ♃.

Cum in *Enum. pl. H. Berol. I.* p. 33. MONARDAE suae *rugosae* folia tribuat „basi rotundata aequalia hirta," de identitate speciei, cujus specimina neque spontanea neque culta numquam videre nobis contigit, valde dubitamus. M. *glabram Lam.* foliis cordato-oblongis serratis glabris longe petiolatis, bracteis corollisque nudiusculis, *Enc. meth.* IV. p. 256. huc *forte* spectare *Vahlius Enum. I.* p. 219.

10. M. *Kalmiana Pursh;* sparse hirsuta, capitulis magnis simplicibus, bracteis exterioribus coloratis lanceolatis attenuatis, calycibus corollisque pubescentibus, corollis longissimis, foliis oblongis attenuatis serratis undique pilis sparsis hirsutis, caule acutangulo petiolisque ciliato piloso. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 17. *Specimen Kalmianum in Museo Banksiano* sub *nomine M. didymae.*

Corollae longissimae eleganter coccineae; Folia paulisper odorata Caules duplo longiores quam in M. *didyma. Prope Onondago et Oswego*, *et Noveboraci.* ♃.

11. * M. *didyma;* foliis ovatis acuminatis subcordatis approximato serratis glabriusculis, floribus verticillato-capitatis, involucris purpureo-coloratis. *Willd. Enum. H. berol.* p. 33. *Spec.* I. p. 125. *Vahl Enum.* I. p. 219. M. glabriuscula, capitulis magnis proliferis, bracteis exterioribus coloratis

magnis oblongis acuminatis subintegerrimis: calycibus corollisque longis glabriusculis, foliis lato-ovatis subcordatis acuminatis serratis rugosis: serraturis mucronatis, caule acutangulo glabro. *Pursh Fl. Amer. Sept.* 1. p. 16. M. *coccinea Mich. Fl. Amer. I.* p. 16. M. *purpurea Lam. Enc.* IV. p. 256. *Trew Ehret.* t. 64 (opt.) *Miller ic.* 122. f. 1. *Kniphof* C. II. n. 46? *Curt. Bot. Mag.* t. 546. Corollae puniceae! *Plenck off.* t. 23?

Folia bipollicaria et ultra, serraturis mucronatis, adspersa pilis minutissimis raris. Involucra lanceolato-ovata *Vahl.* In *Carolinâ septentr.* ♃.

12. M. *ciliata;* foliis ovatis attenuatis, caule verticillisque hirsutis, bracteis ovatis calycem aequantibus. *Vahl Enum.* I. p. 219. *Willd. Spec.* I. p. 127. M. hirsuta, floribus parvis verticillatis, bracteis ovatis glabris venosis ciliatis calycem aequantibus, foliis ovato-oblongis attenuatis subsessilibus serratis subpilosis, caule acutangulo hirsuto. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 19. Clinopodium angustifolium non ramosum, flore caeruleo. *Plukn. Alm.* 110. t. 164. f. 3.

Facies aliena, odor menthae; caulis pilis longis albidis; folia 2pollic., basin versus integerrima. Verticilli superne 2-5, inferiores remoti, globosi, albido hirsuti. Bracteae in aristam attenuatae; flores parvi, caerulei, labio trifido maculis a coccineis sive atropurpureis. In *Virginiâ*, *Carolinâ.* ♃.

13. M. *hirsuta Pursh;* undique pilis longis albidis hirsutissima, floribus parvis verticillatis, bracteis brevissimis oblongis acuminatis, calycibus longe aristatis, foliis ovatis acuminatis serratis longe petiolatis, caule acutangulo hirsuto. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 19. M. *ciliata Mich. Fl. Amer.* I. p. 16.

Flores parvi, pallide purpurei. *Carolina septentrion. et Virginia.* ♃.

14. * M. *punctata;* foliis lanceolatis remote serratis glabris, floribus verticillatis bracteis pallidis. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 33. *Spec.* I. p. 126. *Vahl Enum.* I. p. 220. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 18. M. *lutea Mich. Fl. Amer.* I. p. 16. *Plukn. Alm.* t. 24. f. 1. *Andrews's Bot. Repos.* t. 546.

Involucri foliola 4 longiora, basi ciliata, supra violacea. Corollae hirsutae flavae rubro punctatae. Variat foliis magis minusve serratis, supremis integerrimis vel serratis. *Sabulosa Noveboraci ad Carolinam usque.* ♂.

95. ROSMARINUS.

1. * R. *officinalis;* foliis sessilibus. *Linn. Spec.* I. p. 33. *Vahl Enum.* I. p. 221. *Willd. Spec.* I. p. 221. *De-*

cand. Fl. fr. III. p. 506. *Hall. helv.* n. 250. *Schrad. Fl. germ.* p. 59. *Fl. Portugaise* I. p. 148. *Lam. illustr.* t. XIX. *Sibthorp Fl. graec.* t. 14. *St. Hilaire* 30. t. 8. *Plenck off.* t. 18. *Kerner* t. 360. β. angustifolia agrestis, foliis linearibus, marginibus reflexis, subtus incanis. *Mill. dict.* γ. *latifolia sativa;* foliis linearibus, utrinque virentibus *Mill.*

In *Europâ australi, boreali Africâ, et Oriente.* ♄.

2. R. *chilensis Molin.;* foliis petiolatis, *Molinae hist. nat. Chili.* 13. *Vahl Enum.* I. p. 221.

Nec *Vahlio*, nec ulli Botanicorum europaeorum visa planta. In *Chili.* ♄.

96. SALVIA.

Synopsis sectionum.

1. Calyce trilobo ampliato.
   - a. Foliis simplicibus. n. 1-10.
   - b. Foliis divisis et compositis. n. 11-19.
2. Calyce tridentato subcylindrico.
   - a. Foliis sublanceolatis n. 20-26.
   - b. Foliis oblongis aut ovatis. n. 27-51.
   - c. Foliis cordatis aut hastatis. n. 52-78.
3. Calyce quinquedentato, ut plurimum 3/2.
   - a. Foliis integris, indivisis.
     - α. Basi attenuatis. n. 79-94.
     - β. Basi cordatis.
       - 𝔞. Bracteis calyce minoribus aut marcidis. n. 95-124.
       - 𝔟. Bracteis calyce majoribus persistentibus. n. 125-142.
   - b. Foliis sinuatis, divisis, pinnatifidis. n. 143-163.
4. Incertae sedis, vel dubiae, minus cognitae. n. 164-168.

I. *Calyce trilobo ampliato.*

a. *foliis simplicibus.*

1. * S. *pomifera;* foliis ovato-lanceolatis rugosis crenulato-undulatis, calycibus ampliatis obtusis, bracteis ovatis longioribus. *Vahl Enum.* I. p. 225. *Willd. Spec.* I. p. 130. ejusd. *wild. Baumz.* p. 453. S. cretica frutescens pomifera, foliis longioribus incanis et crispis. *Tour-*

nef. Cor. p. 10. *it.* t. 92. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 13. n. 47. *Sibthorp Fl. gr.* p. 12. t. 15. S. *frugifera Ettling salv.* n. 5

Frutex bi-triped. inferne rufescens, ramis fuscescentibus, superne tomentoso-albidis. Folia petiolata bi-tri pollicaria, basi ovata, utrinque incana, obtusa. Verticilli approximati sex flori; bracteae deciduae acutiusculae; flores breviter pedicellati, magni. Cal. magnus, campanulatus villosus apice coloratus, trifidus; laciniâ superiore vix manifeste tridentatâ, rotundatâ inferiore bifidâ, laciniis oblongis mucronatis. Cor. cyanea, maculâ albâ in labio inf., calyce duplo major. In *Cretâ*, *Graeciâ*, *Palaestinâ*, *Syriâ*. ♄. aliud specimen in *Herb. Juss.* vidit cl. *Vahl* "foliis basi acutioribus, latioribus, altero latere basi brevioribus." —

2. S. *multicaulis Desf.*; tomentosa, foliis subcordato-oblongis obtusissimis crenatis, calycibus hirtis, bracteis lanceolatis, caule herbaceo. *Vahl Enum.* I. p. 225.

Tota tomentoso-incana. Caules erecti, semipedales basi foliosi, superne pilosi. Folia petiolata semipollicaria, venoso-subrugosa, breviora petiolis incanis pilosis. Bracteae calyce breviores. Cal. fructifer campanulatus, magnus, membranaceus, venosus, laciniis rotundatis. In *Oriente. Herbar. Desfont.* ♃

3. S. *calycina*; foliis ovatis crenatis planis reticulato-venosis incanis, calycibus trilobis dilatatis retusis mucronulatis. *Sibth. Fl. gr.* t. 16. *Smith prodr. Fl. gr.* I. p. 13. S. *orient. frutescens* foliis circinnatis, acetabulis Moluccae. *Tournef.* cor. p. 10. S. peregrina Rauwolfii *Gessner* ex edit. *Schmiedel* I. *tab.* 12. f. 103.

Caulis tortuosus. Folia tomentoso-incana. Verticilli quatuor-sex, subquadriflori floribus magnitudine S. *pomiferae.* Calyx campanulatus maximus, dilatatus, margine colorato, lobis rotundatis. Corollae violaceae, roseae. Distincta a S. *acetabulosâ.* In *monte Hymetto prope Athenas.* ♄.

4. * S. *canariensis*; foliis hastato-triangularibus oblongis crenatis obtusis. *Vahl Enum.* I. p. 268. *Linn. Spec.* I. p. 38. *Syst.* p. 71. *Willd. Spec.* I. p. 144. *Plukn. phyt.* t. 301. f. 2. *Morison* Hist. III. p. 94. s. 11. t. XIII. f. 17. *Rivin monop. ireg.* t. 61. (?) *Kniphof or.* VI. n. 77. *Trew pl. rar.* II. p. 17. t. 19.

Rami lanati; folia petiolota bipollicaria, tomentosa, auriculis lanceolatis (crenulata potius quam crenata). Racemi breves, laxi. Bracteae ovatae, coloratae, membranaceae, reticulatae, longitudine calycis, bracteolis duabus-quatuor minoribus. Cal. compressus, subvillosus, margine coloratus, $\frac{3}{2}$ laciniis obtusis emarginatis, mucronatis. (Dentes superiores interdum obsoletissimi, ut labium tantum cordato-emarginatum.) Cor. purpurascens (magna, labio superiore subfalcato, emarginato.) In *Canariis.* ♄.

5. * S. *aurea*; foliis incanis, inferioribus subrotundis basi truncatis dentatis superioribus oblongis integerrimis, calycibus fructiferis ampliatis. *Vahl Enum.* I. p. 231. *Linn. Sp.* p. 38. *Syst.* p. 71. *Willd. Spec.* I. p. 145. *Commelin hort.* II. t. 92. *Curt. mag.* V. t. 182. *Mirbel ann. d. Mus.* T. 15. t. 15. f. 7. *Walth. hort.* t. 15.

(Caulis inferne radicans) rami obscure tetragoni tomento tenui incani; folia semipollicaria, in petiolum attenuata, tomentoso-glaucescentia, coriacea, avenia rudimentis foliorum in axillis ramulorum; racemus terminalis erectus; bracteae ovatae; Cal. campanulatus, trifidus, villosus, laciniis ovatis obtusis, limbo rubicundo. Corolla magna, aurea, galeâ maximâ. In *promont. b. Spei ad rivulos.* ♄.

6. S. *dentata Ait.*; foliis lineari-oblongis serratis, verticillis bifloris, calycibus obtusis. *Hort. Kew.* I. p. 37. *edit.* 2. I. p. 53. *Vahl Enum.* I. p. 230. *Willd. Spec.* I. p. 128. S. *rigida Thunb. prodr.* I. p. 96.

Fruticulus semipedalis, ramis superne tetragonis. Folia petiolata, unguicularia, angusta, utrinque incana. Spicae terminales. Bracteae rhomboïdeae. Cal. demum membranaceus, magnitudine S. *africanae*, minime coloratus, pilis aureis, trilobus. Verticilli biflori. In *promont. b. Spei.* ♄.

7. S. *Regla Cav.*; foliis deltoidibus crenatis, pedunculis terminalibus geminis unifloris, calycibus tubulosis coloratis. *Cav. ic.* V. t. 455. *Vahl Enum.* I. p. 236. *S. deltoidea Pers.* p. 28.

Caul. sexped. ramosus; folia petiolata, subvillosa. Pedunculi breves. Cal. semipollicaris, purpureo-viridis, laciniis ovatis acutis novemnerviis. Cor. coccinea, fauce ventricosa; labium superius elongatum, apice emarginatum, inferius tripartitum, laciniis obtusis. In *fundo de Regla in regno Mexicano.* ♃.

8. S. *glandulifera Cav.*; foliis ovatis serratis villosis, ramis bracteis calycibusque piloso-glandulosis. *Cav. ann. hist. nat.* II. p. III. *Vahl Enum.* I. p. 247. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 620.

Uni-triped., alterne ramosus, pilis rigidis glanduliferis. Folia petiolata, pollicem longa, quinque lineas lata, utrinque villosa Verticilli sexflori, bracteis acutis brevibus. Cal. laciniis obtusiusculis. Cor. calyce vix duplo longior, violaceo-purpurea, labio superiore breviore, inferiore tripartito, laciniâ intermedia multo majore. Stamina exserta. In *Chimborazo.*

9. S. *galeata Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongo-ovatis subsessilibus serratis, corollarum labio superiore inferne involuto, caule fruticoso. *Fl. per.* I. t. 42. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 250. *Poir. enc. meth.* VI. p. 622.

Tripedalis ramosissima, ramis brachiatis; folia deflexa venosissima rugosa aspera leviter pubescentia. Racemi terminales terni,

erecti, verticillis 6-12floris, bracteis ovatis caducis. Cal. ringens, superne dilatatus ventricosus, 1/2, lab. sup. galeato, infer. inflexo. Cor. albo-violacea, calyce duplo longior, lab. sup. angusto, inf. marginibus conniventibus superne patulo. In *aridis Peru.* ♄.

10. S. *punctata Ruiz* et *Pav.;* villoso-viscosa, foliis oblongis extrorsum serratis, calycibus glanduloso-punctatis, labio superiore tricuspidato. *Flor. peruv.* I. t. 39. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 250. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 622.

Foetida, suffruticosa, erecta, ramosa, superne ferrugineo hirsuta, ramis brachiatis erectis. Folia petiolata, patentia, rugosa, venosissima, supra viscosa, subtus magis pubescentia, juniora interdum integerrima. Racemi terminales, solitarii, hirsuti viscosi. Verticilli 6-12-flori, bracteis ovatis acuminatis deciduis. Cal. violaceo-coeruleus campanulatus hirsutus, ½. Cor. alba, interdum lutescens et violaceo-alba, calyce triplo longior. In *collibus Huanuci.* ♃.

1. b. *foliis divisis* et *compositis.*

11. * S. *incarnata Ettling;* foliis pinnatis serratis, caulibus procumbentibus hirsutis. *Ettling salv.* n. 15. *Vahl Enum.* I. p. 225. *Willd. Spec.* I. p. 150. *Plukn. phyt.* t. 194. f. 6. *Moris. hist.* S. XI. t. 13. f. 19.

Caules quadrangulati, retrorsum villosi; folia inferiora longe petiolata, pinnata, quinquejuga, superiora ternata, impari majore, aequaliter serrata, summa saepe sessilia, foliola oblonga, rugosa, interiora minora. Flores magni, carnei. Semina rotunda nigra. *Ettling.* Bracteis longis lanceolatis distincta a simili S. *rosaefoliâ. Willd.* In *Oriente.* ♃.

12. S. *interrupta Schousb.;* foliis interrupte pinnatis, caule frutescente erecto. *Schousboe Bemerk. üb. Marocco.* p. 6. tab. I. *Vahl Enum.* I. p. 226. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 44. *Schultes Obs. bot.* p. 10. n. 74.

Caulis simplex tri-quadripedalis inferne glaber, superne villosus; folia petiolata spithamaea et ultra, foliola quinque majora, subopposita, brevissime petiolata, oblonga vel lanceolato-oblonga, terminali bi-tripollicari, interiora triplo fere minora, basi inaequalia, unum-duo-quatuor inter majora subrotunda, sessilia, omnia crenata rugosa, subtus albido-tomentosa. Bracteae ovatae, obtusae, brevissimae; verticilli remoti sexflori, floribus pedicellatis; cal. tubulosus, ampliatus, villoso-viscosus, sulcatus; labium ½, dente intermedio bifido minore. Cor. magna, albido-coerulescens, galea bifida, extus hirsuta. In *Mauritaniâ.* ♄.

13. * S. *pinnata;* hirsuta viscosa, foliis interrupte pinnatis, foliolis oblongis erosis inaequilateribus, calycibus inflatis. *Vahl Enum.* I. p. 226. *Linn. Spec.* I. p. 39. *Syst.* p. 71. *Willd. Spec.* I. p. 149. *Boerhaave Lugd.* I. p. 167. c. tab.

Caulis ascendens; folia petiolata sexjuga, pinnis alternis petiolatis remotis oblongis inaequaliter crenatis, latere interiore brevioribus, intimis minoribus, terminali maximâ. Pedunculi terminales elongati. Flores verticillato-racemosi remoti, utrinque tres-quatuor. Bracteae parvae, ovato-subrotundae, acutae. Cal. magnus, urceolatus, oblique truncatus, edentulus, coloratus. Cor. purpurea, parva, non falcata. In *Oriente*. ♂.

14. S. *ringens Sibth.*; foliis interrupte pinnatis crenatis subrevolutis rugosis, ramis floriferis paniculatis, corolla declinata recurva. *Sibthorp Fl. gr.* t. 18. *Smith prodr.* I. *Fl. graec.* I. p. 14. n. 50.

Caules pedales tetragoni apice paniculato-ramosi. Folia subtus lanata. Verticilli quatuor-quinque subtriflori remotiusculi in ramulis. Flores cernui magni caerulei, tubo corollae declinato. In *declivibus petrosis montium Graeciae non infrequens*. ♃.

15. * S. *acetabulosa*; foliis oblongis crenatis rugosis, inferioribus ternatis, superioribus simplicibus, calycibus campanulatis patentibus. *Vahl Enum.* I. p. 227. *Willd. Spec.* I. p. 145. (uterque excl. synon. *Tournefort.*)

Caules suffruticosi ascendentes, pilosi. Folia inferiora longe petiolata, ternato-pinnata, foliola oblonga vel ovato subrotunda obtusa, utrinque villosa, subtus canescentia; terminale fere pollicare, lateralia triplo minora; folia sub infimo verticillo sessilia, ovato-lanceolata. Verticilli sex-septem, octoflori, viscosi. Bracteae cordatae vix longitudine calycis. Calyces magni nervosi, pilosi, trifidi, laciniis ovatis acutis coloratis. Cor. calyce angustior glabra. — An folia omnia interdum simplicia? Aliud in *herb. Juss.* vidit *Vahl* cum synonymo: „S. *oriental.* foliis alatis majoribus et serratis. *Tournef. cor.* II.“ In *Oriente*.

16. S. *rosaefolia Smith*; foliis pinnatis incanis, foliolis serratis, calycibus ringentibus. *Smith ic. ined.* I. p. 5. t. 5. Salvia oriental. odore mari. *Tournef.* cor. p. 11. *Vahl Enum.* I. p. 227. *Willd. Spec.* I. p. 150. (*Vahl* non adducit *Buxbaum* C. II. t. 46, quam *Willd.* cum? habet.

Caulis suffruticosus palmaris, pilis albidis adspersus inferne ramosus; folia petiolata bijuga, foliolis petiolatis, terminali majore semipollicari, lateralibus obovatis supra lineatis villosis subtus incanis. Spica terminalis, brevis, floribus oppositis, vel utrinque geminis, breviter pedicellatis. Bracteae ovatae lanceolatae incanae, inferiores calyce longiores. Cal. bilabiatus, canescens, 3/2, dentibus ovatis setâ brevi. Galea villosa. Variat foliis lanceolatis ultimis saepe confluentibus. In *Armeniâ*. ♃. *Vahl*, qui hanc speciem ex herb. *Vaillantii* descripsit, credit SALVIAM *bracteatam* foliis pinnatis hirtis, calycis laciniis subulatis, bracteis foliaceis calyce longioribus, verticillis multifloris *Russel hist. nat. alepp.* II. p. 145 ad S. *incarnatam* spectare. Sed hujus potius et omnino est loci. ♃.

17. S. *scabiosaefolia Lam.*; villosa, foliis subbipinnatis, pinnulis duabus-quinque tripartitis, lineari-lanceolatis, in-

tegris dentatisve, verticillis spicatis. *Lam. Journ. d'hist. nat.* II. p. 44. t. 27. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 634. *Mirbel. An. d. Mus.* XV. t. 15. f. 2. S. *scabiosae Pers. Syn.* I. p. 29.

Tota villosa, laxe ramosa, ramis subcylindricis deflexis adscendentibus, sesquipedalibus. Folia opposita, pinnata vel subbipinnata (SCABIOSAE *columbariae* ad instar) pinnulis canaliculatis pubescentibus. Verticilli sex-octoflori in spicâ subnudâ terminali. Cal. bilabiatus ad latera compressus, labio superiore obscure tridentato, inferiore bifido. Cor. albida ringens; labio superiore breviore recto subfalcato compresso obtuso vix emarginato, inferiore majore latiore emarginato reflexo purpurascente, cum lineis purpureis versus basin. Bracteae ovatae acuminatae longitudine calycum. *Lam. l. c.* In *Peru.* ♃.

18. S. *Habliziana Willd.;* foliis pinnatis integerrimis, foliolis lanceolatis subaequalibus, superioribus (plerumque) geminatis. *Willd.* in *Schrad. Diar.* 1799. I. tab. 2. *Jacq. eclog. Fasc.* I. p. 9. t. 3. *Marsch.* a *Bieberst. taur. cauc.* I. p. 19.

Cl. *M. a Bieberst.* citat: 1.) S. *scabiosaefoliam Lam. Journ. d'hist. nat.* et *Vahl. Enum.* I. p. 228. Sed *Vahlii* hic auctoritas fallit; monet enim *Willd. Enum. H. berol.* p. 44: „*Vahl.* in *Enum.* p. 228. sub nomine S. *scabiosaefoliae* perperam S. *Hablizianam* cum SALVIA meâ *vulnerariaefoliâ* conjunxit, quae species inter se valde distinctae sunt. Differt enim S. *vulnerariaefolia* non solum figurâ foliorum, sed et calycis structurâ. Alio loco differentias fusius exponam. *Vahli* ergo planta dubia. 2.) S. *Hablizianam Willd. Spec.* I. p. 129. quam tamen et definitione (jam jam in *Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 129. repetitâ!) et descriptione in *Spec. plant.* delendam esse, ipsissimus *Willd.* l. c. ap. *Schrader* monuit. 3.) S. *tauricam Hablizl taur.* p. 120. Descriptio *Willd.* apud *Schrader* sequens:" uni-sesquiped., erecta, saepe ramosa, villosa; Folia impari-pinnata, opposita, foliolis oblongo lanceolatis acutis, subtus incano pubescentibus, summis paulo latioribus. Spica verticillata terminalis erecta semiped. et ultra, verticillis tri-quadri-sex floris. Bracteae oppositae, subrotundae, concavae acuminatae, ut tota planta, pubescentes, virides, calyce breviores campanulato, nervoso, lab. sup. brevissime tridentato, inferiore bipartito, laciniis ovatis cuspidatis. Cor. magna ringens, lab. sup. compresso obtuso emarginato, inferiore trilobo, lobis rotundatis, intermedio maximo obcordato." — In *Tauriae montibus cretaceis.* ♃. —

Hanc si quis descriptionem praemissamque definitionem cum illa *Lamarcki* de S. *scabiosaefolia* confert, ignoscet dubitanti de utriusque plantae identitate, licet in horto parisino in unam eandemque speciem conjuncta sit. Varietas *β.* a clo. *Vahl* l. c. nomine „*β tenuifoliae* foliolis angustissimis inferioribus subbipinnatis" adducta, quam a Prof. *Rudolph* petrop. habuit, differt monente *Vahl:* „foliis angustissimis, inferioribus subbipinnatis, vel pinnis saepe tripartitis, facie fere SCABIOSAE *Columbariae*; calycibus dentibusque majoribus minus villosis, corollis majoribus. An haec S. *pinifolia Pall. taur.?*" De hac vero va-

rietate et *Willd.* tacet et M. *a Bieberst.* Jam si, de quo valdopere dubitamus, S. *Habliziana* eadem esset cum *scabiosaefoliâ*, varietas *tenuifolia*, etiam bracteis diversa, tutò ut species nomine S. *Hablizianae* recipi potest, ut ex exemplari elegantissimo *β. tenuifoliae Vahl* edocemur.

19. S. *vulnerariaefolia Willd.*; foliis pinnatis integerrimis; foliolo terminali maximo. *Willd. Spec.* I. p. 149. S. *oriental. foliis alatis non crenatis odore Mari. Tournef. cor.* 11.

Conf. S. *Hablizliana.* — Caulis superne pubescens, teretiusculus. Folia inferiora quinato-pinnata, superiora ternata. Foliola lateralia petiolata lanceolata obtusa venosa integerrima utrinque pubescentia. Foliolum terminale duplo majus oblongum obtusum venosum utrinque pubescens. Flores verticillato-spicati, terminales, nudi. Bracteae ovatae, acuminatae, integerrimae. *Willd.* In *Oriente*, *Armeniâ*, *quoad Tournef.* ♄.

2. *Calyce tridentato subcylindrico.*
a. *foliis sublanceolatis.*

20. S. *lanceolata Brouss*; foliis lanceolatis obtusis remote serratis subtus pubescentibus petiolatis, spicâ racemosâ alari, verticillis bifloris, bracteis lanceolatis pedunculum subaequantibus. *Willd. Enum. H. berol.* p. 37. *Broussonet c. monsp. Jacq. fil. Eclog. Fasc.* II. p. 22. t. 12. S. *reflexa Hornem. En. pl. hort. hafn.* I. p. 34.

Pedalis et ultra, erecta, ramosa; folia pollicaria et ultra, angusto-linearia obtusa, basi in petiolum angustatâ, remote obtuse serratâ. Spica quadri-quinque pollicaris, flores oppositi. Pedunculi calyce parum breviores. Bracteae augusto lanceolatae longitudine pedunculi. Cal. bilabiatus 1/2; Cor. S. *hirsutae*, sed labium superius emarginatum. Obcurrit in hortis quoque nomine S. *angustifoliae Mich.*, quae est *azurea Vahlii*, et S. *elata. Poiret. Habitat?* ⊙.

21. S. *hirsuta Jacq.*; tota hirsuta, foliis oblongo-ovatis crenatis, floribus spicato-verticillatis, bracteis subrotundis acutis. *Jacq. Hort. Schoenbr.* 3. p. I. t. 252. *Zuccagni* Cent. 1. in *Römer Collect.* p. 118. *Willd. Enum.* I. p. 37. (foliis lanceolatis ovatis remote serratis hirtis petiolatis, spica terminali, verticillis superioribus confertis, bracteis calyce majoribus ovatis acuminatis nervosis ciliato-pilosis.) S. *sideritidis Vahl Enum.* I. p. 250. S. *phlomoides Cav.* Ic. IV. t. 320. S. *bracteata Poiret Enc. meth.* VI. p. 622. S. *ciliata Hort. Paris. Poiret Enc. meth.* VI. p. 588. S. *cryptanthos Schult.* Obss. n. 12.

Tota planta hirta. ***Caulis*** **pedalis et parum altior obtuse tetragonus ramosus erectus.** ***Folia*** **petiolata pollicaria vel parum longiora lanceolata acuta basi parum angustata remote-adpresso-serrata.**

Spica solitaria terminalis in apice caulis et ramorum pollicaris vel tripollicaris: *Verticilli* sexflori, inferiores distantes, superiores approximati. *Bracteae* subrotundo-ovatae acuminatae nervosae, pilis albis, praesertim margine, obsitae, semper virides. *Calyx* bilabiatus, labium superius ovatum acutum, inferius bipartitum. *Corolla* caerulea; (caerulescens, fugax) labium superius obtusum erectum, inferius trilobum, lobo medio bilobo plano. *Willd.* l. c. *Habit. in Mexico.* ⊙. Occurrit in Hortis sub nomine: S. *praecox*, *ciliata*, *hirsuta*, *tetragona.*

22. S. *leucantha Cav.*; foliis lanceolatis serratis rugosis subtus incanis, calycibus densissime incano-violaceo-tomentosis. *Cav. ic.* I. p. 16. n. 22. t. 24. *Vahl Enum.* I. p. 254. *Willd. Spec.* I. p. 129. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 624.

Quinquepedalis erecta, ramis incanis; folia petiolata, bipollicaria, angusta, subtus tomentosa, enervia. Spica elongata. Verticilli sexflori. Cal. 1/2. Cor. alba, lab. sup. indiviso recto tomentoso, inferiore trifido. In *Mexico.* ♃.

23. S. *revoluta Ruiz* et *Pav.*; foliis lineari-lanceolatis crenatis margine revolutis, floribus secundis, caule fruticoso, calycibus corollisque tomentosis. *Fl. peruv.* I. t. 41. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 254. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 624.

Caul. subtripedalis, erectus, teres, fuscus, glaber, inferne scaber, rimosus, ramis obtuse tetragonis, tomentosis. Folia breviter petiolata, rugosa, venosissima, venis superne profundis. Racemi terminales solitarii subpalmares, erecti. Verticilli quadri-sexflori, bracteis ovatis lanceolatis caducis. Cal. tubulosus, 1/2, superiore concavo, subinde violaceo. Cor. calyce duplo longior albo-violacea, laciniae labii inferioris revolutae, intermediâ majore emarginatâ. Stylus superne hirsutus. In *praeruptis Cantuae.* ♄.

24. S. *angustifolia Cav.*; foliis lanceolatis inferioribus extrorsum serratis cauleque canescentibus, labio inferiore latissimo, calycibus acutis. *Cav. ic.* IV. t. 317. *Vahl Enum.* I. p. 255. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 624. S. *virgata. Ortega Dec.* III. S. *reptans Jacq. Hort. Schoenbr.* III. t. 319. teste *Willd. En. H. berol.* p. 40.

Stolones reptantes *Jacq.*, silet de his *Vahl.*; Caul. virgatus, villosus canescens; folia petiolata pollicaria, lineari-lanceolata, acuta, glabra, inferiora extrorsum remote serrata, superiora sessilia, angustiora, integerrima, omnia viridi-canescentia. Racemi semipollicares bracteis linearibus. Flores pedicellati, remoti, utrinque tres, aut oppositi. Cal. basin versus sensim angustatus, $\frac{1}{3}$, 1/2 striatus, laciniis lanceolatis acutis. Cor. vix pollicaris coerulea, tubo compresso longitudine calycis, lab. sup. inferiore multo brevius et angustius, compressum, pubescens, inferius latissimum, trilobum, lobis subrotundis. Ab agnatissi-

mâ S. *azureâ* differt: foliis parum latioribus, calycibus acutis, corollae labio inf. majore. In *Mexico.* ♃.

25. S. *trichostemmoides* *Pursh*; foliis lanceolatis serratis, caule brachiato ramosissimo, racemis foliosis, corollis calycem subaequantibus. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 19, 20.

Corollae coeruleae. Stylus corollâ duplo longior. *Habitat in campis prope Missuri fluvium.* ⊙. Habitus TRICHOSTEMMAE *dichotomae.*

26. S. *azurea* *Lam.*; foliis lineari-lanceolatis, inferioribus extrorsum serratis cauleque glabris, laciniis calycinis rotundatis. *Lamarck Journ. d'hist. nat.* I. p. 409. *Vahl Enum.* I. p. 253. *Pursh Fl. Amer. Sept.* 1. p. 19. S. *acuminatissima* *Vent. hort. Cels. t.* 50. S. *acuminata* *Pers. Syn.* p. 24. S. *angustifolia* *Mich. Fl. Amer.* I. p. 15. S. elata *Poiret Enc. meth.* VI. p. 625. S. *mexicana* *Walt. Fl. carol.* p. 65.

Cl. *Vahl.* hanc cum *elatâ* conjungit, disjungit *Poiret*, licet proxime affinem, et forte varietatem *azureae* suspicetur. Descriptio *Ventenati* haec est: Caulis fere glaber, sexpedalis et ultra, erectus, tetragonus, sulcatus, pallide virens. Folia radicalia cuneata, caulina utrinque attenuata acuminata, rugosa. Spicae terminales paniculam pyramidalem sistentes, verticilli duo-quatuor, raro sexflori. Pedicelli brevissimi, reflexi. Bracteae duae longitudine fere florum, formâ foliorum superiorum. Cal. tubulosus subcompressus, laciniis tribus, ovatis acutis. Cor. azurea calyce duplo longior, tubo dilatato subcompresso; galea brevis, recta, labium inferius reflexum trilobum, lobis lateralibus acutis, intermedio maximo rotundato emarginato crenulato, striis tribus albidis ad basin. Stylus apice villosus. Semina olivacea, punctis nitidis aspersa. In *Carolinâ meridionali et Georgiâ.* ♃.

2. *b. Foliis oblongis aut ovatis.*

27. S. *occidentalis* *Swartz*; foliis ovatis serratis, spicis laxis, bracteis cordatis subtrifloris. *Swartz prodr.* n. 14. *Fl. ind. occ.* I. p. 43. *Vahl Enum.* I. p. 234, cui β S. *procumbens* *Lam.*; foliis ovato-rhomboidibus serratis, calycibus pilis glandulosis hispidis, caule procumbente. *Lam. ill.* I. p. 72. quam β *Poiret Enc. meth.* VI. p. 593 (ad quam *Sloane jam* t. 107. citatur) ut speciem propriam adducit, licet S. *occidentalem* tantum varietatem esse conjecerit.

Caules adscendentes, ramosi, pedales, ramis tetragonis laevibus, nodosis; folia supra hispida, subtus glabra, petiolis rubris, quadrangulis. Bracteae aristatae. Flores duo-tres albidi. Cal. glanduloso-pilosus angulatus, $\frac{1}{2}$; galea quidquam curvata, emarginata, lab. inferius trilobum, lacinia media bifida. In *Ind. occidentalis campis.* ⊙. β vero ♃. dicit *Poiret;* caule fere lucido, foliis utrinque glabris, verticillis quadri-sex floris, vix pedunculatis, bracteis caducis. In *Jamaicâ et Antillis.*

28. S. *Pseudococcinea Jacq.*; foliis ovatis acutis serratis utrinque villosis, caule piloso. *Jacq. Coll.* II. p. 302. *ic. pl. rar.* II. t. 209. *Willd. Spec.* I. p. 141. *Vahl Enum.* I. p. 239.

Caul. erectus, tripedalis, pilis longis mollibus. Folia petiolata, bipollicaria, basi acuminata, (raro subcordata aut basi inaequalia) acuta. Verticilli remoti sex flori. Bracteae ovatae, valde acuminatae, calyce breviores. Cal. tubulosus, dorso coloratus. Cor. coccinea. In *Americâ calidiore.* ♄.

29. S. *Boosiana Jacq. fil.*; foliis oblongo-ovatis rugosis serratis glabris punctatis, floribus spicato-verticillatis secundis, bracteis linearibus deciduis, galea corollae recta villosa. *Jacq. fil. ecl.* I. p. 69 * t. 47. S. *Boosii Trattin. Obs. bot. fasc.* 2. p. 59. t. 92. *Arch. d. Gewächsk. Vol.* I. n. 92. S. *hyemalis Bose.* S. *cyanea hort. Vind.* olim. *Hort. Gorenk.* p. 21. S. *thymiflora Willd.* MS. *pl. equinox.* et *Suppl. Enum. H. Berol.* p. 2. (in Hortorum catalogis et sub S. *azureae*, *violaceae* et *coeruleae* denominatione occurrit.)

Differt a S. *cuspidatâ*, cui proxima, ramis nudis, foliis longe petiolatis, non miniato-sed pellucide punctatis, bracteis deciduis calyce viridi-pubescente non cuspidato. *Corolla* saturate cyanea, labio inferiore abbreviato. Erronee D. *Trattinick* huic speciei bracteas nullas assignat. In *subalpinis Peruviae.*

30. S. *rosea Vahl*; foliis ovatis glabris obtuse serratis, verticillis racemosis, corollarum galeâ labio inferiore breviore. *Vahl Enum.* I. p. 244.

Rami tenues subvillosi, acute tetragoni. Folia petiolata, pollicaria, acutiuscula, basi integerrima. Petiolus filiformis, longitudine folii. Racemus palmaris, verticillis distantibus, inferioribus sex-, superioribus bifloris. Bracteae minutae, lineares, deciduae. Cal. subcampanulatus, $\frac{1}{4}$, dentibus acutis. Cor. purpurea, calyce quadruplo longior, labio superiore lineari emarginato, genitalibus exsertis. In *Ind. orientali. D. Rottler.* ♄.

31. S. *oppositiflora Ruiz* et *Pav.*; foliis ovatis serratis rugosis obtusis, racemis terminalibus, floribus oppositis. *Flor. per.* I. t. 43. f. a. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 618. *Pers. Syn.* 27. S. *grata Vahl Enum.* I. p. 244.

Grate odora; caulis suffruticosus, bipedalis, ramis brachiatis, foliis petiolatis. Cal. $\frac{1}{2}$. Cor. coccinea, extus pubescens, calyce quadruplo longior, labio inferiore fere aequaliter trilobo. Genitalia exserta. In *ventosis et aridis Tarmae.* ♃.

32. S. *mitis Ruiz* et *Pav.*; foliis ovatis acutis serratis tomentosis subtus incanis, verticillis racemosis secundis multifloris, spicâ intermediâ longiore aphyllâ. *Fl. per.* I. p. 27. *Vahl Enum.* I. p. 245. *Poir. Enc. meth.* VI. p. 618.

Suffruticosa, pedalis erecta, ramis brachiatis leviter pubescentibus; folia petiolata venosissima rugosa. Verticilli 6-12flori. Bracteae oppositae ovales acuminatae pubescentes caducae. Cal. ½, 12 nervis, subcanpanulatus, pubescens, lividus. Cor. albocaerulea, calyce paulo longior. In *praeruptis provinciae Cantae.* ♄.

33. S. *tubifera Cav.*; foliis ovatis serratis subtus canescentibus, corollarum tubo elongato villoso. *Cav. ic.* I. t. 25. *Vahl Enum.* I. p. 245. *Poir. Enc. meth.* VI. p. 618. S. *longiflora Willd. Spec.* I. p. 141.

Sexpedalis erecta, ramosa, villosa; folia petiolata, bi-quadripollicaria, aequaliter serrata, acuta, supra glabra, basi subinaequalia. Petiolus bipollicaris. Racemus terminalis elongatus. Verticilli sexflori, floribus erectis coccineis. Cal. striatus, infundibuliformis, 1/2, laciniis mucronatis. Cor. angusta villosa, tubo pollicari, labio superiore integro, inferiore trifido, laciniis reflexis. Stylus apice barbatus. Stam. longitudine corollae. In *Mexico.* ♃.

34. S. *papilionacea Cav.;* foliis subrhombeo-ovatis serratis, labio inferiore dependente tripartito, laciniis lateralibus revolutis. *Cav. ic.* IV. t. 319. *Vahl Enum.* I. p. 245. S. *nitidifolia Orteg. dec.* VI. n. 53.

Foetida, sex-septempedalis, caulibus obtuse tetragonis sulcatis molliter pubescentibus, ramis brachiatis. Folia patentia, petiolata, utrinque acuta, basi integerrima, rugosa, leviter pubescentia. Petioli folio duplo breviores, basi bicallosi. Racemi erecti, bipalmares. Verticilli 12-30flori. Bracteae ovatae, concavae, acuminatae, caducae. Flores patentes pedicellis calyce duplo brevioribus. Cal. pubescens ¼. Cor. sesquipollic., coerulea, calyce duplo longior, lab. sup. fornicato, extus villoso, inferioris laciniâ intermediâ vix emarginatâ. Stylus villosus. In *novâ Hispaniâ.* ♃.

35. * S. *mexicana*; foliis subrhombeo-ovatis acuminatis serratis basi apiceque integerrimis subtus canescentibus, venis supra tomentosis, bracteis caducis. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 39. *Spec.* I. p. 140. *Linn. Spec.* p. 37. *Vahl Enum.* I. p. 246. *Cavan. ic.* I. p. 16. n. 24. t. 26. *Dillen H. elth.* t. 254. f. 330. JUNGIA *Heister praef. ad epist. Burkh.* t. 1.

Rami tetragoni incano-pubescentes, folia longe petiolata, supra glabra, subtus cano-pubescentia, lineato-venosa, minime nervosa, venis insuperficie superiore albo-tomentosis. Flores coerulei, magnitudine S. *officinalis*, horizontaliter patentes. *Willd.* l. c. In *Mexico.* ♄.

36. S. *calaminthaefolia Vahl;* foliis ovatis crenatis incanis, pedunculis axillaribus verticillatis. *Vahl Enum.* I. p. 233.

Fruticulus ramis tenuibus subpurpurascentibus; folia petiolata, vix unguicularia, subtus magis canescentia, tri-quinquenervia, mar-

gine crenis tribus-quatuor parvis. Pedunculi axillares utrinque tres-quatuor, folio triplo breviores. Cal. superne parum amplior, subcanescens, $\frac{1}{2}$, dentibus acutis. Cor. calyce duplo longior, coerulea, labio inferiore trilobo, lobis lateralibus lineari-oblongis, intermedio obcordato. Stylus superne barbatus. In *Domingo.* ♄.

37. S. *chamaedryoides* Cav.; foliis ovatis crenatis rugulosis incanis, calycibus stellato-villosis, caule decumbente. *Cav. ic.* II. p. 77. t. 197. *Curtis Mag.* n. 808. *Vahl Enum.* I. p. 251. *Poiret Enc. meth.* IV. p. 623. SALVIA *chamaedrifolia Andrews's Reposit.* t. 416. S. *chamaedrys.* *Willd. Hort. Berol.* I. p. 29. t. 29. *Enum. H. Berol.* I. p. 42.

Caules suffruticosi, sesquipedales, ramosi, incani. Folia petiolata, unguicularia, utrinque tenuissime venosa, obtusa. Verticilli remoti quadri-sexflori. Bracteae ovatae acutae deciduae. Cal. oblongus, $\frac{1}{2}$. Cor. saturate coerulea, tubo longitudine calycis, labio sup. recto, fornicato, margine villoso. In *Mexico.* ♄.

38. S. *caesia Humb. Bonpl.*; foliis ovatis acuminatis serratis subtus cano-pubescentibus, spicis terminalibus, verticillis inferioribus distantibus, bracteis caducis calyce canescente brevioribus. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 40.

Spicae bi-quadripollicares, verticilli multiflori, duo inferiores distantes, reliqui valde approximati. Calyces tubulosi breves cano-hirsuti, $\frac{1}{2}$. Cor. pallide coerulea, externe pubescens, labio superiore obtuso, inferiore trilobo, lobis obtusis. Petioli basi biglandulosi ut in S. *polystachyâ.* In *Americâ mer.* ♄.

39. S. *involucrata Cav.*; foliis ovatis serratis glabris, bracteis coloratis maximis, corollarum tubo superne ventricoso. *Cav.* II. p. 114. t. 105. *Vahl Enum* I. p. 246. *Willd. Spec.* I. p. 147. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 619.

Caules glabri, tri-quadripedales; folia petiolata, petiolis folio brevioribus. Spica semipedalis, recta, verticillis sexfloris approximatis, bracteis subrotundis, acutis, concavis, roseis, deciduis. Cal. rubescens, campanulatus, striatus, $\frac{1}{2}$. Cor. sesquipollicaris saturate rosea, tubus inferne albus, superne ventricosus compressus; lab. sup. fornicatum tomentosum, inferius trifidum, laciniis lateralibus ovatis, mediâ orbiculatâ crenatâ. In *Mexico.* ♃.

40. S. *purpurea Cav.*; foliis ovatis serratis attenuatis glabris, petiolis basi biglandulosis, calycibus tomentosis coloratis. *Cav. ic.* II. t. 166. *Vahl Enum.* I. p. 247. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 620. *Jacq. H. Schoenbr.* III. p. 253.

Sexpedalis, ramosa, villosula; folia petiolata, sesquipollicaria, pallide viridia. Verticilli superne contigui, 8-10flori, bracteis brevibus acutis deciduis. Cal. brevis, violaceo-vel albido tomentosus, tridentatus, dentibus subulatis. Cor. violacea, pollicaris, labio superiore recto, fornicato, tomentoso. In *Mexico.* ♃.

41. S. *violacea Ruiz* et *Pav.*; foliis ovatis serratis ru-

gosis, floribus verticillato-racemosis, labio inferiore corollae dependente. *Fl. per.* I. t. 43. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 248. *Poir. Enc. meth.* VI. p. 620.

Bipedalis, erecta, hirsuta, ramosa; folia obtusa, recemus terminalis verticillis sexfloris, bracteis ovatis concavis. Cal. ½. Cor. coeruleo-violacea, calyce triplo longior, lab. inf. latius, dependens, galeâ longius. In *praeruptis Tarmae.* ⊙.

42. S. *procumbens Ruiz* et *Pav.;* foliis ovatis ellipticis lanceolatisque extrorsum serratis glabris, caule ramosissimo radicante, verticillis spicatis. *Fl. per.* I. t. 39. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 248. S. *radicans Poiret Enc. meth.* VI. p. 621.

Foetida; caulis inferne ramosissimus, supra articulationes nodosus, radicans, ramis leviter pubescentibus, subpurpureis, ascendentibus. Folia petiolata, venosissima. Spicae terminales, longae, graciles; verticilli remoti, multiflori. Bracteae ovatae. Flores parvi. Cal. villoso-glandulosus, ½. Cor. calyce duplo longior, tubo albo, labio inf. caeruleo, superiore albo. In *versuris et ruderatis Limae.* ♃.

43. S. *rhombifolia Ruiz* et *Pav.;* hirsuta, foliis serratis, inferioribus rhombeo-ovatis petiolatis, superioribus cordatis subsessilibus, racemis terminalibus ternis. *Fl. per.* I. t. 36. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 249. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 621.

Herbacea, pedalis, erecta, ramis brachiatis, livido-purpureis. Folia obtuse serrata, venosa, utrinque hirsuta. Verticilli approximati, quadri-sex-octoflori. Bracteae lanceolatae, deciduae. Cal. violaceus, viscosus, ½. Cor. violacea, calyce triplo longior, extus hirsuta, fauce plicata. Semina triquetra, venoso reticulata. In *Peruviae collibus arenosis.*

44. S. *hirtella Vahl;* foliis oblongis crenatis glabris, caule calycibusque hirto viscosis, staminibus longissimis. *Vahl Enum.* I. p. 249. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 622.

Caulis adscendens, pedalis, pilis longis articulatis glanduliferis praesertim apice. Folia petiolata, distantia, pollicaria, acuta, basin versus integerrima, subtus venosa, utrinque glabra. Verticilli quadri-quinque-sexflori, floribus pedicellatis, an secundis? Bracteae ovatae acutae, calyce duplo breviores. Cal. semipollicaris, multistriatus, ½. Cor. pollicaris coccinea, galeâ villosâ. *In Peruviâ a Jos. de Juss. Herb. Juss.*

45. S. *integrifolia Ruiz* et *Pav.;* fruticosa, foliis oblongis integerrimis viscoso-resinosis, aveniis, bracteis lanceolatis. *Flor. peruv.* I. t. 35. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 251. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 623.

Caul. bipedalis, erectus, aphyllus, teres, ramosissimus, ramis tetragonis, resinosis, subpurpureis, foliosis. Folia petiolata erecta acuta obtusave, avenia. Flores verticillati, pedicellati, utrinque duo vel tres, bracteis acutis. Cal. tubulosus, 12-nervis, ½.

Cor. calyce triplo longior, crocea, tubulosa, extus villosa, galeâ emarginata; lacinia mediâ labii inferioris acutâ. In *Peru inter rupes et juxta aquas thermales.* ♄.

46. S. *triangularis Thunb.;* villoso-hispida, foliis triangularibus dentatis, ramis patulis. *Thunb. prodr. Fl. cap.* p. 96. *Vahl Enum.* I. p. 269.

Herbacea. Dubia. In *promont. b. spei.*

47. S. *corrugata Vahl;* fruticosa, foliis subovato-lanceolatis crenatis supra rugosissimis glabris, subtus lanatis, calycibus subhirtis. *Vahl Enum.* I. p. 252. *Poiret. Enc. meth.* VI. p. 624.

Rami obtusi tetragoni, rigidiusculi, superne incani. Folia frequentia in ramulis approximatis, petiolata, bipollicaria et ultra, acuta, basi obtusa, subtus lanâ derasâ foveolata. Racemus terminalis erectus bipollicaris, verticillis circiter octofloris approximatis, bracteis oblongis unguicularibus acuminatis deciduis subhirtis, uti calyces tridentati, tubulosi, rursum sensim ampliores, striati, colorati, dentibus inermibus. Cor. calyce parum longior hirta. In *Peru. Herb. Juss.* ♄.

48. S. *hispanica;* foliis ovatis serratis, petiolis utrinque mucronatis, spicis imbricatis, bracteis ovatis ciliatis attenuatis. *Vahl Enum.* I. p. 254. *Willd. Spec.* I. p. 141. *Fl. franç.* III. p. 512. n. 2490. *Kniph.* C. II. n. 78. Salvia foliis cordato-ovatis serratis rugosis. *Arduin Spec.* I. p. 10. t. 2. *Lam. ill.* n. 310. t. 20. f. 2. S. *tetragona Mönch. meth.* p. 373.

Caul. sesquipedalis, obtuse tetragonus, quadrisulcatus, retrorsum pilosus. Folia bipollicaria, per petiolum parum decurrentia, acute serrata, rare villosa. (mucrones in petiolis subinde desunt.) Spica tetragona, tripollicaris. Bracteae longitudine calycum trifidorum, oblongorum, ventricosorum. Cor. pallide coerulea, calyce parum longior, labio inferiore trifido, basi maculis binis pallidis. In *Galliâ*, *Hispaniâ.* ⊙.

49. S. *latifolia Vahl;* foliis remote dentatis glabris, inferioribus oblongis basi attenuatis, superioribus cordatis, pedunculis elongatis. *Vahl Enum.* I. p. 271. Sclarea tingitana annua latifolia *Herb. Juss.*

Caulis herbaceus, purpurascens; folia radicalia petiolata, superiora sessilia, bi-tripollicaria, obtusissima, pilis rarissimis obsoletis. Pedunculi superne terni, villosi, subviscosi. Verticilli quadriflori, pedicellis brevissimis. Bracteae cordatae, acuminatae, villosae, calyce dimidio breviores. Cal. campanulatus, bilabiatus, villosus, $\frac{1}{2}$, lab. sup. adscendens, inferius bifidum, dentibus setaceis. Cor. calyce multo major. A maxime affini S. *algeriensi* differt galeâ minore subvillosâ, nec hirsutâ, seminibus majoribus. In *Tingitano territorio.*

50. S. *praecox Vahl;* foliis ovato-oblongis subrepandis laevibus subpilosis, bracteis cordatis venosis acuminatis longitudine calycis. *Vahl Enum.* I. p. 276.

Similis praeced.; sed caulis herbaceus; folia tripollicaria, basi attenuata, obsolete dentata; verticilli quadri-sexflori. Bracteae venosae in cuspidem attenuatae. Cal. bilabiatus, $\frac{1}{2}$, dentibus cuspidatis, innocuis. Cor. magnitudine S. *Sclareae*, galea villosula, linearis, labio inferiore concavo. Huc: S. africana praecox *Tournef. inst.* 177 auctore *Vahl*, nec ad S. *algiriensem.* In *Africâ boreali. Herb. Juss.* Confer S. *spinosa.*

2. c. *Foliis cordatis aut hastatis.*

51. * S. *serotina;* foliis subcordatis obtusis (glabriusculis) inaequaliter obtuso serratis, calycibus villoso-viscosis corollam subaequantibus *Vahl Enum.* I. p. 232. *Linn. Syst.* p. 69. *Willd. Spec.* I. *Arduin Spec.* I. p. 10. t. 1. *Jacq. Collect.* I. p. 140. *ic. rar.* I. t. 3.

Basi frutescens, sesquipedalis, ramis villosis subcanescentibus; folia petiolata, pollicaria, mollia; verticilli septem-novem, sub octoflori, floribus pedicellatis; bracteae minutae. Cal. cylindricus, angustus, trifidus, inferiore latiore. Cor. minuta. caerulescens, Ziziphorae magnitudine. Odor Nepetae gravis. Semina oblonga laevia. In *Chio*? ♂ ♄. NB. In Sibthorpii flora Just.

52. * S. *dominica;* foliis cordatis obtusis crenatis rugosis subtus incanis, calycibus villoso-viscosis corollam subaequantibus. *Vahl Enum.* I. *p.* 233. *Linn. Spec.* p. 35. *Willd. Spec.* I. p. 137. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 594. *Swartz obs.* p. 18. t. 1. f. 1. *Mirbel ann. d. Mus.* XV. t. 15. F. 3.

Suspicatur *Swartz*, et credit *Richard*, varietatem S. *serotinae*, nec limites, quibus culta a spontaneâ distinquitur, invenit *Vahl* valde ramosa, 8-10pollicaris, folia 10 lineas long., octo lat., mollia, canescentia, obtusa, longitudine petioli. Verticilli bi-quadriflori, pedunculis inaequalibus brevissimis villosis. Cal. parvus, dorso coloratus, vix bilabiatus, $\frac{1}{2}$; Cor. sordide alba, labium superius vix calyce longius, subfornicatum, emarginatum; inferius multoties majus, trifidum, laciniâ intermediâ emarginatâ. Stigma lanceolatum, lobo altero erecto. In *campis et fruticetis Indiae occidentalis.* ♃.

SALVIA *serotina et dominica* an non potius conjungendae? cum vix ac nevix a se invicem discerni possint.

S. *dominica* secundum cel. *Swartz obs.* p. 18 corollas habet caeruleas; albas secundum *Richard* in *Vahl Enum.*

53. S. *tenella Swartz;* foliis cordatis, caule filiformi repente, spicis ascendentibus. *Swartz prodr.* p. 14. *Fl. Ind. Occid.* p. 45. *Icones* t. 2. *Vahl Enum.* I. p. 234. n. 27.

Caulis quadri-quinque-pedalis, inferne repens, adscendens, pubescens. Folia petiolata, semipollicaria, remota, profunde serrata, obtusa, villis raris, subtus venosa, pallidiora. Verticilli tri-qua-

driflori. Flores pedicellati, minuti, coerulei. Bracteae ovatae, minutae Cal. pilosus, tridentatus, pilis glanduliferis. In *glareosis et graminosis alpium Jamaicae.* ⊙.

54. S. *tiliaefolia Vahl;* foliis cordatis rugosis crenato-aequaliter serratis acutis, calycibus glabriusculis. *Vahl Symb. bot.* III. p. 7. *Enum.* I. p. 235. *Willd. Spec.* I. p. 131. (exclus. syn. *Cavanill.*) *Cavan. descripc.* p. 14. *Jacq. Hort. Schoenbrunn.* III. p. 2. t. p. 254.

Caul. quadripedalis, erectus villosiusculus obscure tetragonus; ramis foliosis folia petiolata bipollicaria vix pubescentia, subtus praesertim venoso-reticulata, rugosa [nunc orbicularia cum acumine, nunc ovato-acuta blanda crenata dentataque *Cav.*] Petiolus longitudine fere folii. Verticilli sex-octoflori, unde spica quadri-sexpollicaris bracteis subulatis deciduis, corollâ caeruleâ lineis duabus albis ad faucem, calyce parum longiore. Cal. lineis octo elevatis pilosis, laciniis ovatis, acuminatis, 1/2. *Habit. in Mexico.* ♃.

S. *polystachya Ort.* a. S. *tiliaefolia Vahl* abunde diversa foliis non cordatis sed ovatis, subtus glaucis; bracteis haud subulatis sed cordatis; verticillis multifloris (in *S. tiliaefoliâ* sunt sexflori); calycibus incanis, qui virides in tiliaefoliâ sunt.

55. S. *polystachya Ort.;* foliis ovatis serratis subtus glaucis, racemis compositis, floribus secundis, petiolis basi biglandulosis. *Ort. dec.* 55. *Cav. ic.* I. p. 17. n. 25. t. 27. teste *Vahl Enum.* I. p. 248. *S. lamiifolia Jacq. Hort. Schœnbr.* III. t. 318 (teste *Willd. Enum. H. Berol.* p. 40. qui vero in *Spec.* I. p. 131 prius junxit cum S. *tiliaefolia Vahl*, et quem secutus est *Poiret Enc. meth.* VI. p. 611. Attamen *Vahl* utramque ipsemet vidit, et descriptio minime convenit.

Caules enim retrorsum villosi, subcanescentes, sulcati; folia 1 1/2 pollicaria, supra glabra, subtus mollia; verticilli 4-20 flori; bracteae cordatae acuminatae, utrinque dentatae, deciduae. Cal. brevis, incanus, dentibus tribus ovatis. Cor. dilute coerulea, unguicularis, labio superiore recto, fornicato incano, inferiore trifido, laciniâ mediâ multo latiore. In *nov. Hispaniâ. Herbar. Juss.* ♃. *Et Persoon Syn.* I. *p.* 25. *sejunxit polystachyam et tiliaefoliam.*

56. * S. *lamiifolia;* fruticosa glabra, foliis ovato-acuminatis aequaliter crenato-serratis, racemis simplicibus, petiolis basi bicallosis, verticillis sex-octo floris. *Jacq. Hort. Schœnbr.* III. t. 318.

Willdenow conjunxit cum S. *polystachyâ Vahl:* sed differt, monente *Decand. cat. H. monsp.* 1813. p. 141. caule frutescente, bracteis oblongo-lanceolatis, corollis calyce duplo longioribus. Eandem credit cum S. *tiliaefoliâ* et *Decand.* et *Poiret.*

57. S. *micrantha;* foliis cordatis crenatis bullatis margine undulatis obtusis glabris, bracteis ovatis calyce brevioribus. *Vahl Enum.* I. p. 235. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 235. S.

bullata *Ortega* *Dec.* IX. p. 109. *Poiret* *Enc. meth.* VI. p. 599. *Schult.* obs. p. 7. an S. *bullata* *Ort.*?

Caulis erectus, pedalis, parum ramosus, viridi canescens; folia petiolata, pollicaria, venosissima, inferiora cordata subrotunda minora, superiora apice declinata. Verticilli sexflori, floribus pedicellatis minutis coeruleis. Calyces patentes, striati, villoso-glandulosi, 1/2. Cor. labium superius laciniis declinatis, inferius superiore duplo longius, disco albidum, laciniâ intermediâ longiore bifidâ. In *Americâ calidiore*; *ins. Cubâ*. ♃.

58. S. *leonuroïdes* *Glox.*; foliis cordatis crenatis, floribus axillaribus verticillatis, caule fruticoso. *Gloxin obs. bot.* p. 15. t. 2. *Vahl Enum.* I. p. 236. *Lam.* ill. n. 312. t. 20. f. 3. *Enc. meth.* VI. p. 613. *Curt. Mag.* XI. t. 376. S. *formosa* *L'Herit. Stirp. nov.* I. p. 41. t. 21. *Willd. Spec.* I. p. 140. *Enum. H. Berol.* p. 41. *Mirbel. ann. d. Mus.* XV. t. 15. F. 9. *Trattin. tabular.* t. 398. S. *nodosa* *Ruiz* et *Pav.* t. 41. f. a. *Pers. Syn.* p. 27.

Caulis brachiatus, ramis glabris. Folia petiolata, bipollicaria, inferiora et deltoïdea, obtusiuscula, obsolete nervôso venosa, subtus rugosula, subcanescentia. Pedunculi axillares quatuor v. quinque utrinque, breves, nodosi; calycis lobi tres acuti, ovati; Cor. coccinea; galea hirsuta; stylus bifariam barbatus. In *Peru*. ♄.

59. S. *fulgens* *Cav.*; foliis cordato-ovatis crenatis subtus incanis, corollarum galeâ villosâ, caule herbaceo. *Cav.* ic. I. t. 23. *Vahl Enum.* I. p. 237. *Willd. Spec.* I. p. 140. S. *pyrifolia* *Dombey*.

Caules tripedales, scabriusculi, ramorum villis reversis. Folia petiolata, pollicaria et ultra, obtusiuscula, utrinque villosa, mollia, vix rugosa, subtus canescentia. Petioli longitudine fere folii. Racemus terminalis, palmaris. Verticilli tres-sex quadri-octoflori, bracteis caducis. Cal. campanulatus, villosus, 1/2. Cor. sesquipollic., coccinea, fulgentissima, labio superiore integro, recto, inferiore trifido, laciniis lateralibus revolutis, intermediâ tricrenatâ. Stylus apice bifariam barbatus. In *Mexico*. ♃.

60. * S. *coccinea*; foliis cordatis acutis tomentosis serratis, corollis calyce duplo longioribus angustioribus. *Vahl Enum.* I. p. 237. *Linn.* Suppl. p. 28. *Syst.* p. 7. *Willd. Spec.* I. p. 141. *Murray Comm. Gœtt.* 1778. p. 86. t. 1. *Mirbel ann. d. Mus.* XV. t. 15. f. 8.

Caul. incanus; folia petiolata, pollicaria et ultra, patentia, attenuata, acuta, subtus mollissima, serraturis (s. crenis) mucrone parvo. Petiolus folio brevior. Verticilli racemosi sexflori, bracteis ovatis (et cordato-acuminatae) attenuatis deciduis. Cal. viridi-purpureus, angulatus, villosus, trilobus, lobis mucronatis (1/2) Cor. coccinea, (galeâ superiore bifidâ) laciniâ intermediâ labii inferioris multoties majore, obcordatâ. Stylus parum incrassatus, altero latere subbarbatus. *Vahl* quaerit: an Salvia americana flore coccineo *Moris. hist.* III. S. XI. t. 16. f. 9. hujus

loci? Est, testante *Poiret Enc. meth.* VI. p. 618., omnino SALVIA *coccinea Mich. Fl. b. am.* I. p. 15. In *Floridâ*. ♃.

61. S. *pulchella*; foliis cordatis acutis gabriusculis crenatis, summis sessilibus, verticillis 6 — 10floris, corollarum galeâ hirtâ integrâ genitalium longitudine. *Decandolle H. monsp.* t. 34. *Cat.* 1813. p. 142.

Cl. *Decandolle* speciem hanc, quam a *Teneriffa* obtinuisse hortulani testantur, ex *Americâ* venisse supponit, totâ hyeme in Frigidariis floribus coccineis florens. Differt ab agnatis: 1. S. *reglâ*, verticillis 6-10floris, nec pedunculis bifloris, galeâque integrâ; 2. S. *fulgenti*, foliis subtus viridibus nec albis, petiolis limbo brevioribus, corollâ breviore, et labii inferioris lobo medio bipartito, nec tricrenato; 3. S. *coccineâ*, glabritie, colore viridi, foliis superioribus sessilibus, genitalibus non exertis; 4. S. *pseudococcineâ*, cui simillima, foliis fere omnibus sessilibus cordatis, nec basi angustatis, floribus erectis nec patulis.

62. S. *incurvata Ruiz* et *Pav.*; foliis cordatis acutis serratis, labiis calycinis incurvis, corollae galeâ bifidâ. *Flor. peruv.* I. t. 42. f. b.

Caul. herbaceus, bipedalis erectus, superne ramosus; folia longe petiolata, deflexa, venosissima rugosa, subtus subincana. Verticilli racemosi, quadri-sexflori. Bracteae ovatae, deciduae. Cal. tubuloso-campanulatus, 1/2. Cor. calyce duplo longior, purpureo-coerulea, labio superiore concavo, inferiore obtuse trifido. In *Peru*.

63. S. *amethystina Smith*; foliis cordatis acutis serratis subtus lanatis, verticillis nudis, calycibus trifidis, corollis pubescentibus. *Smith ic. ined.* II. t. 27. *Vahl Enum. I. p.* 239. *Willd. Spec.* I. p. 140.

Caul. suffruticosus, hirtus; folia petiolata, cordato-oblonga, rugosa, supra viridia hirta, subtus alba lanâ densissimâ. Petioli hirti. Verticilli remotiusculi subsexflori, floribus pedicellatis, hirtis. Cal. campanulatus, angulatus, intus scaber, apice coloratus. Cor. calyce duplo longior, vividissime violacea, labello superiore fornicato integro extus dense barbato, inferiore trilobo. Stylus hirtus. In *novâ Granadâ*. ♃.

64. S. *tubiflora Smith*; foliis cordatis crenatis subpilosis, floribus racemosis secundis subgeminatis, pedicellis calycibusque trifidis lanatis, corollis longissimis tubulosis, staminibus exsertis. *Smith ic. ined.* II. t. 26.

Caulis suffruticosus striatus superne villosus; folia petiolata venosa supra glabriuscula, subtus pallidiora, venis margineque pilosa. Bracteae ovatae mucronatae nervosae pilosae deciduae. Cal. tubulosus, laciniis subaequalibus acutis, intus scaber. Cor. coccinea, calyce triplo longior, extus pilosa, laciniis subaequalibus. *Limae*. ♃. ♄.

65. S. *cuspidata Ruiz* et *Pav.*; foliis cordatis (cordato-sagittatisve) inaequaliter serratis subtus punctatis, spicis longis, verticillis remotis multifloris, calycibus tricuspidatis. *Fl. peruv.* t. 40. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 240.

Caul. suffruticosus, sexpedalis, erectus, obtuse tetragonus, ramis brachiatis pubescentibus; folia breviter petiolata venosissima, rugosa, subtus miniato-punctata. Verticilli sex-decem flori. Bracteae ovatae, acuminatae, concavae, punctatae deciduae. Cal. obscure caeruleus, extus hirsutus, incarnato-punctatus, 1/2, cuspide intermedio labii superioris longiore. Cor. coerulea, calyce duplo longior. In *collibus Cheuchin.* ♃.

66. S. *acutifolia Ruiz* et *Pav.*; foliis cordato-oblongis obtuse serratis utrinque tomentosis, caule fruticoso, spicis verticillatis, floribus secundis. *Fl. per.* I. t. 38. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 240.

Caulis erectus ramis tomentosis sulcatis; folia petiolata acuta, interdum biserrata venosissima, supra rugosa. Verticilli 6-12flori, approximati, floribus pedicellatis. Bracteae ovato-lanceolatae acutaedeciduae tomentosae. Cal. 1/2, tomentosus, intus scaber. Cor. purpurea. Stigma villosum, exsertum. In *pratis humidis Cheuchin.* ♃.

67. S. *pilosa Domb.*; foliis cordatis obtusis serratis utrinque racemisque pilosis, bracteis lineari-lanceolatis pedicellis brevioribus. *Vahl Enum.* I. p. 241.

Anne eadem cum S. *rhombifoliâ Ruiz* et *Pav.*? Caul. erectus superne bifidus, pilis raris. Folia breviter petiolata, remotissima, pollicaria et ultra, obtuse serrata supra nervosa, nervis subcanescentibus, subtus pallidiora. Pedunculi e bifurcatione caulis et apice ramorum. Verticilli tri-octoflori. Flores erecti. Pedicelli calycesque pilosi vix unguiculares. Cal. nervosus, longitudine pedicelli, trifidus, lobis ovatis acutis. Cor. calyce parum longior, galeâ pilosâ, parum curvatâ genitalibusque parum breviore. In *Peru. Dombey.*

68. S. *excisa Ruiz* et *Pav.*; hirsuta, viscosa, foliis cordatis ovatis obtusis serratis rugosis supra asperis, racemis spicatis nutantibus, floribus oppositis binis verticillatisque. *Fl. peruv.* I. t. 36. f. a.

Caul. bipedalis, erectus, inferne ramosus, obscure tetragonus. Folia petiolata, obtuse serrata, cum acumine brevi, venosissima, basi interdum inaequalia. Racemi longissimi, pedicelli breves, inferne saepe quatuor-quinque-sex, superne oppositi. Bracteae lanceolatae, coloratae, deciduae. Cal. 12-striatus, dentibus acutis. Cor. coccinea, extus hirsuta, calyce triplo longior. Stamina exserta. In *montibus arenosis Peruviae.* ♃.

69. S. *biflora Ruiz* et *Pav.*; foliis cordatis serratis tomentosis, floribus racemosis oppositis secundis, bracteis

ovato-lanceolatis, floribus secundis binis. *Fl. peruv.* t. 38. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 241.

Convenit in quibusdam, ut et in colore corollae, cum S. *tubiflorâ*, sed differt: caule vilosissimo, floribus profunde serratis, serraturis acumine brevi; calyce extus villoso 12nervi. In *Peruviâ*. ♃. ♄.

70. S. *amarissima Ort.*; foliis cordatis, crenatis, petiolis bicallosis, caule calycibusque hirto-viscosis, bracteis ovatis ciliatis. *Ortega Dec.* IV. *Vahl Enum.* I. p. 242. S. *amara Jacq. Hort. Schœnbr.* III. t. 255. S. *circinnata Cav. ic.* IV. t. 318.

Caules plures erecti bipedales, tetragoni, quadrisulcati, hirti, ramis purpureis; folia petiolata remota, bi-tripollicaria, supra obscure viridia, nervis canescentibus, subtus pallidiora, nervis pilosis, caeterum glabra. Petioli villosi, folio dimidio breviores, subtus ad basin bicallosi. Racemus erectus terminalis, pedalis. Verticilli copiosi, inferiores remoti, octo-decemflori. Bracteae deciduae 1/2 unguiculares, acutae. Cal. campanulatus, longitudine bractearum, nervis pilosis, 1/2. Cor. saturate coerulea, labium superius brevissimum emarginatum, inferius trilobum lobis rotundatis, intermedio maximo. Stylus superne barbatus. In *regno Mexicano*. ♃.

Cel. *Poiret* S. *amarissimam Ort.* et *circinnatam Cav.* minus congrue sejungit in *Enc. meth.* VI. p. 588. utraque certissime eadem, et differentiae a Poiretio allatae omnino sunt ludicrae.

71. S. *acuminata Ruiz* et *Pav.*; hirsuta viscosa, foliis cordatis acute serratis attenuatis rugosis, bracteis coloratis longitudine calycis, corollâ calyce duplo longiore. *Flor. peruv.* t. 37. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 242.

Caulis sexpedalis, erectus sulcatus ramis brachiatis assurgentibus. Folia longe patentia ampla subtus venosissima. Verticilli sex-decemflori, pedicellis inaequalibus. Bracteae oblongo-ovatae acuminatae incarnatae caducae. Cal. tubulosus trifidus. Cor. incarnata calyce duplo longior stylo exserto. In *praeruptis Pilao et Cantuae*. ♃. S. *amarissimae* proxima, nisi forte eadem

72. S. *longiflora Ruiz* et *Pav.*; pubescenti-viscosa, foliis cordatis acutis bicrenatis, racemis nutantibus, bracteis calycibusque coloratis, corollis longissimis, caule fruticoso. *Fl. per.* t. 40. f. a. *Vahl Enum. I.* p. 243.

Caulis 18pedalis, ramosissimus, hispidus; folia patentia et deflexa, petiolata, attenuata, rugosa, hirsuto tomentosa; racemi longi, pedicellis calyce duplo brevioribus. Verticilli bi-quadriflori. Bracteae ovatae acutae. Cal. ovatus, inflatus, coloratus, labio inferiore bifido. Corolla omnium longissima, (plurium pollicum) colore laccae, labio superiore falcato, inferiore trifido. Glandula ad latus superius receptaculi. In *praeruptis profundis Tarmae*. ♄.

73. S. *racemosa* *Ruiz* et *Pav.*; foliis cordato sublanceolatis serratis, racemis terminalibus compositis, bracteis ovatis attenuatis. *Fl. per.* I. p. 25. *Vahl Enum.* I. p. 244.

Hirsuta, suffruticosa, caule erecto ramoso subtereti, ramis brachiatis tetragonis. Folia longe petiolata acuta saepe purpurea livido maculata. Racemi terminales ramulosi. Bracteae ovatae acuminatae coloratae caducae. Cor. obscure coerulea. In *versuris et ruderatis Huanuchi.* ♄.

74. S. *graveolens* *Vahl*; foliis cordatis rugosis crenatis inferioribus subsinuatis, spicis ramosis hirsutissimis, bracteis cordatis. *Vahl Enum.* I. p. 273. SCL. aegyptiaca fruticans foetidissima *Herb. Juss.*

Fruticosa ramis villosissimis; folia petiolata, bipollicaria, obtusa utrinque rugosa villosa, subtus incana. Spica spithamaea. Verticilli sexflori, approximati, hirsutissimi pilis sordide albis. Bracteae attenuatae, calyce breviores. Cal. tridentatus, subsessilis. Cor. galea lineari-falcata, pilosa. In *Aegypto.* ♄.

75. S. *plumosa* *Ruiz* et *Pav.*; foliis subcordato-ovatis crenatis acutis, pedunculis quatuor-quinque axillaribus verticillatis, caule fruticoso ferrugineo-subtomentoso, stylo plumoso. *Flor. peruv.* I. t. 37. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 235.

Caulis sexpedalis, erectus, ramis brachiatis. Folia petiolata acuta venosissima, subtus leviter lanuginosa. Pedunculi petiolis longiores. Cal. bifidus, nervosus, intus scaber. Cor. purpurea extus hirsuta, labio superiore emarginato. Stylus purpurascens. In *praeruptis Tarmae.* ♄.

76. * S. *glutinosa*; villoso-viscosa, foliis cordato-sagittatis grosse serratis acuminatis, calycis labio superiore integerrimo. *Vahl Enum.* I. p. 262. *Linn. Spec.* I. p. 37. *Syst.* p. 70. *Willd. Spec.* I. p. 143. *Hall. helv.* n. 252. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 17. Horminum flore luteo. *Rivin. monop.* t. 35. *Sturm. Fl. germ. fasc.* 17. *Sabbati Hort. rom.* t. 3. *Mirbel ann. d. Mus.* XV. t. 15. f. 11.

Bi-quadripedalis, folia bi-tripollicaria, verticilli sex-octoflori in ramis elongatis, subinde flexuosis. Bracteae ut plurimum 10, duabus majoribus ovatis. (Cal 1/2. campanulatus, striatus, grandis, eximie bilabiatus, labiis integriusculis, superiore integro, vel obiter tridentato, inferiore subbifido. Cor sordide flava, punctis diaphanis. *Ad margines sylvarum in Europae meridionalis et orientalis, Tauriaeque calcareis.* ♃.

77. S. *patens* *Cav.*; foliis subhastatis crenato-serratis subtus incanis, floribus axillaribus terminalibusque oppositis. *Cav. ic.* t. 454. *Vahl Enum.* I. p. 236. S. *grandiflora* *Nee.*

Caul. bipedalis, tetragonus, villosus; folia inferiora petiolata; flores pedunculati. Cal. campanulatus, 1/2, labio superiore acutissimo. Cor. coerulea, labio superiore elongato piloso, inferiore depen-

dente tripartito, laciniis lateralibus obtusis, intermediâ latâ, obcordatâ. Stylus superne barbatus. In *novâ Hispaniâ*.

78. S. *sagittata* *Ruiz* et *Pav.*; villoso viscosa, foliis hastatis inaequaliter crenatis subtus incanis, racemis compositis secundis. *Flor. per.* I. t. 35. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 243. *Poir. Enc. meth.* VI. 628.

Caul. herbaceus erectus villosus incanus; folia petiolata bi-quadripollicaria, sagittato-subhastata, venoso-rugosa, supra glabra, auriculis ovatis. Petioli villosissimi incani. Racemus terminalis pedicellis oppositis. Bracteae parvae oblongae deciduae. Cal. trilobus, lobo superiore tridentato, villoso-viscosus, purpureo-violaceus. Cor. coerulea, semipollicaris. Stamina stylusque corollâ multo longiora. In *Peru*. ♃.

3. *Calyce quinquedentato, ut plurimum 3/2.*

a. *Foliis integris, indivisis.*

α. *Basi attenuatis.*

79. * S. *aegyptiaca*; foliis lineari-lanceolatis denticulatis rugosis, bracteis ovatis mucronatis. *Linn. Sp.* p. 33. *Vahl Enum.* I. p. 221. *Willd. Spec.* I. p. 127. *Jacq. hort. vind.* II. p. 49. t. 108. MELISSA *perennis*. *Forsk. descript.* 108. *Mirbel. ann. d. Mus.* XV. t. 15. f. 5.

Suffruticosa, rigida, palmaris, ramosissima, incana e pilis reversis. Folia sessilia unguicularia, margine (subinde) reflexa, undulato-denticulata villosa, utrinque attenuata, inferiora dentibus obliquis versus basim majoribus, in petiolum abeuntia. Bracteae parvae. Flores tres utrinque breviter pedicellati saepissime tetrandri, ut recte *Gouan*. Cal. 1/2, labium inferius profunde bifidum, punctis resinosis, superius obsolete tridentatum, dentibus conniventibus, seta brevi terminatis (saepissime 2/2, dentibus superioribus minimis mucronatis, inferioribus aristatis) Cor. alba parva. Planta e Canariis altior minus rigida quam aegyptiaca in culta corolla ochroleuca, punctis violaceis, mediocris, galea bifida. In *Aegypto*, *Canariis*. ♃ vidimus ut *Vahl*, nec ⊙. ut *Willd.*

80. * S. *cretica*; foliis lineari-lanceolatis, floribus (sub) digynis, calycibus diphyllis. *Linn. Sp.* p. 33. *Willd. Spec.* I. p. 128. *Willd. Baumz.* p. 460. *Vahl. Enum.* I. p. 222. *Schreb. n. act. n. cur.* III. p. 479. S. *tenuifolia Rivin monop.* Suppl. p. 57. t. 128.

Semipedalis, pedalis; facie S. *officinalis*, pilis tenuibus, albis; folia longe petiolata, pollicaria, sesquipollicaria, duas ad tres lineas lata, basi attenuata, acuminata, crenulata, rugosa, subtus incano tomentosa. Verticilli remoti, bi-triflori, bracteis ovatis. Cal. profunde bipartitus, ½; Cor. violacea, calyce longior. Stylus saepe unicus. Varietas S. *officinalis* suadente *Ettlinger* et *Willd.* In *Cretâ*. ♄.

81. S. *lavandulaefolia* *Tournef.*; foliis lineari-oblongis crenulatis subtus incanis, pedunculis elongatis, caule fruticoso. *Tournef. inst.* p. 181. *Vahl Enum.* I. p. 222. *Trattinick tabular.* t. 311.

Fruticosa, vix palmaris, caule teretiusculo aphyllo. Rami erecti, stricti, obscure tetragoni, desinentes in pedunculos longos. Folia petiolata, vix pollicaria, semiunguem lata, acutiuscula, basi obtusissima, inferne conferta, supra rugosa, glabra. Verticilli remoti, quadri-quinqueflori, floribus sessilibus. Bracteae ovatae acutae parvae. Cal. purpureo-viridis, acute quinque dentatus, bracteis triplo longior. Cor. calyce duplo longior. Odor Camphorae. Maxime affinis S. *officinali.* An tantum varietas? In *monte Moncayo circa Siguença Hispaniae.* ♄. An S. *officinalis tenuior* (de Catalogne) *Desfont. arb. et arbr?*

82. * S. *paniculata*; foliis obovato-cuneiformibus denticulatis, caule frutescente. *Linn. Syst.* p. 71. *Mant.* 25. et 511. *Vahl. Enum.* I. p. 229. *Willd. Spec.* I. p. 145. *Breyn Cent.* t. 5. *Moris. hist.* XI. t. 16. f. 19. *Mill. ic.* t. 225 f. 1. S. *chamelaeagnea* *Berg. cap.* 1. p. 3.

Frutex erectus, purpurascens, ramis scabris. Folia vix semipollicaria, breviter petiolata, basi attenuata, superne serrata, juniora integerrima, costa villosa, scabriuscula, parum acuminata. Panicula brachiata, pedunculis inferioribus ramosis. Flores oppositi bracteis oblongis acutis deciduis. Cal. majusculus, campanulatus pilosus purpurascens, dentibus duobus labii inferioris ovatis acutis subcuspidatis, superioris ternis. Cor. purpureo-violacea. *Ad promont. b. spei.* ♄.

83. * S. *africana*; foliis inferioribus spathulatis serratis basi truncatis dentatis, superioribus oblongis subintegerrimis, calycibus hirsutis. *Linn. Spec.* p. 38. *Vahl Enum.* I. p. 230. *Willd. Spec.* I. p. 144. Salvia africana frutescens Scorodoniae foliis flore violaceo. *Commelin hort.* II. p. 181. t. 91. *Mill. ic.* t. 225. f. 1. (teste *Willd.*)

Rami purpurascentes, subcanescentes. Folia vix unguicularia, inferiora subpetiolata, serrulata basi dentato subincisa, superiora et juniora sessilia subserrata et integerrima, omnia subtus reticulata, et tomento tenuissimo incana, supra viridiora. Spicae terminales verticillis bi-trifloris. Bracteae rhomboïdeae acuminatae, calyce breviores, extus pilosae. Cal. campanulatus, dentibus obtusis. Cor. violacea. In *argillosis promont. b. spei.* ♄.

84. * S. *colorata*; foliis oblongis subintegerrimis incanis, calycibus pilosis fructiferis grandefactis venoso-reticulatis, (limbo membranaceo colorato.) *Vahl Enum.* I. p. 230. *Willd. Spec.* I. p. 145. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 627. *Linn. Syst.* p. 71. *Moris. Hist.* III. S. XI. t. 16. f. ult. S. *integerrima* *Mill. ic.* t. 225. f. 2.

Medium quasi S. *africanam* inter et *auream* ab illâ foliis integerrimis rotundatis, ab hac formâ calycis et colore pallide coeruleo corollae diversa. Caules lignosi, sexpedales, infra radicantes; folia petiolata, elliptica, tomentosa, pollicaria; inferiora serrata, rarius auriculata, superiora integerrima. Flores in spicis laxis, elongatis, verticillis remotis. Cal. campanulatus laciniis rotundatis, amplis, caerulescentibus sanguineisve. Cor. magna. In *sabulosis ad mare promont. b. spei.* ♄.

85. S. *barbata Lam.*; foliis ovatis subintegerrimis rugosis tomentosis, calycibus dilatatis venoso-reticulatis hirsutissimis. *Lam. ill.* I. p. 72. β. Foliis minimis acutioribus. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 627.

Cl. *Vahl* cum priore junxit: *Poiretio* videtur diversa. Frutex parvus, ramis tetragonis pubescentibus, cinereis, foliis breviter petiolatis parvis, ovalibus, crassis, coriaceis, cinereo-albis, rugosissimis, integerrimis aut subsinuatis, tomentosis, obtusis. Flores axillares in apice ramorum, subsolitarii, subsessiles, vilosissimi. Cal. campanulatus, dilatatus, pilis rigidis, albidis, labiis rotundatis, obtusis, denticulatis, dentibus brevibus acutis reticulatis. Cor. tubulosa calyce duplo longior, ochroleuca. *Poiret.* In *Cap. b. Spei.* ♄.

86. S. *nivea Thunb.*; foliis lanceolatis integerrimis albotomentosis, ramis divaricatis. *Thunb. prodr.* p. 96. *Vahl Enum.* I. p. 231. S. *lanceolata Lam. ill.* n. 322. *Poiret* l. c. p. 591.

Fruticosa ramosa rigida; folia superiora sessilia, pollicaria, acuta; flores oppositi secundi brevissime pedunculati; bracteae parvae, lineares. Cal. infundibuliformis, semipollicaris, villosus, laciniis oblongis obtusis, 2/2. Cor. rubella, pollicaris, galea pubescens, recta, major labio inferiore pendente subintegro. In *Cap. b. Spei.* ♄.

87. * S. *officinalis*; foliis lanceolato-ovatis crenulatis, verticillis paucifloris, calycibus mucronatis bracteis longioribus. *Linn. Sp.* p. 34. *Vahl Enum.* I. p. 223. *Willd. wild. Baumz.* p. 461. *Spec.* I. p. 129. *Sut. helv.* I. p. 14. *Lam. illustr.* tab. xx. f. 1. *Plenck off.* t. 19. *Sturm. Fl. Germ. fasc.* 9. St. *Hilaire* VII. t. 1. *Tratt. tabular.* t. 310. β. *lobata.* S. minor *Fuchs hist.* 249. S. *aurita Schultes. Obs. bot.* p. 10. n. 68.

Culturâ variat foliorum formâ et magnitudine coloreque (albo-luteo-variegata) et eleganter purpurascente, floribus rubris, caeruleis et albis. Caulis fruticosus, ramis annuis, tetragonis, tomentosis. Cal. 3/2 dentatus, dentibus mucronatis. In *Europâ australi.* ♄. * Varietas ex Cataloniâ foliis minoribus quibusdam species propria est, quae illis S. *tenuior* audit.

88. S. *Spielmanni Scop.*; foliis radicalibus oblongis subcordatis obtuse dentatis, caulinis dentato-crenatis, verticillis sex-

floris, floribus horizontalibus, pedunculo unifloro terminali. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 38., et hoc teste: *Vahl Enum.* I. p. 255. *Scop. del. insubr.* III. t. 15. — S. *Spielmanniana hort. petrop.* et *Marsch. a Bieberst. Flor. taur. cauc.* 1. p. 21. n. 55.

Cl. *Sprengel* benigne in litteris nos monuit, SALVIAM *oblongatam Jacquini* nullo modo differre a S. *verbenacâ*, quod lubentius credimus, quam quod, monente eodem amicissimo viro, S. *oblongata Vahl*, S. *Spielmanni Willd.*, S. *Spielmanniana Marsch. a Bieberst.* eadem sint cum *Verbenacâ*. Coluit enim cl. *Willd.* et S. *verbenacam*, et S. *Spielmanni*, et nos utramque colimus, et characteres a *Willdenovio* datos in utraque videmus persistere. Definitioni sequentia de S. *Spielmanni* addit *Willdenow* l. c.: „calycis labium superius complicato-tridentatum, inferius indivisum. Cor. pallide caerulea; tubus calyce brevior; galea emarginata; labium inferius trifidum, laciniis lateralibus brevibus, intermediâ, subrotundâ concavâretusâ, basin versus albidâ. *Willd. l. c.* Habitat? Et cl. *Marsch.* a *Bieberst.* l. c. de sua haec adjecit: "Affinis maxime S. *Verbenacae*, sed folia basi haud attenuata et crebrius crenulata nec eroso sinuata. Flores magnitudine S. *viridis.* Cal. dentibus mucronatis pungentibus, superioribus minimis conniventibus. Cor. caerulea" (in culta et rubra) „calyce vix duplo longior, galea obtusa brevis. Stam. inclusa. Stylus exsertus." In *Caucaso orientali circa Schamachi.* ♃.

89. S. *Algeriensis Desf.*; foliis glabris, inferioribus ovato-oblongis crenatis, superioribus lanceolatis subintegerrimis, bracteis reflexis, calycibus dentato-spinosis nutantibus. *Desfont. atl.* I. p. 23. t. 3. *Vahl Enum.* I. p. 271. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 601, et hoc teste: β. Sclarea africana praecox alba *Herb. vaill.* —

Erecta, piloso-viscosa, ramis longis, virgatis. Folia inferiora petiolata, obtusa, parum per petiolum decurrentia. Pedunculi terminales, basi ramosi. Verticilli remoti, bi-sexflori; Cal. campanulatus, striatus, villoso-viscosus, dentibus quinque setaceo-spinosis, superioribus brevioribus. Cor. magna, coerulea, labio superiore falcato, villoso. In *Atlante.* ☉.

90. S. *phlomoïdes Asso*; foliis lanceolatis subintegris cauleque lanato-viscosis. *Asso introd.* in *Oryctogr. arrag.* t. 4. *Römer Script. hisp. lusit.* t. 1. f. 1. *Vahl Enum.* I. p. 278. *Willd. Spec.* I. p. 148.

Tota lanato-tomentosa viscosa, incana, dodrantalis. Folia radicalia in petiolum angustata, obtusa, saepe dentata, subinde dentato-sinuata, bipollicaria duo, rarius quatuor in caule. Verticilli bi-sexflori. Bracteae cordatae acuminatae minime pungentes, rectae, duo minores caulem terminantes steriles. Cal. sulcatus longitudine bractearum, dentibus quinque lanceolato-subulatis, inermibus. ($\frac{3}{2}$, superioribus coalitis). Cor. magnitudine *Sclareae.* In *Arragonia.* ♂.

91. S. *elegans* *Vahl*; foliis ovatis acutis serratis glabriusculis, bracteis ovato-lanceolatis caducis, calycibus brevissimis quinque dentatis. *Vahl Enum.* I. p. 238. 362. S. *incarnata* *Cav. ann. hist. nat.* II. p. 112. S. *microculis* *Poir. Enc. meth.* VI. p. 614.

Caulis quadripedalis, subpurpurascens, glaber, ramosus; folia petiolo longiora, supra obscure viridia, subtus pallidiora, parum villosa. Spicae semipollicares, verticillis quadrifloris, floribus breviter pedicellatis. Cal. villosus, vix semilineam longus, dentibus quinque-sex. Cor. plus quam pollicaris, extus parum villosa, incarnata. *Colitur in nova Hispaniâ.*

92. * S. *urticifolia*; villoso-viscosa, foliis ovato-oblongis dentatis per petiolum decurrentibus. *Vahl Enum.* I. p. 261. *Linn. Spec.* p. 34. *Syst.* p. 69. *Willd. Spec.* I. p. 131. *Moris. hist.* III. p. 395. T. XI. t. 13. f. 31. *Pursh Fl. amer. sept.* I. p. 20. *Mich. Fl. b. am.* I. p. 15. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 610.

Vahl et *Willd.* plantam non viderunt! "Erecta, villoso-viscida. Folia petiolata pilis raris capitatis parum rugosa (rhomboideo ovalia, inaequaliter serrata, subtus crebro puncticulosa *Mich.*). „Spicae laxae, verticillatae, ante florescentiam tetragonae" (nudae *Mich.*). „Bracteae ovatae, ciliatae, mucronatae, longitudine fere calycum, pedicellis brevissimis. Cal. basi striatus, villoso viscidus, quinquedentatus." (Cal. puberulus, brevi trifidus *Mich.*) „Cor. calyce parum longior." *Ettling.* — „Corollae minutae, labio superiore brevi, pistillum labio superiore longius. *Linn.*" In *Virginiâ, Carolinâ, Floridâ.* ♃. Corolla caerulea.

93. S. *acaulis* *Rottl.*; foliis radicalibus obovato-oblongis petiolatis, scapo piloso. *Vahl Enum.* I. p. 257.

Folia radicalia plurima sesquipollicaria, obscure crenata, supra subtusque ad venas pilis albidis. Scapus semipedalis, tenuis Verticilli quinque-sexflori. Bracteae oblongae, longitudine calycum. Cal. campanulatus, $\frac{3}{2}$, dentibus, mucronatis, rare pilosus. In *Indiâ orientali.*

94. S. *nudicaulis* *Vahl*; foliis radicalibus lanceolatis rugosis crenato erosis, caule subaphyllo. *Vahl Enum.* I. p. 266. S. *merjamie* *Forsk. descr.* p. 10.

Herbacea, semipedalis, erecta, villoso-incana, superne divisa in ramos floriferos, diphyllos; folia radicalia brevissime petiolata, pollicaria, rugosissima, subtus canescentia. Verticilli sexflori. Bracteae ovatae acuminatae, calyce breviores; Cal. $\frac{3}{2}$, labio superiore breviore, obsolete tridentato, dentibus acutis. Cor. parva. In *Arabiâ.*

β. *Basi cordatis.*

a. *Bracteis calyce minoribus aut marcidis.*

95. S. *lusitanica Poiret;* foliis cordato-oblongis bullatis, crenato-dentatis erosis submaculatis, caule piloso, subaphyllo, bracteis cordatis acuminatis, staminibus corollâ brevioribus. S. *bullata Schousb. Vahl Enum.* I. p. 265. S. *lusitanica Enc. meth.* VI. p. 606. S. *elongata Spreng. pug.* I. n. 4. *Jacq. ecl. Fasc.* IV. *p.* 57. t. 38. Horminum minus, betonicae folio, flore purpureo. *Barrel. ic.* 167.

Affinis S. *Disermadi*, at folia latiora, pauca, sub ramificationibus cordata, bracteis cordatis, floribus purpureis. — Semipedalis et ultra; caulis in spontaneâ vix ramosus, aphyllus. Folia bipollicaria, supra glabra. Cal. supra purpurascens, $\frac{3}{4}$. In *Lusitaniâ.* ♃. SALVIAE *polymorphae* var. β. *parviflora* secundum *Flor. lusitan.* cf. n. 132.

96. S. *rugosa Thunb.;* foliis cordatis oblongo-lanceolatis eroso-crenatis rugosis pilosiusculis, staminibus corollâ brevioribus. *Thunb. prodr.* 97. *Ait. hort. Kew.* I. p. 42. *edit.* 2. 1. p. 59. *Vahl Enum.* I. p. 259. II. p. 400. *Willd. Spec.* I. p. 139.

Valde affinis S. *disermati*; differt tantum staminibus brevibus, faucem aequantibus. Flores albi, calyce parum longiores, cum tincturâ rubellâ, labia corollae aequalia. *Hort. Kew. Ad Promont. b. spei.* ♄.

97. * S. *verticillata;* foliis cordatis crenato-dentatis, verticillis subnudis (subsecundis), stylo corollae labio inferiore incumbente. *Linn. Spec.* p. 37. *Syst.* p. 70. *H. ups.* 11. *Vahl Enum.* I. p. 260. *Willd. Spec.* I. p. 142. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 65. *Schultes Baier. Fl.* C. I. n. 84. *Hall. Helv.* n. 251. *Kniphof* C. n. 84. *Mirbel ann. d. Mus.* XV. t. 15. f. 10. β. *lampsanaefolia. Barrel. ic.* 199. Horminum spurium. *Rivin. mon. irr.* 38.

Rad. stolonifera; folia radicalia saepe cordato-sagittata, subinde auriculis in petiolo decurrentibus quasi lyrata. Verticilli 20-24-flori et ultra; bracteae ut plurimum sex-duo ovato-cordatae. Cal $\frac{3}{4}$, purpurascens. Cor. lilacina vel purpurascens. In *Europâ orientali et australi.* ♃. aliam varietatem praeter β, floribus vix calyce majoribus, saepe observavimus in hortis.

98. * S. *indica;* foliis cordatis lateribus sublobatis, summis sessilibus, verticillis subnudis remotissimis. *Vahl Enum.* I. p. 262. *Linn. Spec.* p. 37. *Syst.* p. 69. *Willd. Spec.* I. p. 136. *Moris. hist.* III. S. XI. t. 13 f. 16. *Jacq. hort.* I. p. 33. t. 78. *Curt. mag.* 395.

Tripedalis, caulis basi inprimis et petioli ad ortum longe pilosi; folia subtus pilosa. (Folia saepius in cultâ integra) Verticilli sexflori, bracteis (calyce brevioribus), cordatis, acutis. Cal. com-

pressus, piloso viscidus, $\frac{1}{2}$, dente superiore intermedio minimo, (reliqui mucrone brevi pungentes). Cor. magna coerulea, galea falcata, glandulis aureis; lab. inf. trifidum, fundo albido, lobis maculis violaceis, aut purpureis, margine albido, mox luteo, laciniis lateralibus horizontalibus lanceolatis porrectis replicatis. (Tota pilis glandulosis tecta, grate olentibus) Folia olinterdum integerrima *Hornem.* In *Indiâ*. ♃.

99. S. *Tenorii Spreng.*; foliis subcordato-oblongis crenatis utrinque nudiusculis, corollae galeâ pilosâ. *Spreng. pug.* I. p. 2.

Accepi, ait cl. *Sprengel*, nomine S. *Barrelieri Tenori*, sed nescio, quamnam huc referat *Tenorius Barrelieri* iconem. „Horminum sylvestre majus" *Barrelier ic.* 186 (S. *Barrelieri Ettling.*) alienum est foliis hastatis septemlobis. „Horminum subrotundo folio flore caesio *Barrel.* n. 232. it. 200 huic quidem speciei simile, sed differt calycibus villosioribus, et eô, quod *Boccone mus.* p. 30. t. 13 dicat: „i fiori senza proboscide." Exemplar meum folium radicale et caulis summitatem floriferam exhibet. Folium dodrandale, petiolo canaliculato spithamaeo, basi subcordatum, margine repandum crenatum, apice obtusiusculum subrugosum, utrinque pilis raris. Caulis quadrangulus villoso-viscosus. Bracteae ovato-lanceolatae, calyce breviores, marcidae. Verticilli subdimidiati. Cal. campanulatus bilabiatus, labio superiore tri-, inferiore bi-dentato, dentibus cuspidatis. Cor. magna coerulea, galea falciformis pilis longis obsita. Ad *Pizzo*, *Calabriae*.

100. S. *candidissima Vahl*; incana, foliis cordato-ovatis suberoso-dentatis rugosis utrinque lanatis, caule aphyllo, verticillis supremis sterilibus, bracteis ovatis calyce brevioribus. *Vahl Enum.* I. p. 278. S. *crassifolia Sibth.* t. 26. *Smith prodr. Fl. graec.* I. p. 17. n. 64. Sclarea orientalis, foliis rotundioribus candidissimis. *Tournef. Cor.* p. 10.

Habitus S. *Sclareae*, sed lanâ copiosiore canescens, bracteisque multo minoribus. Cal. $\frac{1}{2}$, villosus. Corolla magnitudine *Sclareae*, alba, glabra, labio flavicante. In *Armeniâ*, *in insulâ Cypro*, *rarissime*. ♃.

101. S. *verbascifolia* MB.; foliis cordato-ovatis duplicato-serratis rugosis lanatis, verticillis summis sterilibus, bracteis cordatis mucronatis calyce brevioribus. *Marsch. Bieberst. in litt.* S. *candidissima Flor. taur. cauc.* I. p. 22. n. 60. Sclarea orientalis verbasci foliò, flore partim albo, partim flavo. *Tournef. Coroll.* p. 10.

Differt a S. *candidissimâ* lanâ parciore, foliis latioribus, crenis profundioribus, verticillis subsexfloris, bracteis latioribus, calycibus majoribus magis ringentibus; a S. *argenteâ* L., cui etiam affinis, differt bracteis mucronatis, nec muticis. In *collibus sterilibus Iberiae Caucasique orientalis*. ♃. MB.

102. S. *odorata hort. paris;* foliis utrinque tomentosis repando-erosis inaequaliter dentatis (dentato-crenatis), inferioribus cordatis, superioribus ovatis, floribus paniculatis, summis sterilibus, stylo galeâ duplo longiore. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 43. *Jacq. Eclog. Fasc.* II. p. 26. t. 16. S. *albida Hortul.* et *obs. bot.* p. 10. n. 73.

Suffruticosa, basi ramosa; folia longe petiolata, bipollicaria et ultra, omnia rugosa, utrinque cano tomentosa. Panicula terminalis pedalis; flores verticillati oppositi breve pedunculati; bracteae ovatae cuspidatae pedunculo longiores. Cal. $\frac{3}{2}$. Cor. ringens alba, labio superiore fornicato apice truncato bidentato, inferiore tripartito, laciniis lateralibus lanceolatis convolutis erectis, intermediâ concavâ flavescente, basi subcordatâ, punctis paucis violaceis. *Prope Bagdad.* ♄.

103. S. *compressa Vahl;* sublanata, foliis dentatis, radicalibus cordato-oblongis, bracteis subrotundo-cordatis muticis summis sterilibus. *Vahl Enum.* I. p. 275. *Ventenat hort. cels.* t. 59.

Affinis S. *Aethiopi*, caulis, folia, bracteae et calyces superne lanâ tenui vestiti. Folia radicalia petiolata, bipollicaria, caulina sessilia, floralia semi amplexicaulia, omnia subrugosa, inaequaliter dentata. Paniculae axillares et terminales brachiatae, verticillis compressis, copiosis, octo-decemfloris. Bracteae exteriores subrotundo-cordatae, interiores oblongae, omnes calyce parum longiores, membranaceae, intus glabrae, apice purpureo-violaceae, acutae. Cal. oblongus, laciniis obtusiusculis, muticis, apice purpureo-violaceis. Cor. alba, calyce dimidio longior. In *Oriente*. Cl. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 602 huc quoque ducit S. *coarctatam* eum? attamen quum *Vahl* utramque vivam viderit, *Vahlio* fidem majorem habemus. — ♃.

104. S. *mollis;* foliis cordato-ovatis acutis rugosis duplicato-crenatis supra glabris subtus pubescentibus, ramis fastigiatis. *Donn. Cat. Cantabrig* 1804. *Jacq. fil. Eclog. Fasc.* IV. p. 56. t. 37.

In *Sibyria*.

105. S. *grandiflora Ettl.;* foliis cordato-oblongis crenatis, verticillis multifloris, calycibus acutis bracteis brevioribus. *Vahl Enum.* I. p. 223. *Willd. Spec.* I. p. 130. *Willd. Baumz.* p. 462. *Marsch.* a *Bieberst. taur. cauc.* p. 19. *Jacq. Eclog.* Fasc. IV. p. 55. t. 36. S. *tomentosa Mill. dict.* n. 2. Salvia flore magno. *Rivin. monop. suppl.* p. 55. t. 127. β. *latifolia serrata. Morison hist.* III. S. 11. t. 15. f. 7.

Facies S. *officinalis*, a qua differt: caule altiore, tomento denso laxo, uti petiolo lanato, foliis cordatis, viridioribus, inferioribus saepe palmaribus, crenis rugisque majoribus; verticillis 12floris, bracteis brevioribus rudioribus, calyce corollâque duplo majoribus, illo hirto magis, dentibusque ovatis (*Vahl*, subulatis *Marsch.*) nec mucronatis. Culturâ facie multum mutatur. In *Tauriae montibus meridionalibus*, *apricis*. ♃.

106. S. *crassifolia Desfont.*; caule lanigero, foliis cordatis crenulatis subtus incanis, verticillis superis confertis sessilibus, corollae labio superiore abbreviato. *Desfont. arbr. et arbriss.* T. I. p. 134.

S. *grandifloram* inter et *creticam* posuit, et neque synonymiam, neque iconem aut descriptionem adjecit. *)

*) Alia est S. *crassifolia Cav.* (foliis crassis cordatis lobatis acutis, corollae labio inferiore breviore. *Cav. descr.* 15. Habitat? — Cor. coerulea.) quam *Pers. Syn.* p. 29. *algeriensem* inter et *phlomoïdem* posuit v. *infra.* S. *collinea Murr.*, quam cl. *Poiret Enc. meth.* cum citat. *Murray comm. Götting.* 1778. t. 1. inter Species dubias collocavit, nil aliud est, ut et ex definitione apparet, quam errore typographico in *Gmel.* S. V. p. 47. primum sic defigurata S. *coccinea.*

107. * S. *pratensis*; foliis cordato-oblongis crenatis incisisve summis amplexicaulibus, bracteis fere longitudine calycis, galeâ falcatâ viscosâ labio inferiore longiore. *Vahl Enum.* I. p. 262. *Linn. Spec.* p. 35. *Willd. Spec.* I. p. 135. *Hall. helv.* n. 253. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 63. *Schult. Baier. Fl.* C. I. n. 83. *Bulliard* t. 357. *Engl. Bot.* 153. *Plenck* t. 22. *Mayrhoff. Fl. monac.* t. 3. — β. Sclarea major foliis in profundas lacinias incisis. *Tournef. inst.* 179. γ. S. *agrestis*, foliis cordatis, summis amplexicaulibus, corollarum galeâ labium aequante. *Linné* amoen. III. p. 399. *Bessl. H. cystett.* v. o. IX. v. II f. 3.

Caulis superne ut et calyces galeaeque plus minus viscosae; bracteae inferiores calyce longiores, superiores breviores. Cal. $\frac{3}{2}$ dentatus. Cor. plerumque saturate caerulea, rarius alba vel rubra et tunc plerumque minor. Stylus staminibus duplo longior. In *Europae pratis.* ♃.

108. S. *variegata Waldst.* et *Kit.*; foliis cordato-oblongis rugosis dentato-crenatis, caulinis petiolatis, spicis virgatis, bracteis calyce brevioribus, pilis calycis glanduliferis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 36. *Schult. œstr. Fl.* ed. 2da. p. 37.

Staturâ media S. *pratensem* inter et *virgatam* „Calycis externe sulcato-angulati; lab. sup. complicato-tridentatum, inferius bifidum. Cor. laete caerulea, galeâ emarginatâ, lab. inf. trifido, laciniis lateralibus oblongis obtusis, intermediâ concavâ emarginatâ niveâ. *Willd.* l. c. In *Ungariâ.* ♃.

109. * S. *haematodes*; foliis cordato-ovatis rugosis tomentosis, calycibus hispidis, radice tuberosâ. *Vahl Enum.* I. p. 263. *Linn. Spec.* p. 35. *Syst.* p. 69. *Willd. Spec.* I. p. 135. *Scop. carn.* n. 36. *Triumf. obs.* 69. t. 69. *Barrelier ic.* p. 234. t. 185. *Moris. hist.* III. p. 394. s. 11. t. 14. f. 15. Horminum sanguineum asphodeli radice. *Triumf. obs.* 69. cum. Tab.

Rad. longa; caulis leviter hirsutus, viscidus; folia inferiora petiolata, suprema sessilia, saepe maculis sanguineis. Racemi laxe verticillati, pedicellis villosis. Bracteae cordatae attenuatae breves. Cal. pubescens, $\frac{3}{2}$. Cor. coeruleo-purpurascens, galeâ basi coarctatâ, villosâ. In *Istriâ* (*Scopoli; Host* non habet), *Italiâ*, *Hispaniâ*. ♃.

110. S. *elongata Spreng.;* foliis oblongis dentato-sinuatis utrinque nudiusculis, caule virgato subaphyllo, verticillis remotis paucifloris, galeâ lineari rectâ. *Spreng. pug.* I. p. 3. n. 4. *Hormin.* minus, betonicae folio, flore purpureo. *Barrel. ic.* 167.

Caulis bipedalis virgatus, glabriusculus; folia sex pollices longa, tres lata, supra maculis purpureis, subtus ad venas pilosa, margine dentato-sinuata. Rami graciles infra glabri. Bracteae cordato-lanceolatae, calycibus aequales. Calyces villosi, $\frac{3}{2}$ dentati, dentibus cuspidatis. Cor. rubra calyce angustior, galeâ lineari rectâ villosâ. Affinis S. *haematodes* differt foliis subtomentosis integris, nec dentato-sinuatis, corollâ ampliore caeruleâ. In *Europâ meridionali.* —

111. * S. *pyrenaica;* villoso-viscosa, foliis triangulari-cordatis repando-crenatis stellato-pubescentibus obtusis, ramis floriferis incanis. *Vahl Enum.* I. p. 263. Decand. Synops. n. 2481. * *Fl. Fr. Suppl.* p. 394. *Lapeyr. abr. Fl. pyren.* p. 14. Sclarea Pyrenaica glutinosa, foliis sinuatis. J. R. H. p. 179. *Herm. parad.* t. 187.

Bicubitalis et altior, ramosa; folia inferiora petiolata, spithamaea, cordata, stellato-pubescentia, superiora, sessilia. Pedunculi terminales elongati incani. Verticilli quadri-sexflori. Bracteae cordatae, attenuatae reflexae. Cal. campanulatus $\frac{3}{2}$. Cor. coerulea, galea falcata, acuta. *β.* foliis profunde pinnatifidis. *Vaill. Herbar.* [*Lapeyr.*] *In Pyrenaeis rarissimae, nec unquam a cel. Lapeyrouse ibidem reperta, sed tantum ex Fagonio (ap. Herrmannum), atque ex Tournefortii et Vaillantii Herbariis cognita. Decandolle* etiam tantummodo in *Vaillantii* Herbario vidit. ♃.

112. S. *viscosa Jacq.;* villoso-viscosa, foliis cordato-oblongis rugosis acutiusculis crenulatis, bracteis cordato subrotundis acuminatis. *Vahl Enum.* I. p. 264. *Linn. Syst.* p. 69. *Willd. Spec.* I. p. 134. *Jacq. misc.* II. p. 328. *ic. rar.* I. t. 5.

Sesquiped., parum ramosa, villis apice glandulosis. Folia petiolata; quadri-quinque pollicaria, inferiora, basi subcordata, crenulata, suberosa, superiora ovato-oblonga. Verticilli remoti (dimidiati) sexflori. Bracteae calyce breviores. Cal. $\frac{3}{2}$, dentibus mucronatis, (interdum et $\frac{3}{3}$, dente superiore intermedio brevissimo) Cor. tubo albido, labio superiore villoso viscido, purpureo-sanguineo, inferiore dilutius colorato (variat et floribus albis). In *Italiâ.* ♃.

113. * S. *disermas*; foliis cordato-oblongis erosis, petiolis marginatis, staminibus corollam aequantibus. *Vahl Enum.* I. p. 266. *Linn. Spec.* p. 26. *Syst.* p. 70. *Willd. Spec.* I. p. 139. *Barrel. ic.* 187. *Arduin. Spec.* I. p. 9. t. 1. An S. *disermas Linn. mant.* 318. eadem planta cum S. *tingitana Ettling?* quarit *Vahl.*

Tota villis longis pubescenti-glutinosa. Folia bipollicaria, suprema sessilia, cordato-oblonga, vel oblongo-lanceolata, (plicata nempe cordata videntur, explanata lanceolato-ovata sunt) per petiolum decurrentia, villosa, rugosa, crenato-erosa. Bracteae cordatae attenuatae. Verticilli remoti sexflori. Cal. quinquedentatus. Cor. alba villosa, tubo longitudine calycis. In *Syria*, ♃.

114. S. *nutans Kit.*; foliis oblongo-cordatis, caule simplicissimo subaphyllo; racemis florentibus pendulis. *Waldst. Kit. T.* 1. *p.* 63. *t.* 62. *Kniphof Cent.* VII. t. 79. *Sp. pl. Reichard* p. 73. *Nov. Act. petrop.* T. 1. p. 378. t. 14. *Hall. Com. gott.* I. p. 210. t. 11. — *Vahl. Enum.* I. p. 134. II. p. 400. excl. syn. *Ettling*, ut et in *Willd. Spec.* I. p. 151. *Enum. H. Berol.* p. 45. *Linn. Spec.* p. 39? *Marsch. a Bieberstein taur. cauc.* p. 23.

Folia subtus tomento tenui, duplicato-crenata, unum-duo paria in caule; Cal. canescens, ?, dentibus superioribus coalitis, inferioribus cuspidatis. Cor. violacea. *Kit.* l. c. — *Willd. En. h. b.* calyces hirtos plantae tribuit. Variare corollis roseis et albis et foliorum radicalium formâ, SALVIAMQUE *hastatam* et *betonicae foliam Ettl.* meras esse *nutantis* varietates a *Bieberstein* l. c. S. *pendula Besser Fl. Galic.* est vera *nutans*. In *Ungariâ*, *Galiciâ*, *Tatariâ*. ♃.

115. S. *betonicaefolia Ettling*; foliis cordato-lanceolatis inaequaliter crenatis, sinu baseos clauso, caulinis subsessilibus, caule tetragono, racemo composito terminali subnudo cernuo, bracteis coloratis ciliatis. *Hall. A. L. Z.* l. c. *Römer* l. c. *Ait.* H. Kew. ed. 2. I. p. 65.

Nec *Vahl Enum.* I. p. 281. nec *Willd. Spec.* I. p. 152. vidit hanc plantam; viderat vero in *Enum. H. Berol.* p. 45, ubi spicis florentibus nutantibus et calyce pubescente eandem a S. *nutante*, (cujus *Ettling Salv.* n. 49 varietatem esse dubitat) rite distinxit ut speciem propriam, culturâ perstantem. In *Russiâ*. ♃. (ad hanc speciem et *Vahl* et *Poiret*, licet cum? ducunt S. *acutifoliam Lam ill.* p. 683. foliis cordato-lanceolatis acutis crenatis, spicis cernuis nudis, bracteis brevissimis. Descriptionem nullibi invenimus.)

116. S. *pendula Vahl*; foliis cordato-lanceolatis aequaliter crenatis, sinu baseos aperto (?) caule tetraquetro, racemo simplici terminali ante anthesin nutante, bracteis coloratis ciliatis. *Hall. A. L. Z.* l. c. *Römer* l. c. *Vahl Enum.* I. p. 281.

„Cor. violacea magnitudine S. *sylvestris*. Differt a S. *nutante* foliis statim basi ad insertionem petioli desinentibus nec per illum paululum decurrentibus, sinu baseos *non!* aperto, racemo brevi solitario" *Vahl* l. c. *Habitat*--- Var. *β. grandiflora Hort. Hafn.* 1. p. 34. differt ramis elongatis, caule subnudo, corollis majoribus et colore florum saturatiore.

117. S. *amplexicaulis Lam.*; foliis cordato-lanceolatis semiamplexicaulibus inaequaliter crenatis, bracteis cordatis acuminatis calyce brevioribus, floribus spicatis. *Lam. ill.* I. p. 68. *Vahl Enum.* I. p. 267.

Caulis pilosus; folia caulina bipollicaria, vix pollicem lata, rugosa, acuta; verticilli sexflori distantes. Cal. pilosus, bilabiatus, labio superiore obtuso, breviore. Cor. parva, coerulescens aut alba. *Habitat? Hort. paris.* ♃.

118. S. *parviflora*, foliis cordato-ovatis crenatis rugosis, racemis terminalibus compositis, bracteis cordatis calyce brevioribus. *Vahl Enum.* I. p. 268. Hormin. orientale foliis Sclareae, flore albo *Tournef. cor.* p. 10. et *ejusd.* Sclarea orientalis, foliis Salviae, flore partim albo, partim flavo. *Cor.* p. 10. (?) *La Billard. plant. rar. syr.* Dec. IV. t. 7.

Sesquipedalis, folia viridi-cinerascentia, subtus villosiuscula, verticilli bi-sexflori, calyx subincanus, (cal. villosus, dentibus subulatis) corolla flavescens parva. *Juxta Damascum in Dgebel Cher.* ♃.

119. S. *inamoena Schousb.*; canescens, foliis cordato-triangularibus inaequaliter dentatis, bracteis cordatis, reflexis. *Vahl Enum.* I. p. 269.

Herbacea; caulis pennâ anserinâ parum crassior, uti bracteae et calyces villis apice glandulosis; folia petiolata, palmaria, rudia, facie fere CUCUMIS *sativi*, acuta, villis crispis canescentia; ramea sessilia, villoso pulverulenta. Pedunculi elongati; verticilli sexflori; flores nutantes, pedicellis villoso-viscosis. Cal. labiis divaricatis, bidentatis, dentibus in spinulam flavam subpungentem desinentibus. Cor. magnitudine S. *Sclareae*. An huc *Sclarea folio triangulari dentato Tournef.* inst. 180? quae ab *Etling* ad sequentem. In *Hispaniâ Schousb.*

120. * S. *austriaca*; foliis cordato-oblongis erosis sinuatis, caule subaphyllo, verticillis villosissimis, staminibus longissimis. *Vahl Enum.* I. p. 272. *Linn. Syst.* p. 69. *Willd. Spec.* I. p. 138. *Schrader Fl. germ.* I. 64. *Jacq. austr.* II. p. 8. t. 112.

Rad. crassa fusca; caulis villis glutinosis; folia radicalia terrae appressa, superne glabriusculа (nervo plerumque rubro); bracteae sex, sub verticillis sexfloris, duobus cordato-ovatis, longitudine calycis villosissimi, $\frac{3}{2}$. (dente intermedio labii superioris non semper breviore, saepissime longiore lateralibus) Cor. ochro-

leuca, falcata, pilis violaceis glutinosis. In *Austriâ*, *copiosissime in Ungariâ*, *in Moldaviâ*. ♃.

121. * S. *syriaca*; foliis cordatis dentatis inferioribus repandis, bracteis cordatis brevibus acutis, calycibus tomentosis. *Vahl Enum.* I. p. 273. *Linn. Spec.* p. 36. *Syst.* p. 69. *Willd. Spec.* I. p. 134. *Arduin. Spec.* I. p. 9. t. 1.

Statura *S. pratensis*; caulis fruticosus obtuse angulatus. Folia petiolata, cordato-ovata, rugosissima, subtomentosa, repanda, dentata, obtuse crenata. Panicula brachiata virgata. Bracteae calyce breviores. Cal. quinquefidus, aequalis, acuminatus. Cor. alba. Stylus galeâ duplo longior. *Linn.* In *Oriente*, *Palaestinâ*. ♄.

122. S. *varia Vahl*; foliis cordatis inaequaliter crenatis rugosis, subtus cauleque incano tomentosis. *Vahl Enum.* I. p. 273. Sclarea orientalis, foliis salviae, flore partim albo, partim flavo. *Tournef. Cor.* 10. teste *Vahl.*

Cl. *De la Billardière* synonymon hoc ad S. *parvifloram* duxit. Herbacea. Folia petiolata, tripollicaria, subinde ovata, obtusa. Petioli sesquipollicares; pedunculi terminales, terni. Verticilli sexflori. Flores sessiles. Bracteae cordatae, acuminatae, longitudine calycis. Cor. parva, calyce parum longior. Herb. *Juss. Vahl.* In *Armeniâ*. An eadem cum S. *parviflorâ*?

123. S. *marrubioides Hort. paris.*; incano tomentosa, foliis cordato-ovatis rugosis, floribus axillaribus solitariis. *Vahl Enum.* I. p. 223.

Rami obtuse tetragoni; folia petiolata vix pollicaria, obtusa, adultiora obscure crenulata subtus albidiora, juniora integerrima, supra venosissima; rudimenta ramulorum ex omnibus axillis. Pedunculi axillares brevissimi uniflori. Cal. folio quadruplo brevior, striatus, pilis apice glanduliferis, quinque dentatus, dentibus acutis. Cor. calyce dimidio, stylus corollâ longior. In *Oriente*? ♄.

124. S. *hastata Ettling*; foliis hastato-lanceolatis crenatis, caule subnudo, racemis cernuis. *Ettling Salv.* n. 48. *Vahl Enum.* I. p. 281. *Willd. Spec.* I. p. 151.

Nec *Vahl* nec *Willd.* plantam hancce videre: quum vero *Vahl Enum.* II. p. 400. jubeat S. *pendulam* ponere S. *nemorosam* inter et *amplexicaulem*, aequum est affines: *nutantem*, *hastatam*, *betonicaefoliam* sequi agnatam. „Affinis *nutanti*; caulis erectus, obtusus, pubescens, inferne et ad radicem foliosus, superne aphyllus, ramosus. Folia infima basi inaequaliter exsecta, hastata, hamo hastae duplici, postico brevi retrorsum, antico majore antrorsum spectante, tertio minimo his saepe interjecto, lanceolato-triangularia, duplicate crenata, acutiuscula, rugosa, supra glabra, subtus leviter pubescentia; petioli lati. Folia ramis subjecta parva, angusta, cordato-lanceolata, fere integerrima, pubescentia. Racemi laterales plures et terminales, erectiusculi, non nihil extus flexi. Verticilli sexflori. Bracteae calyce mino-

res, cordatae, nervosae acutae pubescentes. Cor. *Salviae nutantis.*" *Ettling.* In *Russiâ?*

3. *a.* *β.* *b.* *Bracteis calyce majoribus persistentibus.*

125. S. *nubia Murr.*; foliis oblongis subcordatis inaequilateribus rugosis crenatis basi subauritis. *Murr. in comm. gott.* 1778. p. 90. t. 3. *Linn. Syst.* p. 70. *Vahl Enum.* I. p. 259. *Willd. Spec.* I. p. 139.

Caulis petiolique hirti; folia petiolata, bipollicaria, inferiora utrinque sinu auriculata; interdum auriculae duae ab altero latere, altera parum longius per petiolum decurrens; acuta, inaequaliter crenata; suprema basi integra, sessilia. Verticilli racemosi 12-14flori, bracteis ovatis attenuatis calyce parum brevioribus. Cal. pubescens dentibus superioribus parum brevioribus lanceolatis, inferioribus subulatis. Cor. calyce parum longior. In *Africâ.* ♃.

126. *S. virgata Ait.*; foliis oblongis cordatis rugosis crenatis, pilis caulis calycisque apice glandulosis. *Hort. kew.* I. p. 39. ed. 2. 1. p. 55. *Vahl Enum.* I. p. 264. *Willd. Spec.* I. p. 133. *Rivin. monop.* t. 63. *Jacq. Hort.* I. p. 14. t. 37. *Poit.* et *Turpin. Fl. paris.* t. 34.

Quadripedalis, erecta, pilosa; folia inferiora petiolata, basi inaequalia, supra glabra. Spicae laterales et terminales longissimae, rectae, divergentes; verticilli remotissimi sexflori; bracteae cordatae acuminatae calyce longiores. Cal. $\frac{3}{2}$. Cor. (in cultâ alba, aut) pallide rosea aut caerulescens, labii inferioris laciniis lateralibus lanceolatis. In *Oriente.* ♃.

127. *S. campestris Bieberst.*; foliis cordatis oblongis duplicato-crenatis subrepandis hirsutis, racemis virgatis, bracteis calyce brevioribus, pedicellis tomentosis. *Marsch. a Bieberst. taur. cauc.* p. 21. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 35.

Folia radicalia magna, rugosa, saepe sanguineo-maculata, caulina minora distantia; rami floriferi elongati subaphylli verticillis remotis sexfloris, bracteis parvis mucronatis, pedicellis calyce triplo brevioribus. Flores caerulei, viscosi, similes S. *nemorosae.* Confusa fuisse videtur cum S. *haematode.* In *Tauriae meridionalis montosae campis, et ad vias.* ♃.

128. S. *caduca Vahl;* foliis radicalibus oblongis, basi angustatis duplicato-crenatis, caulinis cordatis crenatis, ramis elongatis, verticillis distantibus caducis. *Vahl Mscpt. Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 30.

Hab. — — — ♃. forte non diversa a. S. *campestri.* *Hornem.*

129. * S. *sylvestris*; foliis cordatis rugosis biserratis, bracteis coloratis flore brevioribus acuminatis, pilis caulis calycisque simplicibus. *Ait. kew.* I. p. 39. *II. ed.* I. p. 56. *Willd.*

Spec. I. p. 133. *Vahl Enum.* I. p. 266. *Jacq. austr.* III. t. 212. (et, teste *Jacquin*, SALVIA *nemorosa Crantz.*) *Poiteau* et *Turpin. Flor. paris.* t. 35. *Mill. dict. n.* 7. *edit.* 7. *n.* 8. Cl. *Smith Schraderum* monuit: S. *nemorosam Linn.* eandem esse cum *sylvestri.* SALVIAM *sylvestrem* cum *nemorosá* iunxit jam olim *Crantz austr.* p. 242., quem secutus est *Ettlinger*, a *Willd.* l. c. p. 134. correctus „*quum ambae species distinctissimae sint!*"

„Lubenter credimus, plantas *Linnaeanas*, illasque, quae in Floris Germaniae occurrunt sub nomine S. *sylvestris* et *nemorosae* (confer *Schrad. Fl. germ.* p.61) unam eandemque sistere speciem: etenim et cl. *Sprengel* nunc S. *sylvestrem*: foliis cordato-lanceolatis, rugulosis inaequaliter duplicato-crenato-serratis, superne nudiusculis, caule calyceque villosis *Flor. hal.* n. 32, eandem esse cum suâ S. *nemorosâ*: foliis cordato-lanceolatis aequaliter serratis, caule calyceque incanis, bracteis longitudine calycis *ib.* n. 33, cum clo *Wallroth* (*annus bot.* p. 5.) sentit. Nec fors S. *nemorosam Marsch.* a *Bieberst. taur. cauc.* p. 20. n. 53. diversam esse a *sylvestri*, insistere volumus, quum cl. auctor ipse dicat: „Sufficientem hanc inter et S. *sylvestrem* differentiam me adhuc ignorasse fateor." Ast, si in horto Kewensi ab anno 1728 S. *nemorosa*, ab anno 1759 S. *sylvestris Milleri*, haec illa: foliis cordato-lanceolatis acutis, bracteis coloratis, flore brevioribus *Mill.* l. c., illa: foliis cordato-oblongis crenatis glabris, floribus verticillato-spicatis *Mill. n.* 6. culturâ perstat; si *Willdenow* in *Enum. H. Berol.* p. 36. ait: „conjungo praceuntibus cll. *Smith*, *Schrader*, *Bieberstein* duas plantas, quarum facies in horto nostro per longam annorum seriem non est mutata. S. enim *sylvestris* gaudet bracteis constanter calyce brevioribus, in planta florente viridibus, et S. *nemorosa*, bracteis longitudine calycis semper coloratis, etiam in plantâ defloratâ"; si *Desfontaines* in *parisino*, *Gmelin* in *Carlsruhano* distinguunt cultam *sylvestrem* et *nemorosam;* si nostra denique, quantulacunque sit, experientia in S. *nemorosa*, culturâ 16 annorum persistente, vidit flores semper caulesque minores, caulem simplicem, (in *sylvestri* ramosum) folia crenata, (nec biserrata, hinc et bene folia S. *nemorosae simpliciter* serrata dixit *Zinn. Hort. gotting.* 297.); si eminus, vel 20 pedum distantiâ, facilius habitu planta viva quam desiccata in herbariis microscopio distinguitur; suspicari fors licet, S. *nemorosam* et *sylvestrem* cultorum alias esse quam illas *Linn.* et *auctor. Flor. germ.* Liceat de planta dubiâ addere descriptionem integram ex *Vahlio*, qui utramque vidit: „Caulis erectus ramosus villosus; folia infima longe, superiora brevius petiolata, suprema semiamplexicaulia, ovato-lanceolata, basi cordata, inaequaliter crenato-serrata, rugosa, subtus tomento tenui. Spicae ex alis supremis et apice longae, verticilli sexflori. Bracteae ovatae, acuminatae, purpureae. Cal. striatus villosus, dentibus acutis, $\frac{3}{2}$. Cor. coerulea; tubus longitudine calycis, galea pilis punctisque glandularibus albis adspersa. *Vahl.* l. c. variare flore caeruleo, purpurascente, albo *Jacq.* l. c. *In Europâ meridionali.* ♃. *Lam.* et *Poiret Enc.* VI. p. 589. distinguit S. *sylvestrem:* foliis

cordato-lanceolatis crenatis rugosis subsessilibus, spicis longis bracteis coloratis flore brevioribus.

130. S. *nemorosa;* foliis cordato-lanceolatis aequaliter serratis, bracteis longitudine calycis, corollae labio infimo reflexo. *Vahl En.* I. p. 267. (qui duas adhuc distinguit varietates: β. Horminum orientale, betonicae folio acutissimo, flore caeruleo. *Tournef. cor.* 10. *idem* flore albo *Tournef. ibid.*) *Willd. Spec.* I. p. 134. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 56. — et certe S. *nemorosa Lam. ill. gen.* n. 290. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 590: foliis cordato-lanceolatis planis inaequalibus crenatis, inferioribus subsinuatis, bracteis coloratis longitudine florum. *Miller* et *Zinn. ll. cc.*

„Varietas S. *sylvestris* secundum *Crantz* et *Ettlinger*, diversa vero: ramis paucioribus, caule calycibusque minus pilosis, foliis angustioribus aequaliter serratis minus tomentosis, bracteis longitudine calycis. Folia in β et γ angustiora, caeterum non diversa. Spicae ante florescentiam tetragonae; bracteae coloratae; calyces glandulis resinosis flavis adspersi. Iconem S. *nemorosae St. Hilaire* XXV. t. 2 non vidimus. Notandum porro, ill. *Marsch.* a *Bieberst.* tantum S. *nemorosam Gmel. sib.* III. p. 226. n. 45. *Vahl* et *Willd.* ll. cc. invenisse, nec *sylvestrem*, hujusque varietates duas: β foliis latioribus biserratis viridioribus et γ. foliis angustioribus magis incanis, enumerare, et addere: „variat foliis simpliciter et duplicato-crenulatis, bracteis coloratis et viridibus; corollis coeruleis, roseis et albis. Flores non pilis, sed tomento tenuissimo subviscido vestiti. Corollae labium inferius cauli parallelum.“ *In Austriâ? et Tartariâ.* ♃.

131. S. *valentina Vahl;* foliis cordato-lanceolatis inaequaliter crenatis, bracteis cordatis attenuatis basi coloratis calyce longioribus. *Vahl. Enum.* I. p. 268. *Barrel. ic.* 1317.

Facies S. *nemorosae;* caulis herbaceus, ramosus, villosus, superne canescens. Folia infima petiolata, superiora sessilia, lato-cordato-lanceolata, acuta, venosa, subrugosa, supra glabra. Spicae terminales. Verticilli sexflori distantes. Bracteae valde attenuatae, villosae. Cal. coloratus, striatus, villosus, labio superiore ascendente ovato, inferiore bifido, laciniis cuspidatis. Cor. parva, coerulea, galeâ villosâ. In *regni Valentini aridis desertis.* *Herb. Juss.* ♃.

132. S. *patula Desf.;* viscosa, foliis radicalibus cordatis dentato-sinuatis, caulinis sessilibus oblongis, bracteis calycem aequantibus. *Desfont. atl.* 1. p. 25. *Vahl Enum.* I. p. 272. *Flore Portugaise* p. 151. t. 20. S. *atlantica Pers. Syn.* 29. S. *Aethiopis Brotero Fl. lus.* I. p. 18. S. *lusitanica Mill. Dict.* n. 3. Salvia lusitanica glutinosa, amplissimo folio. *Tournef. Institut.* p. 179.

Salviae *Sclareae* facies, tota villoso-viscosa. Fol. radicalia petiolata, spithamaea, lanata, dentibus ovatis, serratis. Petioli

villosissimi. Bracteae cordatae, concavae, cuspidatae. Verticilli remoti, octoflori. Cal. $\frac{2}{3}$, dentibus vix pungentibus. Corolla roseo-alba, tubo calycem vix superante, galeâ magnâ, compressâ, arcuatâ, accisâ. Stamina corollam aequantia. — Diversam vidit aliam cl. *Vahl* in *Herb. Juss.* foliis superioribus cordato-lanceolatis. In *Lusitaniâ* et *Barbariâ*, ♂. — ♃ *Hoffmannsegg.*

133. S. *tingitana Ettling;* foliis cordatis oblongis eroso-dentatis rugosissimis, bracteis cordatis mucronatis ciliatis, calycibus spinosis. *Ettling. Salv.* n. 30. *Vahl Enum.* I. p. 274. *Willd. Spec.* I. p. 147. Horminum *tingitanum Rivin. monop.* 1. t. 62. S. *foetida Lam. ill.* p. 69.

Fruticosa ramosa erecta villis longis tortilibus, brevibusque glutinosis. Folia petiolata, bi-tripollicaria, rugosissima, villosa, interdum ovata. Bracteae longitudine calycis, concavae. Cal. (compressus) (dente intermedio saepe productiore, nec breviore) amplus, villosus, punctis albis, $\frac{3}{2}$. Cor. sordide alba, labio inferiore flavicante crenulato, galeae halitu violaceo. Stigmatis bifidi laciniae revolutae. *In Africâ boreali.* ♄.

134. * S. *Sclarea;* foliis rugosis cordatis oblongis villosis serratis, bracteis coloratis calyce longioribus. *Vahl Enum.* I. p. 276. *Linn. Spec.* p. 39. *Willd. Spec.* I. p. 147. *Villars dauph.* 2. p. 405. *Allion. pedem.* n. 60. *Sut. Fl. Helv.* II. p. 302. *Hoepfn. Mag.* IV. p. 27. *Wulfen* in *Römer's Arch.* III. p. 312. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 67. *Plenck* t. 21. *Sturm. Fl. germ. fasc.* 9. *Sibthorp Fl. graec.* I. p. 18. t. 25. *Smith. prodr. Fl. gr.* I. p. 17. n. 63. St. *Hilaire* t. II. 47. *Mirbel. ann. d. Mus.* XV. t. 15. *f.* 2.

Caulis crassus, villoso-viscidus. Folia summa reflexa, acute crenata, villis minutis. Panicula brachiata, verticilli tri-sexflori, bracteae cordatae ciliatae acuminatae. Flores brevissime pedicellati. Cal. compressus, $\frac{3}{2}$, dentibus mucronatis. Cor. albido-caerulescens, laciniae labii inferioris reflexae. Odor gravis. In *Bohemiâ*, *Ungariâ*, *Italiâ*, *Syriâ*. ♂.

135. S. *spinosa Jacq;* foliis oblongis repandis, calycibus spinosis, bracteis cordatis mucronatis concavis. *Jacq. Coll.* I. p. 139. *ic. rar.* I. t. 7. *Linn. Mant.* p. 511. *Syst.* p. 71. *Vahl Enum.* I. p. 276. *Willd. Spec.* I. p. 146. S. *aegyptiaca Linn. Mant.* 26.

Caulis pedalis, obsolete quadrangulus, pilis saepe glutiniferis. Folia petiolata, rugosa obtusiuscula, subpilosa, superiora cordata. Verticilli sexflori. Bracteae cordatae, concavae, nervosae, supra glabrae, ciliatae, in spinulam attenuatae, calyce longiores. Cal. tubulosus, compressus, sulcatus, subaequalis, ($\frac{3}{2}$) dentibus quinque aristatis. Cor. alba, tubo calyce parum longiore, galeâ emarginatâ. Cl. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 602. huc retulit S.

praecocem Vahl, quae eôdem teste et auctoritate *Desfont.* eadem est ac S. *praecox. h. paris.* Refert huc quoque, tanquam *β.* S. caule levi, foliis planis nudiusculis *Lam. ill.* p. 72. *Hab. in Aegypto.* ⊙ ♂.

136. S. *Aethiopis;* foliis oblongis erosis verticillisque lanatis, bracteis recurvatis subspinosis, bracteis reflexis. *Vahl Enum.* I. p. 276. *Linn. Spec.* p. 39. *Willd. Spec.* I. p. 148. *Allion. Pedem.* n. 61. *Schrad. Fl. germ.* p. 68. *Jacq. austr.* III. p. 7. t. 211. *β. laciniata*, fol. laciniatis. *Barr.* ic. p. 24. t. 188. *γ. Hort. rom. Sabati* t. 3. p. 5. *δ. Alpini.* Marum aegyptiacum. *Alpin. exot.* p. 252. *Morison hist.* III. S. XI. t. 16. f. 3.

Graveolens, lanuginosa, bi-tripedalis, ramis erecto-patentibus paniculatis. Folia rugoso-venosa. Bracteae cordatae, acuminate, subaristatae, verticillis bi-sexfloris. Cal. $\frac{3}{2}$, dentibus aristatis. Cor. alba, villis purpurascentibus. In *γ.* folia subtus tantum lanata, superne papilloso-rugosa. Verticilli tri-quinqueflori. Bracteae calyce longiores easdem tamen superante. Cal. quinque dentatus, dente supremo minimo. Corolla candida, galeâ rubente, galea obsolete bifida. In *δ.* folia magis oblonga basi praesertim sinuata. *In siccis Europae mediae et australis, in Barbariâ, inque promont. b. spei. β. frequentior in regionibus australioribus et fors species diversa.* ♂.

137. S. *coarctata Vahl;* foliis radicalibus oblongo-hastatis dentatis, bracteis cordatis, calycibus pungentibus brevioribus summis sterilibus. *Vahl Enum.* I. p. 277.

Affinis S. *argenteae*, herbacea, erecta, tota pilis albis hyalinis subulatis. Folia radicalia longe petiolata, quinque pollicaria, inferne coarctata auctaque lobis duobus oblongis, obtusis, uti folii apex, obsolete dentatis, subrugosa, villis rarioribus, suprema cordato-lanceolata, sesquipollicaria, semiamplexicaulia, inaequaliter dentata, rugosa. Panicula brachiata verticillis remotis quadri-sexfloris, summis sterilibus. Flores subsessiles. Bracteae acuminatae erectae. Cal. campanulatus, semipollicaris, labiis divaricatis, dentibus quinque ovatis spinulosis. Galea lineari falcata, punctis resinosis, staminibus longior. *In Oriente.* Hort Celsii, *Vahl.* Confer S. *confertam.*

138. * S. *argentea;* foliis oblongis, dentato-angulatis lanatis, verticillis summis sterilibus, bracteis concavis. *Vahl Enum.* I. p. 278. *Linn. Spec.* p. 38. *Willd. Spec.* I. p. 149. *Jacq. H. Schoenbr.* I. p. 4. t. 6. *Sibthorp. Fl. graec.* p. 20. t. 27. Aethiopis tota argentea cretica lanuginosa. *Cupani hort. catholic.* S. *orientalis h. paris. teste Poiret Enc. meth.* VI. p. 629. *Mirbel. ann. d. Mus.* XV. t. 15. f. 4.

Caulis erectus subtomentosus glutinosus; fol. inferiora petiolata, tri-sexpollicaria, (oblique) subcordato-oblonga, superiora sessilia, omnia dentato-erosa (villo quasi arachnoideo). Panicula

brachiata, pubescens, viscosa. Bracteae ovatae, calyce breviores muticae; verticilli sexflori; flores florentes secundi; Cal. villoso-viscosus, purpurascens, dentibus mucronatis ($\frac{3}{2}$, superiore intermedio breviore). Cor. alba magna, galeâ erectâ (apice bifidâ) purpurascente pube, labio inferiore flavicante. (laciniis lateralibus lanceolatis contortis.) *In Cretâ.* ♂.

139. S. *applanata Willd.*; foliis subcordato-oblongis obtusis repando-dentatis, caule piloso-glutinoso, bracteis cordatis integerrimis calyces spinosos aequantibus. *Willd. Suppl. Enum. H. Berol.* p. 3.

Bracteae acuminatae, calyce breviores. *Calyx* bilabiatus labio superiore tridentato, inferiore bipartito laciniis ovatis mucronatis, ceterum raris pilis obsitus. Calyx fructiferus striatus. Corollae albae; tubus longitudine calycis, labium superius leviter fornicatum emarginatum, inferius tripartitum, ex toto album, laciniis lateralibus oblongis erectis, intermediâ obcordatâ concavâ majore. *Willd.* l. c. *Habitat* . . . . . Semina sub erroneo S. *ceratophyllae* nomine ad Hortum Berolinensem missa fuere. ♂.

140. * S. *Horminum*; foliis obtusis crenatis, bracteis summis sterilibus majoribus coloratis. *Vahl Enum.* I. p. 254. *Linn. Spec.* p. 34. *Willd. Spec.* I. p. 132. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 14. n. 52. *Sibthorp Fl. gr.* 1. p. 15. t. 20. *Allion.* Pedem. n. 52. *Plenck ic. off.* t. 20. *α. violacea*, comâ purpureo-violaceâ. *β. rubra*, comâ rubrâ. *γ.* comâ viridi.

Erecta, villosa. Verticilli remoti sexflori. Bracteae rhomboideo-cordatae integerrimae, acuminatae, pilosae, violaceae, aut roseae viridi-venosae. Cal. quinque dentatus. Cor. vix calyce duplò longior, caerulea aut rubra. *In Graeciâ, Apuliâ, Barbareâ, Galliâ australi, Italiâ.* ☉.

141. * S. *viridis*; foliis oblongis obtusis aequaliter crenatis petiolatis, floralibus amplexicaulibus, verticillis inferioribus distantibus, corollarum galeâ obtusâ elongatâ, calycibus fructiferis reflexis. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 34. *Spec.* I. p. 132. *Linn. Spec.* p. 34. *Syst.* p. 69. *Vahl Enum.* I. p. 255. *Kniphof. cent.* VIII. n. 80. *Jacq. misc.* 2. p. 366. *ic. p. r.* t. 4. *Desfont. Fl. atlant.* t. 1. *Sibthorp. Fl. graec.* 1. p. 15. t. 19. *Smith prodr. Fl. gr.* I. p. 14. n. 51. *β.* Horminum orientale annuum sativo simile, comâ carens, flore violaceo. *Tourn. Cor.* 10. —

Similis S. *Hormino*, a quo absentiâ comae et calyce quinque cuspidato, demum reflexo differt; palmaris vel pedalis, caule sulcato lanuginoso. Folia inferiora longe petiolata, pollicaria; verticilli sexflori; bracteae cordatae hirsutae calycem excedentes. Calyx villosus, striatus, dentibus quinque cuspidatis. Cor. parva, dilutissime incarnata, (et violacea) calyce vix tertiâ sui parte major. In *Galliâ australi, Hispaniâ, Italiâ, Barbariâ, Oriente.* ♂.

* SALVIAM *truncatam* (foliis oblongis obtusis crenatis petiolatis, floribus amplexicaulibus, verticillis duobus approximatis terminali subsexfloro, galeâ obtusâ elongatâ, calycibus fructiferis reflexis) *Willd. Enum.* I. p. 34. vix propriam constituere speciem credimus, quamvis differe dicat cl. *Hornemann* verticillo terminali subtruncato et foliis obtusioribus, radicalibus subcucullatis. *Hort. Hafn.* I. p. 29.

142. S. *pyramidalis Petagna*; foliis cordato-acuminatis, plicatis, erosis, crenatis, subtus villosis albicantibus, bracteis coloratis, cordatis, acutis, calyce longioribus, spicâ conicâ terminali. *Petagna instit. bot.* II. p. 54. *Tenore prodr. Fl. Neap.* p. 7.

Caules humanae altitudinis 5-10 ex unâ radice, erecti, tetragoni, angulis obtusis, villosissimi. Fol. palmaria, pedalia et ultra, cordato-acuminata, plicata, erosa, crenata, lobis baseos obtusis; subtus villo longissimo albicantia, nervosa, punctis excavata; supra viridia. Flores in spicis conicis. Bracteae coloratae oppositae, cordatae, acutae, includentes duos, tresque flores. Calyces lineati, quadridentati, dentibus spinosis: duobus superioribus minoribus, inter quos quintus obsoletus. Corolla maxima: galea emarginata compressa, labii inferioris laciniis lateralibus acutis, mediâ maximâ, cordatâ, rotundatâ, integerrimâ. Stamina galeâ breviora. Stylus eâdem longior. Stigma violaceum. *Hab. in saxosis agrorum limitibus, solo pingui, ad Sinopoli et Oppido, Calabriae ulterioris.* ♃.

3. b. *Foliis sinuatis, divisis, pinnatifidis.*

143. S. *Verbenaca*; foliis serratis sinuatis laeviusculis, corollis calyce angustioribus. *Vahl Enum.* I. p. 255. *Willd. Spec.* I. p. 137. *Enum. H. Berol.* p. 38. n. 21. *Decand. Fl. franc.* III. n. 2488. (omnes excl. syn. *Triumfetti.*) *Bertolone plant. genuens.* p 5. *Mirbel Ann. d. mus.* XV. t. 15. f. 6. — β. incisa. Sclarea italica pratensis, foliis in profundas lacinias et crenas incisis, flore coeruleo. *Mich. cat. h. florent.* p. 86. n. 11. *Barrel. ic.* 208. S. *clandestina Vill.* II. p. 404? γ. subscabra *Barrel.* ic. 207. Sclarea folio subrotundo ampliori, in rotundas lacinias inciso, ac aestivo tempore viridi, brumali vero purpurascente. *Micheli cat. flor.* p. 86. n. 12.

Varietatem S. *clandestinae*, cum quâ toties confusa, credidit *Allione.* „Caul. erectus, piloso-viscidus. Folia inferiora longius, media breviter petiolata, suprema sessilia: saepe duo tantum in caule, cordato- vel ovato-oblonga, subrugosa, glabriuscula, suprema acuta: omnia sinuata crenata. Spicae cernuae. Bracteae cordatae, attenuatae pilosae, lateribus reflexae, calyce breviores. Cal. piloso-subhirtus: labio superiore ascendente, obsolete tridentato, inferiore mucronato. Corollae (caeruleae, rubrae, albae) tubus longitudine calycis, galea emarginata.“ *Vahl* l. c. In *Europae australis, Barbariae, Orientis pascuis.* ♃.

144. S. *oblongata Vahl;* foliis lanceolato-oblongis obtusis glabris, grosse aequaliter obtuse serratis, corollis calyce angustioribus. *Vahl Enum.* I. p. 256. S. *betonicaefolia Lam. ill.* I. p. 70. n. 304. *Poiret. Enc. meth.* VI. p. 609. *Jacq. fil. Eclog. Fasc.* II. p. 23. *t.* 14. S. *illyrica Schult. obs. bot.* p. 8. n. 56. An S. *micrantha Desfont. Cat. Hort. Paris.* p. 57?

Salviam hanc, in horto parisino cultam, *annuam* vel *biennem*, diversam esse ab affini S. *verbenaca*, descriptio sequens *Vahlii*, qui a *Lamarckio* plantam suam habuit, abunde docet: „Caulis erectus superne villosus subcanescens, obtuse tetragonus, tetraphyllus; folia radicalia et infimum par caulinorum petiolata, remotissima, bi-tripollicaria, per petiolum margine angustissimo decurrentia, altero latera baseos saepe paulullum breviora, aequilata, basi apiceque obtusissima, profunde serrata, vix venosa, suprema sessilia, acutiora, acutius serrata, cum rudimento ramuli ex singulâ axillâ. Pedunculus ut pedicelli brevissimi canescentes. Spica erecta obtusa. Verticilli approximati sexflori. Flores coerulei parvi S. *Verbenacae.* Bracteae calyce breviores ovatae, acuminatae. Cal. pilosus, labium superius rotundatum, bidentatum, dentibus, uti labii inferioris, geminis, mucronatis. Facies omnino Betonicae *officinalis*, at a S. *viridi Linn.* toto coelo diversa. Affinis S. *Verbenacae*, an modo varietas? Differt foliis non sinuatis, aequaliter profunde serratis. *Habitat* — — ⊙. *Vahl.*"

145. S. *Sibthorpi*, *Smith;* foliis cordatis crenatis lobatis rugosis scabris, caule subaphyllo ramoso, staminum appendiculis dilatatis. *Sibth. Fl. gr.* t. 22. *Smith. prodr. Fl. graec.* I. p. 15. n. 56.

Radix lignosa. Caulis e basi ramosus tetragonus. Folia omnia radicalia venis atro-sanguineis picta. Verticilli numerosissimi, remotiusculi sexflori, bracteis cordatis, floribus dilute violaceis, S. *Verbenacae* majoribus, appendiculis staminam complanatis. Differt a S. *Verbenacâ*, cui simillima, foliis omnibus cordatis, caule subaphyllo: a S. *haematode*, radice non tuberosâ, foliis scabrioribus, floribus majoribus. *Hab. in Peloponneso et Zacyntho.* ♃.

146. S. *triloba;* tomentosa, foliis petiolatis rugosis subtrilobis, lobo intermedio productiore oblongo, lateralibus ovatis obtusis. *Linn. suppl.* 88. *Willd. Spec.* I. p. 130. *Willd. Baumz.* p. 463. *Sibthorp. Fl. graec.* I. p. 12. t. 17. *Vahl Enum.* I. p. 225. S. *auriculata Mill. dict.* S. *baccifera Ettling. Salv.* n. 4. S. *Clusii. Jacq. H. schönb.* t. 195. S. *sypilea Lam. ill.* I. p. 68. * *Desfont. arb. et abr.* p. 154. γ. Salvia minor. Riv. monop. irreg. t. 71. Salvia cretica non pomifera *Clus.* Hist. I. p. 343. *Moris. Sect.* XI. *tab.* 15. f. 4. (Quod a Vahlio citatur Synonymon alterum Clusii S. cretica pomifera huc minus pertinet quam ad S.

pomiferam. Quam *Dietericus* male citat *Plukn.* t. 57. f. 2. est S. *officinalis*, gallifera etiam in oriente. Huc et potius trahenda S. *coccifera Lob. adv.* p. 239. quam male *Vahlius* ad S. *trilobum* trahit.) β. *albiflora.* S. *cretica* pomifera flore albo. *Tourn. cor.* 10.

Habitus S. *officinalis*, tota cano-tomentosa. Folia 1½ pollicaria, summa saepe integra, inferiora tri-rarius quinque-aut biloba, omnia crenata. Bracteae longitudine calycis cordatae, crassae, pilosissimae. Verticilli octo-decemflori, floribus brevi-petiolatis. Cal. SALVIAE *officinalis*, (quinquefidus) sed minor, laciniae breviores, magis obtuse acuminatae, pilis glandulosis. Cor. plerumque rubro-violacea. β. foliis est inferioribus uni-bilobis, lobis lanceolatis, altero majore, superioribus sessilibus integris. *In Insulis Archipelagi*, *Syriâ.* ♄.

* Cl. *Persoon* S. *Clusii Jacq.* foliis ovato-lanceolatis integris crenulatis, superioribus ramulorum auriculatis ternatisque Species propria est, a S. *trilobâ* diversa, ut illi et

S. *sypilea Lam.*, tomentosa, foliis lanceolatis petiolatis auriculatis rugosissimis, calycibus plicato-striatis obtusiusculis, propria et diversa est species. — In cultâ S. *trilobâ* folia prima raro triloba, sed quae Julio mense propullulant.

Aliam huc spectantem Speciem nomine S. *ovatae Dietrich* habet in *Gaertner lex.* T. 8. p. 465 cum Synonym. *Plukenet alm.* 329. t. 57. f. 1. caule erecto fruticoso tomentoso, foliis petiolatis ovatis rugosis, supremis ovato-lanceolatis. In Candiâ.

147. * S. *lyrata;* foliis radicalibus lyratis dentatis, corollarum galeâ brevissimâ, caule subaphyllo retrorsum piloso. *Vahl Enum.* I. p. 257. *Willd. Spec.* I. p. 128. *Pursh Flor. amer. sept.* I. p. 20. *Moris. hist.* III. S. 11. t. 13. f. 27. β. *clandestina Vahl* l. c. — *aphylla Poiret Enc. meth.* HORMINUM. *virginicum Linn.;* foliis cuneiformi-oblongis, caule bifolio. *Linn. Sp. Pl.* 832. *Dillen. elth.* t. 175. f. 216.

Erecta, spithamaea, pilis pellucidis aspersa. Folia pleraque radicalia, petiolata, tripollicaria, obtusa, laciniis oblongis, rare dentatis, duobus caulinis lineari-lanceolatis, sessilibus, acutis, integerrimis. Verticilli tri-quadri-sexflori. Bracteae ovatae, acutae, ciliatae, longitudine calycis. Calyces nutantes, dentibus quinque aristato-subspinosis. Cor. purpureo-violacea. β. culta altior, foliis obovatis sinuato-repandis, caulinis oblongis integerrimis, caule subinde pedali, tetraphyllo, foliis integerrimis. *In Virginiâ.* ♃.

148. S. *abyssinica Jacq.;* foliis inferioribus lyratis, summis cordatis, floribus verticillatis, calycibus mucronatis, ciliatis. *Willd. Spec.* I. p. 142. *Ait. H. Kew* I. p. 43. *edit.* 2. I. p. 61. *Jacq. coll.* I. p. 132. *ic. rar.* I. t. 6. *Poiret Enc.* VI. p. 606.

Caules basi suffruticosi, sesquipedales, erecti ex omnibus alis ramosi. Folia inferiora lyrata, summa et ramea cordato-sessilia acutiora. Verticilli sexflori. Bracteae cordatae acuminatae purpureae. Perianthium hirsutum, fusco-purpurascens, $\frac{1}{2}$, dentibus subulatis strictis. Cor. saturate purpureo-violacea, calyce duplo longior, galeâ oblongâ, obtusissimâ, rectiusculâ; laciniâ intermediâ labii inferioris emarginatâ, rotundatâ. ♃. „*Jacq.* Mirum cl. *Vahl* hanc omisisse plantam. Licet enim facile illi credimus," *Linn. fil.* S. *abyssinicam* esse eandem cum *nilotica Jacq.*, *Jacquini* tamen S. *abyssinica* ab ejusdem *niloticâ* longe est diversa.

149. S. *nilotica. Murr.*; foliis sinuatis angulatis crenato-dentatis, calycum dentibus spinosis angulis margineque faucis ciliatis. *Murr. Comm. gotting.* 1778. p. 88. t. 2. (et *Vahl Enum.* I. p. 258. *Willdenow Spec.* I. p. 140. S. *nilotica Jacqu.*; foliis cordato-ovatis crenatis rugosis villosis, floribus verticillatis, calycibus mucronatis. *Jacq. H. vind.* III. t. 92.

Vahl l. c. adhuc S. *abyssinicam Linn. fil. Suppl.* 88 adducit, quam *Jacquin* ad S. *abyssinicam*, *Willdenowius* ad eandem cum? in *Spec.* I. c., dein in *Enum. H. Berol.* sine dubio ad S. *niloticam* duxit. Differunt tamen et *Jacquini* et *Murrayi* icones et descriptiones, ut in Notâ leges. * *Vahlii* descriptio S. *niloticae*, (quae inprimis in S. *niloticam Murr.* cadit) haec est: „Caulis erectus, obtuse tetragonus, pedalis, brachiatus, hirtus. Folia infima petiolata, palmaria, oblonga, obtusa, sinuato-sublyrata, media ovata, sinuato-angulata, suprema cordata, pilosa. Spicae terminales, ante anthesin tetragonae. Verticilli sex-flori, remoti. Bracteae ovatae, acuminatae, longitudine calycum, fusco-virides, villosae. Calycis dentes quini in spinulam desinentes. Corolla calyce duplo longior coerulea. *In Aegypto.* ♃." *Vahl.* 144.

* Missis, quae descriptiones *Jacquini* et *Murray* cum illâ *Vahlii* communis habent, *Jacquini* descriptio haec est: „Radix perennis, lignosa, ramosa, fusca, caules erecti vel ascendentes, bipedales, annui, hirsuti, parum viscosi, elongati; folia venosa subviscosa, infima oblonga obtusa et longiuscule petiolata, subsequa ovata, summa sessilia acuta. Rami verticillis distantibus sexfloris, bracteis parvis, cordatis, acuminatis. Pedicelli breves, horizontaliter patentes. Cal. villosus, striatus, bilabiatus, $\frac{1}{2}$, laciniis lanceolato-acuminatis setâ rigidulâ, in labio superiore minus profunde inciso ternis, in inferiore binis. Petali purpureo-caerulei, lab. sup. oblongum, obtusum, rectum, connivens, compressum, inferius trilobum, laciniâ mediâ subrotundâ, ampliore, emarginatâ vel integerrimâ, lateralibus oblongis, obtusis brevibus. Filamentorum apices violaceae. Antherae pallidae." — *Murrayi* vero haec est: bipedalis, annua, radice fibrosa; caulis obtuse tetrangularis, lateribus canaliculatis, angulis hirsutioribus, a basi brachiatus, ramis longis patentibus, longis internodiis. Folia firma rugosa hirsuta, subundulata patentissima — „reliqua fere uti *Vahl*." — Bracteae calycem aequantes et setae utrinque binae dimidio breviores, patentes. Cal. quinquangularis, supra

planiusculus et fuscus $\frac{3}{2}$ „rel. ut *Vahl*;" Cor. exigua coerulea fauce subangustiori, galeâ brevi, erectâ, bifidâ, labio tripartito, laciniis, lateralibus oblique ovatis, intermediâ majore emarginatâ." *Murr.* Haec *Murrayi* planta est S. *intermedia* in *Schult. obs. bot.* n. 59. p. 9. In *Hort. Kew.* ed 2. I. p. 59. definitio ex *Murray*, non vero icon adducitur, quae ex *Jacquinii H. vind.* III. t. 92. petitur, et ⊙. dicitur planta, quae *Jacquinio*, *Vahlio*, *Willd.* ♃. Sunt qui et S. *niloticam*, *abyssinicam* et *lyratam* unam eandemque dicunt speciem, sed ab illis dissentiendum nobis saltem videtur.

150. * S. *Forskolei*; foliis lyrato-auriculatis, caule subaphyllo, corollae galeâ bifidâ. *Vahl Enum.* I. p. 275. *Linn. Syst.* p. 72. *Willd. Spec.* I. p. 151. *Hort. Berol.* t. 20. *Sibth. Fl. gr.* I. p. 16. t. 21. *Smith prodr. Fl. gr.* I. p. 15. n. 55. *Botan. Magaz.* 988. S. *bifida Forsk. descr.* p. 202.

Habitus fere S. *nutantis*; in culta sesquipedalis, aphyllus, ultra dimidium verticillis florens. Rami duo oppositi infra infimum verticillum. Folia lobo baseos minore repando-crenata, obtusa, villosa, viridia. Bracteae calyce breviores, cordatae, acutae, integerrimae. Verticilli sex-decemflori, floribus breviter pedicellatis. Cal. piloso-viscosus. Cor. coerulea, calyce triplo major. *Linn.* *In Oriente, Byzantii, in Olympo.* ♃.

151. * S. *napifolia*; foliis cordatis repando-dentatis, inferioribus hastatis lyratisque, verticillis subnudis, corollae labio superiore breviore cordato marginato, calycibus patulis. *Vahl Enum.* I. p. 261. *Willd. Spec.* I. p. 143. *Jacq. H. vind.* II. p. 71. t. 152. *Mirbel ann. d. mus.* XV. t. 14. f. 18.

Omnino distincta, nec praecedentis, ut in *Fl. franç.* III. p. 511. varietas; caules foliaque magis hirsuta, subviscida, folia minime angustiora, sed latiora, dentes magis dilatati, repandi, radicalia saepe fere pinnatifida, lacinia terminali maxima, saepissime concava. Cal. $\frac{3}{2}$, dente intermedio lab. sup. saepe obliterato. Cor. lilacinae labium sup. planum, brevius, inferius basi dilatatum quinquelobum; stylus vix incumbens. Vectis crusculo superiore saepissime brevissimo, nec aequali inferiori. *In Galliâ, Italiâ.* ♃.

152. S. *aurita Thunb.*; villosa, foliis ovatis dentatis auriculatis, floribus verticillato-spicatis. *Thunb. prodr. Fl. cap.* p. 96. *Linn. suppl.* p. 96. *Vahl Enum.* I. p. 259. *Willd. Spec.* I. p. 144. *Ait. H. Kew.* ed 2. I. p. 62.

In promont. b. Spei. ♄.

153. S. *bicolor Lam.*; foliis radicalibus cordatis palmatis integrisve, caulinis sagittato-lanceolatis inaequaliter dentatis, bracteis reflexis calyce nutante brevioribus, pilis calycis glanduliferis. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 36. *Spec.* I. p. 136. *Vahl Enum.* I. p. 270. *Schousboe Beob. üb. Marocco* I. p. 5. *Lam. ill.* I. p. 69. n. 300. *Desfont.* in *Fourcroy journ.*

III. 1792. n. 22. *atlant.* I. p. 22. t. 2. *Jacq. H. Schönbr.* I. p. 4. t. 7. *Mirbel ann. d. mus.* XV. t. 15. f. 1. *Salisbury Parad.* 113.

Bipedalis. (Fol. subinde cordato-subhastata.) Cal. campanulatus, coloratus villoso viscosus, dentibus quinque mucronatis. Cor. magna, galea coeruleo-violacea punctis aureis; lab. inf. candidum, lobo intermedio saccato. *In Algier et Marocco.* ♃. *Ait.* ♂. *Poir. Schousb.*

154. S. *obtusata Thunb.*; villosa, foliis ovatis incisis crenatis ramis flexuosis. *Thunb. prodr. Fl. cap.* 97. *Vahl Enum.* I. p. 259.

Herbacea, dubia. *Cap. b. Spei.*

155. S. *Barrelieri Ettling*; foliis hastato-lanceolatis inaequaliter serratis, caule folioso erecto. *Ettling Salv.* n. 46. *Vahl Enum.* I. p. 270. *Willd. Spec.* I. p. 143. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 629. H. sylvestre majus, hastato folio, flore caesio hispido. *Tenore Fl. Napolit. p.* 9. n. 9. t. 2. *Barrel. ic.* 186. H. majus hastato s. lapathi unctuosi foliis. *Moris. Hist.* III. p. 393.

Erecta, bi-tricubitalis. Folia petiolata, hastato septem lobata, lobo medio producto, lanceolato, acuta, hirsuta. Bracteae parvae, ovatae, ciliatae, acutae. Verticilli sexflori. Cal. villosus, quinquedentatus. Cor. magna, coerulea, galeà falcatà; lab. inf. multo brevius. *In Hispanià, in Calabrià prope Cosenza.* ♃.

156. S. *laciniata Willd.*; foliis pinnatifidis rugosis, laciniis linearibus inaequalibus (rotundato-crenatis Schult.) obtusiusculis, verticillis multifloris, inferioribus distantibus, bracteis subrotundis cordatis acutis. *Willd. Suppl. Enum. H. Berol.* p. 2. *Schult. Obs. bot.* p. 11.

Cal. $\frac{1}{2}$; glanduloso pilosus. Cor: calyce triplo major, labio superiore fornicato obtuso pallide coeruleo, inferiore tripartito laciniis lateralibus coeruleis oblongis erectis, intermedià majore subrotundà retusà, albidà. *Habitat?* ♃.

157. * S. *runcinata*; scabra, foliis runcinato-pinnatifidis dentatis, floribus spicatis verticillatis. *Linn. Suppl.* p. 89. *Syst.* p. 72. *Vahl Enum.* I. p. 260. *Willd. Spec.* I. p. 139. *Jacq. H. Schönbr.* I. p. 5. t. 8. S. *scabra Thunb. prodr. Fl. cap.* p. 97. *Linn. Suppl.* p. 88. *Willd. Sp. pl.* I. p. 136. *Vahl Enum.* I. p. 259.

Erecta, ramosa, brachiata, pubescenti-viscosa. Folia inferiora petiolata obtusa, superiora sessilia, acutiora, pollicaria, laciniis dentatis, terminali majore. Verticilli remoti sexflori. Bracteae cordatae spinula terminatae calyce denticulis spinulosis breviore. (Cal. $\frac{1}{2}$, dente superiore intermedio breviore.) Cor. par-

va coerulea, (galea lilacina, lab. infer. caeruleum) *In promont. b. Spei.* ♃.

158. S. *polymorpha Hoffmannsegg.;* foliis inferioribus petiolatis sinuato-pinnatifidis rugosis glabriusculis, summis sessilibus cordatis incisis acuminatis, bracteis cordatis acuminatis flore brevioribus. *Flore Portugaise* p. 149. (ubi multa docte de hâc plantâ tam polymorphâ, variisque locis et temporibus observandâ disseruntur) S. *verbenacoides Brotero Lusit.* I. p. 17. Horminum sylvestre, inciso folio, caesio flore, italicum. *Barrel. ic.* 220.... *obs.* 24.

Radix ramosa, vagans. Caulis plerumque spithamaeus, interdum pedalis, saepissime simplex, interdum ramosus, inferne glabriusculus aut pubescens, superne pilis patulis, apice glutinosis. Folia radicalia petiolo unam-duas unc. longo, lamina duas-quatuor unc. longa, unam-duas unc. lata, obtusa et breviter acuta, sinuata, interdum profundius, interdum pinnatifida et rarius fere pinnata, laciniis inaequaliter obtuse et acute crenatis, immo dentato-incisis, semper rugosa, pilis in nervis sparsis. Folia summa sessilia, cordata, ovalia, acuminata, acuto crenato-incisa. Bracteae variae magnitudinis, saepe reflexae, ciliatae. Calyx ad quinque lin. longus, labio superiore dentibus tribus parvis acutis, inferiore dentibus duobus profundius separatis, lanceolatis. Corolla compressa caerulea, galea incurva subfalcata, accisa, pubescens, labio subaequali, laciniis lateralibus brevibus deflexis, lobo medio subrotundo, concavo, serrato. Stylus staminibus longior. Pili humorem exsudant cujus guttulae glandulam mentiuntur; septis transversis distincti sunt, articulis longis. — An ejus Varietas S. *clandestina* L.? At in nostrâ folia superiora latiora, planta ♃, nec ♂.

Varietates: α. *Acutata.* Anthuro acuto, foliis inferioribus pinnatifidis, corollâ calycem longe superante.

β. *Parviflora.* Corollâ calycem parum superante. S. *bullata Vahl Enum.* p. 265.

γ. *Elatior.* Anthuro acuto, foliis inferioribus maximis sinuatis, corollâ calycem longe superante. S. *sclareoides Brotero lusit.* I. p. 17. *Fl. Portug.* l. c. *In Lusitaniâ.*

159. * S. *clandestina;* foliis serratis, pinnatifidis rugosissimis glabris, spicâ obtusâ; corollis calyce duplô longioribus. *Bertolone rar. Ital. Dec.* II. p. 29. *Vahl Enum.* I. p. 256. *Willd. Spec.* I. p. 138. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 395. n. 2488a. (omnes excl. syn. *Barrelieri* fide *Sprengel*). *Sibthorp Flor. graec.* t. 24. *Triumfetti obs.* p. 66. cum icone bona, Salvia *pratensis minor* * *Savi Pis.* I. p. 22. ex ipso *Savio* Sclarea minor angustifolia, Verbenae laciniis, flore coeruleo dilutiore. *Mich. Cat. H. Flor.* p. 46. n. 14. et in *append.* p. 171. n. 15.

Anne S. *verbenacoides* et *sclareoides Brotero* hujus tantum, ut aiunt, varietates? „Folia S. *verbenaceae* licet plus minus sinuata,

nunquam tamen ut in S. *clandestinâ* pinnatifida conspiciuntur; caules ad summum dodrantales, superne pilis glandulosis, unde odor nauseosus. Racemus spicaeformis, apice truncatus. Bracteae duae, cordatae, acutae, integrae, calyce breviores, pubescentes; verticilli sexflori, floribus horizontalibus; calyx ¾, pilis glandulosis. Corollae galea falciformis, carinata, caerulea glandulis destituta, labium inferius trilobum, pallidius, fauce striis caeruleis saturatioribus, lobo intermedio albido." *Bertol.* l. c. In *arenosis Italiae*, *Hispaniae*; *borealis Africae*. ♂.

* SALVIA *pratensis* γ. *praecox*, minor, foliis radicalibus profunde sinuatis, obtuse dentatis *Savi flor. pis.* l. c. (quinquepollic. corollae labio superiore glandulis destituto) *Pers. Syn.* I. p. 26. et, teste *Loiseleur notices* p. 6. S. *agrestis Vill.* clo. *Bertolone* l. c. distincta species videtur.

160. S. *multifida Sibth.*; foliis cordato-hastatis pinnatifidis glabris rugosis; laciniis sinuato-dentatis, caule simplici folioso, verticillis villosis. *Spreng. pug.* I p. 3. n. 5. *Sibthorp Fl. graec.* t. 23. *Smith prodr. flor. graec.* I. p. 16. n. 58. Horminum sylvestre, inciso folio, flore caesio, italicum. *Barrelier. ic.* 220. n. 229? SALV. *praecox Viviani* (fide *Sprengel.*)

Similis S. *clandestinae*, Radix lignosa. Folia radicalia, longe petiolata, glabra, laciniis inferioribus divaricatis obtusis, omnibus sinuatis, obtuse dentatis (sinuato-multifidis). Caules folio uno alterove sessili, vix spithamaei, simplicissimi, tetragoni, viscido-hirti. Verticilli spicati approximati, subsexflori. Bracteae ovato-cordatae ciliatae; calyces ampli patuli villosi profunde quinquepartiti subcolorati, dentibus lanceolatis mucronatis venosis. Cor. cyanea calyce longior. *Ad Portici prope Neapolin, in Campaniâ romanâ, et prope Byzantium.* Figuram *Barrelieri ic.* 220 ad S. *clandestinam* „*sine dubio*" spectare, rudiorem licet, *Bertoloni Dec.* II. p. 29. 31. ♃.

161. * S. *ceratophylla*; foliis rugosissimis lanatis radicalibus bipinnatifidis, caulinis pinnatifidis, verticillis summis sterilibus. *Vahl Enum.* I. p. 279. *Linn. Spec.* p. 39. *Willd. Spec.* I p. 148. *Pluk. alm.* p. 186. t. 194. f. 5. *Moris. hist.* III. p. 393. S. XI. t. 13. f. 6. *Kniph.* C. VI. t. 78. S. *exasperata Cav.*, foliis rugosis exasperatis; radicalibus bipinnatis petiolatis, superioribus pinnatis sessilibus connatis, caule paniculato ramosissimo. *Cavan. ann. hist. nat.* Madr. III. n. 4. t. 17. *Ic. vol.* VI. t. 558 teste *Vahl* et *Willd. H. Berol. Poiret* vero sejungit *Enc. meth.* VI. p. 632, licet vix distinctam dicat.

Caulis crassitie pennae anserinae, sulcatus, lanatus, superne pedunculis paniculatis brachiatus. Fol. radicalia petiolata, caulina sessilia et semiamplexicaulia, laciniae alternae lanceolatae inaequales, sinuato-dentatae, rugis copiosissimis verrucoso-squamosis, utrinque lanâ longâ. Verticilli remoti sexflori. Bracteae cordatae acuminatae, spinulâ pungente. Cal. lanatus, dentibus

quinque setâ rigidâ. Cor. purpureo-violacea. In *Mauritaniâ*, *Syriâ*, *Persiâ*. ♂.

162. * S. *ceratophylloïdes*; foliis pinnatifidis rugosis petiolatis, verticillis omnibus fertilibus hirsutissimis. *Vahl Enum.* I. p. 279. *Willd. Spec.* I. p. 151. *Arduini Spec.* 2. p. 12. t. 2.

Pilosa, nec crispatolanata ut S. *ceratophylla*. Spontanea caule basi frutescente, ramoso, palmari, pilis albidis reversis canescente; folia suprema tantum sessilia, laciniis alternis linearibus inaequalibus obtusis, margine flexuoso undulatis, rugis verrucosis, pilosis. Verticilli sexflori approximati. Bracteae cordatae calycesque $\frac{3}{2}$, hirsutissimi. Cor. parva, violacea. Culta altior, foliis latioribus. In *Aegypto*, *Siciliâ*. ♂. ♃.

163. S. *japonica Thunb.*; foliis inferioribus bipinnatis, superioribus pinnatis, foliolis ovatis sinuato-dentatis, supremis indivisis lanceolatis. *Thunb. Fl. jap.* 22. t. 5. *Vahl Enum.* I. p. 229. *Willd. Spec.* I. p. 150. *Poiret Enc. meth.* t. VI. p. 634.

Uni-bipedalis; differt ab affini S. *pinnatâ* praeter characteres datos, quod inferne nuda glabraque sit, et floribus paniculato-verticillatis. Cal. hispidus bilabiatus, quinque dentatus. Cor. rubra. In *Japoniâ*. ⊙.

4. *Incertae sedis, vel dubiae.*

164. S. *bracteata Russ.*; foliis pinnatis hirtis, calycis laciniis subulatis, bracteis foliaceis calyce longioribus, verticillis multifloris. *Al. Russel Beschr. v. Aleppo.* *Horminum* arabicum alatis foliis, floro rubello *Plukn. Almag.* 186. t. 194. f. 6.
Circa Aleppo.

165. S. *crassifolia H. R. matrit.*; caule erecto orgyali; foliis cordatis crassis lobatis acutis; corollae labio inferiore breviore. *Cavan. descr.* p. 15.

Sub diu (patria ignoratur) sexpedalis, caule digitum crasso, villoso. Folia radicalia petiolata, lobo terminali dentato, laete viridia, quadri-octopollicaria; superiora parva, acuta, reflexa. Verticilli sexflori; pedunculi calyce quinquedentato trilineari, longiores, dentibus calycis subspinosis, glandulosis. Corolla azurea, albo maculata, sesquipollicaris, labium superius arcuatum, inferiore majus.

166. S. *dianthera Roth*; foliis lanceolato-ovatis crenatis rugosis subtus tomentosis, verticillis multifloris densissimis tomentosis aequalibus, bracteis ovali-lanceolatis, filamentis supra medium exsertis, apice bifidis diantheris. S. *indica Heyne.* — *Roth nov. plant. Spec. MSS.*

Filamentorum bifurcatio non circa medium intra corollae tubum, sed in apice extra corollam locum habet et eorum crura antherâ

perfectâ polliniferâ terminata sunt. Crurum longitudo inaequalis demonstrat affinitatem summam cum Salviâ, ut vix ab illâ separari queat nostra planta.

167. S. *plebeia*; foliis lanceolatis crenatis tenuissime pubescentibus omnibus petiolatis, spicis subpaniculatis, verticillis distinctis, bracteis parvis, calycis labii superioris laciniâ mediâ minutâ. *Brown Prodr.* I. p. 501.

168. S. *prismatica H. R. matrit.*; foliis ovato-acutis serratis, spicis initio prismaticis, inferne nudis terminalibus, caule erecto. *Cavan. descrip.* p. 14. *Pers. Syn.* I. p. 27.

Tripedalis, recta, profunde sulcata; folia petiolis longiora, bipollicaria, flavo-viridia. Verticilli 5-20flori dense approximati, unde spica quadri-quinquepollicaris, ante florescentiam tetragona. Cal. $\frac{1}{3}$. Corolla azurea magnitudine S. *tiliaefoliae*. In *Mexico*. ☉.

97. COLLINSONIA.

1. * C. *canadensis*; foliis ovatis caulibusque glabris. *Ait. H. Kew.* I. p. 47. *Vahl Enum.* I. p. 282. *Willd. Spec.* I. p. 152. excl. syn. *Walter*. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 20. *Linn. H. cliff.* p. 14. t. 5. *Plenck off.* t. 24.

β. *cordata*, foliis lato cordatis, superioribus integerrimis.

γ. *ovata*, foliis ovatis basi attenuatis omnibus serratis.

Erecta, 2-3pedalis; folia apice attenuata, palmaria. Racemi terminales, pedicellis oppositis. Flores sordide flavi. In *Virginiae* et *Canadae sylvis*. ♃.

2. C. *scabriuscula Ait.*; foliis subcordatis pilosiusculis, caule pilosiusculo scabrido. *H. Kew.* ed. 2. I. p. 66. *Vahl Enum.* I. p. 282. *Willd. Spec.* I. p. 152 (excl. syn. *Walter.*) C. *scabra Pers. Syn.* p. 29. C. foliis minoribus ovatis sub-cordatis pilosiusculis, calycis dentibus brevi subulatis, panicula terminali simpliciuscula, caule piloso scabro. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 20.

Folia ovato-subcordata; pedunculi villosi. Flores parvi, rubello-flavi. In *Floridâ orientali*. ♃.

3. C. *ovalis Pursh*; foliis oblongo ovalibus utrinque subacutis glabris, petiolis longissimis, calycis dentibus brevissimis, panicula terminali simplici nudiuscula, caule glabro. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 21.

Corollae flavae. *Hab. in Carolinâ meridion. Fraser.*

4. C. *serotina Walt.*; foliis oblongo-ovatis utrinque acutis glabris, radice tuberosa. *Walt. Fl. carol.* p. 49. C. *tuberosa Mich. Fl. b. amer.* I. p. 17. *Vahl Enum.* I.

p. 282. C. foliis subrhombeo-ovalibus utrinque acutis glabris, calycis dentibus setaceis tubo longioribus, panicula composita foliosa, caule ramoso subvilloso. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 21.

Caulis inferne teretiusculus, pedalis, ramosus; folia 1 ½ pollicaria, caulina sessilia opposita cordata; panicula ramosissima, ramis elongatis; bracteae parvae subulatae; calycis dentes setacei tubo longiores; flores multo quam in C. *canadensi* minores. In *Carolinâ*. *Bosc*. ♃.

5. C. *anisata Pursh;* foliis ovatis cordatis rugosis glabriusculis, nervis subtus pubescentibus, calycis dentibus linearibus tubum subaequantibus, panicula composita foliosa pubescente, floribus tetrandris, caule ramoso pubescente. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 21. *Bot. Mag.* t. 1213.

Flores magni, flavi. In *Georgiâ*. ♃.

6. C. *praecox Walt.;* foliis infimis petiolatis, floralibus pluribus ovatis sessilibus, floribus lateralibus et terminalibus. *Walt. carol.* p. 65. *Vahl Enum.* I. p. 283.

Planta adhucdum dubia quam cl. *Pursh* denuo ad C. *scabram* suam trahit. In *Carolinâ*.

98. FONTANESIA.

1. F. *phillyraeoides;* foliis ovato-oblongis, utrinque acutis, floribus racemosis. *Vahl Enum.* I. p. 37. *Willd. Spec.* I. p. 52. *Poiret Enc. Suppl.* II. p. 663. *La Billardière plant. syr. rar. Dec.* I. p. 9. t. 1.

Frutex 12pedal., ramis oppositis, foliis sempervirentibus, floribus flavidis. Habitus PHILLYREAE *mediae.* In *Syriâ*, *Laodiceam inter et Cassium montem*. ♄.

99. LITHOPHILA.

1. L. *muscoides Swartz prodr.* p. 14. *Fl. Ind. occid.* I. p. 48.

Vix semipollicaris; caules plures, crassiusculi, squamosi, squamis emarcidis albescentibus. Folia minuta subsessilia, basi amplexicaulia, linearia, obtusa, canaliculata. Flores congesti, albidi. Pedunculi axillares, terminales, floribus confertis sessilibus, capitis aciculi minoris volumine. *Swartz.* affinis ILLECEBRIS. In *rupibus desertae Navazae Insulae Oceani occident.*

100. LINOCIERA.

1. L. *ligustrina Swartz;* floribus paniculatis pedicellatis, petalis reflexis, foliis lanceolatis. *Swartz Flor. ind. occident.*

I. p. 49. *Vahl Enum.* I. p. 46. *Willd. Spec.* I. p. 154. Thouinia *ligustrina Swartz prodr.* 15.

Rami glabri cinerei punctis elevatis. Folia 2-3pollic., apice obtusa, basin versus attenuata, nitida. Pedunculi partiales bis-ter dichotomi. Bracteae minutae ad basin pedicellorum. Calycis dentes ovati. Petala alba linearia obtusa, concava, decidua. In *fruticetis apricis Jamaicae*, *Hispaniolae*. ♄.

2. L. *latifolia Vahl*; floribus paniculatis, pedicellis 3-floris, floribus sessilibus, foliis ellipticis acuminatis. *Vahl Enum.* I. p. 46. Chionanthus *domingensis Lam. ill.* I. p. 30.

Differt a praecedente foliis multo latioribus, firmioribus, minime nitidis, acuminatis; petalis latioribus, non incrassatis. An eadem cum Chionantho *incrassata*? Petioli basi fusci, superne, uti costa subtus, pallide purpurascentes. Drupa oblonga magnitudine pisi. Nux bilocularis. In *St. Domingo*, *in Antillis*. ♄.

3. L. *cotinifolia Vahl;* racemis subcompositis, pedicellis trifloris, floribus pedicellatis, petalis linearibus, foliis subtus villosis. *Vahl Enum.* I. p. 47. Chionanthus *cotinifolia Willd. Spec.* I. p. 47. *Plukn. alm.* t. 241. f. 4. Chionanthus *zeylanica Lam. ill.* I. p. 30. t. 9. f. 2. *Houttuyn Syst. pl.* I. p. 204. t. V. f. 1.

Valde affinis sequenti. Flores rubelli. In *Zeylon*. ♄.

4. * L. *purpurea;* racemis subcompositis, pedicellis trifloris nutantibus, petalis canaliculatis, foliis subovatis calycibusque glabris. *Vahl Enum.* I. p. 47. Chionanthus *purpurea Lam.* Chionanthus *zeylanica Linn. Fl. zeyl.* (excl. syn.) *Willd. Spec.* I. p. 47. Thouinia *nutans Linn. suppl.* 89.

Rami cinerei punctis elevatis nigricantibus. Folia breviter petiolata, 11/2pollicaria, basi parum attenuata, acumine brevi acuta, subcoriacea. Pedicelli triflori cernui. Petala breviora quam in reliquis, crassiuscula. In *Zeylon*. ♄.

5. L. *compacta Brown;* racemis compositis decompositisque, pedicellis trifloris, floribus sessilibus, petalis attenuato-subulatis. Chionanthus *compacta Vahl Enum.* I. p. 44. *Swartz prodr.* p. 13. *Flor. ind. occid.* I. p. 22. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 23. Chionanthus *caribaea Jacq. coll.* II. p. 110. t. 6. f. 1. Ceranthus *Schreb. gen. pl. Linn.* I. p. 14. Ceranthus *Schreberi Gmel. S. V.* I. p. 26. *Plukn. almag.* t. 224. f. 2.

Mirum, *Vahl* Symbolas suas II. p. 1. hic non citare. Rami glabri. Folia lanceolato-elliptica, saepe palmaria, acuminata, subcoriacea. Pedunculi plerumque gemini; partiales racemosi, ultimi terni, triflori. Calyces villosi, subcanescentes; Antherae acuminatae. In *ins. Caribaeis*, *India occident.* ♄.

6. L. *tetrandra Brown;* paniculis trichotomis axillaribus, floribus pedicellatis tetrandris, petalis ovatis attenuato-subulatis. CHIONANTHUS *tetrandra Vahl Enum.* I. p. 45. MAYEPEA * *guianensis Aubl. guj.* t. 31. CH. *incrassata Willd. Spec.* I. p. 47.

Mirum, iterum hic *Vahliam* CHIONANTHUM *Mayepea* suum in *Symb.* II. p. 1. non citare! Folia lanceolato-elliptica, acuta; pedunculi 2-3fidi; interdum flores racemosi pedunculis oppositis trifloris. Cal. villosus. Antherae obtusae. In *Gujanâ.* ♄.

* MAYEPEA *Aubl.* et *Juss.* non tantum genere, sed et Familiâ differre, quum inter RHAMNACEAS militet. Petala 4, attenuata apice in filum. Antherae sessiles in foveolâ petalorum. Stylus nullus. Stygma concavum. Drupa olivaeformis, nuce lignosa, monosperma. *Juss. gen.* in St. *Hilaire* II. p. 269.

7. L. *flavicans Willem;* paniculis axillaribus, petalis ovatis, foliis obovatis retusis. *Willemet herb. maur.* p. 3. *Vahl Enum.* I. p. 47.

Paniculae oppositae, pedicellis apice incrassatis; bracteae 2 minutae virides ad dichotomias. Calycis foliola triangularia. Corolla coriacea, flavescens, petalis erectis concavis. *Habitat* -- ♄.

101. ACAENA.

1. A. *lappacea Ruiz* et *Pav.;* foliolis oblongis serratis, floribus racemosis, fructibus undique armatis, caule erecto. *Fl. per.* I. p. 66. t. 103. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 293.

Caules suffruticosi plurimi pedales, teretes, villosi; folia conferta, foliola 4-juga, breviter petiolata, villosa, glabrave. Pedunculi axillares, folio quadruplo longiores, 5-7flori, pedicellis distantibus. Bractea sub singulo pedicello, lanceolata, integra vel trifida. Cal. interdum pentaphyllus, foliolis ovatis. Stamina 4-5. Stigma peltatum, dilacerato-penicilliforme. Drupa oblonga, tetragona, saepe trigona, undique setis glochidibus. In *calidis et praeruptis Tarmae.* ♄.

2. * A. *elongata;* foliolis oblongis serratis subtus pubescentibus, spicis elongatis, fructibus undique armatis, caule erectiusculo. *Linn. mant.* p. 200. *Vahl Enum.* p. 293.

Caules suffruticosi, bipedales, ramis longissimis; foliorum serraturae apice barbatae, spicis axillaribus, spithamaeis, erectis, rigidulis. Flores subsessiles alterni. Bracteae ovato-oblongae, concavae. *Linn.* In *Mexico.* ♄.

3. A. *latebrosa Ait.;* foliolis oblongis incisis, pedunculis scapiformibus, spicis elongatis fructibus undique armatis, caulibus demersis. *Ait. Hort. Kew.* I. p. 16. *edit.* 2. I. p. 67. AGRIMONIA *decumbens Linn. Suppl.* p. 251. ANCISTRUM *decumbens. Thunb. prodr.* 6. *Fl. capens* I. p. 142. ANCISTRUM *latebrosum Willd. Sp. pl.* I. p. 155.

Linnaeus folia POTENTILLAE *Anserinae*, foliolis circiter 20 aequalibus, caules pedales, procumbentes, subaphyllos, simplicissimos, transeuntes in racemum; *Aiton* vero folia villosa, calycis foliola extus villosiuscula, germen villosum drupamque tomentosam undique glochidibus. Nux lacunosa, per tegumentum drupae glochides exserens. In *promont. b. spei.* ♃.

4. A. *pinnatifida Ruiz* et *Pav.*; foliolis lineari-lanceolatis serrato-incisis subpinnatifidis subtus hirsutis, spicis cylindricis, caule erecto. *Fl. per.* I. p. 68. t. 104. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 294.

Caul. simplicissimus foliis altior, teres, superne hirsutissimus, canescens. Folia plurima radicalia pinnata, infimum caulinum tripartitum. Spica terminalis, pollicaris, flores inferiores saepe remoti. Fructus undique armatus. In *collibus apricis Chili*, *ad fretum magellanicum. Commers.*

5. A. *sanguisorbae Vahl*; foliis remotis, foliolis cuneatis serratis subtus sericeis, spicis globosis, caule decumbente. *Vahl Enum.* I. p. 294. ANCISTRUM *sanguisorbae Linn. Suppl.* p. 189. *Willd. Spec.* I. p. 154. ANCISTRUM *anserinaefolium Forster char. gen.* p. 4. t. 2. ANCISTRUM *diandrum id. prodr.* n. 52.

Facies POTERII *sanguisorbae*; caulis spithamaeus, flexuosus, purpurascens, pilosus; foliola septemjuga, profunde serrata, obtusissima, subtus pilosa. Pedunculus 2pollic., canescens. Spica magnitudine pisi. Calycis aristae 4. In *novâ Zeelandiâ.* ♃.

6. A. *ovalifolia Ruiz* et *Pav.*; foliolis oblongis subcuneatisque subtus villosis, spicis globosis, caule repente. *Fl. peruv.* I. p. 67. t. 103. f. c. *Vahl Enum.* I. p. 295. ANCISTRUM *repens vent. hort. cels.* t. 6. *Pers. Syn.* I. p. 30.

Caul. ramosissimus, pilosus. Folia approximata, foliolis quadrijugis, subtus pallidiora, nervis villosis. Pedunculi villosi, superne folio uno alterove. Spica piso parum major, villoso-canescens. Bracteae 2 lineares ad basin floris singuli. Cal. 3-4aristatus. Praecedenti valde affinis. Stigma crinitum. In *Peruviae humidis umbrosis.* ♃. ♄.

7. A. *argentea Ruiz* et *Pav.*; foliolis ovato-oblongis serratis subtus sericeis, spicis globosis, caule repente. *Fl. per.* I. p. 67. t. 103. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 295.

Caulis ramosissimus, tenuis, purpurascens, villosus, ramis bipedalibus. Folia 3-4iuga, supra glabra, lucida, subtus sericeo-argentea. Pedunculi axillares et terminales foliis duplo-longiores, villoso-canescentes, foliolis 2-3alternis, trifidis. Bracteae 2lineares ad singulum florem. Cal. tetragonus, apice aristis 2-3-4. Petala lineata, extus villosa. Stamina 2-4. In *uliginosis* et *arvis Chili.* ♃.

8. A. *lucida*; foliis 3-5 partitis, laciniis linearibus subtus villosis, spicis oblongis, caule subdemerso. *Vahl Enum.* I

p. 296. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 67. ANCISTRUM *lucidum Willd. Spec.* I. p. 155. *Lamarck illustr.* I. p. 77. t. 22. f. 3.

Caules brevissimi, decumbentes. Folia plurima bipollicaria foliolis 8-9jugis, vix semiunguicularibus; exterioribus serraturis 5 profundis, interioribus tripartitis, supra glabris, margine reflexis. Pedunculus palmaris villosus. Spica vix semipollicaris, floribus inferioribus interdum distantibus. Cal. pilosus, quadriaristatus. Petala oblonga, extus pilosa. Variat spicis tenuioribus et crassioribus; foliolis omnibus tripartitis, fructibus muticis. In *insulis Falklandiae.* ♃.

9. A. *trifida Ruiz* et *Pav.*; tomentoso-canescens, foliolis cuneiformibus 3-5fidisque, spicis globosis, caule erecto. *Fl. per.* I. p. 67. t. 104. f. c. *Vahl Enum.* I. p. 296.

Dense villosa. Caules plures, intermedius pedalis; folia 7-8juga, 3-4-5fida, infima saepe integra. Saepe capitulum 1-2infra terminale. Bracteae singulares, solitariae ad singulum florem. Cal. interdum 5phyllus. Stam. 2-5. Drupa obovata, dense villosa. 4-5gona, glochidibus totidem. In *pascuis Chili.* ♃.

10. A. *magellanica*; foliolis obovatis serrato-incisis trifidis subtus canescentibus, spicis globosis, caule erecto glabro. *Vahl Enum.* I. p. 297. ANCISTRUM *magellanicum Lamarck ill.* I. t. 22. f. 2.

Valde affinis A. *trifidae*, diversa, praeter characteres datos, ramis vaginis foliorum imbricatis, foliis caulinis approximatis nec remotis, bracteis glabris. *Ad fretum magellanicum. Commers.* ♄.

11. A. *laevigata Ait.*; foliolis ovalibus, crenato-incisis supra glabris, subtus canescentibus; spica terminali cylindrica, inferioribus globosis, caule decumbente. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 68. ANCISTRUM *magellanicum.* β. *Lamarck illustr.* I. p. 76.

Hab. ad fretum magellanicum. ♃.

12. A. *adscendens. Vahl*; foliolis oblongis obovatisque serratis glabriusculis, spicis globosis, caule decumbente. *Vahl Enum.* I. p. 297. ANCISTRUM *magellanicum* β. *Lamarck.* A. *humile Pers. Syn.* p. 30. POTERIUM *Hort. paris.*

Caules spithamaei, striati, glabri. Foliola 5-7juga, opposita vel alterna, obtuse serrata. Pedunculus terminalis elongatus. Capitulum magnitudine fere Cerasi. Cal. quadriaristatus. *Ad fretum magellanicum. Commers.* ♃.

13. A. *cylindristachya Ruiz* et *Pav.*; foliolis oblongis serratis subtus sericeis, pedunculis scapiformibus, scapis cylindricis, caulibus demersis. *Flor. per.* I. p. 68. t. 104. f. a. *Vahl Enum.* I. 297.

Tomentoso-sericea. Folia 10-11juga, sessilia, obtusa, utrinque lineato-plicata, subtus argentea. Pedunculi 1-3palmares, superne foliis 2-5, remotis, simplicibus. Spica 1/2pollic. Bracteae 3lineares ad basin florum. Calycis foliola intus purpurascentia. Stamina 2. Drupa obovata, tetragona, 1-2locularis, aristis 4. In *collibus Tarmae*. ♃.

14. A. *pumila Vahl*; foliolis ovalibus serratis glaberrimis supra nitidis, pedunculis scapiformibus, spicis teretibus, caule demerso. *Vahl Enum.* I. p. 298.

Caul. vix pollicaris, apice foliosus; folia plurima tripollicaria, foliola 12juga, parum majora THYMI *serpylli*, obtuse serrata, altero latere serraturis 5, altero 2. Pedunculus longitudine digiti intermedii, purpurascens, glaber, superne foliis 2-3 pinnatis. Spica ungui-cularis. Bracteae lineares. Fructus armatus. *Ad fretum magellanicum. Commerson.* ♃.

102. COLUMELLA.

1. C. *oblonga Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongis extrorsum serratis petiolatis, floribus corymbosis. *Fl. peruv.* I. p. 28. t. VIII. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 300. COLUMELLIA *arborescens. Pers. Syn.* I. p. 13.

24ped., ramosissima, ramis teretibus cinereis. Folia approximata, supra glabra nitida, subtus pubescentia, albicantia. Corymbi terminales. Pedunculi trifidi pedicellis unifloris, foliolis in singulo 2 oppositis. Corollae laciniae concavae. In *Peruviae sylvis*. ♄.

2. C. *obovata Ruiz* et *Pav.*; foliis obovatis serratis integerrimisque sessilibus, pedunculis unifloris. *Fl. peruv.* I. p. 28. t. XII. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 300. COLUMELLIA *frutescens Pers. Syn.* I. p. 13.

Frutex 8ped., caule erecto, ramis copiosis, brachiatis. Folia opposita conferta, supra concava, nitida, glauca, subtus incana. Pedunculi breves terminales, 1-3flori: foliola duo sub calyce. In *collibus aridis Peruviae*. ♄.

103. MORINA.

1. * M. *persica. Tournef. cor.* p. 48. It. 3. t. 132. *Vahl Enum.* I. p. 283. *Willd. Spec.* I. p. 152. *Sibthorp Fl. gr.* I. p. 20. t. 28.

Folia CARDUI, radicalia spithamaea, spinis pallidis, glabra. Scapus teres, villosus, crassitie pennae anserinae. Flores verticillati, pluriflori. Verticilli involucris triphyllis, in spinam pollicarem desinentibus, margine spinis 4-5. Cal. et Cor. extus villosa. In *Persiâ ad Ispahan*; *in Parnasso*. ♃.

104. CIRCAEA.

1. C. *lutetiana*. Caule pubescente erecto, foliis ovatis acutis denticulatis (subpubescentibus) *Smith Fl. brit.* p. 3.

Schrad. Fl. germ. I. p. 14. *Vahl Enum.* I. p. 301. *Willd. Spec.* I. p. 53. *Hall. helv.* n. 813. *Fl. dan.* 210. teste *Smith* et *Vahl. Engl. bot.* t. 1056. *Curt. Fl. lond.* fasc. III. t. 3. (teste *Smith; Persoon* vero ad *C. intermediam citat*) *Sturm Fl. germ. Fasc.* 23. *Dreves* et *Hayne* t. 37. *Schkuhr Handb. Tab.* 11. a. β. C. canadensis latifolia flore albo *Tournef. Inst.* p. 301.

Caulis pedalis - sesquipedalis; folia margine et nervis pubescentia, obscure viridia, inferiora saepe cordato - ovata, petiolis pubescentibus du - triplo longiora. Petala basi latiore insidentia alba aut rubella; capsulae obovatae. — β. „Caulis glaber, folia ellipticoovata, saepe tripollicaria, extrorsum remote denticulata, basin versus integerrima, racemus pedalis, flores remotissimi, cal. glaber, capsulae ovato - globosae." *Vahl* l. c. α *in nemoribus, umbrosis Europae.* β. *in Americâ boreali.*

2. C. *alpina*, caule ramosissimo erecto glaberrimo, foliis cordatis dentatis nitidis. *Vahl Enum.* I. p. 301. *Willd. Sp. pl.* I. p. 53. *Hall. helv.* n. 814. *Smith Fl. Brit.* I. p. 14. *Schrader Fl. germ.* C. alpina α. *minor* foliis pallide virentibus. *Decand. Fl. fr.* n. 3661. *Engl. Bot.* t. 1057. *Lam. Illustr.* t. XVI. f. 2. *Krocker siles.* t. 1.

Caulis diaphanus, geniculis quidquam incrassatis; folia margine apophysi subinde membranacea, petala alba basi angustata. (Caulis plerumque decumbens, non raro adscendens, quandoque erectus, nec prostratus *Kitaib.*) In solo subaprico duro minor, racemo unico, foliis opacioribus: in umbrosis pinguibus major, nitidior, racemis pluribus, et tunc erit.

β. C. *intermedia Ehrh.*, caule erecto simplici glabriusculo, foliis cordatis repando - denticulatis acuminatis. *Ehrh. Beytr.* IV. p. 42. *Hoffm. germ.* p. 4. *Besser Fl. gal.* I. p. 25. n. 10. *Sturm. Fl. germ. Fasc.* 23. CIRCAEA *alpina* β. *Vahl. Willd. Smith. Wahlenb. Carpat.* p. 4. n. 3. *Schrader* l. c. cui C. *alpina* β. *major.* Fl. Dan. t. 256. mala. C. *luteliana Vill. Delph.* 1. p. 20. B.

Folia obscure viridia et caulis subinde pilis brevissimis; calyces colorati; corollae pallide rubrae. *In montosis umbrosis.* ♃.

* De synonymia controversa et intricata Circaearum cf. *Mikan* in *Pohli Fl. Boem* I. p. 8.

105. PIMELEA.

1. *Folia opposita. Capitulum terminale. Involucrum foliis rameis dissimile.*

1. P. *cornucopiae*, involucro monophyllo infundibuliformi quadrifido: laciniis semilanceolatis acutis, caule herbaceo.

R. *Brown Prodr.* I. p. 359. *Soland.* MSS. *Vahl Enum.* I. p. 305.

Caulis glaber filiformis. Folia pollicaria, lanceolata acuta supra laevia, avenia. Pedunculus terminalis, superne incrassatus. In *novâ Hollandiâ*.

2. P. *punicea*; involucro monophyllo infundibuliformi quadrifido: laciniis semiorbiculatis obtusis, caule herbaceo. *Brown. Prodr.* I. p. 359.

3. P. *collina*; involucris tetraphyllis: foliolis ovatis utrinque glabris capitulum subaequantibus, corollae tubo sericeo, foliis decussatis lineari-oblongis trinervibus subsessilibus. *Brown Prodr.* p. 359.

4. P. *linifolia*; involucris tetraphyllis; foliolis late-ovatis utrinque glabris capituli dimidio brevioribus, corollae tubo sericeo, foliis linearibus subspathulatisque petiolatis uninervibus. *Brown Prodr.* I. p. 359. *Willd. Spec.* I. p. 50. *Vahl Enum.* I. p. 305. *Smith new Holl.* I. p. 31. t. 11. *Curtis Mag.* t. 891.

Fruticulus subdichotome ramosus, cortice interiore filamentoso. Rami filiformes, muricati. Folia sessilia, vix unguicularia, acutiuscula. Pedunculus semiunguicularis apice incrassatus. Flores terminales, nivei. Stamina extra tubum inserta. *Nova Holland. Terra van Diemen.* ♄.

5. P. *cernua*; invol. tetraphyllis, foliolis ovatis utrinque glabris capitulum subaequantibus, corolla supra articulationem pilosiuscula, foliis spathulato-linearibus. *Brown Prodr.* I. p. 359. P. *spathulata LaBillard. nov. Holland.* I. p. 9. t. 4.?

Folia opposita, avenia. Florum involucrum 4-8-phyllum, foliolis ovato-oblongis, glabris, aveniis. Capitula e ramorum dichotomia. Stamina exserta. In *promont. van Diemen.* ♄.

6. P. *brevifolia*; invol. tetraphyllis, foliolis ovatis capitulo ¼ brevioribus: interioribus intus villosiusculis, corollis supra articulationem pilosiusculis, foliis linearibus, internodio vix longioribus. *Brown Prodr.* I. p. 359.

7. P. *paludosa*; invol. tetraph., foliolis ovatis intus subsericeis, capitulo dimidio brevioribus, corollae tubo sericeo, foliis linearibus internodio longioribus. *Brown Prodr.* I. p. 360.

8. P. *angustifolia*; invol. tetraph., foliolis orbiculato-ovatis intus subsericeis, capitulo vix dimidio brevioribus, corollis sericeis; basi persistente hirsutissima, foliis linearibus internodio longioribus. *Brown Prodr.* I. p. 360.

9. P. *glauca*; invol. tetraph., foliolis ovatis acutis intus sericeis, pari interiore ciliatis; corollis supra articulationem sericeis, basi nudiuscula, receptaculo laxe penicillato, foliis lineari-lanceolatis glaucis. *Brown prodr.* I. p. 360. *Rudge* in *Linn. Transact.* X. p. 286. T. XIII. f. 2.

Frutex ramosus; ramis teretibus glabris; foliis decussatis, subsessilibus, patentissimis, integerrimis, glabris, semiunguicularibus; corollis albis; staminibus inclusis; antheris oblongis; germine obovato, glabro; stylo tubum corollae longe superante; stigmate parvo obtuso, minutissime barbato. *Hab. in novâ Holland.* ♄.

10. P. *ligustrina*; invol. tetraph., foliolis ovatis extus venosis intus pubescentibus, corollis sericeis, receptaculis fructiferis ovatis pube brevissima, foliis ovalibus oblongo-lanceolatis venosis. *Brown prodr.* I. p. 360. *La Billard. nov. Holland.* I. p. 9. t. 3.

Frutex quinquepedalis, foliis oppositis, sessilibus, glabris; floribus pedicellatis. Stamina exserta. In *promont. van Diemen.* ♄.

11. P. *decussata*; invol. tetraph., foliolis late ovatis semicoloratis utrinque glabris, perianthii tubo hispido, foliis decussatis ovalibus coriaceis. *Brown prodr.* I. p. 360. P. *ferruginea La Billard. nov. Holl.* I. p. 10. t. 5. Folia tamen minime ferruginea nisi in male siccatis speciminibus.

Frutex orgyalis, foliis glabris, rigidulis, aveniis. Involucri foliola pilis rigidis caducis ciliata. Stamina exserta. In *terrâ van Leuwin.* ♄.

12. P. *rosea*; invol. tetraph., foliolis lanceolatis ovatis acutis utrinque glabris: corollae tubo inarticulato, dimidio inferiore hispido, foliis lanceolato-linearibus. R. *Brown prodr.* I. p. 360. *Bot. Mag.* t. 1458.

13. P. *hispida*; involucr. tetraph., foliolis ovatis margine simplici intus subsericeis capituli dimidio brevioribus, corollae tubo dimidio inferiore hispido, foliis lanceolatis linearibusve. *Brown prodr.* I. p. 360.

14. P. *lanata*; invol. tetraph., foliolis ovatis margine membranaceo intus sericeis capitulum subaequantibus, corollis longitudinaliter hispidis, foliis lanceolatis. *Brown prodr.* I. p. 360.

15. P. *filamentosa Rudge*; foliis lanceolato-mucronatis, capitulis grandibus, bracteis ovato-cuneatis; corolla extus villosa; filamentis longissimis; antheris sublinearibus. *Rudge* in *Linn. Transact.* X. p. 287. T. XIV. f. 1.

Folia opposita, sessilia, glabra. Flores in capitulis involucratis foliolis quatuor ovatis, utrinque glabris; receptaculo longo piloso. Stamina exserta. Germen ovatum, glabrum; stylus

filiformis exsertus; Stigma hemisphaericum, pilosum. *Hab. in novâ Holland.* ♄.

2. *Folia opposita. Capitulum terminale. Folia floralia rameis subsimilia.*

16. P. *pauciflora;* foliis utrinque glabris lineari-lanceolatis: floralibus binis latioribus capitulum pauciflorum superantibus, corollis glabris, receptaculis nudis. R. *Brown prodr.* I. p. 360

17. P. *serpyllifolia;* foliis utrinque glabris obovatis ovalibusque: floralibus quaternis capitulo paucifloro longioribus, corollis glabris, receptaculis villosis. *Brown prodr.* I. p. 360.

18. P. *prostrata Willd.;* foliis oblongis carnosis decussatis, ramis pilosis, floribus terminalibus aggregatis. *Willd. Spec.* I. p. 51. *Vahl Enum.* I. p. 306. BANKSIA *prostrata Forst. gen.* p. 8. *Act. ups.* 3. p. 175. PASSERINA *prostrata Linn. Suppl.* 227. COOKIA *prostrata Gmel. S. V.* p. 24.

Semipedalis; rami decumbentes, 4goni, e cicatricibus muricati, ramulis canescentibus. Folia approximata, magnitudine THYMI *vulgaris*, glabra, patentia, acutiuscula. Flores terminales 3-4, tubo piloso cano, longitudine foliorum. In *novae Zeelandiae montibus aridis.* ♄.

19. P. *sylvestris;* foliis utrinque glabris lanceolatis acutis, floralibus 4-5 capitulo multifloro brevioribus, corollis glabris, tubo infundibuliformi. *Brown prod.* I. p. 361.

20. P. *humilis;* foliis utrinque glabris oblongis obtusis, floralibus ovalibus intus villosiusculis, corollis sericeis, caule erecto subsimplici, ramis pubescentibus. *Brown prodr.* I. p. 361.

21. P. *flava;* foliis utrinque glabris obovatis orbiculatisque, floralibus conformibus quaternis capitulo longioribus, corollis sericeis, caule erecto ramisque glabris. *Brown prodr.* I. p. 361.

22. P. *microcephala;* foliis utrinque glabris lineari-lanceolatis acutis, floralibus lanceolatis capitulo paucifloro longioribus, corollis pubescentibus. *Brown prodr.* I. p. 361.

23. P. *gnidia Willd.;* foliis oblongo-lanceolatis acutis ramulisque glaberrimis, corollâ extus hirsutâ. *Willd. Spec.* I. p. 50 *Vahl Enum.* I. p. 305. BANKSIA *gnidia Forst. gen.* pl. p. 8. *Act. ups.* III. p. 173. PASSERINA *gnidia Linn. Suppl.* 226. COOKIA *Gnidea Gmel. Syst. Veg.* p. 24.

Rami ramulique glaberrimi; folia rigida nitida, floralia elliptica. Flores in apice sessiles, foliis sesquibreviores. In *novâ Zeelandiâ ad fissuras rupium in littore et in summis montibus.* ♄.

24. P. *clavata*; foliis subtus pubescentibus lanceolatis, floribus dioicis, capitulis masculis pedunculatis nudis. *Brown prodr.* I. p. 361. *LaBillard. nov. Holland.* I. p. 11.

Frutex orgyalis, in ramulis et aversa foliorum pagina pilis raris aspersus. Florum capitula pedicellis semipollicaribus et ultra, filiformibus, supra dilatatis, pilosis. In *promont. van Diemen.* ♄.

25. P. *imbricata*; foliis lineari oblongis imbricatis subtus pubescentibus, adultis glabris, floralibus numerosis utrinque sericeis, corollis hirsutissimis. *Brown prodr.* I. p. 361.

26. P. *longiflora*; foliis linearibus villosiusculis passim alternis, corollis sericeis, limbo dimidium tubi aequante, stylo incluso. *Brown prodr.* I. p. 361.

27. P. *octophylla*; foliis oblongo-linearibus passim alternis ramisque villosis, corollis hirsutis, tubo limbum quadruplo superante. *Brown prodr.* I. p. 361.

28. P. *pilosa Willd.*; foliis lanceolatis obtusis, ramulis piloso-tomentosis incanis, floribus terminalibus aggregatis. *Willd. Spec.* I. p. 50. *Vahl Enum.* I. p. 306. BANKSIA *tomentosa Forster gen.* p. 8. BANKSIA *pilosa* id. in *act. ups.* III. p. 174. PASSERINA *pilosa Linn. Suppl.* 226. COOKIA *pilosa Gmel. S. V.* p. 24.

Frutex virgatus, ramis inferne glabris, cortice purpureo, tuberculato-cicatrisato, superne pilis densis albidis. Folia subpetiolata unguicularia patentia, tenera, supra glabra, subtus pilis longis. Flores sericei, sessiles, terminales 4-5. Corollae laciniae obtusae. In *novâ Zeelandiâ.* ♄.

29. P. *sericea*; foliis ovatis obtusis imbricatis planis subtus argenteis supra glaberrimis. *Brown prodr.* I. p. 361.

30. P. *cinerea*; foliis lanceolato-oblongis planis subtus incanis supra glabris; floralibus capitulo paucifloro longioribus, corollae tubo ovato persistente, fructu exsucco. *Brown prodr.* I. p. 361.

31. P. *virgata Vahl*; foliis lanceolatis acutis subtus pilosis; ramulis tomentosis, floribus terminalibus aggregatis. *Vahl Enum.* I. p. 306.

Frutex virgatus ramis prioribus. Folia brevissime petiolata, ad apices ramulorum confertissima, subtus margine inprimis pilis longis albidis. Flores extus pilosi, foliis breviores. In *novâ Zeelandiâ.*

32. P. *drupacea*; foliis ovali-oblongis planis subtus pubescentulis; floralibus capitulo longioribus, corollae tubo cylindraceo deciduo, drupa baccata. *Brown prodr.* I. p. 361. *LaBillard. nov. Holland.* I. p. 10. t. 7.

Frutex ramulis pilosis, floribus pilosis axillaribus terminalibusque. Staminibus inclusis. In hac non, ut in pluribus aliis fructus basi corollae persistente vestitur, sed basis corollae decedit increscente fructu. In *promont. van Diemen.* ♄.

33. P. *incana;* foliis ovatis distinctis margine recurvis subtus incano-tomentosis, supra glabris, ramulis cinereis. *Brown prodr.* I. p. 361.

34. P. *nivea;* foliis orbiculatis imbricatis margine recurvis subtus incano-tomentosis, ramulis albis. *Brown prodr.* I. p. 361. *La Billard. nov. Holland.* p. 10. t. 6.

Orgyalis et ultra, ramis erectis, superne tomentoso-niveis. Folia rigida, supra viridi-atra. Flores capitati, terminales, tomentosi. Stamina exserta. In *promont. van Diemen.* ♄.

3. *Folia opposita. Flores spicati.*

35. P. *spicata;* foliis ovalibus corollisque glabris, spicis nudis, floribus polygamis. *Brown prodr.* I. p. 362. *Rudge* in *Linn. Transact.* X. p. 288. T. XIV. f. 2.

Flores in Spicâ pergente florescentia elongatâ, terminali, foliis duobus involucrata. Filamenta brevissima. Antherae subovatae. Germen ovatum. Stylus filiformis fere altitudine limbi. Stigma capitatum, barbatum. *Prope Port Jackson in novâ Hollandia.* ♄.

4. *Folia opposita. Flores axillares.*

36. P. *argentea;* foliis lanceolatis utrinque argenteis, floribus 2-4 axillaribus. *Brown prodr.* I. p. 362.

5. *Folia alterna.*

37. P. *curviflora;* foliis lineari-oblongis supra glabris, subtus ramisque pilis adpressis subsericeis, capitulis lateralibus paucifloris; corollis sericeis, tubo curvato, limbo inaequali. *Brown. prodr.* I. p. 362. *Rudge* in *Linn. Transact.* X. p. 285. T. XIII. f. 1.

Fruticulus gracilis, ramosissimus, diffusus. Capitulum 6-8florum. Corolla albida. Stamina inclusa. Antherae cordatae. Germen oblongum, glabrum. Stylus filiformis, curvatus, tubo corollae brevior. Stigma capitatum. *Nova Cambria.* ♄.

38. P. *gracilis;* foliis oblongo-linearibus basi attenuatis subtus pilosiusculis: rameis passim oppositis, capitulis lateralibus terminalibusque paucifloris, corollis sericeis, tubo rectiusculo, limbo inaequali. *Brown prodr.* I. p. 362.

39 P. *latifolia;* foliis oblongis basi acutâ pubescentibus, subtus subsericeis, capitulo multifloro spicato terminali sessili,

oppositifoliisque pedunculatis corollis villosis. *Brown prodr.* I. p. 362.

106. MARGYRICARPUS.

1. M. *setosus*; *Fl. per.* I. p. 28. t. VIII. f. d. *Vahl Enum.* I. p. 307. *Willd. Nov. act. soc. am. N. C. Berol.* III. p. 437.: foliis apice barbatis floribus hermaphroditis apetalis; et M. *laevis*, foliolis apice laevibus, floribus dioïcis corollatis. *Willd.* l. c. EMPETRUM *pinnatum Lamarck Enc. meth.* I. p. 567. ANCISTRUM *barbatum Lamarck ill. bot.* I. p. 77.

Cal. suffruticosus, ramosissimus; ramuli frequentissimi basi petiolorum dilatatâ membranaceâ vaginati. Folia in ramulis conferta, petiolata, pinnata, 3-4juga; foliolis sessilibus alternis subulatis, nitidis, margine reflexis, apice setis 3-4 deciduis. Petioli basi membranâ utrinque margine villosâ. Flores axillares sessiles. Calycis laciniae ovatae. Germen compressum. Drupa subrotunda alba. In *Brasiliâ*, *Peru et collibus aridis Chili.*

107. FRAXINUS.

1. * *F. Ornus;* foliolis lanceolatis attenuatis petiolatis serratis, floribus completis. *Vahl Enum.* I. p. 48. *Willd. Spec.* IV. p. 1104. *Ejusd. Wild. Baumz.* p. 143. *Hort. angl.* t. 9. *Sibthorp Fl. gr.* t. IV. FR. *paniculata Mill. Dict.* FR. *florifera Scop.;* ORNUS *europaea Pers. Syn.* 9. β. *latifolia:* foliolis ovato-oblongis serratis petiolatis, floribus corollatis. *Hort. Kew.* III. p. 445.

Arbor 20-26ped. Rami juniores purpurascentes aut lividi, punctis flavicantibus. Gemmae cinereo-pulverulentae. Foliola 3-4juga, 2-3poll., basin versus integerrima, et subtus ad basin villosa. Pedunculi axillares solitarii, folio breviores. Cal. tetraphyllus. Petala 4, linearia alba. In *Europâ australi*, *et in montibus circa Pekin.* ♄. „Hujus datur varietas *americana*? foliolis late ovatis serratis impari fere obcordato.“ *Pers. Syn.* II. p. 604.

2. F. *rotundifolia Ait.;* foliolis subrotundis acutiusculis duplicato-serratis subsessilibus, floribus corollatis. *Hort. Kew.* III. p. 445. *Vahl Enum.* I. p. 49. *Willd. Spec.* IV. p. 1105. *Ejusd. Wild. Baumz.* p. 145. T. II. f. 1. *Plukn.* t. 182. f. 4. teste *Vahl.* ORNUS *mannifera hortulan.*

Praecedente humilior; rami fuscescentes, gemae fuscae; foliola 4-5juga, extima vix pollicaria, basi glabra. Flores purpurei. In *Calabriâ*, *Syrmiâ*, *et Oriente.* ♄.

3. F. *acuminata Lam.*; foliolis petiolatis oblongis nitidis acuminatis integerrimis subtus glaucis, floribus calyculatis. *Lam. Enc.* 2. p. 542. FR. *americana*, foliolis petiolatis elliptico-ovatis integerrimis acuminatis subtus glaucis. *Linn. Spec.*

1510? *Willd. Spec.* IV. p. 1102. *Ejusd. wild. Baumz.* p. 145. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 9. Fr. *novae Angliae Wangenh. Beytr.* p. 51? Fr. *concolor Mich. f. arb.* 33.

Arbor praealta, ramis fusco-griseis, laevibus, gemmis fuscis. Foliola 2-5juga, 3-5pollicaria, 2pollices lata, firma, subtus pallidiora, venis majoribus subvillosis. Petiolus teres. Flores calyculati. Samarae angusto-lanceolatae apice obtusae breve mucronatae. *A Canadà ad Carolinam.* ♄. Dubium an *Linn. americana* eadem sit cum *acuminatâ Lam.* — Cl. *Persoon Syn.* II. p. 604. *acuminatam Lam.* pro β. americanae habet. —

* Sunt, qui pro FRAXINI *americani* varietatibus habent: Fr. *albam*, *nigram*, *sambucifoliam Lam.*, *juglandifoliam Wangenh.*, et *carolinianam Duroi*... sed vix satis firmis rationibus innititur horum opinio.

4. F. *platycarpa Vahl;* foliolis subsessilibus extrorsum serratis samarisque lanceolato-ellipticis. *Vahl Enum.* I. p. 49. *Mich. Fl. amer.* II. p. 256. *Willd. Spec.* IV. p. 1102. *Fr. caroliniana Catesby car.* t. 80.

Folia bipollicaria, pollicem lata, attenuata, subtus pallida, venis majoribus subvillosis. Samarae pollicares, utrinque acutae. In *Virginiâ* et *Carolinâ.*

5. F. *quadrangulata Mich.;* foliolis subsessilibus lanceolato-ellipticis serratis, subtus pubescentibus, samaris utrinque obtusis. *Vahl Enum.* I. p. 50. *Willd. Spec.* IV. p. 1102. *Mich. am.* II. p. 255. *Ejusd. fig. arb.* t.... Frax. *tetragona Cels* apud *Dum. Cours.*

Ramis quadrangulatis, foliolis ad summum quadrijugis. In *Ohio*, *Kentucky* et *Tennassée.* ♄.

6. F. *epiptera Mich.;* foliolis lanceolato-ellipticis subserratis, samaris cuneatis, apice obtusis emarginatis inferne teretibus. *Vahl Enum.* I. p. 50. *Willd Spec.* IV. p. 1102. *ejusd. wild. Baumz.* p. 147. *Mich. am.* II. p. 256. F. *discolor Mich. f. arb.* t. 33. F. *canadensis Gaertn. de fruct.* I. p. 222. t. 49.

Arbor tripedalis, ramis junioribus virentibus, punctis albis. Cortex valde rimosus. Gemmae fuscae. Foliola ad summum quadrijuga, acuminata, subintegra, a medio ad apicem serrata, opaca, glabra, venis subtus pubescentibus. Flores calyculati. In *Virginiâ*, *Canadâ*, *Carolinâ*, frequens. ♄.

7. F. *juglandifolia;* foliolis petiolatis elliptico-lanceolatis dentatis subtus glaucis, ramis petiolisque glabris, floribus apetalis. *Vahl Enum.* I. p. 50. *Willd. Spec.* IV. p. 1104. *wild. Baumz.* p. 146. β. *subintegerrima Vahl* l. c. *subserrata Willd.*, foliolis subintegerrimis. (*Willd.* ad β. suum citat Fr. *carolinianam Wangenh. amer.* 81; *Vahl* Fr. *carolinianam du Roi ed.* II. 1. p. 400, quam *Willd.* in *wild. Baumz.* l. c. cum? ad α ducit.

Arbor alta, ramis griseo-fuscis, gemmis fuscis. Foliola 2-4juga, tripollicaria et ultra, membranacea, glabra, non lucida, subtus canescentia, nervis villis adspersis. Corymbi penduli. Cal. quadridentatus. *A Canadà ad Carolinam septentrionalem.* ♄.

8. F. *sambucifolia*; foliolis sessilibus elliptico-lanceolatis serratis, axillis subtus pubescentibus. *Vahl Enum.* I. p. 51. *Willd. Spec.* IV. 1099. ej. *wild. Baumz.* p. 150. *Mühlenb. Nov. Act. Soc. Nat. Scr. Berol.* III. p. 393. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 8. Mich. *fig. arb.* t. . . .*

Rami juniores virides nigro-punctati. Gemmae fuscae. Foliola 3juga, 3-4pollicaria, basin versus integerrima, utrinque acuta, opaca, parum rugosa *Vahl* (rugosa nitida *Willd.*). Flores Fr. *excelsioris.* *A Canadà ad Virginiam.* ♄.

9. F. *caroliniana Lam.*; foliolis petiolatis lanceolatis serratis ramulisque glabris, floribus calyculatis. *Vahl Enum.* I. p. 51. *Willd. Spec.* IV. p. 1103. *ejusd. wild. Baumz.* p. 149. F. *excelsior Walt. Fl. carol.* p. 254. F. *serratifolia Mich. f. arb.* p. 33. Fr. *lanceolata Borkh.* β. *latifolia*, foliolis ovato-lanceolatis.

Arbor alta; rami griseo-fusci, gemmis fuscis. Folia pinnata, 3-juga, basin versus integerrima, supra nitida. Racemi laxi, 1½ pollicares, saepe gemini ex eodem puncto, pedicellis pluribus umbellatis. Cal. campanulatus, parvus. *A Pensylvanià ad Carolinam, rarius.* ♄.

10. F. *pubescens*; foliolis petiolatis elliptico-ovatis serratis subtus petiolis ramisque tomentosis, floribus apetalis. *Vahl Enum.* I. p. 51. *Willd. Spec.* IV. p. 1103. *wild. Baumz.* p. 149. Fr. *nigra du Roi ed.* II. t. 1. p. 398. Fr. *tomentosa Mich. f. arb.* t. 33. β. *longifolia*, foliolis ovato-lanceolatis attenuatis subserratis. γ. *latifolia*, foliolis ovatis latioribus. δ. *subpubescens*, foliolis elliptico-oblongis acuminatis argute serratis inferne subpubescentibus, petiolo communi glaberrimo. *Persoon Syn.* II. p. 605.

Ramuli incano-tomentosi. Folia 3-4juga, supra glabra. Petioli teretes. Racemi subcompositi. Cal. campanulatus. Samarae angusto-lanceolatae apice obtusae breve mucronatae, bipollicares. — Stam. 2-3-4. In *Americà boreali.* ♄.

* Cl. *Persoon Syn.* II. p. 604. cum? ad hanc speciem ducit F. *subvillosam Bosc.*, eidemque, ut subspeciem, subjungit:

„Fr. *subpubescentem*: foliolis elliptico-oblongis acuminatis argute serratis inferne subpubescentibus, petiolo communi glaberrimo. *In Am. bor.*" Distincta species videtur. Foliola subpetiolata.

11. F. *expansa Willd.*; foliolis ovato-oblongis inaequaliter serratis subundenis glabris petiolatis; ramulis glabris, floribus calyculatis. *Willd. wild. Baumz.* p. 150.

Occurrit in hortis (Wörlitzii) nomine Fr. *carolinianae*. Arbor praealta, ramis junioribus viridibus, laevibus, gemmis fuscis. Foliola ut plurimum 5juga, tripollicaria, acuminata, basi cuneata, utrinque glabra, non nitida. Flores calyculati s. apetali.

12. F. *angustifolia Bauh.*; foliolis sessilibus lanceolatis remote denticulatis, samaris lanceolatis apice integris acutis mucronatis. *Vahl Enum.* I. p. 52. *Willd. Spec.* I. p. 1100. *Bauh. hist.* I. p. 2. p. 177.

Ad Fr. *Ornum* a plurimis relata; a *Vahlio* ad Fr. *excelsiorem*. Rami cortice fusco-purpurascente, ramuli virides albo-punctati. Gemmae fuscae. Foliola 3-4juga, foliola 1½-2pollic., facie foliorum Ligustri. Pedunculi infrafoliacei, bipollicares, solitarii, pedicelli 5-7. Samarae 11/2pollic., basi obtusae. „Flores nudi." In *Hispaniâ*. *Schousboe*. ♄.

13. F. *oxycarpa Willd.*; foliolis subsessilibus lanceolatis acuminatis serratis glabris, floribus nudis, samaris lanceolatis utrinque attenuatis longe mucronatis. *Willd. Spec.* IV. p. 1100. Fr. *oxyphylla Bieberst. Fl. cauc.* II. p. 450. n. 1999. Fr. *ornus Pall. ind. taur.*

Ramuli virides albo-punctati. Gemmae fuscae. Folia pinnata 2-3-juga. Foliola 1½pollic., a basi ad apicem grosse serrata, subsessilia, utrinque glabra. Flores nudi. Samarae lanceolatae, utrinque attenuatae, mucronatae. *Ad Caucasum.* ♄.

14. F. *tamariscifolia Vahl*; foliolis petiolatis oblongis lanceolatisque argute serratis, serraturis mucronatis. *Vahl Enum.* I. p. 52. Fr. *lentiscifolia Cat. Hort. paris.* p. 52. *Willd. Spec.* IV. p. 1101. Fr. *parvifolia Lam. Enc.* II. p. 540. *Plukn. phyt.* 182. f. 4.

Ramuli atro-purpurei. Gemmae fuscae. Foliola 4-5juga (*Vahl*) 6-7juga (*Willd.*) 1/2pollic., terminale reliquis minus, interdum dente terminali parum elongato. Petioli purpurascentes. „Flores nudi *Willd.*" *Circa Aleppo?* Cl. *Hornemann a de la Peyrouse* habuit. ♄.

15. F. *parvifolia Willd.*; foliolis sessilibus ovatis attenuatis dentato-serratis, floribus nudis. *Willd. Spec.* IV. p. 1101. *Ejusd. wild. Baumz.* p. 155. T. II. f. 2.

Rami purpurascentes superne trigoni. Differt a Fr. *rotundifolia*, quâcum facile commutaretur: foliolis copiosioribus, basi non inaequalibus, gemmis fuscis. In *Oriente*? ♄.

16. *F. *excelsior*; foliolis subsessilibus lanceolato-oblongis attenuatis serratis, floribus nudis, samaris apice obliquo emarginato. *Vahl Enum.* I. p. 53. *Willd. Spec.* IV. p. 1099. *Fl. dan.* t. 969. *Engl. bot.* t. 1692. Svensk bot. t. 175. *Reit.* u. *Abel* t. 5. Fr. *Ornus Scop.* β. ramis pendulis. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. V. p. 475. γ. *aurea*, ramis flavis punctatis, foliolis sessilibus lanceolatis

inaequaliter serrulatis acuminatis, basi cuneatis, utrinque glabris. *Willd. Enum.* p. 1059. δ. crispa, foliolis atro-viridibus crispato-plicatis. Fr. *atro-virens Desf. arb.* et *arbr.* T. I. p. 104. ε. jaspidea, cortice lignoque venoso-maculato. *

Rami cinerei, superne alternatim compressi, glabri; foliola 4-7 juga, bipollicaria et ultra. Pedunculi plures ex eâdem gemma. Squamae gemmarum villosae. In *Europâ*. ♄.

* Cl. *Desfontaines arb. et arbriss.* sequentes enumerat varietates, et sic disposuit: Fr. *excelsior* α. *argentea* foliis albo-variegatis. β. *verrucosa* cortice verrucoso. γ. *jaspidea*, δ. *horizontalis*, ramis horizontalibus. ε. *pendula*. *Persoon* adducit adhuc *erosam*, foliis eroso-dentatis.

17. F. *nana Willd.*; foliolis sessilibus subundenis ovato-oblongis acutis inaequaliter serrulatis, basi rotundato-cuneatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 1060. *ejusd. wild. Baumz.* p. 154.

Rami grisei; gemmae fusco-nigricantes. Folia 5-6juga, 1½ pollic. et longiora, foliolis vix semipollicaribus, basi integerrimis, utrinque glabris. *Habitat?* ♄.

18. F. *polemonifolia Poir.*; foliolis undenis glaberrimis argute subdentatis ovatis subsessilibus, petiolis subulatis. *Poir. in edit.* nov. *Duham. IV. p.* 66. *Enc. meth. Suppl.* II. p. 671. Fr. *nana Desfont. H. paris.* et *arb.* I. p. 104. *Persoon Syn.* qui et nomen *appendiculatae* adscripsit, petiolumque communem margine alatum in diagnosi adjicit.

Frutex humilis ramosus, diffusus, ramis glaberrimis, fere lucidis, livido-plumbeis; foliola approximata, 9-11, 6-7lin. long., 3lin. lat., acuta, basi attenuata, margine denticulis vix conspicuis. *Habitat?* — ♄. *Poiret* dubitat de identitate hujus speciei cum praeced.

19. F. *heterophylla Vahl*; foliis simplicibus compositisque dentato-serratis. *Vahl Enum.* I. p. 53. Fr. *simplicifolia Willd. Spec.* IV. 2. p. 1098. ejusd. *wild. Baumz. p.* 155. *Engl. bot.* t. 2476. Fr. *monophylla Desf. arb.* et *arbr.* I. p. 102. Fr. *excelsior* E. *Lam. Enc. meth.* II. p. 554.

Lignum et gemmae Fr. *excelsioris*. Folia plurimum simplicia, 3-4-pollicaria, ovata, subcordata, vel basi subacuminata, acuta; interdum 3-5nata. Samarae oblongo-lanceolatae, pollicares, parum latiores quam in Fr. *excelsiori*, apice obtusae, emarginatae. Anne hujus varietas? In *Angliâ*, *Americâ boreali?* ♄.

20. F. *argentea Loisel.*; foliis impari-pinnatis trijugis, foliolis petiolatis lanceolatis acuminatis serratis cinereo-argenteis. *Loiseleur Deslongchamps Fl. gall.* p. 697.

„Nec flores addit" nec fructus observare mihi datum est. *Decandolle* non habet in Supplemento. *E rupiam fissuris in montibus Corsicae.* ♄.

* In *Supplemento enumerat. H rt. Berolin.* p. 68. et in *horto monsp.* enumerantur adhuc tanquam species dubiae: FRAXINUS *pensylvanica*, *microphylla*, *elliptica Bosc.*; *tetragona*, *viridis Bosc*; *ovalis*, *alba Bosc.*, *Richardi*, *Bosc.*, *polycarpa*, *pallida*, *lancea*. In horto monsp. coluntur adhuc: FR. *longifolia Bosc.*, *pannosa Bosc.*

108. DIALIUM.

1. * D. *indum*; panicula simplici nutante. *Willd. Spec.* I. p. 49. *Vahl Enum.* I. p. 303. D. *javanicum Burm. ind.* 12.

Willd. l. c. excludit ex *Linn. mant.* synon. *Rumph. amb.* III. t. 137.; *Vahl* silet. — „Arbor; folia pinnata, foliola 7, ovato-oblonga, acuminata, petiolata, laevia, palmaria. *Linn.*, praeter quem et *Burmannum* nemo vidit hanc speciem. In *India*. ♄.

2. D. *divaricatum*; panicula decomposita erecta, foliolis ovatis acuminatis. *Vahl Enum.* I. p. 303. ARUNA *guianensis Aubl. guian.* I. t. 5. (*haud optima*). *Willd. Spec.* I. p. 156.

Arbor ramis divaricatis, glabris. Folia 2-3juga cum impari; foliola bipollicaria. Paniculae rami ultimi bifidi, pedicellis trifloris. Cor. extus leviter sordide flavescens, tomentosa. Fructus pyriformis (*Schrebero* bacca 1-locularis, 1-2sperma) magnitudine nucis Coryli. In *sylvis desertis Gujanae*. ♄.

109. CYPSELEA.

1. C. *humifusa Turp.*

Herbacea succulenta, ramis prostratis; foliis oppositis, obovatis, petiolatis, integerrimis, glabris, 2-3linearibus; stipulae laciniatae, amplexicaules; flores solitarii axillares, pedunculi, parvi, viridi-albi. *St. Domingo*. ⊙. *Turpin Ann. d. Mus.* VII. vol. p. 219. t. 12. f. 5. *Trattinick obs. bot.* II. p. 41. *Tabular.* N. 72.

110. SUFFRENIA.

1. S. *filiformis. Bellard. act. taur.* VII. t. I. f. 1. *Decand. Fl. fr.* n. 3651. *Poir. Enc. meth.* VII. p. 495. — Excl. syn. *Lobel.*

Habitus CALLITRICHE'S, foliis oppositis, ovali-oblongis, integris, parvis; floribus flavicantibus axillaribus. *Copiosa circa Vercellas ad agros ubi Oryza seritur.* ⊙.

111. LEMNA.

1. * L. *trisulca*; foliis ovato-lanceolatis in petiolum attenuatis cruciatim proliferis, radicibus solitariis. *Schrad. Fl.*

germ. I. p. 71. *Willd. Spec.* IV. p. 193. *Engl. Bot.* t. 926. *Mich. gen.* t. 11. f. 5. *Wolf de Lemn.* f. 1. 2. 3.

Folia pallide-viridia, margine subrepanda, medio utrinque prolifera. Flores in fissura marginis solitarii, ♀—♂. calyce integerrimo. Germen ovatum stigmate bifido. In *Europâ sub aquis pigris, puris.* ⊙.

2. * L. *minor;* foliis obovatis ellipticisve utrinque planiusculis basi cohaerentibus, radicibus solitariis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 73. *Willd. Spec.* IV. p. 194. *Wolf* de *Lemn. fig.* 4-10. *Engl. Bot.* t. 1095. *Schkuhr Handb.* t. 281. *Micheli* l. c. f. 3. *Vaillant paris.* t. 20. f. 3.

1 - 1½ pollic., cespitosa, natans, folia margine integra, subtus convexiuscula. Flores marginales semper hermaphroditi. *Ubique in Europae et Americae borealis aquis stagnantibus.* ⊙.

3. * L. *gibba;* foliis obovatis convexiusculis subtus hemisphaericis, basi cohaerentibus radicibus solitariis. *Schrader Fl. germ.* I. p. 73. *Willd. Spec.* IV. p. 194. *Wolf de Lemna.* f. 11-16. *Engl. Bot.* t. 1233. *Schkuhr Handb.* t. 281. *Micheli* l. c. f. 2.

Variat colore purpurascente. Praecedente major rariorque. In *Europae aquis stagnantibus.* ⊙.

4. * L. *polyrrhiza;* foliis ellipticis aut rotundato-obovatis, basi cohaerentibus, radicibus confertis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 73. *Willd. Spec.* IV. p. 195. *Wolf de Lemna.* f. 17-21. *Schkuhr Handb.* t. 281. *Micheli* l. c. f. 1. *Vaill.* l. c. f. 2.

Praecedente 2-3plo major, folia rotundiora, subtus atropurpurea. Flores in margine prolifero folii. In *Europae* et *Americae borealibus.* ⊙. — Cl. *Willdenow* Spec. l. c. species hasce omnes ♃ facit.

5. L. *orbicularis Kit.;* foliis orbicularibus. *Kitaibel* apud *Schult. oestr. Fl. edit.* 2. *p.* 64.

In *Ungariâ.* ⊙.

6. L. *obcordata Vahl;* foliis obcordatis apice proliferis, radicibus fasciculatis. *Vahl symb.* II. p. 95. *Willd. Spec.* IV. p. 195.

Folia vix unguicularia, antice supra laete viridia, subtus cum radiculis purpurascentia, sulco longitudinali. In *Ind. Orientali.*

7. L. *arrhiza;* foliis elliptico-subrotundis geminis subtus convexis eradicatis. *Willd. Spec.* IV. p. 196. *Savi pis.* II. p. 317. *Mich. gen.* t. 11. f. 4. *Wolf. de Lemn.* f. 22-23.

Folium alterum minus. Minime initium L. *polyrrhizae.* In *Italiae, Galliae aquis.* ⊙.

112. CLADIUM.

1. * C. *germanicum* Schrad.; culmo tereti, corymbis confertis, paniculâ contractâ, floribus fasciculatis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 75. t. V. f. 7. CL. *Mariscus*, paniculâ decompositâ foliosâ, spiculis capitato-conglomeratis, culmo tereti laevi folioso, foliorum marginibus carinâque asperis. *R. Brown prodr.* I. p. 236. SCHOENUS *Mariscus Linn. Spec.* p. 62. *Vahl Enum.* II. p. 221. *Willd. Spec.* I. p. 259. *Hall. helv.* n. 1343. *Gaud. agr. helv.* I. p. 8. *Fl. dan.* t. 1202. *Host Gram. austr.* III. t. 53. *Engl. bot.* t. 950. *Scheuchz.* p. 375. t. VIII. f. 7-11.

2-6pedalis, culmus superne trigonus, ramosus. Folia arida longissima, apicem versus trigona, semiteretia, vix semilineam lata, carinâ et margine scaberrima, secantia. Corymbi plerumque gemini e spicis 4-6. Spiculae biflorae, ferrugineae, bracteâ sub singulâ spiculâ dilutiore. Cal. e glumis 4-5. Stigmata 2, 3. In *Europae paludibus*. Alium (Mariscum) dicit *Vahl* l. c. e *Puerto-Rico* misit *West* huic similem, paniculâ magis diffusâ, spiculis floriferis similibus, fructiferis ovato-globosis, fusco-ferrugineis, seminibus globosis fusco-albidoque variegatis. An potius sequens? Culmus vero teres nisi ad vaginas.

2. C. *occidentale* Schrad.; paniculis diffusis, fructibus setis cinctis, culmo obtuse trigono. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 76. SCHOENUS *Cladium Swartz prodr.* 19. *Fl. ind. occident.* I. p. 97. CLADIUM *Brown jam.* 114.

Differt a praecedente culmo 8-10pedali, paniculâ maximâ diffusâ, pedunculis pedicellisque longioribus, filiformibus, spiculis minoribus, fructibus rotundioribus etc. In *Jamaicae paludosis maritimis*. ♃. — „Forte et SCHOENUS *cephalotes* aliique hujus generis.

3. C. *articulatum* Brown; paniculâ decompositâ bracteatâ, culmo folioso tereti foliisque articulatis. *R. Brown prodr.* I. p. 237.

Hab. ad portum Jackson.

4. C. *teretifolium* Brown; paniculâ subcoarctatâ compositâ, squamis ciliatis, culmo teretiusculo, foliis radicalibus elongatis, angulato-teretibus, caulino abbreviato. *R. Brown* l. c.

Hab. cum praecedente.

5. C. *glomeratum* Brown; paniculâ coarctatâ spathaceâ, spiculis capitato-congestis bifloris; foliis radicalibus teretibus elongatis, caulinis distantibus, vaginâ brevioribus; culmo tereti compresso laevi; nucibus ovalibus. *R. Brown.* l. c.

Hab. ad portum Jackson, ad promont. van Leeuwin, et in terrâ van Diemen.

6. C. *junceum* Brown; spicâ indivisâ, spiculis subgeminatis sessilibus unifloris, culmis teretibus exsulcis, basi sub

apiceque vaginatis, vaginis strictis, foliolis verticalibus. *R. Brown* l. c.

Iisdem locis cum praecedente.

7. C. *pauciflorum Brown;* spicâ pauciflorâ rarâ, spiculis solitariis subpedunculatis unifloris, squamis mucronatis, culmis teretibus striatis, basi medioque vaginatis, vaginarum foliolis setaceis brevissimis. *R. Brown* l. c.

Ad portum Jackson.

8. C. *decompositum Brown;* paniculâ decompositâ, bracteis aristatis, spiculis geminis duplo longioribus, culmo tereti folioso, foliis convolutis asperrimis. *R. Brown* l. c.

Ad promont. van Leeuwin nov. Hollandiae.

9. C. *radula Brown;* paniculâ compositâ effusâ, spiculis alternis approximatis, squamis acuminatis, culmo tereti folioso, foliis convolutis asperrimis. *R. Brown* l. c.

Hab. cum praecedente.

10. C. *deustum Brown;* paniculâ coarctatâ elongatâ foliaceâ, squamis acuminatis bracteisque margine lanatis, culmo tereti folioso, foliis convolutis asperis, infimorum vaginis barbatis. *R. Brown* l. c.

Hab. cum praecedente.

11. C. *medium Brown;* paniculâ subspicatâ foliatâ, squamis acuminatis bracteisque imberbibus, culmo tereti folioso, foliis canaliculatis setaceis laevibus, vaginis ore lanatis. *R. Brown* l. c.

Hab. cum praecedente.

12. C. *lanigerum Brown;* paniculâ subspicatâ, squamis acutis bracteisque imberbibus, nucibus triquetris, culmo tereti folioso, foliis filiformibus laevibus breviore, vaginis ore lanatis. *R. Brown* l. c.

Hab. cum praecedentibus.

13. C. *filum Brown;* paniculâ coarctatâ elongatâ foliatâ, glomerulis alternis compositis, spiculis subulatis, squamis aristato-acuminatis tetrandris, culmo tereti folioso, foliis involutis elongatis asperis. *R. Brown* l. c. SCHOENUS *filum*, culmo tereti folioso, paniculae elongatae spathis foliisque superne capillaribus. *La Billard. pl. nov. Holland.* I. p. 18. t. 19.

Bi-tripedalis. Folia apice deliquescunt in filum capillarem fere pedalem. Panicula semipedalis. Spiculae squamis 7-8 oblongis acutis, supremis 1-3 fertilibus. Semen ovali-oblongum, altero latere concavum, basi reliquiis filamentorum. *Ad promont. van Leeuwin et in ins. van Diemen.*

14. C. *schoenoides Brown;* spicâ subcompositâ, spiculis lanceolatis unifloris, squamis nudis, culmo aphyllo foliisque radicalibus longioribus compresso, vaginis imberbibus. *R. Brown* l. c. Schoenus *acutus*, culmo nudo foliisque spathâque compressis. *La Billard. pl. nov. Holland.* I. p. 18. t. 18.

Culmus 6-8pedalis. Folia culmo parum longiora, mucronata. Panicula depressa, 1-3pollicaris. Spiculae ovales, squamis 3-4 oblongis acutis subciliatis, inferioribus sterilibus. Stylus trifidus, stigmatibus villosis. Semen subtrigonum, nigrum. In *insulâ van Diemen.*

DIGYNIA.

113. GUNNERA.

1. G. *scabra Ruiz* et *Pav.;* foliis lobatis, scapo folio breviore petiolisque muricatis. *Fl. per.* I. p. 29. t. XLIV. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 308. *Willd. Spec.* IV. p. 149. G. *chilensis Lam. ill.* t. DCCCI. f. 1. *Panke Feuill.* II. t. 30. Panke *acaulis Molin. h. nat. Chili.* I. p. 150. teste *Juss.* et *Lam.*, Panke *tinctoria* testt. *Ruiz* et *Pav.*

Succosa mucilagine crystallinâ. Radix crassitie femoris. Spatha radicalis multipartita. Folia amplissima, 5-11fida, petiolis purpureis, granulis acumine uncinato. Scapus 2-6pedalis. Thyrsus e plurimis amentis subverticillatis. In *paludibus et uliginosis Peruviae* et *Chili.* ♃.

2. * G. *perpensa;* foliis reniformibus dentatis, scapo fructifero brevioribus, scapo petiolisque laevibus. *Linn. Mant.* 121. *Vahl Enum.* I. p. 309. *Willd. Spec.* IV. p. 148. *Thunb. Fl. cap.* I. p. 143. *Plukn. alm.* t. 18. f. 2. Perpensum *blitispermum Burm. prodr.* p. 126.

Folia interdum diametro spithamaea, dentibus acutis apice callosis, subinde et obtusissime cordata. Petioli striati. Scapus bipedalis. Amentum commune terminale longum, partialia pollicaria, sparsa. *Ad promont. b. spei.* ♃.

3. G. *plicata Vahl;* foliis reniformibus crenatis, scapis fructiferis altioribus, scapo petiolisque laevibus. *Vahl Enum.* I. p. 309. G. *magellanica Lam.* t. 801. f. 2. Misandra *Juss. gen.* 405. Misandra *magellanica Gmel. Syst.* V. p. 309.

Dioïca Rad. crassitie pennae cygneae. Fol. 2-3 ad radicem, longissime petiolata, 2-3lineas lata, crenis mucronatis, plicata, utrinque glabra. Petioli spithamaei. Scapus petiolis crassior, foliis brevior. Amentum masculum primum oblongum, demum cylindricum, 1½pollic., ♀ villosum. *Ad fretum magellanicum.* ♃.

114. ROEMERIA.

1. R. *Zeae.*

„Genus novum, Roemeria si „Tibi placet, dicendum. Maximi est „in Botanica momenti, quippe *Cyperoideas* cum *Gramineis* con- „jungit. Ex H. reg. matrit.“ *Zea in litt.* — Exemplaribus nostris quadripedalibus deest radix. Culmi stricti, crassitie fere pennae corvi, farcti, compressi, 2-3ped., glabri, tecti toti vaginis striatis appressis glabris; ligula brevissima subcallosa fuscescens; folia stricta, lineari-ensiformia, $1\frac{1}{2}$-2ped., 4-6lin. lata, basi plicata, medio plana, apice convoluta in acumen praelongum, sulcato-striata, oblique carinata; glabra, retrorsum quidquam, carinâ inprimis et margine scabriuscula. Panicula semipedalis et ultra, ramis strictis, 1-3-pollicaribus, spiculis in singulo 1-3. Rhachis inferne teres, superne, ut rami pedunculique, sulcato-angulata, denticulis minimis appressis deorsum scaberrima, sursum laevis. Spiculae ovato-lanceolatae, compressae, 6-8 lin. longae, 3-4 lin. latae; flosculis distiche patentibus. Cal. valvula inferior lineam, ut plurimum lin. 2. longa, enervis, apice sub lente aculeolata, superior quadruplo latior, trinervis, mucrone brevi scabriusculo, et, ut inferior, margine membranaceo sub lente tenuissime ciliata, utraque, ut et valvulae corollinae, straminea, glaberrima, nitida, corneâ fere substantiâ. Valvula corollae major cum mucrone lineam dimidiam parum superante 3 lin. longa, compresso-convexa, sub anthesi valvulam internam, maturo semine hoc involvens, nervis 3 fuscis scabriusculis in mucronem abeuntibus; minor vix 2 lin. longa, stamina et pistillum involvens, quidquam magis membranacea, nervis 2 fuscis, et inter hos dorso plana, ut omnino scaphoidea. Stamina semper 2, in uno tamen flosculo 1 tantum vidi. Filamenta germine longiora. Germen glaberrimum. Semen nondum perfecte maturum ulteriorem descriptionem vetat. Flosculi supremi neutri steriles. *Habitat?* — E Cyperoideis Fuirenae affinis, e graminibus Bromo.

115. ANTHOXANTHUM.

1. * A. *odoratum*, spica ovato-oblonga, flosculis subpedunculatis aristâ longioribus patulis, corollae glumis exterioribus ciliatis. *Vahl Enum.* I. p. 310. *Linn. Spec.* I. p. 40. *Willd. Spec.* I. p. 156. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 77. *Gaudin agrost. helv.* p. 47. *Host Gram. austr.* I. p. 5. t. 5. *Schreb. gram.* t. 5. *Fl. Dan.* t. 666. (teste *Schrad.*, a *Vahlio* et *Smithio* non citatur.) *Engl. bot.* t. 647. *Sturm* 1. 4. *Leers Fl. Herbornens.* t. 2. f. 1. *Schkuhr Bot. Handb.* t. 4. *Poit.* et *Turpin Paris.* t. 39. Avena *diantha Hall.* β. *Spicâ* laxiore, ramosâ. *Hall. hist.* n. 1491. β. *Loes. ic.* 22. γ. glumis calycinis pubescentibus. *Leers Fl. Herb.* 25. δ. paniculâ ramosiore, aristis longioribus, foliis glabris.

Culmi 1'-2pedal., graciles, glabri, superne nudi; folia brevia, plana, acuta, 3 lin. lata, vaginam versus profunde striatam ciliata. Ligula semilinearis, demum lacera. Panicula 1-2pollic., subinde violacea, saepe interrupta, basi attenuata, ramis brevibus pubescentibus, 2-3nis ad basin. Flosculi plures neutri. Antherae aureae. In *Europae pratis a Lapponiâ ad Siciliam*, *in Pensylvaniâ advena ex Europâ*. Exsiccata odore fere Asperulae *odoratae*. ♃. In Lusitaniâ teste *Linck* et *Brotero* annua.

2. A. *marum Brotero*; panicula spicaeformi sublanceolata; foliis laevibus ex viridi glaucis; nectarii valvulis semini adnatis, corollae ex ipso solutis. *Brotero Phyt. lusit.* F. 1. *Schrad. Journ. d. Bot.* 1801. p. 437. *Willd. Enum. H. Berol. Suppl.* I. p. 3. (qui addit: flosculis patulis, corollae glumis exterioribus ciliatis. A. *glaucum Vahl Enum.* I. p. 311.

Linck, qui apud *Schrader* l. c. de specie dubitat, folia non laevia esse, et Anthoxanthum *odoratum* quoque glaucescere et amarescere asserit. Attamen vel colore glauco, foliis durioribus, facile et eminus distinguitur, et perstat culturâ. *Hornemanni* definitio (*Hort. Hafn.* I. p. 35.) haec est: A. paniculâ spicatâ cylindricâ, culmo vaginisque foliorum glaucescentium scabris, glumis corollinis interioribus enerviis. In *Lusitaniâ*. ♃.

3. A. *gracile Bivona*; spica brevi pauciflorâ, flosculis aristâ duplo brevioribus, culmo filiformi. *Bivona Bernardi Stirp. rar. Sic. Manip.* 1. 3. *Tab.* 1. f. 1.

Culmus 3-5pollicaris, superne nudus scabriusculus, inferne foliosus, ramosus, bi-s. trinodis. Folia brevia, ciliata, superne villosa, inferne striata, glabra. Vaginae parum ventricosae, plerumque glabrae. Rachis flexuosa. Calycis glumae 2 acutae, quandoque pilosiusculae, margine membranaceae, apice scabrae; exterior uninervis brevior, interior trinervis nervo medio in aristam brevem producto. Corolla biglumis, setosa, ferruginea, calyce brevior. Glumae subaequales, acutae, aristatae, aristâ unâ dorsali, calyce breviori, alia basilari-geniculata, calyce duplo longiori. Nectarium bivalve. *Habit. in montibus circa Panormum.* ⊙.

4. *A. *crinitum Forst.*; paniculâ coarctatâ, aristis longissimis. *Forst. prodr.* n. 18. *Vahl Enum.* I. p. 311. *Willd. Spec.* I. p. 157. *La Billard. pl. Nouv. Holl.* II. p. 115. t. 263. Apera C. *de Beauvois*.

Glabrum pallide virens. Culmus sesquipedalis, inferne vaginis striatis foliorum tectus. Folia comvoluta angustissima. Panicula 4-pollic., spiciformis. Calycis glumae longitudine corollae, cujus valvulâ alterâ aristâ scabrâ, patentiusculâ. *In novâ Zeelandiâ.*

5. A. *avenaceum Retz*; spicâ secundâ, calycibus pilosis, flosculi aristâ tortili geniculatâ. *Retz obs.* III. p. 8. *Vahl Enum.* I. p. 311. *Willd. Spec.* I. p. 157.

Facies omnino Avenae, propter aristas, sed stamina tantum 2. Gramen semipedale, erectum. *Retz* l. c. *In Ind. Orient.* *

* Anthoxanthum *indicum* L. est Perotis *latifolia Ait.* et Anthoxanthum *giganteum Walt.* Andropogon.

116. REIMARIA.

1. R. *acuta Flügge;* spicis subquaternis; rhachi triquetrâ spiculis angustiore; glumâ *lanceolato-subulatâ;* foliis convolutis pubescentibus. *Flügge* l. c. p. 217. *Kunth mém. mus.* II. p. 68.

Rad. fibrosa; culmi 6-9pollic., basi saepius geniculati, subramosi decumbentes; nodi superiores glabri, inferiores pubescentes radicantes; vaginae laxae, internodiis breviores, fauce barbatae, inferiores pilosae superiores glabriusculae. Ligula vix manifesta. Folia angusta, linearia, carinato-convoluta, tenuissime pubescentia; spicae 4 aut 5 alternae; rhachis universalis laevis, 4-6 lin. longa, axillis nudis; partialis pollicaris aut paullo longior, spiculis duplo saltem angustior, margine serrulato-ciliata; pedicelli solitarii brevissimi; spiculae 7-10 remotiusculae, lineari-lanceolatae, valde acuminatae; gluma trinervis virescens margine piloso-ciliata, corollae valvâ interiori aliquanto brevior; corolla straminea, obscure nervosa, valvulâ interiore paulo longiore. *Flügge.* Habitus Digitariae. *In Americâ meridionali. Humb.* et *Bonpl.*

117. DIARRHENA.

1. D. *americana P. de Beauv.;* paniculâ racemiformi, ramis simplicibus sparsis appresso-erectis, spiculis subteretibus sub-5floris, flosculis acuminatis diandris, culmo erecto superne asperrimo, foliis latis planis. Festuca *diandra Mich. amer.* I. p. 67. t. 10. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 116.

Rad. subrepens. Spiculae 5-7 florae. Habitus Uniolae. *In sylvis antiquissimis regionum Kentucky, Tenassiae.* ♃.

2. D? *setacea Poir.;* glaberrima, caule foliisque setaceis, spicâ gracili; spiculis subsessilibus 4-6floris subaristatis; glumis calycinis, acutis inaequalibus. Festuca setacea *Poiret Enc. Suppl.* II. p. 638. β. eadem spicâ compositâ.

Affinis F. *capillatae*, sed culmi foliaque tenuissima et tota glabra; culmi recti 8-10pollic.; nodi minimi subnigrescentes; folia recta, 1-2pollicaria; spiculae virescentes alternae, remotae, parvae; glumae calycinae maxime inaequales angustae acuminatae; corollinae longiores fere subulatae, exterior aristâ valvulâ breviore. β. altior. *In Carolinâ. Bosc.* Quum *Poiret* adjecisset: „Anne typus *diandrae*?" huc posuimus, omnibus eandem negligentibus.

TRIGYNIA.

118. PIPER.

Synopsis sectionum.

1. Fruticosa.
   a. Foliis venoso-nervosis. n. 1-73.
   b. Foliis nervosis. n. 74-116.
2. Caule carnoso.
   a. Foliis alternis. n. 117-171.
   b. Foliis oppositis verticillatisve. n. 172-214.
3. Acaulia. n. 215-218.
4. Obscura. n. 219-225.

1. *Fruticosa.*

a. *Foliis venoso-nervosis.*

1. P. *angustifolium* Lam.; foliis lineari-lanceolatis subpetiolatis glaberrimis enerviis, spicis subglobosis, lateralibus. *Lam. ill.* I. p. 81. *Poiret Enc. meth.* V. p. 464. *Vahl Enum.* I. p. 312.

Rami dichotomi, glabri, tenues; folia 2-3pollicaria, unguem lata, utrinque acuta. Spicae solitariae, brevissime pedunculatae, magnitudine seminis Coriandri. *In Guiana.* ♄.

2. P. *salicifolium* Schumach.; foliis lanceolatis petiolatis supra scabris subtus nervis villosis, pedunculis petiolaribus. *Vahl Enum.* I. p. 312.

Rami tenues, superne villosi; folia alterna, 2-3pollicaria, attenuata acuta. Petioli 2 lineares, nervosi, superne utrinque membrana aucti, e cujus basi pedunculus solitarius, petiolo parum longior. Spicae bipollicares, obtusiusculae. *In Surinam.* ♄.

3. P. *elongatum* Ruiz et Pav.; foliis cordato-lanceolatis elongatis rugosis scabris subtus pubescentibus, spicis uncinatis longitudine foliorum. *Fl. per.* I. p. 38. t. 57. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 312.

12ped., erectum; rami subdivisi, scabri, subpurpurascentes, tenue pubescentes, punctati, nodosi. Folia brevi petiolata, basi inae-

qualia, rugosissima. Spicae solitariae tenerae erectae, sapore P. *nigri.* Stigmata hispida. *Sylvae* et *ripae Peruviae.* ♄.

4. P. *granulosum Ruiz* et *Pav.*; foliis cordato-lanceolatis attenuatis rugosissimis scabris, basi inaequalibus, spicis uncinatis folio brevioribus. *Fl. per.* I. p. 38. t. 64. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 313.

12pedalis; caulis scaber, ad geniculos granulosus, ramis subdivisis, subdependentibus. Folia breviter petiolata, bipalmaria, dependentia, venosissima, nervis et venis villosis. Spicae folio dimidio breviores, fructiferae erectae. Bracteae cuneiformes peltatae, concavae. Stigmata 3. Spicae floriferae huic uncinatae, fructiferae erectae, in sequente floriferae rectae, fructiferae uncinatae. *In Peruviae nemoribus.* ♄. Cl. *Poiret Enc. meth.* t. V. p. 462 conjicit, dubitanter licet, speciem hancce cum P. *adunco* conjungi posse.

5. P. *variegatum H.* et *B.*; ramis teretibus albo maculatis foliisque glabris oblongis longe acuminatis basi inaequaliter rotundatis, spadicibus folio dimidio brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nova gener.* et *spec.* I. p. 47.

Frutex 8-10ped.; rami valde nodosi, juniores maculis albis et fuscis. Folia 5poll., 2poll. lata, basi angustata. Petioli lineam longi, maculati, juniores ciliati. Stipulae longe ciliatae. Spadices oppositifolii, 2-3poll., cylindrici, crassitie pennae columbinae. Pedunculi 4lin. longi teretes glabri. Baccae globosae minutissimae. Affine P. *granuloso Ruiz* et *Pav.* *In umbrosis calidis regni Novogranatensis, inter la Egyptiaca* et *Honda.* ♄.

6. P. *cumanense H.* et *B.*; ramis teretibus glabris, ramulis subtrigonis; foliis oblongis, longe acuminatis basi inaequaliter rotundatis glabris; spadicibus folio paullo brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 47.

Differt a *variegato* (an hujus varietas?) ramis junioribus pedunculisque angulatis nunquam maculatis; foliis minoribus, (3-4poll., 1 1/2 poll. latis) firmioribus; stipulis glabris, pedunculis longioribus 6-7poll. *In sylvis prope Cumana* et *Bordones in novâ Andalusiâ.* ♄.

7. P. *laurinum*; ramis teretibus laevibus foliisque glabris ovato-oblongis acuminatis basi aequaliter rotundatis coriaceis; spadicibus folium subaequantibus. P. *laurifolium Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 46.

Nomen mutandum erat ob antiquius *laurifolium Mill.* — Frutex 5-6ped., dichotomo-ramosus. Folia 3-4poll., 2poll. lata, reticulato-venosa, venis subtus prominentibus, nitida. Petioli 3lin. longi, canaliculati, glabri. Spadices oppositifolii, cylindracei, crassitie pennae corvinae. Pedunculi 2 lin. longi, glabri. *In scopulosis regionis calidae Andium peruvianorum inter Chala et Truxillo.* ♃.

8. P. *riparium H.* et *B.*; ramis subtetragonis glabris; foliis ovatis apice angustatis acutis basi rotundatis supra glabris, subtus in venis petiolisque pubescentibus, spadicibus

folio triplo brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 48.

Folia pedalia, 5-6poll. lata, basi aequalia, reticulato-venosa; petioli fere pollicares basi dilatati. Spadices oppositifolii, 4poll., cylindracei, crassitie pennae columbinae majoris. Pedunculi semipollicares, teretes, glabri. *Ad ripas fluminis Magdalenae inter Guarumo et Honda in R. Novogranatensi.* ♄.

9. P. *lanceolatum Ruiz* et *Pav.*; foliis ovato-lanceolatis utrinque acutis punctatis glabris basi aequalibus. *Fl. per.* I. p. 36. t. 61. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 313.

Glabrum, biulnare, ramis subdivisis. Folia breviter petiolata, basi subinaequalia, utrinque punctis fuscis. Spicae cylindricae erectae, foliis dimidio breviores. Bracteae margine pubescentes. Stigmata 3. *In nemoribus Peruviae.* ♄.

10. P. *Radula H.* et *B.*; ramis teretibus tomentoso-hirtis; foliis ovato-lanceolatis acuminatis inaequaliter subcordatis, supra bullato-rugosis scaberrimis opacis subtus lacunosis molliter fuscescenti pubescentibus, petiolis tomentoso-hirtis; spadicibus folio quadruplo brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 48.

Arbor 12ped.; rami flexuosi fuscescentes; folia 7-10poll., 2-3poll. lata, reticulato-venosa. Petioli 4 lin. longi teretiusculi, fuscescentes; spadices oppositifolii, 2 poll., cylindrici, crassitie pennae anserinae, pubescentes. Pedunculi subpollicares, teretes, hirti. *In altis montanis inter la Guayra et Caracas.* ♄.

11. P. *rude H.* et *B.*; ramis teretibus, pubescenti-hirtis; foliis oblongo-lanceolatis acuminatis basi inaequaliter rotundatis supra bullato-rugosis scabris nitidis subtus lacunosis petiolisque hirto-pubescentibus; spadicibus folio duplo triploque brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 49.

Frutex ramis flexuosis nodosis; folia 3-5poll., reticulato-venosa, juniora supra laevia, scabra, adulta subbullata, punctato-scabra; petioli 5 lin. longi, hirto-pubescentes. Spadices oppositifolii, 1 1/2 poll., cylindracei, crassitie pennae columbinae. Pedunculi 3 lin. longi, teretes, hirti. *In temperatis humidis umbrosis montis Quindiu juxta la Palmilla et el Moral.* ♄.

12. P. *lanceaefolium H.* et *B.*; ramis teretibus, junioribus albo pilosis; foliis oblongo-lanceolatis, longissime acuminatis, inaequaliter cordatis, supra bullatis glabris, subtus lacunosis piloso-pubescentibus coriaceis lineatis; petiolis albo villosis; spadicibus arcuatis, folio dimidio brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener. et spec.* I. *p.* 49.

A P. *lineato* valde diversum foliis longioribus cordatis supra bullatis, petiolis villosis. Arbor. Folia superiora sessilia, inferiora petiolo vix ultra lineam longo, 5-7poll., 1 1/2-2poll. lata, reticulato-venosa, venis primariis nervoque medio subparallelis, coriaceo-rigida; stipulae sericeo-villosae; spadices 2-3poll., cylindracei, cras

sitie pennae columbinae. *In sylvis opacis udis Andium, in provinciâ Jaen, in ripâ fluminis Amazonum prope Tomependa.* ♄.

13. P. *bullatum Vahl;* foliis ovato-lanceolatis rugosis, subtus ramisque villosis supra nitidis, nervis vagis. *Vahl Enum.* I. p. 313. P. *rugosum Lam. ill.* I. p. 81.

Rami scabri, folia 2-4pollicaria, attenuata, utrinque venoso-rugosa. Petioli breves, villosi. Spicae pedunculatae 2-4pollicares. Aliud specimen in herb. *Juss.* vidit *Vahl*: ramis villoso tomentosis, foliis elliptico-lanceolatis, 6-7pollic., basi acutis, subtus villosis scabriusculis, specie tamen forte non diversum. *In St. Domingo, Cajennâ.* ♄. Huc retulit Cl. *Poiret*, attamen dubitans, P. *rugosum Vahl* et P. *crocatum Ruiz y Pav.*

14. P. *coriaceum Vahl;* foliis lato-lanceolatis attenuatis coriaceis, baccis pedicellatis. *Vahl Enum.* I. p. 314.

Tota glabra. Folia petiolata, spithamea, basi subovata aequalia. Spicae bipollicares. Baccae magnitudine pisi. *India orientalis.* ♄.

15. P. *nitidum Swartz;* foliis elliptico-lanceolatis attenuatis glaberrimis punctatis supra nitidis basi inaequalibus, spicis apice recurvis. *Swartz prodr.* p. 15. *Fl. Ind. occident.* I. p. 58. *Willd. Spec.* I. p. 163. PIPER *praemorsum Rottb. rar. sur.* p. 16. *Vahl Eclog. am.* I. p. 4.

Rami teretes geniculis nodosis. Folia 5-6pollic., remota, acuta, basi subinaequalia, *supra nitida.* Pedunculi petiolo semiunguiculari duplo longiores. Spicae juniores albidae, brevissimae, frutiferae 4pollicares, apice recurvae. Flores spirales. *In umbrosis montosis Jamaicae et sylvis Surinam.* ♄.

16. P. *retrofractum Vahl;* foliis elliptico-lanceolatis attenuatis multinerviis rugosis basi inaequalibus, pedunculis retrofractis. *Vahl Enum.* I. 314.

Rami striati; folia 5-6pollicaria, 1 1/2pollic. lata, valde attenuata, altero latere parum breviora, utrinque glabra. Petiolus vix unguicularis, supra canaliculatus. Spica 1 1/2pollicaris, pennâ anserinâ parum crassior, obtusissima. Flores confertissimi. *In Indiâ orientali.* ♄.

17. P. *aequale Vahl;* foliis elliptico-lanceolatis attenuatis glabris basi aequalibus subtus impunctatis, spicis rectis. *Vahl eclog.* I. p. 4. *Vahl Enum.* I. p. 315.

Variat foliis latioribus et angustioribus. Folia supra nervo venisque immersis, nec prominentibus. Rami glabri, articulis parum infractis. Folia palmaria et ultra, subtus pallidiora. Petioli unguiculares, supra canaliculati, subtus acute carinati. Spicae 1 1/2pollicares, secundae, obtusae, juniores parum curvatae, adultiores rectae. *In Montserrat. Ryan.* ♄.

18. P. *curvatum Ruiz et Pav.;* foliis elliptico-lanceolatis acuminatis laevibus nitidis basi subinaequalibus subtus

punctatis, spicis recurvatis. *Flor. peruv.* I. p. 36. t. 54. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 315.

Glabrum. Caul. 8pedalis, geniculis nodosis, articulis brevibus, ramis dichotomis. Folia petiolata, margine parum revoluta, subcoriacea, nervis venisque supra elevatis. Spicae cylindricae tenues acuminatae floribus annulatim digestis. Bracteae subreniformes. *In nemoribus Peru.* ♄.

19. P. *microstachyon Vahl;* foliis oblongis acuminatis laevissimis basi aequalibus, spicis brevissimis mucronatis. *Vahl Ecl. am.* II. p. 3. *Enum.* I. p. 315.

Rami dichotomi, saepe flexuosi et striati, geniculis nodosis. Folia 3pollicaria, utrinque acuta. Petioli vix semiunguiculares. Pedunculi petiolo parum longiores. *In Cajennâ. v. Rohr.* ♄.

20. P. *lineatum Ruiz* et *Pav.;* foliis ovato-oblongis acuminatis linearibus subtus pilosis basi inaequalibus, spicis recurvatis. *Fl. per.* I. p. 35. t. 60. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 315.

12pedalis, caule granuloso, articulis utrinque incrassatis, ramis teneris hispidulis; folia petiolata subplicata, margine reflexa, coriacea, exsucca, supra nitida, subtus leviter pilosa et venis transversis simplicissimis. Spicae longitudine fere foliorum. *Ad fluvios in Peru.* ♄.

21. P. *celtidifolium H.* et *B.;* ramis teretibus glabris, junioribus hirtis; foliis oblongo-lanceolatis acuminatis basi angustatis subaequalibus utrinque scabris lineatis; venis petiolisque hirtis; spadicibus arcuatis, folio paullo brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener. et spec.* I. p. 50.

Differt a P. *lineato*, cui valde affine, ramis nodosis, nec ventricoso-nodosis; foliis angustioribus longioribusque basi subaequalibus, subtus in venis hirtis, nec pilosis. — Arbor 30ped.; folia 4-6poll., 1 1/2-2poll. lata, rigida, reticulato-venosa, venis primariis subtus prominulis, nervo medio parallelis, juniora subtus pubescentia. Petioli lin. longi, hirti. Spadices oppositifolii, 4poll., cylindracei, crassitie pennae columbinae, ascendenti-arcuati. Pedunculi 6-8lin., teretes. *In declivibus montis Impossible inter Caripe et Cumanacoa.* ♄.

22. P. *gracile Ruiz y Pav.;* foliis ovato-oblongis attenuatis acutis subtus rugosis pubescentibus basi inaequalibus. *Fl. per.* I. p. 35. t. 59. f. 2. *Vahl Enum.* I. p. 316.

Caulis biulnaris, striatus, scaber, ramis hispidulis; folia breviter petiolata, basi obliqua, subtus venosissima. Spicae filiformes, tenues, rectae, fructiferae longitudine foliorum. Bracteae cuneiformes, peltatae, margine pilosae. *In nemoribus Peruviae.* ♄.

23. P. *dichotomum Ruiz* et *Pav.;* foliis ovato-oblongis attenuatis basi subaequalibus, spicis fructiferis pendulis. *Fl. per.* I. p. 35. t. 60. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 316.

Caulis triulnaris, dichotomus. Folia petiolata, acuta; spicae floriferae erectae, cylindricae, folio breviores. *In Peruviae sylvis.*

24. P. *callosum Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongo ovatis acuminatis basi biglandulosis, spicis brevibus subechinatis. *Fl. per.* I. p. 34. t. 53. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 316.

Glabrum, caules plures, rami subdivisi, radicantes. Folia petiolata, patentia, basi obliqua, supra nitida. Spathae minimae. Spicae petiolo parum longiores, fructiferae e stylis persistentibus echinatae. Bracteae ovatae. Stam. 4. *In Peruviae nemoribus.* ♄.

25. P. *punctatum Ruiz* et *Pav.*; foliis ellipticis acuminatis utrinque punctatis nervis supra prominentibus basi aequalibus, spicis folio duplo brevioribus. *Fl. peruv.* I. p. 36. t. 62. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 317.

Caul. 4pedalis, striatus, punctatus, ramosus. Folia petiolata. Spicae erectae. Bracteae cuneiformes, peltatae, denticulatae. In *Peruviae nemoribus.* ♄.

26. P. *caripense H.* et *B.*; ramis teretibus laevibus foliisque glabris oblongis longe acuminatis, basi aequaliter rotundatis, spadicibus folio quadruplo brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 48.

Simillimum *P. punctato*, rami vero tenuiores, folia acuminata nec acuta, spadices graciliores, breviores. Frutex 15ped., ramis flexuosis; folia 4-5poll., 2poll. lata, acumine obtuso, reticulato-venosa; petioli 3 lin., canaliculati glabri. Spadices oppositifolii, 1-1 1/2poll., cylindracei, crassitie fere pennae columbinae. Pedunculi 2 lin., teretes, glabri. In *crepidinibus umbrosis prope coenobium caripense in provinciâ Cumanensi.* ♄.

27. P. *crassinervium H.* et *B.*; ramis subangulatis foliisque glabris ovato-oblongis acuminatis basi angustatis aequalibusque subcoriaceis, spadicibus folio dimidio brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 48.

Frutex 10ped.; folia pedalia, 4-5poll. lata, reticulato-venosa, venis nervoque medio subtus prominentibus. Petioli semipollicares et longiores, glabri. Spadices oppositifolii 4-5poll., cylindracei, crassitie pennae anserinae minoris. Pedunculi 1/2poll., glabri. Affine eis. *Kunth* ait PIPERI *arborescenti*, speciei nobis ignotae, et post caripense posuit. In *regione calidissimâ ad ripas fluminis Magdalenae prope Honda in umbrosis.* ♄.

28. P. *secundum Ruiz* et *Pav.*; foliis ellipticis acuminatis glabris laevibus pendulis basi subaequalibus, spicis rectis secundis filiformibus, ramis scabris. *Fl. per.* I. p. 36. t. 62. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 317. P. *heteromallum Pers. Syn.* II p. 33.

Glabrum, 8pedale, erectum, scabrum, ramis dichotomis, horizontalibus. Folia petiolata, venosa. Spicae tenues, foliis paullo breviores. Flores in annulis confertissimi. In *nemoribus Peruviae.* ♄.

29. P. *excavatum Ruiz* et *Pav.*; foliis ellipticis acuminatis glabris lineatis basi subinaequalibus, spicis erectis cylindricis folio duplo brevioribus. *Flor. per.* I. p. 34. t. 54. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 317.

Glabrum, 12pedalis, ramis dichotomis punctis minutis. Folia supra juxta nervos lineata. Petioli semiamplexicaules. Bracteae obovatae, margine membranaceae, glabrae, integerrimae. In *Peruviae nemoribus*. ♄.

30. P. *longifolium Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongo-ovatis acutis utrinque nitidis venosissimis basi subaequalibus, spicis recurvatis. *Fl. per.* I. p. 37. t. 61. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 318.

12pedalis, dichotomum, ramis nitidis. Folia breviter petiolata, pedalia, lata, laevia, margine leviter reflexa. Spathae ovatae, lanceolatae, albicantes. Spicae folio breviores. In *Peruviae nemoribus*. ♄.

31. P. *citrifolium Lam.*; foliis ovato-lanceolatis laevibus, nervis alternis, spicis crassis folio brevioribus. *Lam.* ill. I. p. 80. P. *rugosum Vahl Eclog. am.* I. t. 2. *Enum.* I. p. 318.

Quae folia eadem laevia *Lamarckio*, reticulato-rugosa vero *Vahlio* esse possunt adeo ut diagnosin suppeditent? — Rami recti, geniculis nodosis. Folia 5-6pollicaria, venoso-reticulata, venis exstantibus. Petioli unguiculares, supra canaliculati, subtus carinati. Spicae 1½pollic. et ultra, mucrone brevi nudo. In *Cajennâ. v. Rohr.* ♄. Cl. *Poiret*, licet dubitans, P. *longifolium Ruiz y Pav.*, et P. *ovatum Vahl* hic adduxit.

32. P. *heterophyllum Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongo-ovatis acuminatis nitidissimis utrinque punctatis basi subaequalibus, spicis fructiferis curvatis. *Fl. peruv.* I. p. 34. t. 56. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 318.

Glabrum. Caulis 12pedalis, striatus, ramis alternatim dichotomis. Folia petiolata, rarissime basi inaequalia, fusco punctata, margine revoluta. Spicae acuminatae, floriferae rectae. Bracteae cuneiformes, peltatae, margine cristatae. In *Peruviae nemoribus*. ♄.

33. P. *crocatum Ruiz et Pav.*; foliis ovato-oblongis acuminatis utrinque rugosis supra asperis subtus pubescentibus basi inaequalibus, spicis erectis fere longitudine foliorum. *Fl. per.* I. p. 35. t. 55. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 319.

Caulis triulnaris scaber, ramis erecto-patentibus. Folia petiolata. Spathae lanceolatae, breves, concavae, membranaceae, caducae. Bracteae cuneiformes, peltatae, margine villosae. In *Peruviae nemoribus*. ♄.

34.* P. *aduncum*; foliis ovato-oblongis ellipticisve acuminatis basi inaequalibus utrinque scabris, spicis axillaribus

uncinatis. *Vahl Enum.* I. p. 319. *Willd. Spec.* I. p. 162. *Plum. gen.* t. 77. *Sloane jam.* I. t. 87. f. 2. *Jacq. ic. rar.* II. t. 210. P. *scabrum Lam.* ill. I. p. 80.

Rami teretes superne compressi scabriusculi, cortice cinereo fuscescente, geniculis subnodosis. Folia spithamaea 11-13nervia, nervis subtus exstantibus. Petioli brevissimi. Spicae 4pollicares. Variat foliis plus minus scabris, subtus villosis vel glabriusculis, angustioribus. In *Caribaeis*, *Surinamo*, *Cajennâ*. ♄. cf. P. *granulosum*, et *aduncum Ruiz* et *Pav.*

35. P. *asperifolium*; foliis oblongo-ovatis acuminatis scabris subtus villosiusculis basi inaequalibus, spicis rectis. *Vahl Enum.* I. p. 319. P. *fruticosum*, foliis oblongo-ovatis promisse acuteque acuminatis superne asperrimis, spadicibus longiusculis erectis. *Act. soc. h. n. paris.* I. p. 105. P. *scabrum Swartz*; foliis lato-ovatis acuminatis obliquis rugosis scabris, spicis erectis. *Flor. ind. occid.* I. p. 59. P. *asperifolium Ruiz* et *Pav.*; foliis ovatis oblongisque acuminatis asperis, spicis teneris curvatis, adultis erectis. *Fl. per.* I. p. 37. t. 56. f. b.

Cl. *Swartz* PIPER *hirsutum* suum eandem esse speciem cum P. *asperifolio Fl. per.* an ergo eadem cum *Act. soc.* l. c.? *Willdenowius* P. *scabrum* diversum esse ab *asperifolio*. *Kunth.* Rami scabri, villosuli; folia 7pedalia, basi altero latere breviora, supra punctis minutis albis asperrima. Petioli 1/2pollicares, Spicae 2-4pollicares, crassitie pennae columbinae. Flores confertissimi. Variat foliis majoribus et minoribus. — *Vahl.* Stigmata 3, recurva, persistentia. *Swartz.* In *Caribaeis*, *Cajennâ*, *Peru.* ♄. cf. P. *hirsutum.*

36. P. *asperiusculum H.* et *B.*; ramis teretibus, scabriusculis; foliis ovato-oblongis, acuminatis basi inaequaliter subrotundatis, supra scabris, subtus glabriusculis; petiolis pilosis; spadicibus folio duplo brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 51.

PIPERI *asperifolio Ruiz* et *Pav.* et *scabro Swartz* simillimum. Differt ab hoc: foliis subtus glabriusculis, nec pilosis; ab illo: ramis teretibus, foliis longius acuminatis. Frutex. Folia 4-6poll.; folia latere inferiore angustato, exteriore rotundato, reticulato-venosa; petioli 11/2lin.; spadices oppositifolii, 2-3 poll., crassitie pennae columbinae minoris. Pedunculi 2 lin., teretes. In *convalle umbrosâ fluminis Magdalenae prope S. Bartholomé et Boca de Opon.* ♄.

37. P. *umbrosum H.* et *B.*; ramis teretibus striatis piloso-hirtis; foliis ovato-ellipticis, acuminatis, basi subaequaliter rotundatis utrinque piloso-hirtis; petiolis pilosis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 51.

Frutex 8ped.; rami nodis valde ventricosis; folia 5 6poll., reticulato-venosa. Petioli 1/2 fere pollicis. Spadices deerant. In

ripâ paludosâ fluminis Magdalenae prope Buena Vista et isla de *Bruxas.* ♄.

38. P. *dilatatum Rich.;* foliis oblongo-ovatis, basi inaequalibus venosis laevibus medio dilatatis, spicis rectis. *Act. soc. h. nat. paris.* I. p. 105. *Vahl Enum.* I. p. 320.

Affine P. *adunco* et *asperifolio*: at spicae non recurvatae, nec folia scabra. Rami angulati, folia spithamaea, rhomboïdeo-ovata. Spicae 3-4pollicares, obtusae. In *Americâ meridionali.* ♄.

39. P. *obovatum Ruiz* et *Pav.;* foliis lanceolato-oblongis acuminatis punctatis extrorsum dilatatis basi aequalibus, spicis rectis. *Fl. per.* I. p. 36. t. 53. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 320.

Monoïcum (ut pleraque Pipera) glabrum. Caulis triulnaris, striatus. Rami subdivisi. Folia petiolata, margine revoluta utrinque fulvo-punctata. Spicae inferiores subpatentes, foliis duplo breviores, cylindricae, obtusae crassae. Bracteae cuneiformes peltatae concavae, margine pubescentes. Nucleus subreniformis. In *nemoribus Peru.* ♄.

40. P. *grande Vahl;* foliis ovato-oblongis acuminatis basi petiolisque aequalibus. *Vahl Eclog. amer.* II. p. 3. t. 11.

Rami striati, glabri, geniculis nodosis; folia inferiora 1/2pedalia, 6-7pollices lata, inferiora basi subcordata, superiora altero latere parum angustiora, utrinque laevia; petiolus pollicaris. Spicae 3-4pollicares, crassitie fili emporetici. Flores minutissimi. *Ad St. Martham Americae calidioris.* ♄.

41. P. *botrytes Vahl;* foliis ovatis ovato-oblongis elliptico-lanceolatisque attenuatis basi subaequalibus, nervis subtus villosis. *Vahl Enum.* I. p. 321. *Plum. gen.* p. 51.

Rami crassitie pennae cygneae, geniculis nodosis; folia plerumque ovata, interdum subcordata. Petiolus 1/2pollic. vel parum longior. Spica petiolo et pedunculo parum longior, crassitie pennae columbinae. In *Americâ. Ex herb Juss.* ♄.

42. P. *obesum Vahl;* foliis ovato-oblongis acuminatis rugosissimis supra scabris subtus pubescentibus basi inaequalibus, spicis erectis. *Vahl Enum.* I. p. 321. P. *scabrum Ruiz* et *Pav. Fl. per.* I. t. 55. f. b. P. *asperum Pers. Syn.* I. p. 33.

Fere 24pedalis, erectus, ramis subdivisis, nutantibus scabris; folia petiolata, venosissima. Spathae ovato-lanceolatae, villosae, margine glabrae. Spicae foliis duplo breviores. In *nemoribus Peruviae.* ♄. Anne varietas P. *adunci* quaerit cl. *Poiret.?*

43. P. *tumidum H.* et *B.;* ramis teretibus scabris; foliis oblongo-ellipticis obtusiusculis, basi inaequaliter rotundatis coriaceis reticulato-rugosis supra scabriusculis, subtus in venis petiolisque hirtis; spadicibus folio duplo brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 51. Differt

a *scabro Fl. per.* s. *obeso Vahl* foliis obtusiusculis nec acuminatis.

Frutex 3-4 orgyar., nodis tumidis valde approximatis. Folia 2-3 poll., reticulato-venosa, supra fere glabra. Petioli brevissimi, lineam longi. Spadices oppositifolii, 11/2pollicares, cylindracei, crassitie pennae anserinae. Pedunculi semipollicares, teretes, hirti. In *montanis regni Quitensis.* ♄.

44. P. *lacunosum H.* et *B.;* ramis teretibus, tenuissime pubescentibus; foliis subrotundo-ovatis, acutiusculis, basi inaequaliter subcordatis, supra rugoso-bullatis, glabris, subtus lacunosis, in venis et venulis hispidis; petiolis pubescentibus; spadicibus folium subaequantibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 50.

Frutex 9ped.; folia 4-5poll., 4poll. lata, reticulato-venosa, subcoriacea; petioli pollicares; spadices oppositifolii, 5-6poll., cylindracei, crassitie pennae cygneae. Pedunculi semipollicares, incrassati. In *montanis temperatis Provinciae Jaen de Bracamoros, inter Passo de Matara et Cavico.* ♄.

45. P. *velutinum H.* et *B.;* ramis teretibus tomentoso-hirtis; foliis ovato-oblongis, acuminatis, basi inaequaliter rotundatis, utrinque (mollissime) lanato-pubescentibus, subtus canescentibus; petiolis cano-hirtis; spadicibus folio dimidio brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 52.

Arbor 30ped.; folia 5-6poll., 11/2-2poll. lata, acumine obtusiusculo, lineato-venosa; venis venulisque reticulatis, parum prominentibus. Petioli 2-3 lin. longi. Spadices oppositifolii, 2-3 poll., cylindracei, crassitie pennae columbinae minoris. Pedunculi pubescenti-hirti, petiolum subaequantes. In *Scopulosis prope Zaulaca prov. Jaen; in Peravià prope Guancabamba.* ♄.

46. P. *cornifolium H.* et *B.;* ramis teretiusculis tenuissime pubescentibus; foliis sessilibus obovato-ellipticis acuminatis, basi inaequaliter subcordatis (aut rotundatis) utrinque glabriusculis, subtus in venis pilosiusculis; spadicibus folio duplo brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* c. *Kunth.* I. p. 52.

Frutex 3-4ped.; folia 4-5poll., 2-21/2poll. lata, lineato-venosa, venulis reticulatis; sub oculo armato pilis minutissimis; spadices bipollicares cylindracei, crassitie caudae murinae. Pedunculi 2linear., teretes, pubescentes. In *ripà fluminis Magdalenae juxta Paturia.* ♄.

47. P. *oblongum H.* et *B.;* ramis teretibus striatis glabris; foliis ovato-oblongis, acuminatis, basi inaequaliter rotundatis glabris, subtus in venis pubescentibus; petiolis glabris; spadicibus folio dimidio brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 52.

Frutex 15ped., ramis flexuosis, nodosis; folia 4-5poll., 2poll. et ultra lata, tenuiter membranacea; petioli 11/2 lin.; spadices oppositifolii, 3poll., cylindrici, crassitie pennae columbinae. Pedunculi teretes, 4lin. In *convalle umbrosâ juxta Cumanacoa.* ♄.

48. P. *coruscans H.* et *B.;* ramis teretibus striatis glabris, foliis ovato-oblongis, acuminatis, (obsolete) cordatis glabris supra nitidis, subtus in venis petiolisque pubescentibus; spadicibus folio paullo brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 53.

Frutex 6-8ped., ramis articulatis; folia 5-6poll. et ultra, 3 poll. lata, subcoriacea, subtus in venis albo-pubescentia; petioli pollicares, basi subvaginantes. Spadices oppositifolii, 3-4poll. et ultra, cylindrici, crassitie pennae columbinae, stricti. Pedunculi semipollicares, subtrigoni, glabri. In *ripâ fluminis Magdalenae, inter St. Bartholome et Garapatas.* ♄.

49. P. *piluliferum H.* et *B.;* ramis angulato-striatis, glabriusculis, junioribus pilosiusculis; foliis sessilibus, oblongo-lanceolatis, longissime acuminatis, basi auriculato-cordatis glabriusculis, subtus in venis hirtis; spadicibus globosis, folio brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 52.

Frutex 12ped.; dense foliosus, ramis dichotomis, nodosis; folia 2-3poll., acumine obtuso, basi lobo inferiore subrotundo, 11/2 lin. lato, superiore oblongo subrotundo, altero sextuplo minore, lineata, reticulato-venosa; spadices oppositifolii globosi magnitudine pisi. Pedunculi 4 lin. longi, hirti. In *declivitate Andium inter Cuenca et Tambo de Burgay.* ♄.

50. P. *flexuosum Rudge;* foliis ovali-lanceolatis cauleque flexuoso pubescentibus, petiolis brevissimis, spicis cylindricis erecto-incurvis. *Rudge pl. rar. Gujan. p. et t.* 13.

Caulis teres, nodosus, flexuosus, pubescens. Folia utrinque pube densâ tecta, 5-6pollicaria, basi inaequalia, nervis arcuatis scabris. In *Gujanâ.*

51. P. *dumosum Rudge;* foliis oblongo-lanceolatis laevibus utrinque hirsutis, spicis cylindraceis erectis, caule flexuoso scabro. *Rudge pl. rar. Gujan. p. et t.* XIV.

Caulis subflexuosus, scabriusculus, folia 7-8 uncialia utrinque nervoque hirsuta. Spica bi-tri-uncialis. P. *obeso* [*scabro Sw.*] nimis affinis. In *Gujanâ.*

52. P. *exasperatum Vahl;* foliis ovato-oblongis acutis multi-nerviis basi inaequalibus, ramis inferne scabris superne angulatis. *Vahl Enum.* I. p. 322.

Rami inferne e punctis minutis elevatis scaberrimi, superne striati, laeves. Folia tri-quadripollicaria, basi inaequalia, obliqua, parum acuminata, subtus rugosa. Petioli unguiculares. Pedunculi petiolo dimidio longiores. Spica pollicaris, crassitie pennae anserinae, obtusissima. Flores confertissimi. In *Ind. orient.* ♄.

58. P. *grandifolium H.* et *B.*; ramis teretibus verrucosis foliisque glabris ovatis acuminatis basi oblique rotundatis subcoriaceis; spadicibus folio dimidio brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec. ed.* c. *Kunth.* p. 46.

18ped. et ultra; folia pedalia, 5poll. lata, reticulato-venosa; petioli sesquipollicares, glabri, spadicibus oppositifoliis, 4poll. et ultra, crassitie pennae anserinae minoris. Pedunculi subpollicares sulcati, basin versus laeves, glabri. Baccae globosae, magnitudine seminis papaveris. In *temperatis montis Quindiu regni Novogranatensis juxta Quebrada de Boquia.* ♄.

54. P. *macrophyllum Swartz*; foliis ovato-oblongis multinerviis acuminatis glabris basi inaequalibus, petiolis marginatis (appendiculatis *Willd.*), geniculis aequalibus (spicis axillaribus solitariis *W.*) *Swartz prodr.* p. 15. *Flor. ind. occid.* I. p. 54. *Vahl Enum.* I. p. 322. *Willd. Spec.* I. p. 163. P. ramis teretibus striatis foliisque glabris ellipticis acuminatis, basi inaequaliter subcordatis, spadicibus folium subaequantibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 46. *Sloane hist. jam.* I. *t.* 88. f. 1. P. *arboreum Aublet gujan.* t. 23.

Frutex sub 12ped. Rami juniores subtriquetri; folia 6-7poll., 4-5poll. lata, basi laevissime inaequaliter cordata, reticulato-venosa. Petioli 1-1 1/2poll., glabri, crispato-alati s. margine membranacei, basi dilatati. Spadices oppositifoli, 4-6poll., cylindracei, in pedunculis 8-9lin.; Stamina 4-6. In *montosis petrosis Jamaicae, Cajennae, Darien, regno Novogranatensi.* ♄. Confer P. *obliquum.*

55. P. *augustum Rudge*; foliis ovato-oblongis acuminulatis minute punctatis, spicis crassis cylindraceis, bracteis peltatis ciliatis. *Rudge plant. rar. Gujan. p. et tab.* VII.

Frutex caule scabriusculo, folia 9-12uncialia basi inaequalia, subtus praesertim punctulata. Spicae biunciales. ♄. In *Gujanâ.*

56. P. *geniculatum Swartz*; foliis elliptico-oblongis acuminatis multinerviis basi inaequalibus, geniculis nodosis. *Swartz prodr.* p. 15. *Fl. Ind. occid.* I. p. 57. *Vahl Enum.* I. p. 323. *Willd. Spec.* I. p. 163.

Rami glabri ad geniculos nodosi. Folia *breviter petiolata, tri-quadripollicaria*, acumine brevi, subtus pallidiora, nervis villosulis. Petiolus marginatus vix unguicularis. Pedunculi pollicares. Spicae rectae quadripollicares, obtusae. In *sylvis lapidosis Jamaicae, insulâ Trinitatis. v. Rohr.* ♄.

57. P. *eucalyptifolium Rudge*; foliis lato-lanceolatis attenuatis apice oblique curvis, nervosis; spicis brevissimis cylindricis, bracteis peltatis integris. *Rudge plant. rar. Gujan. p. et tab.* VI.

Frutex ramis nodosis geniculatis; Folia glaberrima. Spicae sub-pollicares oppositifoliae. In *Gujanâ.*

58. P. *hirsutum;* foliis oblongis attenuatis rugosis basi obliquis geniculisque hirsutis, spicis erectis. *Swartz prodr.* 15. *Vahl Enum.* I. p. 323. P. *hispidum Swartz Fl. Ind. occ.* I. p. 60. *Willd. Spec.* I. p. 163.

6pedale, ramosum, hirsutum hispidum. Folia petiolata multinervia. Petioli breves. Spicae 2pollic., crassae, fuscae. Pedunculi petiolis breviores. Squamae minutae subrotundae ciliatae ad latera staminum. Bacca subrotunda, minima *Swartz.* An huc Piper *tomentosum Mill.?* an ad *Scabrum?* In *montibus frigidioribus Jamaicae.* ♄. *Poiret*, dubitans licet, P. *asperifolium Ruiz* y *Pav.* huc adduxit.

59. P. *hispidum H.* et *B.;* ramis teretibus hirtis; foliis ovato-oblongis, longe acuminatis, basi inaequaliter rotundatis, lineatis, supra punctato-scabris, subtus in venis petiolisque hirtis; spadicibus folio dimidio brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 50.

Frutex, ramis pilis reflexo-patentibus; folia 5-6poll.; 3 fere poll. lata, basi parum angustata, rigida, reticulato-venosa, venis primariis parallelis, supra scaberrima, subtus pilosiuscula; petioli 4lin.; spadices oppositifolii, 3-4poll., stricti, cylindracei, crassitie pennae columbinae. Pedunculi 1/2poll., teretes, glabriusculi vel pilis raris. In *temperatis frondosis Turbaco inter et Carthagena de Indias.* ♄.

60. P. *psilostachium H.* et *B.;* ramis teretibus pubescentibus; foliis oblongis acuminatis basi subaequaliter rotundatis utrinque scabris; petiolis pubescentibus; spadicibus folio longioribus, longe pedunculatis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 50.

Frutex 9ped.', ramis nodis rubicundis; folia 3-4poll., reticulato-venosa, nervo medio subtus prominente rubro. Petioli 2 lin. longi. Spadices oppositifolii, 4poll., cylindracei, crassitie caudae murinae. Pedunculi 3poll, teretes. In *regione calidissimâ regni Novogranatensis in ripâ fluminis Magdalenae*, *prope Angostura de Carare.* ♄.

60. P. *tuberculatum Jacq.;* foliis ovatis acutis basi inaequalibus venosis, petiolis junioribus pilosis, spicis axillaribus, caule ramisque verrucosis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 47. *Vahl Enum.* I. p. 323. P. ramis teretibus verrucosis, foliis sessilibus ovato-oblongis acutis basi valde inaequalibus, utrinque glabris, supra nitidis, subtus in venis pubescentibus; spadicibus folium subaequantibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 53. *Jacq. coll. suppl.* 7. *ic. rar.* II. t. 211.

Caules plures, 8pedalis, crassitie digiti, tuberculis ut petioli et pedunculi exasperati, geniculis nodosis. Folia 5pollic., coriacea,

basi inaequalia. Petioli in mucronem rigidum innocuum attenuati, purpurascentes. Spicae crassitie pennae columbinae 3-4 pollicares. Pedunculi rubentes. Germen subrotundum. In *Cumanâ et ad Caracas*. ♄.

62. P. *macrourum H.* et *B.*; ramis teretibus glabris albopunctatis verrucosis; foliis oblongis acutis basi inaequaliter rotundatis utrinque glabriusculis supra nitidis, subtus in nervo medio petiolisque pubescentibus; spadicibus folium superantibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 54.

Valde affine P. *tuberculato*: differt tamen: ramis punctatis, foliis angustioribus membranaceis, pedunculis petiolo multo, spadicibusque folio longioribus. Arbor 3 orgyar.; folia 3-4 poll., membranacea, reticulato-venosa; petioli 2 lin. longi; spadices 3-4 poll., cylindrici, crassitie pennae columbinae. Pedunculi pollicares teretiusculi glabri. In *convalle calidissimâ fluminis Magdalenae, inter S. Bartholome et Quebrada*. ♄.

63. P. *auritum H.* et *B.*; ramis glabris; foliis late ovatis acuminatis basi profunde inaequaliter cordatis, utrinque petiolisque tenuissime pubescentibus; spadicibus folio dimidio brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 54.

Frutex 12ped.; folia 10-12poll., 6-7poll. lata, basi lobis rotundatis, membranacea, reticulato-venosa; petioli 1 1/2-2poll., margine membranacei. Spadices oppositifolii, 4-5poll., cylindrici, crassitie pennae columbinae. Pedunculi 1 1/2poll. In *temperatis nov. Hispaniae*. ♄.

64. P. *flagellare H.* et *B.*; ramis glabris teretibus, junioribus striatis; foliis late ovatis acuminatis basi profunde inaequaliter cordatis supra glabris, subtus tenuissime pubescentibus; petiolis alatis; spadicibus folio longioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 54.

Arbor ramis hinc inde punctatis; folia 1-1 1/2ped., 7-8poll. lata, basi lobis rotundatis, supra impresse reticulato-venosa, subtus venis valde prominentibus. Petioli 1 1/2-3poll., basin versus dilatati. Spadices 2-3ped., crassitie pennae cygneae, nutantes. Pedunculi pollicares. In *altis umbrosis juxta Buenavista inter Valle del Tuy et Caracas*. ♄.

65. P. *javitense H.* et *B.*; caulibus scandentibus tomentosis; foliis ovatis acutis basi inaequaliter cordatis, supra glabris, subtus canis, tomentoso-hirtis; petiolis marginatis, tenuissime tomentosis; spadicibus folio brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 54.

Caules fruticosi; folia 9-10poll., 6-7poll. lata, coriacea, reticulato-venosa, rugosa; petioli 2poll., canaliculati, margine membranacei. Spadices folio breviores, cylindrici, crassitie pennae columbinae. Pedunculi 1/2poll., teretes, tomentoso-hirti. In *opacis frondosis calidis ripae Tuamini prope Javita*. ♄.

66. P. *verrucosum Swartz;* foliis ovato-oblongis acuminatis coriaceis basi inaequalibus, ramis petiolisque verrucosis glabris. *Swartz prodr.* p. 15. *Fl. Ind. occid.* I. p. 56. *Vahl Enum.* I. p. 324. *Willd. Spec.* I. p. 163. (excl. syn. *Jacq.*).

15-20ped. alt. rami petiolique tuberculis frequentissimis albidis magnitudine seminis sinapios. Folia 1-2pedalia, obtusa, basi inaequalia, utrinque glabra. Petioli pollicaris, canaliculati, basi membrana verrucosa. Spicae semipedales. In *Jamaicâ.* ♄. Cl. *Poiret*, qui, dubitans licet, hanc speciem cum priori conjunxit, *Aubleti* quoque P. *arboreum*, a *Vahlio* ad P. *macrophyllum* adductum, hac specie coadunavit.

67. P. *carpunya Ruiz y Pav.;* foliis cordato-ovatis acuminatis coriaceis nitidis basi aequalibus, ramis muricatis. *Fl. per.* I. p. 37. t. 63. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 324. P. *Carpunija Pers. Syn.* I. p. 30.

Glaberrimum, 18pedale, ramosissimum, ramis patentibus. Folia facie *Aurantii*, utrinque nitida, margine revoluta. Spicae erectae tenues longitudine fere foliorum. Bracteae obovatae concavae membranaceae, glaberrimae. In *Peruviae montibus.* ♄.

68. P. *obliquum Ruiz y Pav.;* foliis cordato-oblongis obtusis basi inaequalibus, spicis longissimis pendulis, ramis petiolisque laevibus. *Fl. per.* I. p. 37. t. 63. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 324.

Glabrum laeve, rami striati. Folia grandia, petiolata, magna, subtus 11-15 nervia, reticulata, repanda. Spicae fere bipedales. Flores annulatim positi. In *sylvis Peruviae.* ♄. Cl. *Poiret* non dubitat, quod haec species eadem sit cum P. *macrophyllo Swartz.*

69. P. *churumaya Ruiz y Pav.;* foliis ovato-oblongis attenuatis glabris, basi aequalibus, baccis sessilibus. *Fl. per.* I. p. 35. t. 58. f. b, *Vahl Enum.* I. p. 325.

18pedalis, rami teretes, folia petiolata subcoriacea, parum venosa. Spathae magnae. Spicae obtusae, foliis paullo breviores. In *nemoribus Peruviae.*

70. P. *ovatum Vahl;* foliis ovatis attenuatis acutis basi aequalibus, baccis pedicellatis distantibus. *Vahl Ecl. am.* I. p. 3. t. 1. *Enum.* I. p. 325.

Rami glabri, inferne teretes, superne parum angulati, geniculis nodosis. Folia palmaria et ultra, lato-ovata, glaberrima. Petiolus unguicularis. Spicae 3pollicares, rectae. Baccae magnitudine seminis sinapeos, ovatae, tetragonae, acuminatae. In *insulâ Trinitatis. V. Rohr.* ♄.

71. P. *mite Ruiz y Pav.;* foliis cordatis attenuatis subtus pubescentibus reticulatis basi aequalibus. *Fl. per.* I. p. 37. t. 58. f. a. *Vahl Enum.* I. p. 325.

6pedale glabrum, ramis pubescentibus. Folia petiolata, ampla, acuta, supra glabra. Spicae erectae, folio longiores, pedales. In *sylvis Peruviae*. ♄.

72. P. *acutifolium Ruiz y Pav.*; foliis cordato-ovatis attenuatis rugosis supra scabris, subtus pubescentibus basi inaequalibus. *Fl. per.* I. p. 38. t. 64. f. a.* *Vahl Enum.* I. p. 325.

12pedalis, caule striato, ramis subdivisis, teneris pubescentibus; folia breviter petiolata venosissima, utrinque rugosa, 13-17 nervia, apice obliquo. Spicae foliis quadruplo longiores. Flores annulatim positi. Bracteae cuneiformes, peltatae, concavae, margine villosae. In *Peruviae sylvis!* ♄.

73. P. *aristolochioïdes Lam.*; foliis cordato-sagittatis attenuatis ovatisque, caule repente petiolisque villosis. *Lam. ill.* I. p. 80. *Vahl Enum.* I. p. 326.

Caules striati, articulati, ad geniculos radicantes. Folia omnia petiolata, 6-7pollicaria, valde attenuata, oculo armato utrinque punctis irregularibus, subtus glauco-rufescentia, venis villosis. Petioli tripollicares, inferne membranulâ angustâ basi dilatatâ semiamplexante alati. In *Insulâ Port Praslin. Commerson. Herb. Juss. Poiret* junxit cum P. *longo*.

b. *Foliis nervosis.*

74. P. *laxum Vahl*; foliis ovato-oblongis acuminatis quinquenerviis, venosis basi aequalibus, petiolis glabris. *Vahl Enum.* I. p. 326.

Affinis P. *sylvestri*, sed folia descripta longiora, venis subtus minus ramosis, floribus remotiusculis. Folia 3-4pollicaria, basi saepe pollicem lata. Pedunculi 2-4pollicares. Baccae magnitudine P. *nigri*. In *Philippinis Thouïn, in insulâ Franciae Commerson. Herb. Juss.* ♄.

75. P. *sylvestre Lam.*; foliis ovatis attenuatis quinquenerviis venosis basi inaequalibus, petiolis pubescentibus. *Lam. ill.* I. p. 79. *Vahl Enum.* I. p. 326. *Rumph. amb.* V. t. XXVIII. f. 2.

Dioica. Rami teretes, ad geniculos nodosi, apice pubescentes. Folia bi-tri-pollicaria, acuta, basi inaequalia, nervis duobus altioribus. Petioli unguiculares. Spicae erectae, tripollicares. Flores confertissimi. In *insulâ Franciae*, *Malabariâ*, *Philippinis. Commers. Herb. Juss. et Thouin.* ♄.

76. P. *pyrifolium Vahl*; foliis ovato-oblongis attenuatis quinquenerviis basi subinaequalibus, baccis distinctis sessilibus. *Vahl Enum.* I. p. 327.

Rami angulati glabri; folia 3pollicaria, breviter petiolata, glabra, nervis prope basin ortis alternis tenuissimis. Spicae 1 1/2pollic., crassitie pennae anserinae, obtusissimae. Baccae oblongae,

semine sinapeos duplo majores. In *insulâ Borboniae*. *Commerson. Herb. Thouin.* ♄.

77. * P. *Malamiri*; foliis ovato-oblongis acuminatis basi inaequalibus, spicis fructiferis pendulis. *Vahl Enum.* I. p. 327. *Willd. Spec.* I. p. 160. *Amolago Rheed. mal.* ab. 7. t. 16. *Rumph. amb.* t. 116. f. 2.

Rami glabri, geniculis nodosis; folia 3-4pollicaria, basi inaequalia, glabra, nervis 2 parum altioribus. Petioli pollicares, canaliculati. Spicae 4. Baccae globosae, magnitudine seminis Coriandri. In *India orientali*. ♄. Alii *Melamiris* scribunt.

78. * P. *Amalago*; foliis ovato-oblongis quinquenerviis rugosis utrinque glabris basi aequalibus. *Vahl Enum.* I. p. 328. *Willd. Spec.* I. p. 160. *Plukn. alm.* t. 215. f. 2. Piper longum arboreum altius. *Sloane Jam.* I. p. 134. t 87. f. 1

Rami glabri, ad geniculos nodosi. Folia 2-3pollic., parum acuminata. Petiolus unguicularis. Pedunculi pollicares. Spicae 3pollicares, rectae: Baccae parvae, oblongae confertae. In *Jamaicâ*. ♄. Vide P. *plantagineum*.

79. P. *andicola H.* et *B.*; ramis teretibus pubescentibus, foliis ovatis acuminatis reticulato-septuplinerviis, basi inaequaliter cordatis pubescentibus subtus canis, spadicibus folio duplo brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 55.

Frutex. Folia basi lobis abbreviatis obtusis imbricatis membranacea. Petioli 3-4 lin., pubescentes. Spadices oppositifolii, 1 1/2 poll., cylindrici crassitie pennae columbinae. Pedunculi 1 1/2 poll. et longiores, pubescentes. In *Andibus peruvianis prope Guancabamba*. ♄.

80. P. *albidum H.* et *B.*; ramis teretibus tomentoso-pubescentibus; foliis ovatis, acuminatis, basi inaequaliter rotundatis, reticulato-septuplinerviis, supra tenuissime, subtus tomentoso-pubescentibus canescentibusque; spadicibus folio dimidio brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 55.

Frutex 4-5ped., dichotomo-ramosus; folia 3-4poll., membranacea. Petioli semipollicares, pubescentes; spadices oppositifolii, 1 1/2 poll., subclavati, crassitie pennae columbinae. Pedunculi pubescentes, 4 lin. Ab affini *Andicolâ* diversum foliis majoribus nec cordatis. In *regione calidissimâ inter Carthagena de Indias et Turbaco*. ♄.

81. P. *barbatum H.* et *B.*; ramis teretibus glabris; foliis ovatis acuminatis basi inaequaliter rotundatis reticulato-septuplinerviis utrinque glabris; nervis subtus (ad marginem) longitudinaliter barbatis; spadicibus folio duplo triplove brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 55.

Frutex 5ped. et ultra; folia 3-5poll., subcoriacea; petioli 8-10 lin., glabri; spadices oppositifolii, 1 1/2poll., cylindrici, crassitie pennae anserinae. Pedunculi longitudine petiolorum glabri. In *subapricis inter Lloa et Quito.* ♄.

82. *P. *Betle;* foliis ovatis attenuatis septemnerviis, petiolis bidentatis. *Vahl Enum.* I. p. 328. *Willd. Spec.* I. p. 159. *Rheede mal.* VII. p. 29. t. 15. *Burm. zeyl.* t. 83. f. 2.

Rami striati, angulati, glabri. Folia tripollicaria et ultra, subcordata, basi inaequalia, subobliqua, glabra, nervi 2 superiores. Petiolus pollicaris, inferne membranâ angustâ, utrinque alatus. Pedunculus petiolo longior Spica cum pedunculo pendula. *India orientalis. Colitur in China.* ♄.

83. P. *syringaefolium Vahl;* foliis rhombeo-ovatis quinquenerviis basi aequalibus attenuatis glabris. *Vahl Enum.* I. p. 328.

Rami dichotomi, compressi, glabri. Folia petiolata, quadripollicaria et ultra, tres pollices lata, acuta laevia, supra nitidiuscula, subtus pallidiora, nervi 2 altiores, inferne villosuli. Spicae laterales solitariae pedunculatae, pollicares, crassitie pennae columbinae. Pedunculus longitudine spicae. In *Ind. orient.? Herb. Juss.* ♄.

84. P. *thermale König;* foliis ovato-oblongis attenuatis subcoriaceis quinquenerviis basi subaequalibus, geniculis aequalibus. *Vahl Enum.* I. p. 329.

Habitus praecedentis. Caulis scandens, ramis angulatis glabris. Folia quadripollicaria, acuta, glabra, basi saepe inaequalia. Petioli pollicares, edentuli. Spicae laterales solitariae, 4-5 pollicares. Pedunculus pollicaris. Baccae globosae, P. *nigri* parum minores. In *viciniâ Thermarum Tranquebariensium. König.* ♄.

85. *P. *nigrum;* foliis lato-ovatis acuminatis septemnerviis coriaceis glabris, geniculis nodosis. *Vahl Enum.* I. p. 328. *Willd. Spec.* I. p. 159. *Rheede mal.* VII. p. 23. c. 12. *Blackw.* t. 348. *Plenck. ic. off.* P. *aromaticum Poiret Enc. meth.* V. p. 458.

Fruticulus scandens, aut repens; *rami dichotomi flexuosi*, striati, angulati, divaricati, glabri, geniculis nodosis; folia palmaria et ultra, acuta, nervis 2 superioribus suboppositis, transversim obscure venosis, basi aequalia. Petioli vix pollicares. Spicae in apice ramulorum solitariae triunciales. Pedunculus pollicaris. Fructus viridis, dein ruber, demum nigrescens. In *Ind. orient.* ♄.

86. P. *ceanothifolium H.* et *B.;* ramis teretibus striatis, tenuissime pubescentibus; foliis ovato-oblongis, acuminatis, basi inaequaliter rotundatis, reticulato-quinquenerviis, utrin-

que glabris, subtus nervis pubescentibus; spadicibus folio brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 56.

Arbor ramis divaricatis, nodosis; folia 3poll., 1 1/2-2poll. lata, membranacea. Spadices oppositifolii, 2poll. et ultra, cylindrici, crassitie pennae columbinae. Pedunculi semipollicares pubescentes. Baccae magnitudine seminis Milii ovatae acutae. Simile P. *nigro*, sed formâ et consistentiâ foliorum, baccis multo minoribus, ovatis, acutis et more crescendi diversum. In *vallibus calidis Bordones inter et Cumanam.* ♄.

87. P. *tenue H.* et *B.*; ramis teretibus striatis glabris; ramulis pilosiusculis; foliis lanceolato-oblongis, longe acuminatis, basi rotundatis, subcoriaceis, reticulato-quinquenerviis, utrinque glabris supra nitidis, subtus in nervis pilosiusculis; spadicibus folio qradruplo brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 56.

Frutex 6ped.; folia 5-6poll. Petioli 2-3 lin. longi, pubescentes. Spadices oppositifolii pollicares et longiores, cylindracei, crassitie pennae passerinae. Pedunculi teretes, 5-6 lin., pubescentes. In *calidissimis regionis fluminis Magdalenae inter Peñon et Con?.* ♄.

88. P. *laevigatum H.* et *B.*; ramis teretibus striatis glabris; foliis ovato-oblongis, longe acuminatis, basi rotundatis, subcoriaceis, reticulato-quinquenerviis utrinque glabris nitidis; spadicibus folio quadruplo longioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 56.

Frutex 6ped. et ultra; folia pedalia. Petioli semipollicares glabri. Spadices oppositifolii, subtripollicares, cylindrici, crassitie pennae columbinae. Pedunculi 4-5 lin., glabri. Baccae ovato-ellipticae, distinctae, magnitudine seminis cannabis, stigmate persistente quadrilobo. In *ripis Fl. Magdalenae, prope S. Bartholome et Barbacoa.* ♄.

89. *P. *capense*; foliis ovatis acuminatis quinquenerviis, nervis villosis. *Vahl Enum.* I. p. 329. *Willd. Spec.* I. p. 160.

Ramosum, repens; folia bipollicaria, petiolata, subvenosa. Spicae solitariae, pollicares et ultra. Pedunculus folio longior. In *cap. b. spei.* ♄.

90. P. *discolor Swartz*; foliis lato-cordatis quinquenerviis basi inaequalibus subtus discoloribus, spicis laxis flosculis remotis. *Swartz prodr.* p. 15. *Fl. ind. occid.* I. p. 52. *Vahl Enum.* I. p. 329. *Willd. Spec.* I. p. 160. *Gmelin Nov. Comm. Petrop.* XII. t. 10. teste *Vahl* cui *β. ovalifolium*, foliis oblongo-ovatis, utrinque obtusiusculis, basi aequalibus.

3-6pedalis, ramis teretibus glabris, geniculis nodosis. Folia acumine obtuso, crassiuscula, subtus subalbicantia, vel pallide viridia, nitentia. Petioli canaliculati. Pedunculi petiolis longiores, spicae folio breviores, tenues. Bracteae oblongae. Bacca minuta oblongiuscula. — β. „an varietas vel species distincta. Folia subtus oculo armato punctata. In *alpibus Jamaicae*. ♄.

91. P. *plantagineum Lam.*; foliis ovatis subcordatisque acuminatis quinquenerviis basi subaequalibus, petiolis junioribus pubescentibus, spicis gracilibus nutantibus, baccis ovatis conicis distinctis. *Lam. ill.* I. p. 80. *Vahl Enum.* I. p. 330. Piper *medium Jacq. ic. rar.* I. t. 8. *Willd. Spec.* I. p. 160. *Enum. H. Berol.* I. p. 47.

Rami glabri, superne angulati, apice leviter pubescentes, geniculis subaequalibus. Folia palmaria, acumine longo, basi plerumque aequalia, subtus pallidiora. Petioli 1/2pollic. Spicae 2-3 pollic., fructiferae, crassitie fere pennae anserinae. Baccae seminis Coriandri fere magnitudine. In *Caribaeis*. ♃. Cl. *Poiret Enc. méth.* V. p. 460. hanc speciem junxit cum P. *Amalago*, disjunxit vero P. *medium*, licet de specie dubitet.

92. * P. *reticulatum*; foliis cordatis acuminatis 5-9 nerviis glaberrimis, petiolis aequalibus. *Vahl Enum.* I. p. 330, *Willd. Spec.* I. p. 162. (excl. *Jaborandi Marigr.* et *Pis. bras* teste *Vahl*). *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 70. *Plum. amer.* p. 57. t. 75. *Icon.* t. 242. f. 1. (*Vahl* f. 2. *Poiret.*)

Variat foliis latioribus et parum angustioribus. Caulis sexpedalis, erectus, ramis compressis, geniculis nodosis; folia magna, interdum ovata, utrinque glaberrima. Petiolus amplexicaulis, 1/2pollic., striatus, supra canaliculatus. Spicae 5-6pollic., crassitie fere pennae anserinae, sensim attenuatae. In *Caribaeis*. ♄.

93. P. *smilacifolium H.* et *B.*; ramis teretibus glabris; foliis ovato-ellipticis, longe acuminatis basi rotundatis subcoriaceis reticulato-septemnerviis; spadicibus folio 3-4plo brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 56.

P. *reticulatum* parum differre videtur, sed huic folia basi leviter cordata, nostro basi rotundata, nec cordata, spadices tenuiores. Arbor 20ped.; folia pedalia, 6poll. lata, utrinque glabra, nitida Petioli 1/2poll., semiteretes, glabri; spadices oppositifolii, 3-4poll., cylindrici, crassitie pennae anserinae minoris. Petioli semipollicares, teretes, glabri. Spadices oppositifolii. 3-4 poll., cylindrici, crassitie pennae anserinae minoris. Pedunculi semipollicares teretes glabri. Baccae subglobosae, densae, magnitudine seminis Milii. In *temperatis umbrosis prope Caripe*. ♄.

94. P. *latum H.* et *B.*; ramis teretibus glabris; foliis subrotundo-ovatis, longe acuminatis, basi rotundato-trunca-

tis, subcoriaceis, reticulato-novemnerviis, utrinque glabris, nitidis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec. c. kunth.* I. p. 57.

Frutex 12ped.; folia 7-8poll., 6poll. lata. Petioli pollicares, basi membranacei, glabri. Spadices deerant. In *ripâ fluminis Magdalenae juxta Guarumo.* ♄.

95. * P. *decumanum*; foliis cordatis acuminatis 9-11 nerviis venosis subvillosis, petiolis inferne alatis. *Vahl Enum.* I. p. 331. *Willd. Spec.* I. p. 162. P. ramis teretibus glabris, junioribus sulcatis; foliis ovatis, angustato-acuminatis, cordatis, coriaceis, reticulato 9-11 nerviis, glabris, nitidis, subtus in nervis leviter pubescentibus; petiolis dilatato-alatis; spadicibus folio triplo brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 57. P. *marginatum Jacq. coll.* IV. *ic. rar.* II. t. 215. *Plum. am.* t. 76.

Caules erecti, 5-6pedales, basi crassitie pollicis, ramosi, glabri. Folia pedalia, 5-6poll. lata, utrinque transversim reticulata. Petioli membrana 4pollicaris, alata. Spicae tripollicares, erectae, graciles. Pedunculus pollicaris. *Jacqu.* In *Ind. occidentali.* ♄. *

* Cl. *Poiret* credidit speciem hancce eandem esse cum P. *caudato Vahl*, quae longe alia. Clo. quoque *Kunth.* l. c. PIPER *marginatum Jacq.*, quod *Vahlii* auctoritate et *Willdenowi* ad P. *decumanum Linn.* retulimus, alia videtur videri species: in adducto enim ab illo PIPERE *decumano Jacquini* figuram non adducit, et sub sequente PIPERE *catalpaefolio* ait: „affine P. *marginato Jacq.*, quod tamen sub *decumano* suo *Linn.* nec adducit, nec excludit in ipsissimo *Willd.* et *Vahl.* Nec *Vahl* nec *Willdenow* videre plantam, cui in prioribus editionibus etiam *Sirum Rumph. amb.* V. t. 27. subscribebatur, et de quâ monuit *Linnaeus*: „adfine nimis *reticulato*, ut forte varietas. Caulis articulatus. Folia magna, subpedalia, 5-6 poll. lata, petiolata, rugosa, scabra, subtus pallidiora; inferior folii pars plerumque brevior est superiore. Fructus primum pallide viridis, dein fuscus.“

96. P. *anisatum H.* et *B.*; ramis teretibus striatis glabris; foliis subrotundo-ovatis acuminatis profunde cordatis reticulato novemnerviis, tenuissime membranaceis pellucido-punctatis supra adpresso-pilosiusculis, subtus in nervis venisque pubescentibus, margine fimbriato-ciliatis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 58.

Vix diversa a sequente *catalpaefolio*, sed folia minora, tenuiora. Spadices deerant. Folia et baccae odore et sapore Anisi. Frutex ramosissimus; folia 5-6poll., 4-5poll. lata, basi lobis rotundatis, divaricatis. Petioli 1 1/2-2poll., tenuissime pubescentes. Spadices deerant. In *ripâ Orinoci prope Hato del Capuchino.* ♄.

97. P. *catalpaefolium H.* et *B.*; ramis teretibus striatis glabris, foliis subrotundo-ovatis acuminatis profunde cord-

tis, reticulato 9-12 nerviis, membranaceis, pellucido-punctatis, supra adpresso-pilosis, subtus in nervis venisque pubescentibus, margine fimbriato-ciliatis; spadicibus folio duplo brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 58.

Frutex 15ped.; folia 6-7poll., 5poll. lata, basi lobis rotundatis divaricatis. Petioli 2poll., margine membranacei, glabri. Spadices oppositifolii, 3poll., cylindrici, crassitie pennae corvinae. Pedunculi 4 lin. longi, glabri. An diversus a P. *marginato Jacq.*? In *umbrosis Provinciae Cumanensis inter Cumanacoa et San Fernando.* ♄.

98. P. *unguiculatum Ruiz* et *Pav.*; foliis subcordatis attenuatis mucronatis subquinquenerviis basi inaequalibus. *Fl. per.* I. p. 34. t. 57. f. b. *Vahl Enum.* I. p. 331. P. *glaucescens*; foliis oblongo-ovatis, acuminatis, quinquenerviis, venosis, basi subaequalibus, glabris, nitidis, subtus glaucescentibus; petiolis pubescentibus, spicis oppositifoliis erectis. *Jacq. Eclog.* p. 112. t. 76.

Caulis biulnaris, ramosus, viridiusculus. Folia breviter petiolata, patentia, oblique deflexa, carinata, acumine brevi unguiculiformi, subinde 7 nervia, utrinque glabra. Spicae floriferae erectae, fructiferae patentes, foliis longiores, bracteis subrotundis, flore inferiore remoto, hexandro, reliquis staminibus 4, 5, 6. Germen 3-5gonum, ut plurimum 4gonum. In *Peruviae umbrosis.* ♄.

99. P. *terminale H.* et *B.*; ramis teretibus striatis glabris, junioribus subpubescentibus; foliis lanceolato-ovatis, apice angustatis, obtusiusculis mucronatis basi cordatis subaequalibus reticulato quinquenerviis subcoriaceis utrinque glabris, spadicibus terminalibus solitariis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 57.

Frutex 3-4ped., ramis nodosis; folia 1½-2poll.; petioli 1½ lin. longi, pubescentes. Spadices 2poll., et longiores, cylindrici, crassitie caudae murinae. Pedunculi 3-4 lineas longi, glabri. Differt a simillimo *unguiculato* foliis basi vere cordatis, apice mucronatis, spadicibus terminalibus. In *temperatis Novae Hispaniae prope Xalapa et montem Macultepec.* ♄.

100. * P. *Siriboa*; foliis cordato-oblongis acuminatis subseptemnerviis, basi subaequalibus. *Vahl Enum.* I. p. 332. *Willd. Spec.* I. p. 160. *Rumph.* V. t. 117. f. 2. *Bont.* t. 91.

Caulis radicans per arbores scandens, sulcatus, angulatus. Folia palmaria, glabra, 7-9 nervia, nervis 2 parum altioribus. Petiolus semipollicaris. Pedunculus petiolo duplo longior. Spica crassitie pennae anserinae, longitudine folii. Variat foliis latitudine volae manus et angustioribus. In *India orientali.* ♄.

101. P. *laeve Vahl;* foliis inferioribus ovatis superioribus oblongis acuminatis quinquenerviis basi aequalibus, baccis distinctis. *Vahl Enum.* I. p. 332.

Differt a P. *Siriboa* nervis foliorum omnibus e basi ortis, nec septemnerviis, 2 altioribus; a P. *diffuso* foliis superioribus basi aequalibus. Rami superne purpurei, geniculis subaequalibus Folia quadripollicaria, laevia, subtus pallidiora. Spicae tripollicares; semina magnitudine Sinapios, ovato-oblonga. In *Indiâ orient.* ♄.

102. P. *Cubeba;* foliis enerviis, inferioribus cordatis, superioribus oblongo-ovatis acuminatis basi obliquis, baccis pedicellatis. *Vahl Enum.* I. p. 332. *Willd Spec.* I. p. 159. *Handb. d. pharmac. Bot. t.* 17. (icon fructu

Junior planta ab adultiore facie diversa, ramis elongatis radicalibus repens, foliis cordato-lanceolatis, attenuatis, angustis, 1 1/2pollicaribus, petiolis longitudine folii. — In adulta rami flexuosi tetragoni, folia pollicaria et minora, basi inaequalia; petiolus semipollicaris, canaliculatus. Spicae pollicares. In *sylvis Javae*, *in Guineâ*, *Ins. Franciae.* ♄.

103. P. *radicans;* foliis inferioribus cordato-ovatis, superioribus oblongis acuminatis, nervis subtus petiolis cauleque villosis. *Vahl Enum.* I. p. 333.

Caulis geniculis radicantibus, striatus, crassitie pennae Anserinae. Folia petiolata, inferiora bipollicaria, obscure quinquenervia, venosa; superiora altero latere baseos parum breviora. Spicae pedunculatae, 1 1/2pollicares, crassitie pennae columbinae. In *Insulâ Franciae. Commers. Herb. Thouïn.* ♄.

104. P. *diffusum;* foliis inferioribus cordato-ovatis septemnerviis, superioribus oblongis quinquenerviis basi inaequalibus subtus rugosis. *Vahl Enum.* I. p. 333. *Rumph. amb.* V. t. 119. f. 3.

Rami dichotomi, crassitie pennae columbinae, angulati, glabri. Folia venosa acuminata, nervis 2 altioribus, inferiora palmaria et ultra, basi aequalia, interdum novemnervia, superiora breviter petiolata, 5pollic., basi inaequalia. Petioli canaliculati. Spicae crassitie pennae columbinae, tenellae, interdum subglobosae. Differt a P. *longo*, sinu ad basin foliorum multoties minore, foliis superioribus basi non cordatis; a P. *radicante* ramis, petiolis, nervisque glabris. In *Zeylonae umbrosis nemorosis graminosis.* ♄.

105. * P. *longum;* foliis inferioribus cordatis petiolatis septemnerviis, superioribus cordato-oblongis sessilibus quinquenerviis. *Vahl Enum.* I. p. 334. *Willd. Spec.* I. p. 161. *Rheed. mal.* VII. t. 14. *Plukn.* t. 104. f. 4. *Blackwell* t. 356.

Facies ARISTOLOCHIAE *Pistolochiae*. Rami dichotomi flexuosi, superne oculo armato pubescentes. Folia subtus pallidiora, obsolete venosa, basi aequalia, inferiora palmaria, nervis omnibus e basi folii, superiora pollicaria. Petioli edentuli. Spica cylindrica, pollicaris, obtusa. In *Indiâ orient.* ♄. Vid. PIP. *aristolochioïdes*.

106. P. *album*; foliis cordatis attenuatis septemnerviis, 2 superioribus glabris, petiolis aequalibus. *Vahl Enum.* I. p. 334.

Affine P. *reticulato*, at nervi 2 altiores. Folia 6-7pollicaria, petioli 11/2pollicares. Spicae 3pollic., crassitie pennae anserinae. In *Javâ*. *Herb. Juss.*

107. P. *methysticum Forst.*; foliis cordatis acuminatis multinerviis, spicis axillaribus solitariis brevissimis pedunculatis patentissimis. *Forst. prodr.* n. 21. *Plant. escul. austr.* n. 50.

In insulis Societatis, amicorum et Sandwich. ♄. PIPER *methysticum Linn.* et *Lam.* huc retulit, dubitans licet, cl. *Poiret*, cum P. *miti Ruiz* et *Pav.*

108. P. *caudatum Vahl*; foliis sinu profundo cordatis, novemnerviis venosis glabris attenuatis. *Vahl Eclog. am.* I. p. 3. — P. ramis teretibus striatis glabris; foliis subrotundo-ovatis acuminatis, profunde aequaliter cordatis, reticulato-novemnerviis, pellucido-punctatis, subcoriaceis glabris; spadicibus secundis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* I. p. 58. PIPER *Nhandi act. Soc. h. n. paris.* p. 105. Nhandi *Piso* et *Marcgrav.* p. 197.

Caulis teres glaber laevis geniculis aequalibus. Folia 3-4pollic., exacte cordata. Petioli aequales. Spicae pedunculatae, sub-3pollic., crassitie fili emporetici. In *Brasiliâ*, *Cajennâ*, *valle caracasanâ*. ♄.

109. P. *fallax Rich.*; foliis cordatis acuminatis sub septemnerviis basi subaequalibus, petiolis inferne marginatis. *Vahl Enum.* I. p. 335.

Rami dichotomi, angulati, glabri, geniculis aequalibus. Folia 3-4pollicaria, majora interdum cordato-ovata, basi inaequalia, nervi 5 tenuissimi, 2 obscuriores. Petioli 1/2-2pollic., a medio ad basin membranâ angustâ. Pedunculi filiformes 1/2pollicares. Spica 3-4pollic., gracilis. Germina minuta. In *Ind. orient.*, *in Cajennâ culta*, *ubi olim allata pro* PIPERE *nigro*. ♄.

110. P. *excelsum Forst.*; foliis cordatis septemnerviis, spicis pedunculatis binatis. *Forst. prodr.* n. 20. *Vahl Enum.* I. p. 335.

Rami teretes purpurei, geniculis incrassatis. Folia 3pollic., acuminata, venosa, subtus pallidiora. Petiolus medio utrinque

auctus membrana lineari. Pedunculi vix semiunguiculares, simplices, distantes. Spicae pollicares, teretes. In *novâ Zeelandiâ.* ♄.

111. * P. *latifolium Forst.;* foliis subrotundo-cordatis multinerviis, spicis axillaribus aggregatis, petiolis glabris. *Forst. prodr.* n. 22. *Vahl Enum.* I. p. 336. P. *methysticum Linn.* 91. *Willd. Spec.* I. p. 161. *Banks* t. 3. teste *Gmelin.*

Simile P. *umbellato*, nervis omnibus e basi ortis, glabris. Folia magna, glaberrima, 9-13 nervia. Petioli glaberrimi, basi dilatati, amplexicaules. Spicae 5 vel plures. In *Societatis, Amicorum, novarumque Hebridum insulis.* ♄. cf. PIP. *subpeltatum.*

112. * P. *peltatum;* foliis peltatis, orbiculato-cordatis multinerviis obtusis subrepandis, spicis umbellatis. *Vahl Enum.* I. p. 336. *Willd. Spec.* I. p. 166. *Plum. gen.* p. 51. Saururus arborescens, foliis amplis rotundis et umbilicatis. *Plum. amer.* t. 74. Aguaxima *Pis.* et *Marcgr.* p. 198.

Folia generis maxima, remote denticulata, glabra, 11nervia, et 4 alii altiores, oppositi. Umbella, spicis 3-5pedicellatis, bipollicaribus, gracilibus, rectis. Spatha diphylla, membranacea, decidua. In *Indiâ occidentali.* ♃.

113. P. *speciosum H.* et *B.;* ramis teretibus, foliis subrotundo-ovatis acutis basi rotundato-subtruncatis centro peltatis subcoriaceis glabris pellucido-punctatis; spadicibus umbellatis axillaribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 59.

Frutex erectus, 4-6ped., ramosus; folia 7-9pollicaria, reticulato 12-15 nervia, utrinque punctis numerosissimis rubris pellucidis. Petioli 4-5poll., margine membranacei glabri. Umbellae pedunculatae 3-polystachyae. Spadices 3-4poll., cylindrici, crassitie pennae columbinae minoris, pedicellati. Pedunculi 9 lin., pedicelli 6 lin. longi. Affine *peltato.* In *temperatis apricis Venezuelae inter Guigne et Villa de Cura.* ♄.

114. * P. *umbellatum;* foliis subrotundo-cordatis acutis multinerviis, nervis petiolisque villosis, spicis umbellatis. *Vahl Enum.* I. p. 336. *Willd. Spec.* I. p. 167. P. ramis glabris, foliis subrotundis acutis cordatis membranaceis reticulato-multinerviis glabris in nervis venisque pubescentibus pellucido-punctatis; spadicibus umbellatis axillaribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* I. p. 59. *Swartz obs.* p. 21. *Plum. am.* t. 73. (?) P. *peltatum Fl. peruv.* t. 59. f. a. P. *peltatum β. reniforme Pers. Syn.* I. p. 33.

Caulis 3-4pedalis, erectus, sulcatus, pubescens. Folia in apice caulis amplissima, 15 nervia, nervis 2 altioribus. Caulis 20ped., folia 11/2ped. *Kunth* l. c. Spicae 3-4 in singulo pedunculo. In *America meridionali*. ♃. *Plumieri* t. 73. diversissimam exhibere plantam a P. *peltato Linn.* S. *Plumieri* t. 74." *Poiret*. *Willdenow* et *Poiret* huc ducunt P. *umbellatum Jacq. Coll.* II. *p.* 335. *ic. var.* II. *t.* 216, non vero *Vahl*, nec *Kunth*, qui quaerit: anne PIPERA spadicibus axillaribus umbellatis distincti sint generis? Inflorescentia illi CECROPIAE *peltatae* paullo similis licet structura floris fructusque longe diversa. Embryo in CECROPIA *peltata* dicotyledoneus.

115. P. *pruinosum H.* et *B.*; ramis teretibus foliisque (peltatis) subtus pruinoso-farinosis, subrotundo-ovatis, acutis, basi peltatis; spadicibus umbellatis axillaribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 59.

Differt ab *umbellato Linn.* foliis peltatis, subtus pruinoso-farinosis; a *peltato Linn.* foliis subrotundo-ovatis acutis nec obtusis. Frutex 4-6ped., erectus, ramosus, rami nodis tumidis, juniores pruinoso-farinosi. Folia 8-10poll., cordata, reticulato-multinervia, nervis 13, membranacea, supra glabra, subtus pellucido-punctata. Petioli 4poll., basi dilatati, farinoso-pruinosi. Umbellae pedunculatae 8-10stachyae, pedunculo 11/2 pollicari. Spadices 2-3poll., cylindrici, crassitie pennae corvinae, pedicellis semipollicaribus. In *umbrosis humidis v. Novogranatensis, in ripâ fluminis Magdalenae inter Mompox et Minchiqueo.* ♄.

116. P. *subpeltatum Willd.*; foliis subrotundo-cordatis acuminatis multinerviis, spicis umbellatis. *Willd. Spec.* I. p. 166. *Vahl Enum.* I. p. 337. P. *latifolium Lam. ill.* I. p. 81. (?) Lomba *Rumph.* t. 59. f. 1.

Medium P. *peltatum* inter et *umbellatum*, ab illo foliis subpeltatis acuminatis, ab hoc caule glabro foliisque subpeltatis differt. *Willd.* l. c. Divi *Vahlî* notam ad hanc speciem non intelligimus, quam sic legimus: „Folium sub nomine P. *latifolii* a *Lamarckio* habui, quod alienum aliquid habet a congeneribus, ideoque incertus haereo, num revera ad *latifolium Lamarckii* pertineat. Folia sunt cordato-reniformia, 11 nervia, transversim simpliciter nervosa, subtus, uti petioli, villosa." In *Ind. orient.* *Poiret* P. *latifolium Lamarck* ducit ad P. *latifolium Forst. prodr.* n. 22.

2. *Caule carnoso.*

a. *Foliis alternis.*

117. P. *racemosum*; foliis subrotundo-cordatis, spicis racemosis compositis secundis, caule villoso. *Vahl Enum.* I. p. 337. P. *secundum Poiret Enc. meth.* V. p. 474.

Pers. Syn. I. p. 34. Peperomia *secunda Ruiz y Pav. Fl. peruv.* I. p. 30. t. 35. f. a.

Caul. pedalis, simplex, teres, violaceus, superne monophyllus. Folia prope radicem longe petiolata, leviter undulata, nervis 5 e basi, subtus albicantia. Spicae reflexae. Spiculis alternis filiformibus. Flores distantes, bracteis minutis carnosis. In *montibus umbrosis* Pillao.

118. P. *dependens*; foliis cordatis acuminatis 13nerviis pendulis, spicis lateralibus terminalibusque. *Vahl Enum.* I. p. 338. Peperomia *dependens Ruiz y Pav.* I. p. 33. t. 48. f. a.

Caul. pedalis, radicans, purpureus; folia longe petiolata, supra nitida, subtus alba. Spicae terminales solitariae. In *umbrosis* Pozuzo.

119. P. *pilosum*; foliis ovato-lanceolatis supra pilosis basi inaequalibus, spicis axillaribus solitariis. *Vahl Enum.* I. p. 338. Peperomia *pilosa Ruiz y Pav. Fl. per.* I. p. 32. t. 50. f. a.

Caulis semipedalis, vix divisus, flexuosus. Folia petiolata, attenuata, subtus punctata. Spicae erectae, filiformes. In *umbrosis nemorum* Pozuzo.

120. P. *brachyphyllum Willd.*; foliis ovatis acutis obsolete trinerviis basi subcomplicatis, petiolis ciliatis, spicis terminalibus solitariis. *Willd. Suppl. Enum.* p. 3.

Folia novem lineas longa, sex lineas lata, exacte ovata, subcarnosa, subtus manifesto, supra obscure trinervia, alterna, petiolis villosis ciliatis. *Habitat* ....?

121. P. *amplexicaule Swartz*; foliis amplexicaulibus lato-lanceolatis deorsum attenuatis multinerviis, caule erecto simplici. *Swartz Fl. Ind. occid.* I. p. 67. *Vahl Enum.* I. p. 338. *Willd. Spec.* I. p. 165.

Pedale, rigidum, geniculis nodosis. Folia 3-5pollic., carnosa, obtusiuscula. Spicae laterales solitariae, terminales conjugatae, erectae, longissimae, graciles. In *Jamaicae quisquiliis*, *arboribus emortuis*. ♃.

122. P. *reniforme Poiret*; foliis ovato-cordatis glabris acutis, basi reniformibus appendiculatis quinquenerviis; spicis lateralibus. *Poiret Enc. meth.* V. p. 465.

Rami longi teretes striati glaberrimi sarmentosi; folia petiolata, tenuia, 2 lin. long., 1 1/2 lin. lat., acuminata; petioli canaliculati, membranacei, longitudine foliorum. Spicae elongatae. In *Indiis Dupuis*. An hujus sectionis? — P. *amplexicaule* inter et *umbellatum* posuit *Poiret*.

123. P. *magnoliaefolium Jacq.*; foliis obovatis obtusissimis, pedunculis terminalibus ramosis, caule ramisque radicantibus. *Vahl Enum.* I. p. 338. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 47. *Jacq. pl. rar.* II. t. 213.

Caulis crassitie digiti, e casu foliorum dentato-cicatrisatus. Rami alterni ascendentes. Folia 3-8pollicaria, interdum emarginata crassa, coriacea, exsiccata septemnervia. Petioli pollicares. Pedicelli sparsi, 1 1/2pollic. Spathae lanceolatae, caducae. Spicae erectae, 4-8pollicares, interdum 12pollicares. Flores confertissimi. Baccae minutae, subrotundae, acuminatae. *Habitat.* ♄.

124. * P. *obtusifolium*; foliis obovatis obtusis subretusis (saepe) rubro-marginatis, spica terminali solitaria, caule decumbente radicante. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 47. *Spec.* I. p. 165. *Vahl Enum.* I. p. 339. *Plum. am.* t. 70. *Trew Ehret.* 54. t. 96. P. *clusiaefolium Jacq. Ic. rar.* II. t. 212. *Willd. Spec.* I. p. 159.

Caulis crassitie calami, pedalis, geniculis radicantibus. Folia 4pollicaria, subinde emarginata, subcarnosa. Spica erecta, quadripollicaris, purpurascens, calamo duplo crassior. Pedunculus pollicaris, purpureus. Stigmata 3. Baccae minutae. In *Americâ calidiore.* ♃.

125. P. *emarginatum*; foliis cuneiformibus emarginatis spicis conjugatis. *Vahl Enum.* I. p. 339. Peperomia *emarginata Fl. per.* I. p. 33. t. 49. f. a.

Repens. Folia oblonga, basin versus in petiolum attenuata. Pedunculi solitarii distachyi. Spicae cylindricae, sensim attenuatae. Bacca oblonga. In *sylvis umbrosis Peruviae.* Hanc cum sequente conjunxerunt *Poiret* et *Swartz* in *Schrad. Journ.*

126. P. *cuneifolium Jacq.*; foliis cuneiformibus subseptemnerviis, spicis terminalibus conjugatis, caule radicante erectiusculo. *Jacq. coll.* IV. p. 127. *Ic. rar.* II. t. 214. *Vahl Enum.* I. p. 340.

Caules pedales, crassitie pennae anserinae, inferne radicantes, demum erecti, uti tota planta glabri. Folia 2-4pollicaria, carnosa, nitida, adulta 7nervia. Pedunculus terminalis 1 1/2pollic. Spicae 3-4pollicares, erectae, bracteâ subrotundâ ad basin germinis, germen ovatum. *Ad Carracas.* ♃.

127. P. *tithymaloïdes*; foliis subovatis acutiusculis, spicis lateralibus terminalibusque fructiferis retrofractis, caule erecto. *Vahl Enum.* I. p. 340.

Caulis inferne radicans, crassitie pennae anserinae. Folia 2-3 pollic., crassa, coriacea, exsiccata supra 9 nervia. Petioli pollicares; pedunculi laterales solitarii, terminales gemini.

Spicae crassitie fili emporetici tenuioris. Bractea ovata ad basin germinis. An varietas P. *obtusifolii*? In *St. Domingo.*

128. P. *alpinum Swartz*; foliis ovato-subrotundis acutis subtus aveniis, spicis axillaribus, caule erecto simpliciusculo. *Swartz prodr.* 15. *Fl. Ind. occ.* I. p. 62. *Vahl Enum.* I. p. 340. *Willd. Spec.* I. p. 164.

Erectum, subpedale, glabrum; folia 1 1/2pollicaria, oblongo-ovata, utrinque acuta, crassiuscula, multinervia, subtus pallidiora. Petioli pollicares. Spicae solitariae, erectae, longitudine fere foliorum. Squamae inter flores lanceolatae. In *summis alpibus Jamaicae.*

129. P. *nemorosum Vahl*; foliis oblongis extrorsum dilatatis acuminatis, spicis axillaribus solitariis terminalibus geminis. *Vahl Enum.* I. p. 341. Piper *planifolium Poiret Enc. meth.* V. p. 473. Peperomia *acuminata Fl. per.* I. p. 32. t. 51. f. a.

Caules plures, pedales, geniculati. Folia carnosa. Petioli breves alati. Spicae brevi pedunculatae, acutae. In *nemoribus Peruviae.*

130. P. *myrtifolium Pflug*; foliis rhombeo-oblongis trinerviis glabris obtusis, spicis axillaribus terminalibus subgeminis, caule erecto. *Vahl Enum.* I. p. 341.

Pedale, simplicissimum, purpurascens. Folia pollicaria, succulenta, subtus trinervia. Pedunculi longitudine petioli brevis. Spicae 2-3pollicares, filiformes. In *insulâ St. Crucis.*

131. P. *crystallinum Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongis subtus excavato-punctatis, spicis compressis paucifloris, floribus distantibus. *Vahl Enum.* I. p. 341. Peperomia *crystallina Fl. per.* I. p. 30.

Pedale; caulis tetragonus, fragilis, hyalinus, striis rubris. Folia sessilia, supra punctis convexis acuminatis. Spicae filiformes, 10florae. Odoratissimum, odore Anisi. In *collibus Limae.*

132. P. *macrostachyon Rich.*; foliis ovato-oblongis acuminatis obscure multinerviis, spicis longissimis pendulis. *Vahl Enum.* I. p. 341.

Caulis crassitie pennae columbinae. Folia petiolata, subtripollicaria, nervis tenuissimis. Petioli semipollicares. Spicae axillares, pedales. Baccae oblongae, sessiles, vix magnitudine seminis Milii. In *Cajennâ.*

133. P. *alatum Ruiz* et *Pav.*; foliis oblongo-lanceolatis attenuatis quinquenerviis, spicis axillaribus solitariis, terminalibus geminis, caule alato. *Vahl Enum.* I. p. 342. *Hayne*

term. bot. t. 24. f. 6. a. PEPEROMIA *alata Fl. per.* I. p. 31. t. 48. f. b.

Caulis erectus, pedalis, geniculis purpureis, folia petiolata. Spicae palmares, subulatae, fructiferae. Bracteae peltatae. In *nemoribus Peruviae.*

134. *P. *acuminatum;* foliis lanceolato-ovatis quinquenerviis utrinque acutis, spicis terminalibus conjugatis ternisque, caule erectiusculo. *Vahl Enum.* I. p. 342. *Willd. Spec.* I. p. 164. *Plum. amer.* t. 71. PIPER *obliquum Pers. Syn.* I. p. 35. *Hayne term. bot.* t. 23. f. 6. PEPEROMIA *obliqua Fl. per.* I. p. 32. t. 51. f. c.

Caulis parum flexuosus, glaber; folia 1 1/2 pollicaria, succulenta, pallide viridia, nervis 2 parum altioribus. Petioli semipollicares. Spicae graciles bipollicares. In *Americâ merid.* ♃. Cl. *Swartz* monet PEPEROMIAM *obliquam Fl. per.* a PIPERE *acuminato Linn.* forsan distinguendam esse, cum in speciminibus ex Indiâ occidentali folia non obliqua, et figura *Plumieri* simillima.

135. P. *trinerve Ruiz* et *Pav.;* foliis oblongo-ovatis attenuatis utrinque acutis trinerviis, spicis axillaribus solitariis, terminalibus geminis. *Vahl Enum.* I. p. 342. PEPEROMIA *trinervis Fl. per.* I. p. 32. t. 50. f. b.

Pedale, inferne radicans; folia petiolata. Spicae filiformes, folio quadruplo longiores. In *umbrosis Peruviae.*

136. P. *coloratum;* caule erecto simplici glabro; foliis oblongo-ellipticis utrinque acutiusculis, tripli-nerviis carnosis glabris subtus coloratis; spadicibus solitariis aut geminis axillaribus, in apice caulis fasciculatim congestis. PEPEROMIA *colorata Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 64. t. 11.

Caulis pedalis carnosus; folia pollicaria, subtus rubra; petioli 3-4 lin. longi glabri; spadices 3-4poll., crassitie caudae murinae. Pedunculi semipollicares, glabri; flores distantes. Valde similis PEPEROMIAE *trinervi*, sed diversa: caule glabro, nec tenuissime pubescente; foliis parum angustioribus, tenuioribus, triplinerviis, subtus coloratis. In *saxosis temperatis Popayae, juxta La Erre.* ♃.

137. P. *striatum Vahl;* foliis oblongo-ovatis attenuatis utrinque pubescentibus, pedunculis terminalibus polystachyis. *Vahl Enum.* I. p. 343. PEPEROMIA *striata Flor. per.* I. p. 32. t. 52. f. b.

Pedale; caulis simplicissimus, radicans, erectus; folia petiolata acuta, pellucido-punctata. Petioli et pedunculi purpureo-punctati. Spicae erectae, longae. In *nemoribus umbrosis Peruviae.*

138. P. *purpureum Ruiz* et *Pav.;* foliis ovatis venosis acuminatis, spicis axillaribus terminalibusque pendulis. *Vahl Enum.* I. p. 343. *Hayne term. bot.* t. XXIV. f. 4. Peperomia *purpurea Fl. per.* I. p. 32. t. 49. f. b.

Caulis pedalis, erectus, purpureus; folia petiolata, supra purpureo-venosa, subtus purpurea. Spicae folio triplo longiores, purpureae. Bracteae peltatae. In *umbrosis* Peruviae.

139. P. *monostachyon Ruiz* et *Pav.;* foliis obovatis ovatisque, spicis terminalibus solitariis, caule simplicissimo radicante. *Vahl Enum.* I. p. 343. Peperomia *monostachya Fl. per.* I. p. 33.

Bipalmaris. Folia petiolata, enervia, supra viridia, subtus purpurea, lineis 5 obscure purpureis. Spicae cylindricae erectae. In Peruviâ *in arborum vetustorum truncis.*

140. * P. *distachyon;* foliis ovatis acuminatis quinquenerviis, spicis conjugatis erectis, caule ramoso radicante. *Vahl Enum.* I. p. 344. *Willd. Spec.* I. p. 167.

Caulis maculis punctis rufis. Folia 2-3pollicaria, interdum pollicaria, utrinque punctis (in siccis) nigricantibus. Petioli folio parum breviores. Spicae geminatae, 2-4pollicares, graciles. In *Caribaeis.*

141. * P. *maculosum;* foliis peltatis cordato-ovatis acutis, caule repente. *Vahl Enum.* I. p. 344. *Willd. Spec.* I. p. 166. *Plum. am.* t. 66. Peperomia *variegata. Fl. per.* I. p. 33. t. 52. f. a.

Caulis semipollicem crassus, purpurâ maculatus. Folia pedalia et ultra, crassa, succulenta, pendentia supra venis albis, petiolis maculosis. Spicae pedales, semipollicem crassae. In *St. Domingo.*

142. P. *hernandifolium Vahl;* foliis peltatis ovatis acuminatis enerviis, caule repente. *Vahl Enum.* I. p. 344.

Commutatur cum praec. Caulis crassitie fili emporetici; folia 2-3pollicaria; petioli folio saepe duplo longiores. Spicae axillares pollicares. In *Ind. occidentali.*

143. P. *pallidum Forst.;* foliis oblongis acutis trinerviis, spicis axillaribus. *Forst. prodr.* n. 24. *Vahl Enum.* I. p. 345.

In Societatis insulis.

144. P. *tenellum Swartz;* foliis distichis ovatis aveniis ciliatis, spica ascendente, caule simplici decumbente. *Swartz prodr.* 16. *Fl. Ind. occid.* I. p. 65. *Vahl Enum.* I. p. 344.

3-4pollic., simplex, rarissime divisus, teres, punctis minutissimis rubris. Folia parva, brevissime petiolata, attenuata, obtusa, subsucculenta. Spica filiformis. Stylus o. Stigma villosum. Bacca magnitudine aciculae minoris capitis pedicello triplo longiore. In *montium Jamaicae frigidorum truncis arborum inter muscos.*

145. P. *myosuroides Rudge;* foliis ovatis acuminatis supra pruinosis; spicis filiformibus longissimis laxis, bracteis peltatis erosis. *Rudge pl. rar. Gujan.* p. 4. t. V.

Caulis gracilis articulatus; folia supra pube stellatâ pruinosâ obducta, avenia. In *Gujanâ.*

146. P. *glabellum Swartz;* foliis ovatis acuminatis; caule declinato radicante ramosissimo. *Swartz prodr.* p. 16. *Fl. Ind. occid.* I. p. 68. *Vahl Enum.* I. p. 345. P. *scandens Swartz prodr.* p. 16. *Willd. Spec.* I. p. 164.

Caules longissimi, conferti, teretes. Folia acumine longiori, crassiuscula, quinquenervia. Petioli basi rubri. Spicae filiformes, subinde aduncae, terminales et laterales, oppositifoliae. In *lapidosis montosis Jamaicae.* ♃. PIPERI *acuminato* affinem ait *Poiret.*

147. P. *cordifolium Swartz;* foliis alternis obcordatis plano-convexis carnosis, spicis lateralibus, caule repente. *Swartz prodr.* p. 16. *Fl. Ind. occid.* I. p. 71. *Vahl Enum.* I. p. 346.

Caulis filiformis, scandens, divaricatus. Folia glabra. Petioli longiusculi. Spicae pedicellatae, filiformes. Flores minutissimi. In *sylvis antiquis Jamaicae in arboribus emortuis.*

148. P. *retusum;* foliis obovatis retusis, caule repente, spicis terminalibus. *Linn. Suppl.* p. 97. *Vahl Enum.* I. p. 346.

Caules tenues ramosi. Folia petiolata, semipollicaria, alternatim nervosa. Spicae pollicares, graciles, solitariae, pedunculatae. In *Cap. b. spei.*

149. P. *pellucidum;* foliis cordatis acutis, spicis lateralibus terminalibus, caule procumbente. *Vahl Enum.* I. p. 346. *Willd. Spec.* I. p. 163. PEPEROMIA *pellucida;* caule procumbente ramoso debili glabro; foliis subrotundo-ovatis acutis subcordatis venoso-quinque- ad septem-nerviis membranaceis glabris, spadicibus oppositifoliis terminalibusque solitariis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 64. SAURURUS minor procumbens botryitis, folio crasso cordato. *Plum. Amer.* p. 54. t. 72. *Linn. H. Cliff.* t. 4. *Kniphof* C. X. n. 70.

Caulis semipedalis pallens, pellucidus, glaber. Folia pollicaria et minora, exsiccata obscure septemnervia. Spicae filiformes, sesquipollicares, solitariae, rectae. In *Americà calidiore*. ☉.

150. P. *diversifolium*; caule erecto, ramoso, sulcato, tenuissime pubescente; foliis ovatis, acutiusculis aut subrotundis, obtusis, reticulato-quintuplinerviis, membranaceis, tenuissime pubescentibus; spadicibus terminalibus ternis quaternisve et oppositifoliis, solitariis. PEPEROMIA *diversifolia* *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 65.

Caulis pedalis; rami juniores pubescentes; folia pollicaria, basi acuta, ciliata. Petioli 4 lin. longi, pubescentes; flores distantes. Affine *pellucido*. *Ad saxa in Andibus pastoensibus*, *inter Paramo de Aponte et Sebondoy*. ♃.

151. P. *biunciale*; caule erecto dichotomo glabro; foliis subrotundo-ovatis obtusis quintuplinerviis membranaceis glabris; spadicibus oppositifoliis solitariis. PEPEROMIA *biuncialis* *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 65.

Caulis 2poll.; folia 4-5 lin. longa, basi rotundata, nervo medio ad apicem venis 2, tenuissime membranacea. Petioli 2-3 lin. longi, glabri; spadices semipollicares, capillares; pedunculi semipoll., glabri. Differt a *pellucidà* praeter exiguitatem: foliis obtusis, nervo medio tantum venoso, cauleque dichotomo. In *temperatis Andium Novogranatensium*, *valle de Quilquase*. ♃.

152. P. *scandens* *Vahl*; foliis subrotundo-cordatis acuminatis, caulibus filiformibus repentibus. *Vahl Enum.* I. p. 346. PEPEROMIA *scandens Fl. per.* I. p. 32. t. 51. f. b.

Caulis ramosissimus, teres, glaber; folia semipollicaria, carnosa, obscure quinquenervia; petioli folio parum longiores. Spicae axillares, pedunculatae, folio longiores. In *nemoribus Peruviae*. Eandem esse cum sequente Cl. *Swartz* in *Schrad. J. d. Bot.* I. p. 101.

153. P. *repens*; caule repente, ramoso, tenuissime pubescente; foliis subrotundis, obtusis, quintuplinerviis, subcarnosis, (tenuissime) pubescentibus, ciliatis; spadicibus oppositifoliis, pedunculo brevioribus. PEPEROMIA *repens* *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 65.

PEPEROMIA *scandens Fl. Peruv.* huic parum affinis, sed statura multo major, omnibus partibus glabra, et pedunculus spadice brevior. Caulis filiformis; folia 4-6 lin. longa, ciliata. Petioli 3-4 lin. longi, tenuissime pubescentes. Spadices filiformes, 4-8 lin., pedunculi 9-10 lin. longi, pubescentes. Flores densi. In *umbrosis juxta Cumanacoa*, *nov. Andalus.*, *ad arborum truncos*. ♃.

154. P. *serpens Swartz;* foliis subrotundis obtuso-subacuminatis transversimque ovalibus, caule repente. *Swartz prodr.* 16. *Fl. Ind. occid.* I. p. 69. *Vahl Enum.* I. p. 347.

Caules filiformes, parum ramosi, glabri; folia petiolata, semipollicaria, saepe acumine brevissimo, subsucculenta, basi sub. transversa, sicca obscure quinquenervia. Petioli longitudine foliorum. Spicae semipollicares. Pedunculi folio longiores. In *sylvis petrosis muscosis Jamaicae frigidioris*, *in Portoricco.* Cf. praecedent.

155. P. *rotundifolium;* foliis subrotundis planis carnosis, spicis terminalibus, caule repente. *Vahl Enum.* I. p. 347. *Swartz obs.* p. 20. Peperomia *rotundifolia;* caule repente, filiformi, glabriusculo; foliis subrotundis, obtusis, planis, enerviis, carnosis, glabris, margine pubescentibus, spadicibus terminalibus, solitariis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 65. *Plum. Am.* 32. t. 69.

Caules filiformes, teretes, longissimi. Folia remota, parva, margine pubescentia, subtus maculis rubris, suprema oblongiuscula. Petioli longitudine foliorum. Spicae breviter pedicellatae, solitariae, parvae. In *Americae calidioris muscosis montosis prope Coenobium caripense in nov. Andalus.* Hanc speciem cum P. *nummulariae folio* junxit Cl. *Poiret.*

156. P. *hispidulum Swartz;* foliis subrotundis petiolatis tenuissimis superne hirtis, caule erectiusculo. *Swartz prodr.* p. 15. *Icon.* t. 4. *Fl. Ind. occid.* I. p. 63. *Vahl Enum.* I. p. 347.

3-4pollic., caule geniculato, subdiviso, tereti, glabro, pellucido, fragili. Folia basi emarginata, supra punctata. Petioli breves; Spicae minutae; flores distantes; germen hispidum; Stylus crassus. Bacca pedicellata, magnitudine aciculae minoris, nigra, hirsutiusculo-hispida. *Swartz.* In *nemorosis humidis altissimorum montium caeruleorum Jamaicae.* ⊙.

157. P. *nummularifolium Swartz;* foliis orbiculatis convexo-concavis margine pilosis, caule filiformi repente. *Swartz prodr.* p. 16. *Fl. Ind. occid.* I. p. 72. *Vahl Enum.* I. p. 348. Peperomia *nummularifolia;* caule repente filiformi ramoso pilosiusculo, ramis glabris; foliis orbiculatis convexo-concavis enerviis carnosis pubescentibus, spadicibus terminalibus solitariis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 66.

Ab affini P. *thymifolio* dignoscitur partibus omnibus duplo minoribus, foliis margine, interdum supra, pilis minutis. In *ramis arborum antiquarum Jamaicae interioris.* Vide P. *rotundifolium.*

158. P. *dolabriforme;* * foliis dolabriformibus carnosis confertis, pedunculo terminali polystachyo. PEPEROMIA *dolabriformis Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 60. t. 4. α. foliis viridibus; β. foliis pulverulento-glaucis.

Facie Mesembryanthemi vel Cacaliae, odoratissimum. Caulis pedalis simplex, crassitie digiti minoris, glaber. Folia sessilia, infra apicem externe cuspidata, basi obsolete trinervia, glabra, pollicaria. Pedunculi solitarii, 2poll. Spadices 10-12, alterni, sessiles, approximati, inferiores subgeminati, brevissime petiolati, filiformes, 3-4 lin. Rhaches communes bipollicares. Spatha sub singulo spadice unica, lanceolata, membranacea, glabra, spadice brevior. Flores densi. α. in *calidis Peruviae, in ripâ fluminis Guancabamba; β. prope San Felipe in prov. Jaen de Bracamoros.* ♃.

159. P. *polybotryum;* foliis subrotundo-ovatis acuminatis subcordatis basi peltatis reticulato-multinerviis glabris, pellucido-punctatis; spadicibus terminalibus paniculatis. PEPEROMIA *polybotrya Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 60. t. 5.

Caulis ramosus, teres, glaber; folia 3-4poll., reticulato 9-12 nervia, membranacea, obscure viridia. Petioli semiteretes glabri, 5poll.; paniculae terminales solitariae simplices pedales, ramis alternis distantibus patulis 4-5poll., polystachyis; spadices terni quaterni sessiles filiformes 1 1/2-2poll. Internodia subpollicaria. Flores densi. In *umbrosis temperatis inter Sandorillo et flumen Guancabamba.* ♃.

160. P. *tristachyum;* foliis subrotundo-ovatis acuminatis basi peltatis reticulato-multinerviis glabris; pedunculis terminalibus tristachyis. PEPEROMIA *tristachya Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 61. t. 6.

Caulis erectus ramosus carnosus pedalis; folia 2-3poll., reticulato-undecimnervia, subcarnosa, pellucido-punctata; petioli 1 1/2-2poll., glabri; pedunculi 1 1/2poll., glabri; spadices subsessiles, pollicares, crassitie caudae murinae. Flores densi. In *regno Novogranatensi prope Pandi.* ♃.

161. P. *peltoideum;* caule repente, foliis subrotundo-ovatis acutis subpeltatis 5-7nerviis, spadice terminali solitario. PEPEROMIA *peltoidea Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 61. t. 7.

Caulis carnosus, cortici saxisve arcte adhaerens nodis radicantibus; rami juniores pilis articulatis patentibus sparsis. Folia 1 1/2 et 2poll., glabra, margine tenuissime ciliata. Petioli

* Inserimus hic PEPEROMIAS a celeberrimis itineratoribus de *Humboldt* et *Bonpland* detectas et ad hanc sectionem spectantes, quia illis ab auctoribus sedes certa inter species jam jam notas non fuerat indicata.

canaliculati, ciliati, inferiores 2poll. et longiores, superiores 1-1 1/2poll. Spadix 2poll. et ultra. Pedunculus pollicaris. Flores densi. *Ad saxa et arborum truncos, prope Bordones et Cumana.* ♃.

162. P. *murinum;* caule erecto ramoso; foliis ellipticis utrinque acutis carnosis venosis glabris; spadice terminali solitario. PEPEROMIA *pyrifolia Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 61. — β. foliis supra maculis albis confluentibus.

Caulis 2ped., glaberrimus; folia 3-5poll., oblongo-elliptica, basi angustata; petioli canaliculati glabri sesquipollicares; spadix 5-8poll., crassitie caudae murinae, albus. Pedunculus pollicaris glaber. Flores densi. In *fissuris rupium et ad arbores in novâ Andalusiâ, prope Coenobium Caripense.* ♃.

163. P. *talinifolium;* caule erecto (simplici vel) ramoso; foliis oblongis, obtusis basi subcuneatis, obscure venosis, carnoso-subcoriaceis glabris; pedunculis axillaribus tri- aut pentastachyis, bracteatis. PEPEROMIA *talinifolia Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 62. t. 8.

Caulis 1 1/2ped., carnosus, teres, crassitie pennae cygneae. Folia alterna, 4poll., approximata, utrinque angustata. Petioli dilatati glabri, 3 lin. longi. Pedunculi 2-3poll.; spadices 1 1/2-3poll., cylindracei, crassitie pennae corvinae, pedicellis 4-11 lin. longis. Flores densi. Bracteae 2-3 ad basin spadicum, foliis simillimae, minores. In *frigidis montis Quindiu inter los Volcanitos et la Garita del Paramo.* ♃.

164. P. *rupestre;* caule nodoso glabro; foliis ovato-oblongis acuminatis basi acutis venosis carnosis glabris; spadicibus pendulis elongatis. PEPEROMIA *rupestris Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 62.

Caulis tripedalis, carnosus. Folia 2poll., petioli lineam longi. Spadices oppositifolii, semipedales et ultra; pedunculi pollicares glabri; flores densi. Baccae oblongo cylindraceae, acuminatae, magnitudine seminis FESTUCAE *fluitantis.* In *scopulosis et temperatis juxta Cumanacoa novae Andalusiae.* ♃.

165. P. *extensum;* caule erecto simplici; foliis obovato-ellipticis acuminatis basi rotundatis quintuplinervio-venosis carnosis glabris; spadice terminali solitario. PEPEROMIA *elongata Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 62.

Caulis 2ped.; folia 1 1/2-2poll.; petioli 3-4 lin. longi, glabri; spadix 4-5poll.; pedunculus pollicaris glaber. Flores densi. Valde affinis *rupestri.* *Ad saxa in valle Caripensi.* ♃.

166. P. *salignum;* caule erecto ramoso; foliis lanceolatis utrinque angustatis obtusis venosis carnosis glabris subsessilibus; pedunculo terminali tristachyo. PEPEROMIA *saligna Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 62.

Caulis pedalis carnosus apice ramis paucis simplicibus. Folia approximata subbipollicaria. Pedunculi solitarii, sesquipollicares glabri. Spadices semipollicares, crassitie pennae passerinae, pedicellis semipollicaribus glabris. Flores densi. In *declivibus occidentalibus montis Quindiu in ripâ fluminis Boquia.* ♃.

167. P. *conjugatum*; caule simplici tereti sulcato; foliis (lanceolato-) oblongis utrinque acutis trinerviis carnosis glabris subtus albidis longe petiolatis, pedunculo terminali polystachyo; spadicibus geminis. Peperomia *conjugata Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 63. t. 9.

Caulis subpedalis, carnosus; folia 1 1/2poll., supra saturate viridia. Petioli subpollicares, glabri. Pedunculi solitarii; spadices alterni breviter pedicellati, distantes, patuli, 3-5. poll., filiformes. Flores distantes. In *montosis frigidis Andium, inter Colasey et Ingatambo.* ♃.

168. P. *laxiflorum*; caule adscendente subramoso tereti; foliis ovatis obsolete cordatis apice angustatis obtusiusculis reticulato-quinquenerviis carnosis glabris; spadicibus oppositifoliis folio longioribus. Peperomia *laxiflora Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 63. t. 10.

Caulis 10-12poll.; folia 1 1/2poll.; petioli 4-5 lin.; spadices, 5pollic., cylindrici, crassitie caudae murinae. Pedunculi pollicares, glabri. Flores distantes. In *temperatis umbrosis prope Mariquita Nov. granat. ad truncos Caryocaris amygdaliferi.* ♃.

169. P. *ruscifolium*; caule erecto ramoso; foliis ovatis apice angustato-acuminatis basi acutiusculis, obsolete quinquenerviis, glabris; spadicibus oppositifoliis folium subaequantibus. Peperomia *ruscifolia Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 63.

Caulis pedalis, carnosus; folia pollicaria; petioli lineam longi, glabri; spadices pollicares, filiformes, breviter pedunculati. Affine P. *extenso.* In *calidissimis fluminis Manzares prope Cumana.* ♃.

170. P. *foliosum*; caule erecto (superne) ramoso; foliis ovatis acutis quinquenerviis carnosis glabris confertis; spadicibus oppositifoliis, folio longioribus. Peperomia *foliosa Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 63.

Caulis spithamaeus carnosus crassitie pennae columbinae, ramis confertis simplicibus abbreviatis; folia confertissima, 4-5 lin. longa; petioli glabri, 3 lin. longi; spadices solitarii, semipollicares, filiformes; pedunculi glabri, 3 lin. longi. Flores densi. In *declivibus frigidis montis Quindiu inter el Moral et la Pamilla.* ♃.

171. P. *molle*; caule filiformi, repente, ramoso, foliisque molliter piloso-pubescentibus, ovatis, acutiusculis, ener-

viis, subcarnosis; spadicibus oppositifoliis, solitariis. Peperomia *mollis Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 65.

Folia 4-6 lin., petioli lineam longi; spadices pollicares erecti rubri. In *declivibus Quindiu, juxta el Guadal.* ♃.

b. *Foliis oppositis verticillatisve.*

172. P. *alsinoides Lam.*; foliis lanceolato-oblongis oppositis petiolatis subtus quinquenerviis, spicis subglobosis, caule filiformi repente. *Lam. ill.* p. 82. *Vahl Enum.* I. p. 348.

Folia semipollicaria, glaberrima, pallide viridia, longitudine fere petioli; pedunculi solitarii petiolo breviores; spicae magnitudine seminis Coriandri. In *Carolinà.*

173. P. *pubescens Vahl*; foliis oblongis enerviis oppositis, spicis axillaribus solitariis, caule pubescente erecto. *Vahl Enum.* I. p. 348.

Pedalis; folia pollicaria, obtusiuscula, supra et subtus costa villosa, caeterum glabra. Petioli villosi, unguiculares. Spicae bipollicares, graciles. *Herb. Juss.*

174. P. *humile Vahl*; foliis oblongis acutis enerviis oppositis caulibusque erectis villosis. *Vahl Enum.* I. p. 349.

Accedit ad P. *tenellum*, at folia opposita, nec margine ciliata, caulis basi repens, tetragonus; folia semipollicaria; spicae bipollicares, filiformes. In *insulà St. Crucis. West.*

175. P. *tetragonum*; foliis elliptico-ovatis coriaceis acuminatis quinquenerviis, spicis pendulis geminatis, caule radicante tetragono. *Vahl Enum.* I. p. 349. Peperomia *tetragona Fl. per.* I. p. 31. t. 47. f. a.

Pedalis; caulis inferne divisus, dilute purpureus, punctatus. Folia brevius petiolata, opposita, altero-parum minore, margine reflexa. Spicae fere pedales. Spathae lanceolatae, bracteae peltatae. In *nemoribus Peruviae.*

176. P. *septemnerve*; foliis oppositis ternisque oblongo-lanceolatis acuminatis coriaceis septemnerviis, spicis subsolitariis, caule radicante, tereti. *Vahl Enum.* I. p. 349. Peperomia *septemnervis Ruiz* y *Pav.* I. p. 31. t. 47. f. c.

Caules plurimi pedales erecti teretes, geniculis purpureis. Folia plerumque opposita, altero parum breviore. Spicae axillares solitariae ternaeve, curvatae, subulatae. Bracteae peltatae. In *nemoribus Peruviae.*

177. P. *saxicolum*; foliis obovatis trinerviis subtus pubescentibus, spicis ternis, intermedia longissima. *Vahl Enum.* I. p. 349. Peperomia *pubescens Fl. per.* I. p. 31.

Bipedalis; caulis teres, erectus, pubescens; folia petiolata, supra glabra. Spicae axillares. Bracteae peltatae, carnosae. In *montibus umbrosis Peruviae*. Ad P. *polystachyon* duxit Cl. *Poiret*.

178. P. *ellipticum Lam.*; foliis obovato-subrotundis glabris, oppositis, spicis terminalibus solitariis. *Vahl Enum.* I. p. 350. *Lam. Ill.* I. p. 83.

Caulis procumbens? glaber. Folia petiolata, inferiora, remotissima, semipollicaria, superiora minora, crassa. Nervi 3-5, obscuri. Petiolus semipollicaris. Spicae 2-4pollicares. Baccae minutae, subglobosae. In *insulâ Borboniae*. *Commers.*

179. P. *portulacoïdes Lam.*; foliis oppositis, ultimis ternis, oblongis obovatisque glabris, caule repente. *Vahl Enum.* I. p. 350. *Lam. Ill.* I. p. 82.

Rami interdum ternati, teretes, glabri. Folia petiolata, 1 1/2 pollicaria, inferne interdum pilis raris, crassiuscula, subtus nervis 3 obliteratis. Spicae axillares et terminales solitariae, 2-ternaeve, pollicares, tenues. In *sylvis insulae Mauriti*. *Commerson*. Cl. *Poiret* huc duxit P. *obtusifolium Jacq*, quod P. *polystachyon Ait.*

180. P. *concavum*; foliis oppositis quaternisque ovalibus sessilibus quinquenerviis subtus convexis, spicis terminalibus solitariis. *Vahl Enum.* I. p. 350. Peperomia *concava Fl. per.* I. p. 31. t. 46. f. c.

Caules plures bipalmares, teretes, purpurâ lineati. Folia supra concava nervis purpureis. Spicae palmares, erectae, purpureae. Bracteae peltatae. In *Peruviae nemoribus*.

181. P. *serpyllifolium Vahl*; foliis oppositis terminalibus, ternis, quaternisque subrotundis oblongisque glabris, caulibus filiformibus repentibus. *Vahl Enum* I. p. 351. P. *nummularium Lam. Ill.* I. p. 82.

Caulis ramosus, uti tota planta glaberrimus. Folia interdum vix semiunguicularia, enervia. Spicae terminales solitariae, pollicares, graciles. In *Insulâ Mauritiana*. *Commers. Herb. Juss.*

182. P. *tomentosum Vahl*; hirsutum, foliis ovatis oppositis ternisque subsessilibus, spicis pedunculatis folio longioribus, caule repente. *Vahl Enum.* I. p. 351.

Caules, ut tota planta, molliter villoso-hirsuta. Folia vix petiolata, subpollicaria, altero parum minore, carnosa. Pedunculi axillares solitarii, terminales terni. Spicae erectae, pollicares et ultra. In *sylvis montium Javae ad arborum truncos*. *Commers. Herb. Juss.*

183. *P. *trifolium*; foliis ternis subrotundis, caule repente. *Vahl Enum.* I. p. 351. *Willd. Spec.* I. p. 166. *Plum. Amer.* p. 52. t. 68.

Folia unguicularia, basi parum acuta, obscure trinervia. In *Americâ*.

184. P. *filiforme Swartz*; foliis lineari-oblongis obtusis, summis verticillatis, caule filiforme repente. *Swartz prodr.* 16. *Icon.* t. 8. *Fl. Ind. occid.* p. 73. *Willd. Spec.* I. p. 169.

Caulis longissime repens, tetragonus, glaber, striato-maculatus. Rami breves, adscendentes. Folia parva, petiolata, inferne opposita, decussata, apice 4na, subtus pallide rubro maculata, utrinque glabra. Spicae terminales, solitariae. Squama subrotunda ad latus filamentorum. Stigma villosum. Bacca oblonga, minuta. *Inter muscos, ad radices arborum in alpibus Jamaicae.*

185. P. *pulchellum Ait.*; foliis quaternis subsessilibus oblongis enerviis, spicis terminalibus, caule erecto. *Hort. Kew.* I. p. 50. edit. 2. I. p. 72. *Willd. Spec.* I. p. 169. *Vahl Enum.* I. p. 352.

Semipedalis; rami alterni filiformes, altitudine fere caulis, superne oculo armato pubescentes. Folia brevissime petiolata, unguicularia. Spicae plures, semipollicares. In *Jamaicâ*. ♃.

186. P. *pereskiaefolium Jacq.*; foliis ter-quaternisque oblongis trinerviis glabris coriaceis, spicis terminalibus solitariis. *Jacq. collect.* IV. p. 126. *Ic. rar.* II. t. 212. *Vahl Enum.* I. p. 352. *Willd. Spec.* I. p. 167. *Enum. H. Berol.* I. p. 48. PEPEROMIA *pereskiaefolia*, caule erectiusculo ramoso glabro, foliis ternis quaternisque ovato-ellipticis utrinque acutis trinerviis carnoso-coriaceis glabris; spadice terminali solitario. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 68.

Glabrum, insipidum, inodorum. Caules crassitie calami, non radicantes, ramosuli, adulti aphylli, pedales et ultra, ramis di-trichotomis. Folia subbipollicaria, late lanceolata, acuta Spicae graciles erectae, tripollicares, pedunculo pollicari erecto. Bracteae oblongae. An eadem cum P. *verticillato Linn.*? *Jacq.* In *Venezuelâ juxta Caracas*. ♃.

187. P. *blandum Jacq.*; foliis ter-quaternisque elliptico-lanceolatis trinerviis cauleque erecto villosis. *Vahl Enum.* I. p. 352. PEPEROMIA *blanda*; caule erecto tereti ramoso pubescente; foliis ternis quaternisque oblongis utrinque acutis trinerviis carnosis, pubescentibus; spadicibus terminalibus axillaribusque solitariis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 67. *Jacq. Coll.* III. p. 210. *ic. rar.* II. t. 218.

Caules 1 1/2pedales, crassitie calami, superne flexuosi, rubri, ramis alternis, oppositis, ternisve. Folia remota, bipollicaria, crassula, margine, et inferiora subtus tota, sanguinea. Spicae axillares et terminales ternae, 2-4pollicares et ultra. Germen oblongo-subglobosum. *Ad Carracas.* ♃.

188. * P. *verticillatum;* foliis subquaternis, petiolatis ellipticis obtusis (exsiccatis) trinerviis, spicis axillaribus terminalibusque verticillatis, caule erecto. *Linn. am. acad.* V. p. 391. *Vahl Enum.* I. p. 353. *Willd. Spec.* I. p. 353.

Palmaris vel parum ultra, ramosus. Folia semipollicaria subtus convexa, ibique et ad marginem pubescentia; spicae ter-quaternae, filiformes, longitudine folii et ultra. In *Jamaicâ.* ⊙. *Willd.* in *Enum. H. Berol.* ♃, sed valde dubitamus.

189. P. *rhombeum;* foliis quaternis rhombeo-oblongis enerviis subtus convexis, spicis terminalibus solitariis. *Vahl Enum.* I. p. 353. Peperomia *rhombea Fl. per.* p. 31. t. 46. f. c.

Caules bipalmares, radicantes, bifidi, teretes; folia breviter petiolata, supra plana, purpurascentia. Spicae erectae, purpureae. Bracteae peltatae. In *sylvarum Peruviae saxis et arboribus.* P. *reflexo Linn.* nimium affine ait cl. *Swartz*: staturâ majori et erectâ tamen notabile.

190. * P. *reflexum;* foliis quaternis sessilibus rhombeo-subrotundis reflexis, caule repente. *Vahl Enum.* I. p. 353. P. *tetraphyllum Forst. prodr.* n. 25.

Caules sulcati, angulati, filiformes glabri. Folia brevissime petiolata, vix unguicularia, carnosa, glabra. Spicae terminales, graciles, longitudine folii. *Vahlii* specimen a clo. *Swartz* illi datum differt ab exemplari *Forsteri* foliis oblongis, minus rotundis. In *Ind. occident., Cap. b. spei, insulis mar. pacif.*

191. P. *polystachyon Ait.;* foliis ter-quaternisque rhombeo-subrotundis petiolatis trinerviis pubescentibus, ramis erectis. *Hort. Kew.* I. p. 50. *edit.* 2. I. p. 72. *Vahl Enum.* I. p. 354. *Willd. Spec.* I. p. 167. P. *obtusifolium Jacq. Coll.* I. p. 141. *Ic. rar.* I. t. 9.

Caules repentes, pollicares, penna columbina parum crassiores, purpurei, glabri, ramis verticillatis quaternis. Folia pollicaria, vel parum ultra, rhombeo-subrotunda, utrinque villis raris. Petioli pollicares. Spicae terminales, 1-4, erectae, bipollicares, graciles. In *Jamaicâ, St. Cruz.* ♃. cf. P. *portulacoides* et *saxicolum.*

192. P. *orbiculatum Poiret;* foliis subsessilibus subquaternis minimis orbiculatis hirsutis, caule hispido radicante. *Poiret Enc. meth.* V. p. 476.

Cl. *Poiret*, cum? licet, ad suam plantam adducit sequentem, quae tamen longe diversa videtur. Caules graciles, 4-6polli-

cares; rami suboppositi, folia inferiora quina, superiora terna, subtus inprimis villosa. In *Carolina*.

193. P. *brachystachyon Vahl*; foliis ternis quaternis quinisque subrotundo-obovatis subtus convexis, spicis oblongis, caule repente. *Vahl Enum.* I. p. 354. Peperomia *filiformis Fl. per.* I. p. 31. t. 47. f. b.

Caulis filiformis, purpureus. Rami oppositi alternive. Folia breviter petiolata, supra plana. Spicae terminales, solitariae, breves. Bracteae peltatae. In *saxis et arboribus nemorum Peruviae*. P. *pulchello Ait.* affine, magis vero repens.

194. P. *obversum Vahl*; foliis ternis petiolatis obovatis emarginatis glabris, caule repente. *Vahl Enum.* I. p. 354. P. *obovatum Ecl. amer.* I. p. 5.

Rami diffusi, crassitie fili emporetici tenuioris, radicantes, ut tota planta glabri, fusci. Folia unguicularia et minora, obovato-subrotunda, obscure trinervia. Spicae solitariae, tripollicares, rectae. In *Montserrat*. *Ryan.*

195. * P. *quadrifolium*; foliis quaternis, cuneiformibus obovatis emarginatis subsessilibus, spicis solitariis, caule erecto. *Swartz obs.* 22. *Vahl Enum.* I. p. 355. *Willd. Spec.* I. p. 168. Peperomia *quadrifolia*; caule adscendente basi radicante dichotomo; foliis quaternis obovatis emarginatis subaveniis carnoso-coriaceis glabris brevissime petiolatis; spadice terminali solitario. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 69. *Plum. ic.* t. 242. f. 2. (*Vahl* f. 3. *Willd.*)

Semipedalis. Caulis strictus, laevis, crassus; folia breviter petiolata, obcordata, paululum concava, crassiuscula, glaberrima. Spicae pedunculatae solitariae, pollicares, albidae, crassiusculae. *Swartz.* In *Americae meridionalis montibus nemorosis altissimis. In umbrosis calidis nov. Andalusiae, Santa Cruz.* ♃. *

* *Kunth* PEPEROMIAM *quadrifoliam* describit (praeter definitionem): caule divaricato, nodis radicantibus; foliis rarius quinis, 4-5 lin. longis; petiolis lineam dimidiam longis, glabris; spadicibus sesquipollicaribus, crassitie pennae corvinae; pedunculis semipollicaribus glabris, floribus densis — vix eandem crederes cum Vahliana!

196. P. *portulacaefolium*; caule decumbente, radicante, ramoso; foliis quaternis, obovato-oblongis, (leviter) emarginatis, aveniis, carnosis, glabris, brevissime petiolatis; spadice terminali, solitario. Peperomia *portulacaefolia Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 70.

A *quadrifolio*, cui valde affine, ramis alternis nec dichotomis, foliisque angustioribus diversum. Caulis pedalis et ultra, ramis alternis, oppositisque, apice tantum foliosis; folia approximata, 4-6 lin. longa. Petioli lin. 1/2 longi. Spadices sesquipollicares, crassitie pennae corvinae. Pedunculi 4-5 lin. longi-

flores densi. In *vallibus temperatis umbrosis humidis Andium popayanensium ad La Erre.* ♃.

197. P. *inaequalifolium*; foliis quaternis quinis senisque obovatis subsessilibus reflexis subemarginatis, spicis terminalibus subquaternis. *Vahl Enum.* I. p. 355. PEPEROMIA *inaequalifolia Fl. per.* I. p. 30. t. 46. f. a. P. caule adscendente basi radicante dichotomo; foliis quaternis ad senis obovatis retusis aveniis carnosis glabris subsessilibus reflexis, floralibus majoribus; spadicibus terminalibus, geminis ad quinis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 71.

Fragrantissima; subpedalis, erecta vel repens. Caulis teres. Folia caulina terminalibus crassiora, minora. Spicae subulatae, 2-5, exteriores breviores, erectae. In *Limâ et Peru.* ♃.

198. P. *stellatum Swartz*; foliis ter-quinternisque oblongis acuminatis trinerviis glabris, caule erecto. *Swartz prodr.* 16. *Fl. Ind. occid.* I. p. 74. *Vahl Enum.* I. p. 355. *Willd Spec.* I. p. 168. (qui licet, ut *Vahlius*, *Swartzii* P. *stellatum* non vidisset, ad hoc citat *Jacq. Coll.* II. p. 212, quem omisit *Vahl.* Cl. *Dryander* junxit hanc speciem cum P. *verticillato*).

Caulis pubescens, interdum ferrugineus. Folia petiolata, acumine obtuso, subtus pallidiora, vix succulenta. Spicae terminales longae (triplo longiores quam in verticillato) 4-5, conjugatae, filiformes, laxae. Flores minutissimi. Squama germen obtegens ovatum. Stigma sessile obliquum, villosum. Bacca oblonga, sessilis. In *sylvis umbrosis alpium Jamaicensium.*

199. P. *foliiflorum*; foliis umbellatis cordatis basi floriferis, spicis aggregatis. *Vahl Enum.* I. p. 356. PEPEROMIA *foliiflora Ruiz* et *Pav.* I. p. 29. t. 45. f. c.

Semipedale, erectum, simplex, lineis purpureis maculatum. Folia 8-10 petiolata, inaequalia, repanda. Spicae e basi foliorum. Flores distantes. In *montibus nemorosis Peruviae.*

200. P. *maypurense*; caule erecto, tereti; foliis oppositis, ellipticis, retusis, basi acutis, quinquenerviis carnoso-coriaceis, margine revolutis, glabris. PEPEROMIA *maypurensis Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 66.

Caulis pedalis-bipedalis, ramosissimus, carnosus; folia 6poll., obtusa, supra fere enervia, subtus quinquenervia, nervis prominentibus, utrinque glaberrima; petioli 3-4poll. semiteretes, glabri; spadices terminales, 4poll., gemini? filiformes; pedunculi 2-3 lin. longi. Flores distantes. In *sylvis Orinocensibus, ad arborum truncos, juxta El Raudal de Maypure.* ♃.

201. P. *angulatum*; caule repente, acute-quadrangulo; foliis, oppositis, obovato-ellipticis, obtusis, trinerviis, carnoso coriaceis, glabris; spadicibus axillaribus, solitariis. PEPERO

mia *angulata* Humb. et Bonpl. *Nov. gener.* I. p. 66. (Affine Piperi *quadrangulo* Thomps. *Trans. Linn. Soc.* IX. p. 202.

Caulis procumbens, nodis radicans, carnosus, laevigatus, glaber; ramis raris alternis. Folia remota, pollicaria, nervis, supra impressis, subtus elevatis, utrinque glabra; petioli 2-3 lin. longi, glabri; spadices 2poll. In *opacis prov. Cumanensis in ripâ fluminis Jaguae.* ♃.

202. P. *basellaefolium*; caule erecto, ramoso, foliis alternis oppositisque, ovatis, acuminatis, basi acutis, obscure venosis, carnosis, glabris, ciliatis; spadice terminali, solitario. Peperomia *basellaefolia* Humb. et Bonpl. *Nov. gener.* I. p. 66.

Differt a Peperomia *obliqua* Ruiz et Pav. foliis acuminatis, basi acutis, et spadice terminali solitario. Caulis 8-10poll., carnosus; folia 1 1/2poll., recentia avenia, sicca obscure venosa; petioli 1-2 lin., glabri. Spadix longitudine foliorum. Flores densi. In *umbrosis scopulosis Peruviae prope Loxa.* ♃.

203. P. *rotundatum*; caule procumbente, ramoso, villoso; foliis oppositis suborbiculato-reniformibus, reticulato-quinquenerviis, carnosis, supra glabris, subtus in nervis pilosis, nigro-punctatis; spadicibus axillaribus terminalibusque. Peperomia *rotundata* Humb. et Bonpl. *Nov. gener.* I. p. 67.

Caules cespitosi, pedales et ultra, carnosi, basi crassitie calami scriptorii; folia 6-8 lin. longa; petioli 2 lin. longi villosi; spadices oppositi, subinde in eâdem axillâ gemini, 1-1/2poll., crassitie pennae anserinae. Pedunculi 3-4 lin. longi, pubescentes. Flores distantes. In *excelsis regni Novogranatensis inter* Pansitara *et vallem Yacanacatu.* ♃.

204. P. *dissimile*; caule erecto, subramoso, hirsuto; foliis oppositis, inferioribus elliptico-rotundatis, obtusis, superioribus oblongis, (utrinque) acutiusculis, trinerviis, pubescentibus; spadicibus axillaribus, solitariis, terminalibus ternis. Peperomia *dissimilis* Humb. et Bonpl. *Nov. gener.* I. p. 67.

Affinis *rotundato.* Caulis fere pedalis. Folia inferiora semipollic., superiora pollicaria, pilosa aut pubescentia, subcarnosa; petioli 1-2 lin. longi, villosi; spadices 1-1/2poll., crassitie pennae passerinae. Pedunculi 3-4 lin. longi, pubescentes. In *asperis umbrosis juxta valle de Juanambu et el Tablon nov. Granat.* ♃.

205. P. *ciliatum*; caule erecto, subramoso, pubescente; foliis oppositis, summis ternis, oblongis, utrinque acutis, trinerviis, subcarnosis, glabriusculis ciliatis; spadicibus axillaribus terminalibusque, solitariis. Peperomia *ciliata* Humb. et Bonpl. *Nov. gener.* I. p. 68.

Caulis pedalis, carnosus, tenuissime pubescens; folia sesquipollicaria; spadices filiformes, 2-5poll.; pedunculi semipollicares, glabri. Flores distantes. *Ad arbores in convalle temperata, juxta Coenobium Caripense.* ♃.

206. P. *angustatum*; caule repente, glabro; foliis quaternis, oblongis, longe acuminatis, basi angustatis, reticulato-trinerviis, membranaceis, glabris; spadicibus axillaribus, terminalibusque, solitariis. PEPEROMIA *angustata Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 68.

Caulis carnosus, crassitie pennae columbinae; folia 1-2poll. petioli 4 lin. longi. In *umbrosis prov. Camanensis, juxta Cumanacoa et San Fernando.* ♃.

207. P. *congestum*; caule erecto, ramoso; foliis quinis ad septenis, sessilibus, ovatis, acutis, aveniis, carnosis, supra planis, subtus convexis, utrinque glabris; racemo terminali, polystachyo; spadicibus verticillatis, confertis. PEPEROMIA *congesta Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 68. t. 14.

Caulis 2ped., carnosus, crassitie pennae cygneae; folia 1/2-2-poll., submucronata, sessilia; racemus 2-3poll., verticillis approximatis; spadices pollicares, sessiles, patuli, crassitie caudae murinae. Pedunculi pollicares, flores densi. In *declivibus Andium peruvian. inter fluv. Chulucanas et pag. Guancabamba.* ♃.

208. P. *pallens*; caule repente, (simplici vel) ramoso; foliisque tenuissime pilosiusculis, ternis, ellipticis, obtusis; aveniis, subcarnosis, subtus coloratis; spadicibus terminalibus, solitariis aut ternis. PEPEROMIA *pallens Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 69.

Caulis spithamaeus herbaceus tenuis; pilis vix conspicuis; folia 4-6 lin. longa, oblongo-elliptica, uninervia, pilis minutis raris, subtus rubra, patula, interdum reflexa; petioli lineam longi glabri; spadices 1 1/2-2poll., filiformes, pallide sulphurei. Pedunculi 4 lin. longi, glabri; flores paullo distantes. In *scopulis Andium* Popayanens., *inter* Pisoxe *et Cucunuco.* ♃.

209. P. *microphyllum*; caule adscendente, (sub-) dichotomo, ramisque pilosiusculis, tetragonis; foliis quaternis quinisve, (et senis) lanceolato-oblongis, obtusis, enerviis, carnosis, pilosiusculis; spadice terminali, solitario. PEPEROMIA *microphylla Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 69. tab. 15. fig. 2.

Caulis basi repens, 10poll., ramis pilis parvis obsitis; folia 3-4 lin. longa, lineari-oblonga (supra lanceolato-oblonga!) petioli 1/2 lin. longi; spadices 7-8 lin. longi, filiformes; pedunculi 4-5 lin. longi, tenuissime hirti. Flores densi. In *lapidosis frigidis Andium Quindatensium juxta et Boqueron del Paramo.* ♃.

210. P. *peploides*; caule procumbente, ramoso, tetragono; foliis quaternis obovato-subrotundis, obtusis, aveniis, carnosis, glabris, junioribus pubescentibus; spadicibus axillaribus, solitariis. PEPEROMIA *peploides* Humb. et Bonpl. *Nov. gener.* I. p. 69.

Caulis spithamaeus procumbens nec repens, glaber, ramulis tenuissime pubescentibus; folia approximata, 4-5 lin. longa; petioli pubescentes, lineam longi; spadices 2poll. et ultra, cylindrici, crassitie pennae corvinae. Pedunculi 4-6 lin. longi. Flores densi. In *radicibus montis Cotopaxi in frigidis subapricis.* ♃.

211. P. *loxense*; caule erecto, basi radicante, ramoso; foliis quaternis obovato-ellipticis, obtusis, aveniis, carnosis, glabris, brevissime petiolatis; spadice terminali, solitario. PEPEROMIA *loxensis* Humb. et Bonpl. *Nov. gener.* I. p. 70.

Caulis semiped., inferne nudus, carnosus, ramis oppositis; folia approximata, 3-4 lin. longa; petioli lin. longi; spadices solitarii, 1/2poll. et ultra, crassitie pennae corvinae; pedunculi 2 lin. longi; flores subdistantes. In *umbrosis frondosis prope Loxa ad Cinchonae truncos.* ♃.

212. P. *rubioides*; caule repente, dichotomo; ramis quadrisulcatis, glabris; foliis ternis, quaternisve, ovato-oblongis, obtusis, aveniis, subcoriaceis, glabris; spadicibus axillaribus, solitariis. PEPEROMIA *rubioides* Humb. et Bonpl. *Nov. gener.* I. p. 70.

Caulis basi repens, ramosus, ramis 4poll. erectis, dichotomis; folia semipollicaria, basi rotundata; petioli lineam longi, tenuissime pubescentes; spadices filiformes. In *cupidinibus vestitis prope Cumanacoa (Prov. Nova Andalusia).* ♃.

213. P. *fontinale*; caule erecto, simplici, glabro; foliis inferioribus, quaternis, summis oppositis, alternisve, sessilibus, reflexis, lanceolatis, acuminatis, obsolete trinerviis, carnosis, glabris; spadice terminali, solitario. PEPEROMIA *reflexa* Humb. et Bonpl. *Nov. gener.* I. p. 70. t. 16.

Caulis pedalis, carnosus, crassitie fili emporetici; folia 8 lin. longa; summa patentia. Spadices 2poll., interdum gemini in axillis superioribus; pedunculi semipollicares; flores densi. In *vallibus madidis fontibus, ad ripam fluv. Amazonum circa Tomependa et Jaen de Bracamoros.* ♃.

214. P. *galioides*; caule erecto, subramoso, pilosiusculo, foliis subsenis, lanceolato-oblongis, obtusis, trinerviis, carnosis, scabriusculis, apice ciliatis, reflexo-patentibus, spadicibus axillaribus, terminalibusque elongatis. PEPEROMIA *galioides* Humb. et Bonpl. *Nov. gener.* I. p. 71. t. 17.

Caulis pedalis, debilis, carnosus, filiformis; folia ramea quandoque quaterna, fere ut in GALIO *Mollugine*, 4-7 lin. longa, in

feriora minora, magisque reflexa. Internodia semipollicaria ad pollicaria, petioli dimidiam lineam longi, spadices solitarii, terni, quaterni, vel quini, filiformes, 2-3poll.; pedunculi 3-4 lin. longi, pubescentes. Flores distantes. In *montanis regni Novogranatensis, juxta catarractam Tequendamae.* ♃.

3. *Acaulia.*

215. P. *umbilicatum;* foliis peltatis orbiculatis enerviis, radice tuberosa, scapo laxo. *Vahl Enum.* I. p. 356. P. *globosum Poir. Enc. meth.* V. p. 73. PEPEROMIA *umbilicata Ruiz y Pav.* t. 45. f. b. P. glabra; foliis orbiculatis centro peltatis (siccatis) sub quinquenerviis; spadice radicali, floribus distantibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 72. t. 15. f. 1.

Radix tuberosa, globosa, magnitudine pisi majoris, acris. Folia radicalia plurima, unguicularia, subtus albida, nitida. Petioli 1 1/2pollic. Scapi petiolo parum crassiores, palmares, simplicissimi. Flores distantes in spadicibus 1/2-3poll. In *collibus Limae in frigidis regni mexicani pone S. Rosa de la Sierra.*

216. P. *macrorrhizon;* glabrum; foliis orbiculatis, centro peltatis, subcucullatis, aveniis: spadice radicali; floribus confertissimis. PEPEROMIA *macrorrhiza Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 72.

Radix bulbosa, placentiformis, magnitudine nucis juglandis et major, flavescens, odorem gravem exhalans; folia diametro 3-4 lineari, carnosa, glabra; petioli semi-ad unipollicares, glabri; spadices pedunculati, oblongo-cylindracei 3-4 lin. longi, pedunculi uni- ad sesquipollicares. Simillima praecedenti, differt tamen: radice majore, floribus densissimis. In *devexis Andium Peruvianorum, locis scopulosis, inter urbem Caxamaroae et Cerro de Canturcagua.* ♃.

217. P. *scutellaefolium;* foliis peltatis ovatis concavis nervosis, radice tuberosa, scapo erecto. *Vahl Enum.* p. 356. P. *scutellatum Pers. Syn.* I. p. 34. PEPEROMIA *scutellaefolia Ruiz y Pav.* I. p. 29. t. 44. f. b.

Rad. globosa. Folia radicalia, 5-7 nervia, supra punctata, subtus purpurascentia. Petioli longi teretes purpurascentes. Scapi sesquipalmares, filiformes, superne incrassati. Flores distantes. Bracteae ovatae concavae carnosae. In *collibus Peruviae.*

218. P. *stoloniferum;* stolonifera hirsuto-pubescens; foliis subrotundo-reniformibus, septemnerviis, longe petiolatis; spadicibus radicalibus, solitariis petiolo brevioribus. PEPEROMIA *stolonifera Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 71.

Similis ASARO *europaeo;* radix FRAGARIAE ad instar stolonifera; folia diametro 2poll., carnosa, utrinque pubescentia, subtus

albida. Petioli 3-4poll., pilosi. In *valle umbrosâ subcalidâ juxta Pandi et Puente natural de Icononzo.* ♃.

4. *Obscura.*

219. P. *Milleri Nob.*; foliis lanceolatis nervosis rigidis sessilibus. P. *humile Mill. dict.* n. 4. P. longum humilius, fructu e summitate caulis prodeunte *Sloane cat. jam.* p. 45. SAURURUS *Brown jam.* 204. 4. P. *humile Poiret Enc. meth.* V. p. 473.

Species a b. *Vahlio* omissa, a cl. *Poiret* ante P. *scutellaefolium* posita. Caules graciles, e nodis radicantes, divisi in ramos foliosos; folia 5 pollices long., 2 lat. utrinque acuta, costata. Spicae graciles, 5pollicares. In *Jamaicâ et insul. Barbadens.*

220. P. *pinnatum Lour.*; foliis ovatis pinnatis, caule erecto aculeato. *Lour. Fl. coch.* I. p. 31. *Vahl Enum.* I. p. 356.

Ramosissimum, aculeis multis brevibus incurvis; folia trijuga, foliolis subsessilibus, acuminatis undulatis integerrimis venosis nitidis. Racemi parvi subterminales. In *Chinâ.* ♄.

221. P. *laurifolium Mill.*; foliis lanceolato-ovatis nervosis, spicis brevibus. *Mill. dict.* n. 6. *Poiret Enc. meth.* V. p. 478. SAURURUS frutescens, laurocerasi folio, fructu breviore et crassiore. *Houst.* MSS.

Caules fruticosi nodosi, 9-10pedales; fol. 7 pollices long., 3 pollices lata, scabra, consistentia foliorum lauri. Spicae laterales, 1-1 1/2pollic.; crassitie calami scriptorii. In *Vera Cruz.* ♄.

222. P. *Staphyle Nob.*; foliis lanceolato-ovatis, rugosis, nervis alternis. P. *racemosum Mill. dict.* n. 15. et, hoc teste, SAURURUS *racemosus* s. *botryoites major. Plum. cat.* 51. *Poiret Enc. meth.* V. p. 478.

Arborescens, 10-12pedalis, ramis cavis, nodosis. Folia scabra, 5 pollic. long., 2 1/2 lata, subtus pallida. Spicae laterales, longae, graciles. In *Vera Cruz.* ♄.

223. P. *chelseanum Nob.*; foliis ovato-lanceolatis tomentosis, caule arborescente. P. *tomentosum Mill. dict.* n. 7. *Poiret Enc. meth.* V. p. 478. SAURURUS arborescens latifolia villosa, fructu gracili. *Houst.* MSS.

Caules farcti, 12-14pedales, ramis curvis geniculis inflatis. Folia 5 pollic. long., 3 pollic. lata, venis multis. Spicae laterales, graciles, tripollicares, deflexae. In *Vera Cruz.* ♄.

224. P. *glabrum Mill.*; foliis ovato-lanceolatis acuminatis glabris trinerviis. *Mill. dict.* n. 12. SAURURUS racemosus, s. botryoitis minor. *Plum. cat.* 51.

Caules fruticosi, 10pedales, ramis curvis, geniculis tumidis. Fol. 4 pollic. long., 2 1/2 lat. Spicae laterales, longae, graciles, parum curvatae. In *Campechia*. ♄.

225. P. *rhomboidale* Dum. Cours. T. V. p. 498. an id. cum illo *Desfontaines?*

Circumfertur quoque nomine Pip. *trifolii*. Glaberrimum; caules numerosi teneri succulenti, rubri, recti ramosi; folia opposita, petiolata, ovata et rhomboidalia, integerrima, crassa, trinervia, succulenta, sordide pallideque virentia.

* Quid PIPER *herbaceum Hort. paris.* ? PIPER *Portoricense* ibid.? PIPER *crassifolium Cels.* ? Tres hasce species ex America meridionali retulit Cap. Baudin.

Classis III.

TRIANDRIA.

Ordo I. MONOGYNIA.

* *Flores superi completi.*

119. Valeriana. *Calyx* nullus, nisi margo involutus germen coronans et per maturitatem in pappum resolubilis. *Corolla* monopetala quinquefida basi hinc gibba. Capsula unilocularis, calycis limbo in pappum plumosum evoluto coronata.

Lam. ill. t. XXIV. f. 1.

120. Fedia. *Calyx* tri-sexdentatus. *Corolla* monopetala inaequaliter quinquefida, ecalcarata, basi hinc gibba. *Capsula* (aliis *Nux*) calyce persistente coronata, bi-sive trilocularis, loculo uno alterove sterili. *

* Valerianeae. Plantae dicotyledones, monopetalae; corollis epigynis; antheris distinctis. *Calyx* monophyllus, germini adhaerens; limbo nunc papposo et involuto, nunc dentato et erecto. *Corolla* tubulosa, epigyna, 5-3loba, interdum inaequalis aut calcarata. *Stamina* 1-5, tubo corollae inserta. *Pistillum* unicum et simplex, stylo unico, stigmatibus 1-3, germine unico adhaerente 1-3 loculari. *Capsula* indehiscens uni-trilocularis, loculis monospermis, duobus saepissime abortivis. *Perispermum* nullum. *Corculum* rectum, radiculâ superâ. *Herbae oppositifoliae annuae aut perennes, floribus corymbosis, paniculatis aut capitatis.* (P. *Du Fresne Histoire naturelle et médicale de la famille des Valérianées.* Montpellier, 1811. 4. p. 38. sqq.) In plura genera dirimitur a superioribus haec Familia, quorum quatuor tantum retinuimus. Sunt autem sequentia:

1. Centranthus *Neck. Decand.* Apud nos in Monandriam monogyniam receptus, v. pag. 35.

2. Valeriana. *Capsula* unilocularis, calycis limbo in pappum plumosum evoluto coronata; *stamina tria; corolla* quinqueloba, regularis, ecalcarata.

   Ad hoc genus 36 species referuntur, quae omnes et apud nos Valerianis accensentur.

3. Astrephia *Decand. Capsula* unilocularis, limbo calycis recto nec involuto coronata; *stamina* tria; *corolla* quinqueloba, regularis, ecalcarata.

121. Axia. *Cal.* trifidus. *Cor.* monopetala, decemfida. *Sem.* 1. (*Willdenowio* Valeriana videtur. Familia Nyctaginearum? *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 547.

Boerhaviae nonnullae. Galium *trifidum.* Asperulae subinde. Melothria.

** *Flores superi, incompleti.*

122. Tripterella. *Cor.* sexfida, laciniis alternis minutis, tubo angulato, basi ventricoso. *Michaux Fl. bor. am.* I. t. 3.

Calyx sexfidus, alato-angulosus, supra basin solidam tubulosus. *Stigmata* tria. *Caps.* trilocularis, polysperma, triquetra. *Stamina* inclusa.

123. Crocus. *Spatha* plerumque bi-valvis, valvula interior multo angustior. *Cor.* limbo partita infundibuliformis

Differre dicitur a Valeriana calyce non involuto, et a Phyllacti corollâ quinquelobâ et involucrorum absentiâ, atque in illo recensentur. Valerianae nostrae:

45. *coarctata.* 46. *serrata.* s. *oblongifolia.* 6. *interrupta.* 5. *crispa.* 11. *polystachya.* 33. *carnosa.* *chinensis* L. 4. *hyalorhiza.* *laciniata*, quae nobis Boerhaavia *chaerophylloides.*

4. Phyllactis. *Pers. Synops.* I. p. 39. *Juss. annal. du Mus.* X. p. 311. *Capsula* unilocularis, dentibus calycinis brevissimis coronata (sed revera adest *Pappus.*). *Stamina* tria. *Corolla* triloba, regularis, ecalcarata.

Huc referuntur e Valerianis nostris:

47. *rigida.* 48. *tenuifolia.* 41. *spathulata.*

5. Patrinia. *Juss. Annal. du Mus.* X. p. 311. *Capsula* trilocularis, limbo calycis recto et obsolete dentato coronata, bracteâ ovali membranaceâ lateraliter suffulta (*Gaertn. de fruct.* t. 86.). *Stamina* 4-5. *Corolla* regularis, ecalcarata.

Val. *sibirica L.*, Fedia *rupestris* et *villosa Vahl* sub hoc genere militant, cui in Tetrandria locum suum assignavimus.

6. Fedia. *Moench Meth.* p. 486. *Decand. Fl. fr.* IV. p. 239. *Juss. Annal. du Mus.* X. p. 311. *Capsula* trilocularis, limbo calycis recto nec involuto coronata. *Stamina* duo. *Corolla* irregularis, vix bilabiata, ecalcarata.

Huc e Fediis nostris

1. *Cornucopiae.* 2. *scorpioides.* *graeca* (Valeriana *graeca* L. a nobis studio omissa)

pertinent.

7. Valerianella. *Tournef.*, *Moench*, *Decand. ll. cc.* *Capsula* trilocularis, limbo calycis recto nec involuto coronata. *Stamina* tria. *Corolla* regularis, quinqueloba, ecalcarata.

Huc Fediae nostrae a n. 3-19.

subaequalis, laciniis tribus exterioribus majoribus. *Tubus* longissimus basi subterraneus. *Stigma* profunde trifidum, laciniis convolutis.

Lam. ill. t. XXX. Familia IRIDEARUM * *Juss.*, ut sequentes omnes (exceptâ HETERANTHERA) ad GALAXIAM usque. Quod *Linnaeo* in hâc familia corolla, *Jussiaeo* calyx est.

124. WITSENIA. *Cor.* tubulosa, limbo sexpartito. *Stigma* levissime trifidum, aut emarginatum. *Caps.* trilocularis polysperma.

Lam. ill. I. t. XXX. Cl. *Jussieu* WITSENIAM *pumilam* nomine TAPEINAE removit a genere ob limbum profunde sexpartitum et stigma trifidum.

125. IXIA. *Cor.* sexpartita, campanulato-patens, aequalis, tubo recto. *Spatha* uni-bivalvis. *Stigmata* tria erectiuscula patula. *Semina* plurima subrotunda.

Lamarck illustr. t. 31. Cl. *Jussiaeo:* tubus oblongus, aut brevis; limbus campanulatus sexpartitus aequalis; stigma trifidum. Hinc WITSENIA *ramosa* et GLADIOLUS *longiflorus* et illi IXIAE. *Gawler* characterem IXIAE circumscripsit sequentibus: *Spatha* bivalvis. *Cor.* basi tubulosa, tubus gracilis, limbus sexpartitus regularis (rarissime irregularis) subaequalis patens. *Filamenta* limbo pluries breviora erecto-patentia, vel coarctato-erecta. *Stigm.* 3 angusta recurva. *Caps.* globoso-ovata. *Confer. L.* Synopsin specierum IXIAE. *Confer. Ker. Ann. of Bot.* I. p. 226. *Bot. mag.* t. 1013.

126. PATERSONIA. *Perianthium* petaloideum, hypocrateriforme, regulare, tubo gracili, limbo sexpartito, laciniis interioribus minutis. *Filamenta connata. Stylus* capillaris, apice saepissime tumido. *Stigmata* tria, laminaeformia, indivisa. *Capsula* prismatica. *Semina* numerosa. *R. Brown* (in honorem *Gulielmi Paterson*, peregrinatoris) *prodr.* I. p. 303. Fam. IRIDEARUM.

An potius ad *Monadelphas* amandandum hoc genus, GENOSIRI *Labillard.* * *Spicil. nov. Holland.* proximum, nisi forte idem, quamvis characteres a Billardiero dati minime respondeant?

* *Cor.* tubulosa, trifida patens aequalis supera. *Stigmata* tria erectiuscula. *LaBillard. Spicil. nov. Holland.* I. p. 18. t. IX.

127. DIASIA. *Spatha* diphylla, valvulis subfoliaceis oppositis. *Cor.* monopetala, supera, rotata, sexpartita, (hexapetaloideo-sexpartita bilabiato campanulata *Gawler*) post florescentiam scissa et caduca; tubo nullo; laciniis acuminatis. *Stam.* imae corollae inserta (adscendentia). *Stigm.* gracilia (3, recurvo-patentia). *Caps.* trilocularis, depressa, trigona,

* In hâc familia respice genera nova *Gawleri* et *Decandolli*, in genere GLADIOLI IXIAE, IRIDIS inter species suo loco inserta.

angulis divaricatis, superne dehiscentibus. (Semina globosa, in quolibet loculamento pauca.)

Decand. Bull. philom. n. 80. MELASPHAERULA *Gawler.*

128. GLADIOLUS. *Cor.* sexfida, laciniis inaequalibus, tubo subcurvato. *Stam.* adscendentia.

Lam. illustr. t. 32. huc quoque ANTHOLYZAM duxit.

* Cl. *Jussieu:* cor. (s. calyx) infundibuliformis, limbo inaequali bilabiato, labio superiori laciniis 3 approximatis vel conniventibus, inferiori laciniis tribus plus minus patulis. Stamina sub labio superiore. Stigma trifidum. Semina arillata s. margine membranacea.

Gawler vero his distinxit genus: *Spathae* valvula exterior lanceolata, concava, integerrima; *Cor.* basi tubulosa, limbus sexpartitus irregularis, vel subregularis; *Stamina* adscendentia, *antherae* parallelae; *Stigmata* tria sursum dilatata, complicata, demum canaliculato-explicata; *Capsula* ovata, oblonga, subtrigona, lenta. *Sem.* numerosa, alata.)

129. ANTHOLYZA. *Cor.* sexfida, tubulosa, ringens, recurvata, laciniae laterales labii superioris breviores.

Lamarck genus hocce junxit GLADIOLO, ut vides in *Illustr.* t. XXXII. f. 2. Cl. *Jussieu: cor.* (s. calyx) infundibuliformis tubo recurvato, limbus laciniis 6 inaequalibus. Stigma trifidum. *Gawlero: spatha* bivalvis ovata; *cor.* irregularis, recurva, tubo gracili limbo sexpartito ringente, difformi, *stamina* adscendentia; *stigmata* 3, recurvo-patentia simplicia; *caps.* rotunda coriacea; *Sem.* plura, subglobosa. A WATSONIA differre: stigmatibus non bifidis; a conjunctissimo GLADIOLO: seminibus paucioribus, nec alatis; ab IXIA: fauce magis elongatâ staminibusque adscendentibus.

130. ARISTEA. *Cor.* (rotata, hexapetaloideo-) sexpartita, post anthesin spiraliter contorta persistens. *Stylus* declinatus. *Stigma* infundibuliforme, hians (simplex, ore subintegro vel trifido. *Stamina* divergentia) *Caps.* (oblonga, trigone prismatica angulis compressis faciebus concavis, trilocularis) polysperma. (*Semina* quolibet loculo plura lateraliter compressa, scabrida.) *Vahl.* (*Gawl.*)

Spatha bivalvis. *Cor.* tubo brevi, laciniis aequalibus patulis. *Filamenta* brevia. *Stigma* fimbriatum. *Caps.* oblonga, triangularis. *Juss.*

131. MARICA. *Cor.* sexpartita vel sexpetaloidea, laciniis tribus exterioribus majoribus, interioribus conniventibus, triplo minoribus. *Stigma* petaloideum trifidum, laciniis indivisis. *Caps.* trilocularis.

CIPURA. *Lamarck ill.* t. XXX. *Cor.* libera, basi tubulosa. *Stam.* tria tubo inserta; „opposita angulis styli triquetri“ *Ker.*

132. MORAEA. *Cor.* sexpartita, patens, laciniis interioribus tribus minoribus. *Stigma* varium.

Stamina in plurimis basi filamentorum connata, hinc fors a SISYRINCHIO VIEUSSEUXIA etc. non separandum genus. *Lamarck ill.* t. XXXI. Cl. *Jussiaeo* tubus brevis, patentissimus, laciniis aequalibus, alternis 3 erectis, 3 reflexis, barbatis aut imberbibus, basi staminiferis. Stylus brevis, stigmata petaloidea, oblonga, magna, inclinata in stamina, intus sulco longitudinali.

Gawlero (qui VIEUSSEUXIAM non admittit) *corolla* hexapetaloidea, sexpartita, subaequaliter patens laciniis basi parum concretis, post anthesin superne involuta, inferne spiraliter contorta, demum decidua. *Antherae* stigmatibus petaliformibus vel subpetaliformibus bifidis accumbentes. *Caps.* oblonga, obsolete trigona. *Sem.* numerosa.

133. IRIS. *Cor.* sexpartita, laciniis alternis reflexis, alternis conniventibus. *Stylus* o. *Stigmata* tria petaliformia.

Lamarck ill. t. XXXIII. De Stigmate *Cavanilles ann. Bot.* v. I. p. 412, *Confer* et *Batsch bot. Beob.* p. 57. Cl. *Jussiaeo* tubus longitudine Ovarii; laciniae et stylus ut in MORAEA.

134. SOPHRONIA. *Cor.* hypocrateriformis, limbo sexpartito. Stigma bifidum. Capsula infera. (*Lichtenstein* qui a σωφρων, modestus, dici voluit.)

135. DILATRIS. *Cor.* sexpetaloidea, extus hirsuta. *Filamentum* tertium reliquis minus, antherâ majore. *Stigma* simplex. *Caps.* globosa, infera, trilocularis.

Gaertn. Fil. Carpol. t. 182. f. 1. *Lamarck ill. gen.* t. 34. D. *viscosa.*

Cl. *Jussiaeo:* Cor. (s. calyx) libera, tubo brevi, laciniis rectis aequalibus persistentibus oblongis canaliculatis basi staminiferis. Stamina 6, quorum 3 minima, abortiva. Anthera 1 saepius. Capsula adhaerens calyci, trivalvis, trisperma.

136. HAEMODORUM. *Petala* sex: tria interiora supra medium staminifera. *Stigma* obtusum. *Capsula* trilocularis *Smith.*

Character ex Brownio: Perianthium superum, sexpartitum, persistens, glabrum. *Stamina* tria, basi foliorum interiorum perianthii imposita. *Ovarium* triloculare, loculis dispermis. *Stylus* filiformis. *Stigma* unicum. *Capsula* semisupera, triloba, trilocularis, loculis dispermis. *Semina* peltata, compressa, marginata.

Herbae glabrae. Radix e tuberibus fasciculatis, fusiformibus, coccineis. Caules simplices, foliati. Folia aversa, plana vel teretiuscula basi semivaginante. Flores corymbosi, raro spicati.

137. ENDIANDRA. *Cal.* sexfidus, laciniis aequalibus, ore glandulosus. *Antherae* biloculares. *Bacca?* *Brown prodr.* I p. 402. Cum CINNAMOMO et CRYPTOCARYA summa affinitas; a priori diversa staminibus sex exterioribus in glandulas connatas, vel distinctas conversis, interioribus bilocularibus; a

Cryptocarya staminibus fertilibus tribus tantum, et fructu haud penitus tecto. *Brown.*

*** *Flores inferi, incompleti.*

138. WACHENDORFIA. *Cor.* hexapetaloideo - sexpartita, rotata, inaequalis, tribus latioribus. *Caps.* trilocularis. *Semina* solitaria.

Lam. ill. t. 34. f. 1. *Stamina* (assurgenter) inclinata, margini laciniarum inserta. *Fila* 3 brevia staminibus mixta quae nunquam vidit *Gawler*. Stylus lateraliter obliquans. Stigma simplex. *Caps.* adhaerens acute triquetra, trilocularis, trivalvis, trisperma. *Semina* peltata, (compressa, paleis lentis vestita, in quolibet loculo unum.) *Juss.* et *Gawl.*

139. BRODIAEA. *Cal.* o. *Cor.* infera, tubulosa, limbo sexfido regulari, coronâ tryphyllâ in fauce. *Caps.* trilocularis polyspera.

Smith. Famil. NARCISSORUM *Juss.*

140. XIPHIDIUM. *Cor.* sexpetala, sexpartita, aequalis, laciniis tribus interioribus. *Caps.* trilocularis, polysperma.

Lam. ill. t. 36. *Stamina* basi laciniarum imposita. *Caps.* bacciformis.

141. HETERANTHERA. *Cor.* monopetala, limbo sexpartito, laciniis subaequalibus. *Stigma* simplex.

Cl. *Jussiaeus* LEPTANTHUM *Mich.* ab HETERANTHERA *Ruiz* hic conjuncta sic distinguit: LEPTANTHO tubus gracilis longissimus limbo sexfido. Stamina apici inserta ad faucem antheris linearibus aequalibus. Stylus longitudine tubi. Caps. spathâ cincta, oblonga, trilocularis. Semina numerosa, duplici ordine — HETERANTHERAE tubus longus sub limbo constrictus sexpartito. Antherae duae globosae, tertia sagittata. Stylus filiformis rectus. Stigma trifidum. Caps. oblonga, trilocularis, trivalvis. Semina numerosa arillata. Familia AMARYLLIDEARUM.

142. VIEUSSEUXIA. *Cor.* sexpartita laciniis alternis minimis: tubo brevissimo. *Stamina* tria monadelphâ. *Stigmata* tria petaloidea.

Delaroche et *Decandolle Ann. d. Mus.* II. p. 136. Differt ab IRIDE, ut SISYRINCHIUM ab MORAEA, GALAXIA ab IXIA.

143. SISYRINCHIUM. *Spatha* diphylla. *Cal.* o. *Petala* sex subaequalia. *Stylus* unicus. *Stigma* trifidum. *Caps.* trilocularis, infera.

Lam. ill. t. 569. *Cl. Jussiaeo* Corolla (s. calyx) monopetala, tubo brevi.

144. TIGRIDIA. *Spatha* bivalvis. *Cor.* sexpartita (aliis hexapetala) tubo brevi, campanulata, petalis tribus interioribus

minoribus hastatis, margine nectariferis, omnibus basi attenuatis. *Filamenta* tota coalita tubo longissimo. *Stigmata* 3-2 bifida. *Caps.* oblonga, angulata, trilocularis, infera.

Lamarck ill. gen. t. DLXIX. sub Ferraria.

145. Ferraria. *Spatha* diphylla. *Cal.* o. *Petala* sex, tribus externis latioribus, undulato-crispis, basi angustatis *Styl.* 1. *Stigmatis* laciniae tres penicillatae, cucullatae. *Caps.* trilocularis infera.

Clo. *Jussieu* Corolla (s. calyx) non sexpetala, sed monopetala, tubo brevissimo.

146. Galaxia. *Spatha* 1-2phylla; *Cal.* o. *Cor.* monopetala, sexfida, tubo longo. *Styl.* 1. stigmate multi-partito. *Caps.* trilocularis infera.

Lamarck ill. gen. t. DLXVIII. Familia Iridearum.

147. Hedycrea. *Cal.* quinquedentatus. *Cor.* o. *Drupa* monosperma, mollis. *Nux* monosperma, fibris tecta.

Licania *Aubl. Lamarck ill.* t. CXXII. *Cal.* turbinatus, basi bracteis 2. *Stam.* 5 *Aublet*, 3 *Richard*, calycis ori inserta, laciniis opposita. *Stylus* recurvatus. Familia Rosacearum.

148. Ficus. *Receptaculum commune* turbinatum vel globosum, carnosum, squamis conniventibus clausum, occultans flosculos apetalos vel in eodem, vel in distincto individuo. ♂. *Cal.* tripartitus. ♀. *Cal.* quinquepartitus. *Ovarium* semiinferum. *Utriculus* pulposus.

Linnaeus Polygamiae, *Jussiaeus* Monoeciae tribuit; huic involucrum squamis tribus basi munitum, carnosum, polymorphum, apice dentibus clausum, ♂ apicem versus. Familia Urticearum. *Lam. ill.* t. 861. *Gaertn. Fruct.* II. t. 91. f. 7.

149. Rotala. *Cal.* tubulosus tridentatus. *Cor.* o. *Caps.* trilocularis, polysperma, minima, calyci inclusa membranaceo.

Affinis Caryophyllaceis videbatur clo. de *Jussieu*, sed *Jaume St. Hilaire* Salicariis inserit ob stamina supra medium calycis affixa. *Mem. du mus.* II. p. 381.

150. Boldoa. *Corolla* (*Cal. Linn.* et *Juss.*) tubulosa tetragona, ore quadridentato, persistens. *Stamina* 3-4, corollâ longiora, altero latere annulo hypogyno inserta. *Stylus* filiformis longitudine staminum, indivisus, incurvus. *Stigma* simplex, acutum. *Utriculus. Lagasc. Nov. gen. et spec. diagn.* p. 10. Atriplices *Juss.*

Salpianthus *Humb.* et *Bonpl.*: *Cal.* tubulosus, limbo campanulato, quadridentatus, persistens. *Cor.* o. *Sem.* ovatum in fundo calycis. *Filamenta* calyce duplo longiora, filiformia. *Stigma* acutum. *Semen* hinc angulatum, inde sulco longitudinali atrum. *Embryo* periphericus albus annularis. *Albumen* centrale corneum. Familia Nyctaginearum.

151. ORTEGIA. *Cal.* quinquephyllus (*Cal.* quinquepartitus). *Cor.* o. *Stigm.* capitatum. *Caps.* unilocularis, trivalvis apice. *Sem.* plurima, fundo capsulae affixa. *Stigm.* 1-3.

Lam. ill. t. XXIX. Familia CARYOPHYLLEARUM. *Juss.* ALSINEARUM *Decand.*

152. POLYCNEMUM. *Cal.* pentaphyllus (*al.* quinquepartitus. *Cor.* o. *Sem.* 1, in Capsula utriculari, superum, verticale, albuminosum. *Embryo* periphericus.

Stigmata 2. *Stam.* 1, 2, 3, 5. Rectius fors ad PENTANDRIAM *Digyniam*, ob affinitatem cum SALSOLIS: plurimae pentandrae in hoc genere species. *Lam. ill.* t. XXIX. Familia ATRIPLICEARUM. Aliis, uti cl. *Persoon*, *Cal.* triphyllus, *petala* 5 calyciformia.

* RIVINA *brasiliensis*; JUNCUS *conglomeratus*, *effusus*, *bufonius*; LAURUS *triandra*.

**** *Flores inferi completi.*

153. LOEFFLINGA. *Cal.* fere quinquepartitus, laciniis basi bidentatis. *Cor.* quinquepetala, petalis minimis conniventibus. *Styl.* unicus stigmate simplici (ex *Linn.*) triplici (ex *St. Hilaire.*) *Caps.* unilocularis trivalvis polysperma. (*Jussieu Mém. du Mus.* II. p. 386. *Famil.* PARONYCHICARUM, olim CARYOPHYLLEARUM. *Cal.* pentaphyllus *Linnaeo*, et *Lamarckio.* Stigmata 3. *Lam. ill.* t. 19.) *

154. WILLICHIA. *Cal.* quadrifidus (quinquefidus persistens *Juss.*); *Cor.* quadrifida, rotata. *Caps.* bilocularis bivalvis polysperma, receptaculo globuloso.

Stamina laciniis corollae superioribus inserta.

155. CALLISIA. *Cal.* triphyllus. *Petala* 3. *Antherae* geminae. *Caps.* bilocularis bisperma, compressa. Stigmata 3 penicilliformia.

Lam. ill. t. 35. Familia JUNCORUM. Affinis COMMELINAE, sed nectariis destituta.

156. COMMELINA. *Cal.* triphyllus. *Cor.* tripetala. *Filamenta* 2-3-4 sterilia, (subinde sex fertilia) glandulis cruciatis instructa. *Caps.* bi-trilocularis. *Semina* valvis affixa.

Genus maxime affine TRADESCANTIAE, quacum conjungendum. Confer. *Swartz Fl. ind. occ.* et *Poiret Enc. meth. Suppl.* T. II. p. 1. *Lam. ill.* t. 35. *Gaertn. fruct.* T. I. p. 120. Familia

* *Gmelin S. V.* I. p. 105. ante LOEFFLINGIAM habet: CHELIDURUS: *Cal.* tetraphyllus; *Cor.* quinquepetala, petalis inaequalibus; superioribus 2 maximis. *Germen* pedicellatum. *Fructus.* — Species, quam adducit, est CHELIDURUS *ignotus Willd. op. Cothen. dispos. plant. meth.* p. 4. — Nobis et genus et species ignota.

JUNCORUM. Genus *Commelinae* maxime affine, et cum hac uniendum est ANEILEMA *Brown*, nonnisi defectu bractearum distinctum.

157. SYENA. *Cal.* triphyllus. *Petala* 3. *Antherae* oblongae. *Stigm.* trifidum. *Caps.* 1 (-3?) locularis, trivalvis, seminibus medio 2.

MAYACA *Aublet*, *Jussieu*, *Lam. ill.* t. XXXVI. Familia JUNCORUM.

158. MACROLOBIUM. *Cal.* quadridentatus (bracteis basi 2.) *Corollae* petalum unicum, planum. *Legumen* pedicellatum, coriaceum, monospermum, obtusum. *Stam.* longa.

Lam. ill. t. XXVI. VOUAPA *Aubl. Juss.* Familia LEGUMINOSARUM.

159. OUTEA. *Cal.* turbinatus, quinquedentatus, (basi bracteis 2 magnis). *Petala* 5, superius maximum. *Stamina* 4, unum sterile (villosum sub petalo superiore, omnia longissima). *Germen* pedicellatum.

Lam. ill. t. 26. MACROLOBIUM *Schreb.* Familia LEGUMINOSARUM.

160. HIPPOCRATEA. *Cal.* pentaphyllus (minimus, al. quinquepartitus). *Petala* 5, basi dilatata, apice concava, cucullata. *Nectarium* carnosum, staminiferum. *Caps.* 3, obcordatae, compressae, bivalves, (valvis carinatis) medio dehiscentes, uniloculares, seminibus 2-5 compressis, altero margine alatis.

Lam. ill. t. 28. Affinis ACERACEIS et MALPIGHIAEIS. Confer HIPPOCRATEA *Anthodon.*

161. TONSELLA. *Cal.* quinquefidus. *Petala* 5, inserta sub *Nectario* suburceolato. *Bacca* unilocularis, polysperma, (quadrisperma,) parva.

TONTELEA *Aubl. Juss. Lam. ill.* t. 26. Familia?

162. OLAX. *Cal.* margo integer (tridentatus *Gaertn.*). *Cor.* quinquepetala, singula duo, mediantibus filamentis connata, quintum liberum. (Monopetala trifida *Gaertn.*) *Nect.* foliola (3 *Gaertn.*, 4 *Linn.*) 5 linearia. *Drupa* (nux *Juss.*) monosperma.

Bacca carnosa, trilocularis, polysperma *Gaertn. fr.* II. p. 474. t. 179. *Cal.* infundibuliformis. *Cor.* tubulosa, orificio appendiculis 4 unguiculatis, limbo lobis tribus aequalibus. *Filamenta* cum appendicibus alternantia tubo inserta. *Fructus? Juss.* Familia SAPOTEARUM. *Vahl* cum hoc genere conjunxit FISSILIAM *Juss. Lam. ill.* t. XXVIII., cui: *Cal.* urceolatus, integer. *Cor.* tubulosa, petalis tribus conniventibus: binis bifidis. *Stam.* 8, 5 sterilia. *Nux* monosperma, glandiformis. *

* Tanta de OLACE dubia novis auget cl. *Aub. d. Petit - Thouars in gen. nov. madagasc.* haec scribens, praeterea que sibi:

„Pseudaleia. Olax *Linn.* *Cal.* minimus urceolaris subinteger. *Petala* 3 in tubum conniventia; filamenta sex, tribus petalis arcte applicita, inde videntur epipetala: capillamenta apice bifurca, ex utroque latere petalorum. *Ovarium* conicum; stylus longitudine corollae; stigma trilobum. Drupa sphaerica, monosperma; embryo carnosus absque perispermo; cotyledones carnosae, indiscretae, oleosae. — Arbuscula ramosa; folia alterna laevia; flores axillares; pedunculi pauciflori. An affinis Fissiliae *Commers. Juss.?* Guttiferae. *Sapotae?*

163. Comocladia. *Cal.* tripartitus; *Cor.* tripartita; *Drupa* oblonga, nuce biloba. (*Cor.* tripetala, petalis calyce majoribus. *Stylus* o. *Drupa* apice punctis 3, nuce membranaceâ monospermâ. *Juss.* subinde stamina et petala 4.

Lam. ill. t. XXVII. Familia Terebinthacearum.

164. Rumphia. *Cal.* trifidus; *Petala* 3 oblonga; *Drupa* trilocularis, coriacea, turbinata, trisulcata, nuce triloculari, trispermâ. (*Stigma* trigonum.)

Lam. ill. t. XXV. Familia Terebinthacearum.

165. Cneorum. *Cal.* tri-quadridentatus persistens, parvus; *Petala* 3-4 aequalia; *Stigma* trifidum, seu potius stigmata 3-4. *Drupae* 3-4 aggregatae, siccae.

Bacca sicca tricocca, trisperma *Juss.* Subinde numerus partium quaternus. *Lam. ill.* t. 27. *Gaertn. fruct.* C. V. t. 70. f. 4. Familia Terebinthacearum.

166. Oxybaphus. *Cal.* quinquefidus, campanulatus. *Cor.* infundibuliformis. *Nux* monosperma, calyce adulto explanato circumdata.

Stam. rarius 4. *Jussiaeo calyx* involucrum, et *corolla* calyx vix involucrum excedens. Familia Nyctaginearum.

167. Xyris. *Cor.* tripetala, aequalis. *Glumae* trivalves cartilagineae in capitulo. *Caps.* supera, 1-3locularis, trivalvis. *Stigma* trifidum. (*Lam. ill.* t. 36. Familia Juncinearum.)

* Genus affine Xyridi describit *Aubert du Petit-Thouars* sequentibus. „Xyroides. *Cal.* petaloïdeus tubulosus profunde trifidus apice fimbriatus; fasciculi villosi ad faucem calycis, pili articulati. *Stam.* 3 laciniis calycinis inserta. *Germ.* ovatum; stylus longitudine calycis, apice trifidus; stigmata 3, crassa hirsuta. *Caps.* tenuis, 1 locularis, trivalvis. *Semina* numerosa, valvis affixa, minuta, ovata, sulcata. — Herbae palustres cespitosae; folia radicalia ensiformia vaginantia. Scapus. Flores capitati imbricati, squamis latis. Multum refert Xyridem, sed capsula 1 locularis. Certe Xyridis species!"

* *Fagaca spinosa, acuminata;* Hirtella *triandra;* Tradescantia *multiflora.*

Conspectus reliquorum generum Classis tertiae, Cyperacearum et graminum maximam partem comprehendentem proximo volumine continebitur, ita ut Agrostographiae maxima pars in dicto volumine, quod jamjam sub prelo sudat, absolvatur.

Classis III.

Ordo I. MONOGYNIA.

119. VALERIANA.

1. V. *oblongifolia Ruiz et Pav.;* foliis radicalibus oblongis dentatis obtusis, caulinis linearibus serrato-incisis; floribus corymbosis. *Ruiz et Pav. Fl. per.* I. p. 40. t. 65. f. a. *Vahl Enum.* II. p. 2. ASTREPHIA *oblongifolia DuFresne Hist. Valerian.* p. 60.

Caules plures, fere aphylli, striati, intermedius bipalmaris. Flores corymbosi, sessiles, albi. Semen nudum. In *alpibus Tarmae versus Pasco.* ♃.

2. * V. *dioïca;* foliis radicalibus spathulato-ovatis, indivisis; caulinis pinnatifidis, caule erecto; floribus paniculatis dioïcis. *Du Fresne* l. c. p. 42. *Vahl Enum.* II. p. 2. *Willd. Spec.* I. p. 176. *Hall. helv.* n. 208. *Decand. Fl. fr.* n. 3325. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 84. *Curt. Fl. lond.* f. 47. *Fl. dan.* 687. *Sturm Fl. germ. fasc.* 9. *Poiteau* et *Turpin Fl. Paris.* t. 41. V. *montana Genersich Elench.* n. 31. teste *Wahlenberg Flor. carpat.* p. 11.

Rad. vix odora, horizontalis, caule basi stolonifero, 1-2pedali, quadrangulo, striato; laciniae foliorum ut plurimum integerrimae, aut repandae, extimâ maximâ. Flores masculi in paniculâ laxâ, foeminei in globosa. Cor. alba, carnea aut purpurascens, in foemineâ minor. Variat interdum floribus omnibus hermaphroditis, quod in *V. sylvaticâ Schmidt fl. boem.* n. 102 sic se habere videtur. In *paludosis et subalpinis Europae et Orientis.* ♃.

3. * V. *Phu;* foliis caulinis pinnatis, radicalibus indivisis; caule laevi tereti; floribus corymbosis. *Du Fresne* l. c. *Vahl Enum.* II. p. 3. *Willd. Spec.* I. p. 177. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 87. *Suter Fl. helv.* 2. p. 303. in add. *Decand. Fl. fr.* n. 3316. *Plenck* t. 28.

Rad. obliqua, crassa; caulis 2-3pedalis, glaucescens; folia caulina integerrima aut dentata, obovata. Flores albi, grate odori. Stigma trifidum. In *subalpinis Alsatiae, Silesiae, Helvetiae, Peruviae?*

4. V. *hyalinorrhiza Fl. per.;* foliis radicalibus spathulato-subrotundis crenatis integris auriculatisque, caulinis pin-

natifidis; floribus corymbosis. *Ruiz y Pav. Fl. per.* p. 41. t. 67. f. b. *Vahl Enum.* II. p. 3. Astrephia *hyalinorrhiza Du Fresne.*

Radix tuberosa, obovata, hyalina, insipida; pubescens; caulis semipedalis, purpurascens; corymbi dichotomi; calyx obsoletus. Corolla lutea. Stigma trifidum. Semen oblongo - tetragonum, denticulis minimis coronatum. In *locis aridis arenosis Chili.* ♃.

5. V. *crispa Fl. per.*; foliis inferioribus ovato - oblongis dentato - serratis, caulinis subpinnatis, floribus racemosis. *Fl. per.* p. 41. *Vahl Enum.* II. p. 3. Astrephia *crispa Du Fresne* l. c. p. 51.

Caulis bipedalis, fragilis, teres, cavus; foliola undulata crispa, terminali maximo. Racemi dichotomi, corolla alba, semen coronatum. In *pratis et arvis Chili.* ♃.

6. V. *interrupta Fl. per.*; foliis radicalibus fere bipinnatifidis; floribus corymbosis. *Ruiz y Pav. Fl. per.* I. p. 42. t. 67. f. a. Astrephia *interrupta Du Fr.* l. c. p. 51.

Succosa, glabra; caulis subaphyllus; folia bipinnatifida sub corymbo, similia Scorzonerae *laciniatae*; pedunculi terminales terni; flores in capitulo sessiles. Cor. alba. Fructus in icone sine pappo. In *alpibus Peru ad Diezmo.* ♃.

7. V. *lyrata Vahl*; foliis radicalibus lyratis, laciniis oblongis dentato - serratis terminalibus subpinnatifidis caulinorum lineari - lanceolatis. *Vahl Enum.* II. p. 4. *Du Fresne* l. c. p. 49.

Caulis spithamaeus, diphyllus, glaber; folia radicalia caule dimidio breviora; lacinia terminalis bipollicaris, caulina semipollicaris; pedunculi partiales racemosi trifidi, dichotomi. Facio C. *Calcitrapae.* In *Peru. Herb. Juss.* Fructus ignotus.

8. V. *pinnatifida Ruiz y Pav.*; foliis infimis lanceolatis integerrimis, reliquis pinnatifidis; caule striato, floribus corymbosis. *Fl. per.* I. p. 40. t. 69. f. b. *Vahl Enum.* II. p. 4. V. *brachiata Pers. Synops.* I. p. 37.

Rad. tuberosa, longa; caulis simplicissimus, inferne aphyllus; foliorum laciniae serrato - dentatae; pedunculi partiales primum tricho - dein dichotomi. Bracteae lineares. Flores albi. In *collibus altis Limae et Chancay in Peru.* ♃.

9. V. *globifera Ruiz y Pav.*: foliis pinnatis, foliolis sinuato - dentatis; caule multiplice striato; floribus capitatis. *Fl. per.* I. p. 43. t. 65. f. b. *Vahl Enum.* II. p. 5. *Du Fresne* p. 43.

Rad. crassiuscula, bi - trifida; scapi semipalmares, folia longitudine fere scapi; bracteae spathulatae, membranaceae; flores albi; semen papposum. In *alpibus Peruviae, Cantae, Tarmae.*

10. V. *pauciflora Mich.*; foliis radicalibus pinnatis, caulinis ternatis, foliolis ovalibus acutis serratis; caule simplici erecto; floribus laxe paniculatis. *Mich. Flor. bor. Amer.* I. p. 18. *Vahl Enum.* II. p. 5. *Du Fresne* l. c. p. 49. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 28.

Panicula pauciflora. Flores albi. Fruct. indescriptus. In *montosis umbrosis Alleghenny Americae bor.* ♃.

11. V. *polystachya Smith*; foliis pinnatifidis, floribus spicatis, spicis oppositis. *Smith pl. ined.* III. t. 51. *Vahl Enum.* II. t. 5. *Willd. Spec.* I. p. 181. ASTREPHIA *polystachya Du Fresne* l. c. p. 51.

Caulis glaber; folia tripollicaria, laciniis oppositis vel alternis, extrorsum versus majores, ultima linearia. Racemus compositus e spicis oppositis. Flores 6-8 in singulo verticillo. Bracteae ovatae. Cal. brevissimus, non involutus. Corolla basi vix gibba. In *aquosis Bonariae*. *Commerson.*

12. * V. *officinalis*; foliis omnibus pinnatis; pinnis lanceolatis, dentatis; caule fistuloso, sulcato; floribus corymbosis. *Du Fresne Hist. Valerian.* p. 40. *Vahl Enum.* II. p. 6. *Willd Spec.* I. p. 177. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 85. *Hall. Helv.* n. 210. *Decand. Fl. fr.* n. 3315. *Svensk Bot.* t. 25.

Du Fresne sequentes enumerat varietates: α) V. *excelsa*; foliis omnibus pinnatis; pinnis lato-ovatis, subintegerrimis; fructibus ovato-compressis. *Poir. Enc. meth.* p. 301. β) V. *latifolia*; foliis omnibus pinnatis, pinnis latis dentatis. *Vahl* l. c. *Engl. bot.* t. 698. *Fl. dan.* 570. — γ) V. *tenuifolia*; foliis omnibus pinnatis, pinnis linearibus integerrimis. *Vahl* l. c. *Plenck off.* t. 27. *Sturm Fl. germ. fasc.* 9. δ) V. *lucida H. paris. Tournef. inst.* p. 132.

Rx. praemorsa, fusca; caulis 2-4pedalis, teretiusculus; foliorum costa media plus minus villosa; flores dilute incarnati, Sambucum spirantes. α pro specie habetur, (V. *altissima Mikan* vide *Pohl tent. fl. boëm.* p. 41. γ in siccioribus.) In *umbrosis humidis subalpinis totius Europe. An et in Peru?* ♃.

13. V. *sambucifolia Mik. jun.*; * foliis radicalibus pinnatis, foliolis ovatis grosse dentatis, caulinis decursive pinnatis, laciniis lanceolatis dentatis. *Sprengel pug.* II. p. 2. *Pohl tent. Flor. boh.* I. p. 41. *Schult. oestr. Fl.* ed. II. p. 97.

Caulis dodrantalis, simplicissimus, glaber striatus geniculis pilosiusculis. Folia suprema simplicia integerrima; floralia linearia margine scariosa; panicula trichotoma thyrsoidea. Proxima V. *Dioscoridi Sibthorp*, sed differt foliolis pinnarum inferioribus minoribus, caulinis linearibus. V. *sanguisorbifolia* differt: fo-

liolis subrotundis. In *paludosis montosis Sudetorum* (*Isargebirge*). ♃.

* VALERIANA *altissima*, foliis omnibus pinnatis; pinnis lanceolatis inciso-serratis. *Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 960. Differt a V. *officinali* praeter notas indicatas staturâ altiori, caule-magis sulcato et foliolis exterioribus decursivis, denique serius floret. *Hornem.* l. c.

14. V. *Dioscoridis*; floribus triandris, foliis omnibus pinnatis, radicalium foliolis ovatis dentato-repandis, radice tuberosa. *Smith prodr. Fl. gr.* I. p. 21. *Sibthorp Fl. gr.* t. 32.

Radix e tuberibus fusiformibus composita, odore aromatico-piperato. Caulis bipedalis fistulosus glaber. Folia glabra. Cyma trichotoma thyrsoidea, floribus parvis carneis ecalcaratis. Vera Φυ. Dioscoridis, cujus locum in officinis usurpavit VALERIANA *officinalis*. *Prope Limyrum fluvium Lyciae invenit Hawkins, Sibthorpii Comes.* ♃.

15. V. *italica Lam.*; foliis dentatis, radicalibus oblongis, simplicibus pinnatisque, caulinis pinnatis; caule striato glabro; floribus corymbosis. *Lam. ill.* I. p. 92. *Du Fresne* l. c. p. 41. *Vahl Enum.* II. p. 6. *Imperati hist. nat.* 868. c. *icone*, (quam posteri omnes, licet minus fauste expressam, repetebant). Flores, quos tetrandros descripsit *Vahl* et *Lamarck*, triandros vidit *Du Fresne*.

Folia radicalia longe petiolata, pollicaria ubi simplicia, in pinnatis extimum sesquipollicare; caulina 4-5juga. Inflorescentia VAL. *officinalis*. In *montibus Liguriae et Cretae*.

16. V. *sisymbrifolia Vahl*; foliis omnibus pinnatis, pinnis ovato-subrotundis, integerrimis; caule subtilissime striato; floribus dense corymbosis. *Du Fresne* l. c. p. 42. *Vahl Enum.* II. p. 7. *Desfontaines choix de pl. Tournef.* p. 53. t. 41. et *Annal. d. Mus.* XI. p. 273. t. 28. V. *Cardamines Marsch.* a *Bieberst. Fl. t. c.* p. 24. teste *Steven*.

Folia SISYMBR. *Nasturtii*; semipollicaria, pollicaria, foliola bitrijuga; terminale pollicare; flores facie VAL. *officinalis* pallide rosei. Bracteae lineares flore breviores; stylus trifidus. Affinis V. *dioïcae*. *Ex Americâ orta. Du Fresne. In Oriente Poiret. In Caucaso iberico et orientali Marsch. a Bieberst.*; *alpinis circa Chinnlug rarior Steven.*

17. V. *capensis Thunb.*; foliis pinnatis, foliolis ovatis dentatis. *Thunb. prodr. Fl. cap.* p. 7. *Fl. capens.* I. p. 145. *Vahl Enum.* II. p. 7. *Willd. Spec.* I. p. 175. *Du Fresne* l. c. p. 49.

Caulis pedalis et ultra, strictus glaber, geniculis pilosis. Folia bi-seu trijuga, spithamaca, petioli amplexicaules. Panicula supradecomposita, trichotoma, fastigiata. Flores et Fructus ut

in VAL. *officinali*, a quâ differt pinnis brevioribus et dentatis. *Ad promont. b. Spei*, *in montium convallibus pone Lange Kloof.*

18. V. *paniculata* Ruiz et *Pav.*; foliis radicalibus indiviso-cordatis, caulinis pinnatis, caulibus striato-sulcatis, floribus paniculatis. *Du Fresne l. c.* p. 42. *Fl. per.* p. 41. t. 70. f. a. *Vahl Enum.* II. p. 7.

Villosa, radice ramosâ; caules plures, fere tripedales, obsolete ancipites, cavi. Folia duo radicalia, integerrima; inferiora caulina septenato-pinnata. Panicula diffusa. Cal. decemangulatus. Corollae albae tubus minimus. Semina oblonga, parum compressa, pappo decem radiato. In *uliginosis et petrosis Peruviae.* ♃.

19. V. *decussata* Ruiz et *Pav.*; foliis impari-pinnatis, foliolis lanceolatis denticulatis subtus incanis; caule herbaceo, floribus paniculatis. *Fl. per.* I. p. 42. t. 70. f. b. *Vahl Enum.* II. p. 8. *Du Fresne l. c.* p. 43.

Caulis subscandens, tripedalis, folia supra pubescentia, subtus tomentosa; panicula maxima, pedicellis horizontalibus. Cor. minima alba, semina pappo 10-12 plumoso coronata. In *locis petrosis et in sepibus Peru.* ♃.

20. * V. *scandens Loefl.*; foliis ternatis, caule scandente. *Linn. S. V.* 81. *Loefl. it.* 235. (Fontes alios nec *Vahl*, *Enum.* II. p. 8. nec *Willd. Spec.* I. p. 180. indicant.

Du Fresne l. c. p. 48. subjungit *Forskål Aeg.* p. 11. de quo judex, hic maxime competens, *Vahl* silet, additque: „Semina compressa ovalia striata pappo plumoso coronata (*Vahl*) [rectius *Löffling*, nam *Vahl* non vidit plantam]. Caules scandentes sine cirrhis. Flores albi, [virentes cum tincturâ roseâ] semen apice cinctum glandulis, ut in BOERHAAVIA *scandente* cui valde similis et genere (!) non divellenda, licet faciem ferat *V. celticae* (Forsk.) In *Cumanâ.*

21. V. *sanguisorbaefolia Pav.*; foliis pinnatis, foliolis ovatis dentatis, corymbis compositis. *Du Fresne l. c.* p. 48. *Cav. ic.* V. t. 456. *Vahl Enum.* II. p. 8. V. *sanguisorbae Pers. Synops.* I. p. 37.

Vix pedalis, folia plurima radicalia, caulina trium parium, utrinque uni-bidentata. Semina ovata, pelliculâ striatâ, coronata calyce infundibuliformi decempartito, totidemque pilis plumosis. An hujus generis et Familiae? In *Cordilleris.*

22. V. *virgata Ruiz et Pav.*; foliis pinnatis, pinnis bitrifidisve; caule suffruticoso tetragono; corymbi ramis dichotomis. *Fl. per.* I. p. 42. t. 66. f. b. *Vahl Enum.* II. p. 9. *Du Fresne l. c.* p. 43.

Glabra, habitus TAGETIS *minutae.* Caulis tripedalis, ramosissimus, obsolete pubescens; foliola minuta, laciniis emarginatis inte

grisve, supra nitidis. Flores albi ex dichotomiis sessiles. Semina ovato-oblonga, compressa, hinc striata. In *locis humidis Peruviae*, *Huanuci Limae.* ♃.

23. * V. *montana;* foliis oblongis subdentatis, imis obtusis, summis acutis, caule recto, floribus paniculatis. *Du Fresne l. c.* p. 46. *Vahl Enum.* II. p. 9. *Willd. Spec.* I. p. 178. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 89. *Hall. helv.* n. 212. *Decand. Fl. fr.* n. 3319. *Jacq. austr.* III. p. 38. t. 269. *β.* V. *rotundifolia Villars Dauph.* II. p. 283.

Glabra nunc, nunc villosa, floribus majoribus minoribusque. Rad. horizontalis, repens, inodora; caulis 1-1 1/2pedalis, profunde striatus; folia radicalia ovata, vel cordato-ovata, subdentata, folia caulina nunc integerrima, nunc subdentata, nunc profunde dentata, fere ut in V. *tripteride.* Panicula corymbosa, floribus congestis ut plurimum incarnatis, rarius rubris. *β.* differt caule humiliori, foliis magis rotundatis, fere ovalibus, integris aut subdentatis, minoribus, floribus magis serratis. In *Europae meridionalis subalpinis.* ♃.

Cel. *La Peyrouse* in *Hist. des plant. des Pyren.* sequentes enumerat varietates:

α. Foliis ovato-oblongis, subdentatis.

β. Appendiculata. Foliis inferioribus appendiculatis, superioribus basi subpinnatis, caule simplicissimo.

γ. Rotundifolia *Vill.*

δ. Trifoliata. Foliis omnibus ternatis, imis lanceolato-acutis, superioribus linearibus, angustissimis, paniculâ laxâ.

ε. Alpina. Minor, foliis omnibus elongato-lanceolatis.

24. V. *heterophylla Loisel.;* floribus triandris, foliis radicalibus petiolatis, rotundatis, integris, caulinis lobatis, pinnatisve, lobo extimo majori. *La Peyr. Hist. d. Pyren.* p. 19. *Loisel. Fl. gall.* I. p. 21. t. 2. V. *glauca La Peyr. Fl. Pyren.* t. 52. V. *globulariaefolia;* foliis radicalibus petiolatis, ovatis, integris; imis caulinis obtusis, mediis pinnatis, summis linearibus; caule glabro, floribus racemosis. *Du Fresne l. c. Decand. Fl. fr.* n. 3321. V. *rupicola;* foliis infer. spathulatis integerrimis indivisis trifidisque; caulinis pinnatifidis integerrimis. *Lagasca Varied. de Cienc. Literat. y Art. Ann.* 2. n. 22. p. 112. *Nov. gen. et spec. diagn.* p. 2. *Du Fresne Diss.* p. 41. VALERIANA *intermedia Vahl Enum.* II. p. 9.??

Affinis V. *Phu* et facie V. *tuberosae*, sed radix repens, amaricans, flores rubeoli, capitato-corymbosi, stamina tubo corollae inclusa, stylo exerto. Tota planta glauca.

β. Caule nudo.

γ. Foliis omnibus integris, corymbo elongato, divaricato. *La Peyr.*

Hab. in rupibus umbrosis mediae elevationis Pyrenaeorum, in montibus de Madres, de Costabona, de Comps, de Llaurenti, de lisole etc. *La Peyr. In cucumine montis Pennafurada, non procul ab Arvas. Lagasca.* ♃. In *Notice sur les plant. à ajouter Loiseleur* credit *V. heterophyllam* suam fors *supinae* esse varietatem.

25. V. *intermedia Vahl;* foliis simplicibus subintegerrimis, radicalibus et inferioribus cordato-oblongis, supremis lanceolatis, caulinis ternis. *Vahl Enum.* II. p. 9.

Distincta videtur planta *Vahlio* a V. *montanâ* foliis non cordatis dentatis, ut in illâ, sed lanceolatis, integerrimis. Cl. *Hornemann* legit in Pyrenaeis; *Du Fresne* l. c. p. 46 fortasse meram esse varietatem V. *montanae* suspicatur; in alpibus noricis *Schultesius* vidisse exemplaria talia, de quibus dubius haesit, bene recordatur, sed cultura sola hic dubia solvet. In *Pyrenaeis, et alpibus Noricis?* ♃. *Conf.* V. *heterophyllam*, quam quidam eandem esse contendunt.

26. * V. *tripteris L.;* foliis dentatis, radicalibus cordatis simplicibus, caulinis ternatis ovato-oblongis, foliolis lateralibus lanceolatis, caule recto, floribus paniculatis. *Du Fresne l. c.* p. 46. *Vahl Enum.* II. p. 10. *Willd. Spec.* I. p. 177. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 88. *Hall. Helv.* n. 211. *Barrel. ic. rar.* tab. 742. *Jacq. austr.* III. p. 38. t. 268. V. *elongata Genersich scepus* n. 30. *Catal.* n. 18. teste *Wahlenb. Fl. carpat.* p. 11. β. foliis caulinis simplicibus cordatis *Plukenet alm.* p. 380. t. 231. f. 7. 8. varietatem majorem et minorem rite distinxit.

Caulis pedalis, sesquipedalis; folia venosa, plus minus pubescentia, crenata, caulina tripartita, laciniâ intermediâ nunc ovatâ, nunc cordatâ; suprema folia integerrima. Cor. grandiuscula, alba, vere rubella, laciniis subinde crenulatis. Bracteae lineares. In *subalpinis alpibusque Austriae, Helvetiae. Galliae.* ♃.

27. V. *pyrenaica;* foliis cordatis inaequaliter dentatis, inferioribus simplicibus, superioribus ternatis pinnatisque; caule striato; floribus corymbosis. *Du Fresne l. c. Vahl Enum.* II. p. 11. *Willd. Spec.* I. p. 179. *(excl. syn. Buxb.,* fors et *Rivini.) Picot LaPeyr. Hist. Pyren.* p. 20. *Decand. Fl. fr.* n. 3317. *Engl. bot.* n. 1591. *Plukenet alm.* 380. t. 232. f. 1. In *Morisoni* synonymo excludenda, teste *Du Fresne*, synonymia *Bauhini.*

Saepe sexpedalis; folia petiolata, radicalia sesquipedalia, caulina remota, acuta, venoso-reticulata, subtus leviter pubescentia foliolis 3-5; flores pallide rubri subinde albi, minores quam in V. *tripteride.* Semina papposa. In *Pyrenaeis.* ♃.

28. V. *alliariaefolia Vahl;* foliis cordatis attenuatis inaequaliter dentatis, omnibus simplicibus, superioribus sessilibus; caule palmari, floribus corymbosis. *Du Fresne* p. 44.

Vahl Enum. II. p. 11. V. *macrophylla Marsch.* a *Bieb.* p. 25. *Buxb.* C. II. p. 19. t. 11.

Similis praecedenti, sed minor et tota glabra; folia inferiora petiolata palmaria venosa, superiora pollicaria. Flores albi corymbosi. In *Cappadociâ*, *rarior in montibus caucasicis.* ♃.

29. V. *asarifolia DuFresne;* foliis radicalibus cordato-reniformibus, caulinis pinnatis, summis linearibus, caule recto, floribus corymbosis. *DuFresne l. c.* p. 44. *Pr. Alpin. exot.* p. 132. *icon.*

Rad. tuberosa, oblonga, nigra. Flores, fructus et habitus VALERIANAE *officinalis.* In *Cretâ.* ♃.

30. V. *monorrhiza Du Fresne;* foliis radicalibus cordatis, primis caulinis ovato-lanceolatis, aliis pinnatifidis; caule recto; floribus umbellatis. *Du Fresne l. c.* p. 44. V. *bulbosa Bauhin hist.* III. p. 207. ic. *Imperati hist. nat.* f. 1. *Barrelier* p. 15. f. 867. V. *tuberosa Moris.* III. p. 103. S. VII. t. 15. f. 19.

Du Fresne non vidit, sed ex hic citatis auctoribus constituit speciem, nobis adhuc valde dubiam. In *montosis Liguriae.* ♃.

31. V. *lapathifolia Vahl;* foliis cordato-ovatis subintegerrimis indivisis, superioribus sessilibus, caule striato glabro, floribus corymbosis. *DuFresne l. c.* p. 49. *Vahl Enum.* II. p. 11.

Pedalis et ultra, crassitie pennae anserinae; folia tripollicaria, interdum obsolete crenata; 4 in caule; Corymbi ex axillis supremis oppositi pauciflori, terminales multiflori, trichotomi. Fructus ignotus. *Ad fretum magellanicum Commers.*

32. V. *carnosa Smith;* foliis ovalibus dentatis carnosis glaucis; floribus corymboso-racemosis. *Smith pl. ined.* III. p. 52. t. 52. *Willd. Spec.* I. p. 181. *Vahl Enum.* II. p. 12. ASTREPHIA *carnosa Du Fr. l. c.* p. 51. V. *magellanica Lam. ill.* I. p. 93.

Caudex adscendens, articulatus, vaginis membranaceis. Caules glabri. Folia glaberrima, radicalia pollicaria; caulina 3 parium, vix unguicularia, oblonga. Corymbi dichotomi, flores minimi, fructus prismaticus. *Ad fretum magellan. Commers.* ♃.

33. * V. *tuberosa;* foliis radicalibus lanceolato-oblongis, integerrimis; caulinis pinnatifidis; caule glabro; floribus rubentibus corymbosis. *DuFresne l. c.* p. 45. *Decand. Fl. fr.* n. 3320. *La Peyrouse Fl. Pyren.* t. 53. *Hist. d. Pyren.* p. 19. α. Foliis *omnibus* pinnatifidis. β. Foliis *omnibus* ovatis integerrimis. α. Ναρδος ορεινη *Diosc. Nardus montana Matth.* I. p. 35. f. 1. *Lobel ic.* t. 717. f. 2. *Moris. hist.* III. S. VII. t. 15. f. 20. radice subrotunda. β. *Matth. l. c.* f. 2. *Morison* f. 21. radice

longa. *Willd. Spec.* I. p. 12. Nardus montana longius radicata *Camerar. epit.* 16.

Radix crassa, carnosa, odorata, stolonifera in β. In α folia radicalia ovato-lanceolata, alia integra, alia pinnatifida. Flores in utrâque rubelli, odorati. In *Galloprovinciâ*, *Siciliâ*, *Dalmatiâ*, *Ciliciâ*, *Cretâ*, *Cypro*, *Caucaso*. ♃.

34. V. *Spica Vahl;* foliis radicalibus cordatis, caulinis oblongis, caule basi persistente; corymbis dichotomis. *Du Fresne l. c.* p. 43. *Vahl Enum.* II. p. 13. V. *Jatamansi Roxb. cf. John act. Bengh.* II. p. 405. IV. p. 433. c. fig.

Rad. superne setosa; caulis 6-12pollic.; folia glabra, bina infima cordato-oblonga, undulata. In *Bengalà*. Ex mente *Johnii* est *Spica Nardus* antiquorum.

35. * V. *elongata*; foliis radicalibus ovatis, caulinis cordatis sessilibus inciso-subhastatis, caule spithamaeo, floribus racemosis. *Du Fresne l. c.* p. 45. *Vahl Enum.* II. p. 13. *Willd. Spec.* I. p. 179. *Jacq. Enum. vind.* t. 1. *Jacq. austr.* t. 219. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 99. β. V. cretica filipendulae radice. *Tournef.* inst. p. 131.

Caulis simplicissimus vix palmaris; folia radicalia plerumque integerrima, obtusa, longius petiolata, caulina sessilia, nitida per paria 2-3, [superiora] amplexicaulia. Racemus terminalis longus, magis quam in *celticâ* depauperatus. Pedicelli dichotomi, oppositi, breviusculi. Flores ochroleuci aut sordide lutescentes. *Linn.* In *alpibus noricis*, *Schneeberg*. ♃.

36. * V. *supina;* foliis simplicibus ciliatis, radicalibus obovatis, caulinis lanceolatis, caule pollicari, floribus paniculatis. *Du Fresne l. c.* p. 47. *Vahl Enum.* II. p. 13. *Willd. Spec.* I. p. 180. (excl. V. *Saliuncâ*, ut et in *Schrad. Fl. germ.* I. p. 93.) *Wulfen* in *Jacq. Misc.* II. t. 17. f. 2. *Römer Fl. Europ. Fasc.* III. *Sturm Fl. germ. Fasc.* 23.

Rad. inodora repens; folia radicalia in rosulâ, crassiusculâ, nunc integerrimâ, nunc dentatâ; caulinorum paria 1-3.; pedunculi ex axillis ultimis et apice oppositi, 3-5-7flori. Bracteae duo ad basin ciliatae. Corolla rubella. Stam. plerumque tria, interdum quatuor. Semen striatum. Pappus plumosus. In *alpibus Europae meridionalis*. ♃.

37. * V. *saxatilis Jacq.:* foliis indivisis, radicalibus ellipticis tri [et 5] nerviis integerrimis subdentatisque, caulinis linearibus, [2-4]; caule recto; corymbis racemosis. *Du Fresne l. c.* p. 46. *Vahl Enum.* II. p. 14. *Willd. Spec.* I. p. 179. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 89. *Schultes Baiern's Fl.* c. I. n. 97. *Gaud. Fl. helv. ined.* *Decand. Fl. fr.* n. 3324. β. foliis caulinis inferioribus lanceolatis den-

tatis. *Poiret Enc. meth.* p. 308. *Jacq. austr.* III. p. 37. t. 267. *Krocker Siles.* t. 6.

Radix odoratissima; caulis semipedalis, pedalis, glaber, ut plurimum in ramos duos divisus; folia utrinque pilis brevibus sparsis. Flores albi, interdum tetrandri, subinfundibuliformes tubo obconico: foeminei minores. Stigma exsertum breviter trifidum. Nunc perfecte dioïca occurrit, nunc floribus foemineis et hermaphroditis, nunc hermaphroditis et masculis. Raro caule aphyllo invenitur. In *alpibus Europae meridion.* ♃.

38. V. *saliunca Allion.*; foliis glaberrimis spathulato-oblongis integris obtusis, caulinis interdum basi tridentatis, cauliculis brevibus; floribus capitato-corymbosis. *Allione Fl. ped.* I. n. 9. t. 70. f. 1. *Vahl Enum.* II. p. 15. *Murith Bot. Val.* p. 104. V. *supina Decand. Fl. fr.* IV. n. 3323. excl. *Synon. Jacq.* teste *Du Fresne l. c.* p. 47. (qui sub auspiciis *Decandolle* elaboravit opus suum egregium). V. *celtica Vill. delph.* II. p. 285. excl. *Synon. plurim.*

Rad. cespitosa crassissima, sublignosa acris aromatica; caules adscendentes, digitales et parum ultra. Folia in rosulam expansa, pollicaria, crassiuscula, caulina remotissima, integerrima, interdum tridentata. Flores odore Heliotropii *peruviani*, subringentes. Pappus plumosus. Semina striata. In *alpibus Italiae.* ♃.

39. * V. *celtica L.*; foliis indivisis integerrimis obtusis, radicalibus cuneato-oblongis, caulinis linearibus; caule glabro adscendente; floribus racemosis. *Du Fresne l. c.* p. 47. *Vahl Enum.* II. p. 15. *Willd. Spec.* I. p. 178. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 91. *Hall. Helv.* n. 209. *Decandolle Fl. fr.* n. 3322. *Wulfen ap. Jacq. Coll.* I. p. 24. t. 1. *Plenck* t. 29. V. *saxatilis Vill.* teste *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 309.

Saepe dioïca. Radix gracilis, multiceps, odoratissima; caules pollicares, rarius nudi, plerumque uno alterove pari foliorum linearium instructi; folia radicalia crassiuscula spathulato-linearia; plerumque duo foliorum paria in caule; flores racemoso-fasciculati, sessiles, pallide flavescentes, extus rubelli, exsiccatione nigrescentes; stamina inclusa. In *alpibus tam calcareis quam granitosis noricis, gallicis, italis.* ♃.

40. V. *spathulata Fl. Per.*; foliis spathulatis sublinearibusque obtusis, caule ancipite; floribus terminalibus sessilibus involucratis. *Fl. per.* I. p. 40. t. 64. f. b. *Vahl Enum.* II. p. 15. Phyllactis *spathulata Pers. Syn.* I. p. 39. *Du Fr. l. c.* p. 53.

Cespitosa; caulis subpalmaris, anceps, inferne foliis numerosis. Folia radicalia confertissima, superiora integerrima. Involucrum monophyllum, 4-6florum. Calycis margo minimus. Corollae

albae limbus trifidus, (in icone quinquefidus). Semina margine coronata. In *alpibus Tarmae Peruviae, versus Bombon.* ♃.

41. V. *connata Ruiz y Pav.;* foliis lanceolatis connatis integerrimis, corymbis racemosis compactis, caulibus suffruticosis procumbentibus. *Du Fresne l. c.* p. 48. *Vahl Enum.* II. p. 16. *Fl. per.* p. 39. t. 67. f. a.

Habitus POLYGONI *persicariae;* caules ramosissimi cortice cinereo. Rami virgati, articulati, fere vaginati, bifariam, alternatim pubescentes. Folia basi ciliata. Pedunculi partiales trifidi. Bracteae obtusae. Flores albi, minimi. Stigma emarginatum. Pappus pilosus. *Cum praec.* ♃.

42. V. *salicariaefolia Vahl;* foliis lanceolatis integerrimis sessilibus; caule glabro; corymbis terminalibus decompositis. *Du Fresne l. c.* p. 49. *Vahl Enum.* II. p. 16.

Tota glabra, sesquipedalis; caulis inferne radicans, simplicissimus. Folia 3-4pollicaria, superiora basi subcordata, avenia, enervia. In *Bonariâ. Commerson.*

43. V. *pilosa Ruiz* et *Pav.;* foliis lanceolatis integerrimis margine revolutis, corymbis racemosis. *Du Fresne l. c.* p. 48. *Vahl Enum.* II. p. 16. *Fl. per.* I. p. 39. t. 66. f. a.

Facies PLANTAGINIS *albicantis.* Caulis erectus, pedalis, versus medium foliis 2 linearibus. Folia radicalia numerosissima, sesquipalmaria, inaequalia, erecta. Corymbi pedicellis 3-5. Bracteae obovatae. Cal. marginalis. Cor. alba. Stigma emarginatum. Semina pappo piloso. In *Peruviae frigidis.* ♃.

44. V. *coarctata Du Fresne;* foliis cuneato-lanceolatis denticulatis ciliatis, floribus verticillato-spicatis, spicâ conicâ coarctatâ. *Fl. per.* I. p. 40. t. 68. f. a. *Vahl Enum.* II. p. 17. ASTREPHIA *coarctata Du Fresne l. c.* p. 50.

Rad. fusiformis; caulis fere pedalis, striatus, villis deciduis. Folia radicalia imbricata, bipalmaria, extus purpurascentia, floralia terna quaterna, utrinque glabra; verticilli superiores subcontigui. Bracteae cuneiformes. Flores albi. Semina oblonga squamis 5 coronata. In *altis frigidis Peru.* ♃.

45. V. *serrata Ruiz* et *Pav.;* foliis cuneato-lanceolatis, extrorsum serratis, floribus verticillato-spicatis. *Ruiz y Pav. Fl. per.* I. p. 40. t. 68. f. c. *Vahl Enum.* II. p. 17. ASTREPHIA *serrata Du Fresne l. c.* p. 50.

Cespitosa, glabra; caules striati, intermedius semipedalis; folia radicalia copiosa; spica sesquipalmaris; verticilli superiores approximati. Bracteae cuneiformes membranaceae. Cor. alba. Semen oblongum apice squamis quinque. In *frigidis Peruviae.* ♃.

46. V. *rigida Fl. per.*; foliis coriaceis lanceolatis aggregatis imbricatis expansis sensim decrescentibus; caule nullo, floribus capitatis. *Fl. per.* I. p. 39. t. 65. f. c. *Vahl Enum.* II. p. 18. PHYLLACTIS *rigida Pers. Synops.* I. p. 39. *Du Fresne l. c.* p. 52.

Rad. fusiformis; folia radicalia copiosissima, in rosam expansa, imbricata, sesquipollicaria, integerrima, basin versus ciliata, margine cartilaginea, coriacea, rigida, in acumen pungens desinentia; scapi brevissimi, albi, vel nulli. Involucrum universale et partiale monophyllum, bifidum, vaginans. Calycis margo minimus. Cor. alba. Stigma bifidum. Semina nuda. In *alpibus peruvianis*. ♃.

47. V. *tenuifolia Ruiz* et *Pav.*; foliis gracilibus lineari-subulatis sessilibus imbricatis expansis, extimis longissimis; caule nullo; flores capitati. *Fl. per.* I. p. 39. t. 65. f. d. *Vahl Enum.* II. p. 18. PHYLLACTIS *tenuifolia Pers. Synops.* I. p. 39. *Du Fresne l. c.* p. 53.

Differt a praecedenti: foliis gracilibus angustioribus, praesertim extimis longissimis, intimis multo minoribus. Cor. pariter alba. In *Peruviae alpibus*. ♃.

120. F E D I A.

1. *F. *cornucopiae*; foliis sessilibus, ovato-oblongis subintegris; caule glabro adscendente; floribus subcapitatis. *Vahl Enum.* II. p. 19. *Decand. Fl. franç.* IV. n. 3329. *Du Fresne Hist. des Valerian.* p. 55. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 51. VALERIANA *cornucopiae Linn. Spec.* I. p. 44. *Willd. Spec.* I. p. 181. *Sibthorp Fl. graec.* I. p. 23. t. 32. *St. Hilaire* p. 47. t. 8. *Sab. hort. rom.* II. t. 17. 19.

Pedalis, diffusa; folia radicalia spathulata, in petiolum attenuata, sesquipollicaria, suprema basi saepe dentato-angulata. Pedunculi apice diphylli. Flores incarnati. Capsula crassa, dentibus ornata. In *Europae meridionalis*, *Africae borealis*, *Armeniae arvis*. ☉.

2. F. *scorpioïdes Du Fresne*; foliis ovatis petiolatis, imis integerrimis, mediis irregulariter dentatis, summis ovato-lanceolatis, vix pinnatifidis; caule adscendente, floribus spicatis. *Du Fresne l. c.* p. 55. t. I.

Caulis dichotomus, glaber, ut tota planta, exceptâ capsulâ coronâ destitutâ. Folia nitida. Flores purpurei spicis oppositis subsecundis revolutis. Stylus trifidus. *Ad Tanger in Africâ. Bouchet.* ☉. *

FEDIA *graeca Du Fresne l. c.* p. 56., quam ex *Linn. amoen. acad.* I. p. 154. citat, est FEDIA *cornucopiae*, ut ex citato a *Linnaeo* in

amoen. acad. I. p. 154. *Horto cliffortiano* p. 16. apparet manifeste. Quid FEDIA *incrassata* *Vahl* in *clavi* DIANDRIAE *Enum.* II. p. 23., quae inter FEDIAS non reperitur in *ejusdem* *Enum.* II. p. 19 et seq.?

3. *F. *echinata* *Vahl*; capsulâ lineari-tridentatâ, extimâ majore recurvâ, caule glabro, floribus in spicas dichotomas coadunatis. *Vahl Enum.* II. p. 19. *Morison Hist.* III. f. 7. t. 16. f. 28. *Garidel Aix.* p. 479. t. 94. VALERIANA *echinata* *Linn. Spec.* p. 47. *Savi Fl. Pis.* I. p. 27. VALERIANA *Locusta dentata* *Gouan Hort. Monsp.* p. 22. VALERIANELLA *echinata* *Decand. Fl. fr.* n. 3334. *Du Fresne l. c.* p. 61. tab. III. f. 10.

Folia spathulata, basi saepe denticulis nonnullis profundis; flores sessiles, rubicantes, corollâ irregulari; stigma trifidum. In *Galliâ meridionali*, *Italiâ*, *Hispaniâ*, *Tauriâ*. ⊙.

4. F. *olitoria* *Vahl*; capsulâ nudâ, globoso-compressa; caule debili; floribus capitatis. *Vahl Enum.* II. p. 19. F. *striata*, foliis linearibus integerrimis obtusis, fructu elliptico compresso striato et transversim subrugoso, apice integro. *Steven Mem. de la Soc. des nat. à Moscou.* II. p. 173. n 5. VALERIANA *olitoria* *Linn. Hort. Cliff.* p. 16. *Willd. Spec.* I. p. 182. *Hall. Helv.* n. 214. *Sturm Fl. germ. fasc.* 2. *Gaertn. de fruct.* t. 86. f. 3.? VALERIANA *Locusta* *Linn. Hort. Ups.* p. 14. *Spec. Pl.* I. p. 47. *Fl. Dan.* t. 738. VALERIANELLA *olitoria* *Du Fresne l. c.* p. 56. t. III. f. 8. *Decand. Fl. fr.* n. 3330. β. F. *olit. dentata*, foliis summis dentatis *Vahl l. c.*

Radix parum divisa. Caulis 1-12pollicaris, dichotomiis paucis, et nonnisi sub iisdem foliosus, tener, laeviusculus. Folia radicalia plura spathulata, summa lineari-lanceolata, interdum, ut in β, dentata. Fructus subovatus, bilocularis, — Variat capitulis laxis et compactis. *Inter segetes et in arvis totius Europae.* ⊙.

5. F. *carinata*; capsulâ nudâ glabrâ rimoso-carinatâ elongatâ, caule debili, floribus subcapitatis. VALERIANELLA *carinata* *Du Fresne Valer.* p. 56. t. 2. *Lois. not.* p. 149. *Decand. Fl. franç. Suppl.* p. 492. n. 3330. a. *Moris. Hist.* III. p. 104. S. VII. t. 16. f. 31?

Differt a simili F. *olitoriâ* capsulâ elongatâ et rimoso-carinatâ. Caulis teres, glaber, dichotomus; folia oblonga, obtusa integerrima. In *arvis circa Parisios*, *Nannetum*, *Monsp.* ⊙.

6. *F. *dentata* *Vahl*; capsulâ levigatâ ovatâ, limbo calycis brevi tri-quinquedentato coronatâ, caule glabro (scabriusculo), floribus corymbosis. *Vahl Enum.* II. p. 20. excl. *Syn. Morison.* VALERIANA *Locusta* δ. *dentata* *Linn. Sp. Pl.* p. 48. VALERIANA *dentata* *Willd. Spec.* I. p. 183. (excl. Syn. Rivini.) *Hall. Helv.* p. 216. *Engl. Bot.* t.

1370. FEDIA *olitoria Gaertn. de fruct.* II. p. 36. t. 86. f. 3. *Morison* III. 5. 7. t. 16. f. 32. VALERIANELLA *dentata Decand. Fl. fr.* IV. n. 3331. *Du Fresne l. c.* p. 57. t. III. f. 5.

1-1 1/2pedalis; folia superiora irregulariter basi dentata; ramealia parva et linearia, subinde dentata; capsula trisulca. Variat foliis integerrimis et inciso-dentatis. *Inter segetes Europae.* ⊙.

7. * F. *discoidea;* capsulâ villosâ, calycis limbo 10-12 radiato coronatâ, coronâ rotatâ, dentibus longis acutis; caule glabro, floribus capitatis. *Vahl Enum.* II. p. 21. Pseudovaleriana annua, semine coronato, major lusitanica. *Moris. Hist.* III. 5. 7. p. 104. t. XVI. f. 29. VALERIANA *Locusta* ε discoidea. *Linn. Spec. pl.* p. 48. VALERIANA *discoidea Willd. Spec.* I. p. 184. VALERIANELLA *discoidea Du Fresne l. c.* p. 59. T. III. n. 3.

Folia lanceolata obtusa basi laciniato-pinnatifida. Differt a V. *coronatâ* coronâ rotatâ, nec campanulatâ. *Inter segetes Galliae merid., Italiae, Hispaniae, Lusit.* ⊙.

8. * F. *vesicaria Vahl;* capsulâ ovatâ villosâ, limbo calycis vesicario coronatâ, caule subvilloso, floribus albidis subcapitatis. *Vahl Enum.* II. p. 20. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 53. VALERIANA *Locusta* β. vesicaria *Linn. Spec.* I. p. 47. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 22. *Sibthorp Fl. gr.* I. p. 25. t. 34. *Boerh. H. Lugd. Bat.* I. t. 75. VALERIANA *vesicaria Willd. Spec.* I. p. 183. VALERIANELLA *vesicaria Decand. Fl. fr.* IV. n. 3332. *Du Fresne l. c.* p. 60. tab. III. f. 9.

Spithamaea; folia inferiora obtusiuscula, utrinque dentibus 2-3. Calycis limbus involutus margine, dentato ciliatus. In *Oriente, Cretâ, in Delphinatu.* ⊙.

9. F. *hamata Bast.;* capsulâ dentibus subulatis apice recurvato-hamosis, foliis linearibus angustis integerrimis basive tantum dentatis. VALERIANELLA *hamata Decand. Fl. franc. Suppl.* p. 494. n. 3333 b.

Multum affinis F. *coronatae* et *discoideae;* caulis glaber, ut in hâc, sed ab utrâque, praeter characteres datos, differt: habitu graciliore magis elongato; foliis, nisi integerrimis, basi tantum dente uno alterove elongato. In *arvis circa Angers.* ⊙.

10. * F. *coronata Vahl;* capsulâ villosâ, limbo calycis 6-10 dentato coronatâ, coronâ campanulatâ, dentibus longis rectis, caule pubescente, floribus capitatis. *Vahl Enum.* II. p. 20. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 52. *Valerianella* altera tenuifolia, semine scabiosae stellato. *Columm. ecphras.* I. p. 207. t. 209. VALERIANA *Locusta* γ. coronata *Linn.*

Spec. p. 48. VALERIANA *coronata Willd. Spec.* I. p. 184. VALERIANELLA *coronata Decand. Fl. fr.* n. 3333. *Du Fresne l. c.* p. 60. t. III. f. 2.

Pedalis et ultra; folia radicalia subspathulata, interdum dentata, superiora 3-5partita, omnia pubescentia. „Fructus dentes membranacei basi confluentes. *Besser in litt.*" In *Europâ meridionali. Circa Byzantium.* ☉. ♂. *Du Fresne.*

11. F. *laxiflora Nob.*; capsulâ ovatâ glabrâ, oculo armato tridentatâ; caule villoso; floribus corymbosis laxis. VALERIANELLA *laxiflora Du Fresne l. c.* p. 58. T. III. f. a-h.

Exigua, floribus albis minimis, genitalibus exsertis, foliis radicalibus obovato-spathulatis, superioribus linearibus. *Herb. Decand.*

12. * F. *radiata Vahl*; capsulâ pubescente apice nudâ; foliis spathulato-oblongis subintegris. *Vahl Enum.* II. p. 21. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 18. (Fructum pubescentem subtetragonum, apice nudum asserit.) VALERIANA *Locusta* ε radiata *Linn. Spec.* p. 48. VALERIANA *radiata Willd. Spec.* I. p. 185. VALERIANELLA *radiata Du Fresne l. c.* p. 57. t. III. n. 7.

In *apricis Carolinae inferioris.* ☉.

13. F. *auricula*; capsulâ ovatâ glabrâ obsolete sulcatâ, coronatâ dente unico auriculaeformi; foliis inferioribus oblongis obtusis, superioribus acutis utrinque bi-tridentatis, floribus laxiusculis ternis quaternis. VALERIANELLA *auricula Decand. Fl. franç. Suppl.* p. 492. n. 3330. b.

Habitu et characteribus pluribus convenit cum F. *mixtâ*, a quâ differt caule glabro; similis quoque *carinatae*, sed sulcus fructus apice non truncati, potius coronati dente recto acuto basi concavo, auriculam felis non male referente, multo levior. Caulis erectus, pedalis circiter, basi leviter pubescens; folia inferiora basi attenuata, superiora dilatata. In *agris et hortis Monspelii.* ☉.

14. F. *pumila Vahl*; capsulâ levi, breviter tridentata, caule glabriusculo, leviter striato; floribus corymbosis. *Vahl Enum.* II. p. 21. excl. *Morison. synon.* VALERIANA *Locusta* η mutica *Linn. Spec.* II. p. 1676. et η pumila *Syst. Veg.* p. 82. VALERIANA *pumila Willd. Spec.* I. p. 184. *excl. synon. Tournef.* VALERIANA *multifida Gouan Fl. monsp.* p. 68. VALERIANELLA *pumila Decand. Fl. fr.* n. 3335. *Du Fresne l. c.* p. 57. t. III. n. 7. VALERIANELLA *membranacea Loisel. Not.* p. 130. (excl. *Moris.*) VALERIANELLA *serotina*, elatior, semine turgidiore. *Moris. Hist.* III. p. 108. t. 16. S. 7. f. 37. β. VALERIANELLA *rimosa* foliis superioribus integris *Bast.* in *Journ. d. Bot.* 1814. p. 20. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 494.

Folia inferiora spathulata, superiora 3-5fida, bracteae membranaceae. Vix tripollicaris. *Inter segetes in Gallo-Provinciâ et Italiâ.* ⊙.

15. F. *mixta Vahl;* capsulâ ovatâ villosâ, oculo-armato 3-4dentatâ, caule anguloso; floribus corymbosis. *Vahl Enum.* II. p. 21. excl. synon. *Sauvages.* Fedia *Morisoni Spreng. pugill.* I. p. 4. *Wallroth ann. bot.* p. 6. Valeriana *mixta. Willd. Spec.* I. p. 180. Valerianella *mixta DuFresne l. c.* p. 59. Tab. III. n. 6. Valerianella *microcarpa Loisel. notice* p. 151. Valerianella semine umbilicato hirsuto minore. *Moris. Hist.* III. p. 104. S. 7. t. 16. f. 35.

Folia ima bipinnatifida. Capsula villosissima ad maturitatem rufa pyriformis et parva. In *Galloprovinciae segetibus et ad ripas Unstrut in Thuringiâ.* ⊙.

16. F. *eriocarpa;* capsulâ ovatâ angulosâ hirtâ irregulariter sexdentatâ, caule anguloso, floribus corymbosis. Valerianella *eriocarpa Desvaux Journ. de Bot.* II. p. 314. t. XI. f. 2. *Lois. not.* p. 49. t. III. f. 2. *Du Fresne l. c.* p. 59. t. III. n. 4. *Decand. Fl. franç. Suppl.* p. 493. n. 3331. Valerianella major, semine umbilicato hirsuto. *Moris. Hist.* III. p. 164. S. 7. t. 16. f. 33.

Rami divaricati, folia inferiora subspathulata, superiora linearia, omnia integra, capsula matura rufa. — Affinis *F. Auriculae*, sed duplo minor, folia plerumque basi integra, inferiora latiora, magis obtusa, superiora angusta, linearia; flores fasciculati in apice ramorum, nullus in dichotomiis; capsula angulis tantum hirta, nec totâ superficie. *Decand.* In *Galliâ meridionali et occidentali.* ⊙. *

* Quorsum spectet FEDIA *Morisoni Spreng.:* foliis radicalibus spathulatis integerrimis margine scabris, caulinis lanceolato-linearibus amplexicaulibus dentatis, fructibus obsolete dentatis pubescentibus *Wallroth Ann. bot.* p. 6. *Spreng. pug.* 4., non facile dicemus, citat enim ad F. *Morisoni Spreng.* cls. *Wallroth* l. c. VALERIANAM *dentatam M. a Bieberst. taur. cauc.* I. *p.* 26. VALERIANELLAM *eriocarpam Desvaux* et *Lois.* (excl. syn. *Moris. f.* 33.), VALERIANELLAM *microcarpam Lois. not. p.* 151, VALERIANAM *mixtam Vahl Enum.* II. *p.* 21. quoad syn, *Moris. f.* 35. et VALERIANELLAM minorem semine umbilicato hirsuto *Moris. Hist.* VII. *p.* 104. *t.* 16 *f.* 35. additque loco descriptionis uberioris. — „FED. *dentata Gaertn.* proxima „differt: fructibus glabris striatis majoribus 3-6dentatis. VAL. *erio*„*carpa Lois.* a clo. *Sprengel* non citatur, certe (?) tamen ad „nostram pertinet, ut icon demonstrat. V. *microcarpa Lois.* descrip„tione cum meâ congruit, et, ni fallor, nec ab illâ, nec a VAL. *erio*„*carpâ*, ut quidem ex dubiâ liquet definitione, certis notis est distin„guenda. F. *dentata Bieberst.* convenit seminibus pyriformibus „pubescentibus griseis, quae in *dentata verâ* constanter glabra. *Mori*„*soni* caeterum iconem f. 33 ad V. *eriocarpam* a *Loiseleur* citatam

„dubiam relinquo: fructus enim in illâ omnino glabri repraesentantur" (attamen in descriptione figurae 33 suae *Morisonius* manifeste fructum *hirsutum* dicit - ergo de hirsutie dubium nullum!) „V. *mixta Vahl* recedit foliis inferioribus pinnatifidis, *Morisonii* tamen synonymon nequaquam ad illam, sed ad nostram pertinet!!"

17. F. *rugulosa Spreng.;* foliis lanceolatis obtusiusculis basi inciso-dentatis cauleque dichotomo pubescentibus, fructibus inaequaliter 5-6 dentatis. *Spreng. pug.* II. p. 2.

Caulis ramosissimus, dichotomus, angulatus, pubescens. Flores in spicam corymbosam congesti. Calyx sex, nonnunquam quinque-dentatus. Dentes breviusculi, inaequales, erecti, apicibus fuscis, pubescentes. Corolla rosea, calyce parum major. Accedit ad *coronatam* foliorum formâ et dentium calycis numero, sed differt: pubescentiâ, et dentibus calycis.

18. F. *chenopodifolia Pursh;* dichotoma, foliis ovatis acutis inferne dentatis, cymis nudis divaricato-dichotomis, filamentis longis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* II. p. 727. Valeriana virginiana, pedis anserinae folio. *Petiv. H. S. in Herb. Sherard.*

Dodrantalis. Flores magnitudine V. *officinalis.* *Virginia.* ⊙.

19. F. *platyloba nob.*; capsulâ villosâ, calycis limbo sexlobato coronatâ, caule glabro, floribus capitatis. VALERIANELLA *platyloba Du Fresne l. c.* p. 59. T. III. n. 1.

Folia inferiora lato-oblonga, superiora linearia, capsulae corona patens, lobis membranaceis obtusis mucronatis. *Herb. Decand.*

20. F. *uncinata Bieberst.;* capsulâ lineari sexdentatâ, dentibus uncinatis liberis, caule foliisque radicalibus spathulatis, caulinis pinnatifidis pubescentibus. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. caucas.* I. p. 26. *Willd. Enum H. Berol.* I. p. 50. VALERIANELLA *uncinata Du Fresne l. c.* p. 60.

Spontanea a cultâ valde diversa; in illâ folia radicalia integerrima, laciniae caulinorum fere integerrimae; in hâc folia radicalia dentata, laciniae caulinorum lineari-lanceolatae grosse et copiose inaequaliter dentatae, summa fere bipinnatifida. In *collibus apricis Tauriae et ad Bosphorum.* ⊙.

21. F. *dasycarpa MB.;* caule scabro, fructu ovato acuto apice unidentato, pubescente. VALERIANELLA *dasycarpa Steven Mém. d. l. Soc. imp. d. Nat. de Moscou* T. II. p. 178. *Besser Suppl.* III. *Cat. Krzemieniec.* VALERIANA *dentata Marsch. a Bieberst. Fl. Taur. Cauc.* I. p. 26. n. 70. MB.

Fructus apex reverâ sexdentatus, sed quinque denticuli minimi. Pili fructus incurvati. In *Ruthenia merid. Circa urbem Mosdok In Podoliâ Andrejowski monente Besser.* ⊙.

22. F. *exscapa nob.*; floribus radicalibus, foliis ligulatis, fructibus sexdentatis. Valerianella *exscapa Steven Plant. itin. Caucas. in Act. Mosquens.* p. 8.

Ab omnibus diversa caule nullo. *Circa Gandsham primo vere a. D. Kruse.* ⊙.

23. F. *muricata Stev.*; foliis spathulato-lanceolatis subdentatis, fructu ovato, margine apicis membranaceo dimidiato denticulato. *Marsch. a Bieberst. in litt.* F. *muricata Steven MS.*

24. F. *tridentata Stev.*; foliis linearibus integerrimis, fructu obtuse trigono apice, dentibus tribus brevissimis aequalibus. *Steven* in *Mém. de la Soc. des Nat. à Moscow.* II. p. 173. n. 6. β. Fedia *lasiocarpa Stev.*

In *Tauriae cultis, circa Synpheropolin.*

* De FEDIA *turgida M. Bieb. Suppl. Fl. t. c. inedit.* cujus Synonymon sit F. *olitoria Stevens*, praeter nomen nihil nobis innotuit.

25. F. *striata Stev*; foliis linearibus integerrimis obtusis, fructu elliptico compresso striato et transversim subrugoso, apice integro. *Steven Mém. de la Société des Nat. à Moscou* II. p. 173. n. 5.

26. F. *maxima Stev.*; foliis ovatis subsessilibus grosse serratis, calycibus tetraphyllis capsulisque ciliatis, caule undique hirsuto. *Stev. Mém. Soc. de Mosc.* II. p. 173. n. 7. *Buxb. Cent.* I. p. 23. t. 34.

In *Iberiae pratis montanis, in Cachetiâ.* ⊙.

121. AXIA.

1. A. *cochinchinensis Lour. Fl. cochinch.* I. p. 44. *Vahl Enum.* I. p. 38.

Frutex bipedalis, caule ramosissimo nodoso rubente procumbente. Folia lanceolata, subcrenata, tomentosa parva. Cor. campanulata, minima, albo-rubra, racemis subterminalibus. In *Cochinchinâ.*

122. TRIPTERELLA.

1. T. *capitata Mich. Fl. am. bor.* I. p. 19. t. 3. Anonymos *capitatus Walt. Fl. car.* 68. Vogelia *capitata Gmel. S. V.* p. 107. *Pers. Syn.* I. p. 39. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 115.

Affinis Burmanniae. Caulis filiformis subsemipedalis, erectus, simplicissimus; folia vaginantia, subulata; flores albi, capitati, capitulum magnitudine pisi. Spatha univalvis. Stigma trifidum, capsula triquetra, trilocularis. In *udis Carolinae Bosc, Cajennae Rich.* ⊙.

123. CROCUS.

a. *Verni.*

1. C. *vernus W.*; stigmate incluso trifido staminibus longiore, lobis cuneiformibus incisis cucullatis crenulatis, fauce tubi pilosâ glandulosâ. *Smith Fl. brit.* p. 40. *Engl. bot.* t. 344. *Prodr. Fl. gr.* I. p. 24. n. 84. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 99. *Willd. Spec.* I. p. 195. *Enum. H. Berol.* I. p. 55. *Vahl Enum.* II. p. 46. *La Peyr. Abr.* p. 21. *Decand. Fl. fr.* n. 2003. *Hall. Helv.* n. 1257. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 80. *Jacq. austr. app.* t. 36. *Bot. Mag.* 860. *Redouté Liliac.* t. 266. *Sturm Deutschl. Flor. fasc.* 22. 27. *St. Hilaire* XVI. t. 5. Cr. *sativus β. Linn. S. P.* Cr. *officinalis β. Huds.*

Folia latiora quam in *sativo*, et minus revoluta; stigma pallidum erectum inodorum. Variat colore lilacino et violaceo, variegatoque. In *pratis subalpinis Europae mediae et australis.* ♃.

2. C. *versicolor Ker*; stigmatibus convoluto-cucullatis lobato-incisis antheras aequantibus. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 80. *Ker* in *Bot. Mag.* 1110. Crocus vernus albus polyanthos versicolor *Park. parad.* 162. n. 7.

Habitat? Culturâ perstat ab anno 1629.

3. C. *minimus Redouté* stigmate trifido corollâ breviore erecto, foliis tenuissimis filiformibus. *Decand. Fl. fr.* III. n. 2004. *Redouté Liliac.* II. t. 81.

Maxime affinis Cr. *verno*, et hujus forte varietas, sed folia longiora, angustiora, fere filiformia, canaliculata; tubus corollae vix 20 linearum; laciniae angustiores magis acutae; stigmá minus minusque divisum; corolla profunde violacea, alboque variegata. In *Corsicae littoribus. Noisette.* Ext. in Herb. Banks exemplar a *Falden* in *Jersey* lectum. ♃.

4. C. *albiflorus Kit.*; laciniis corollae integerrimis obtusis, antheris filamento duplo longioribus. *Schultes Oestr. Fl.* ed. 2. I. p. 101.

Cl. Prof. *Kitaibel* culturâ evicit, quod et Schultesius Oeniponti vidit, Croci *verni* sic dictam varietatem albam e semine natam persistere albifloram, laciniis corollae nunquam emarginatis. Folia angustiora. In *alpibus et subalpinis Croatiae, Tyrolis.* ♃.

5. C. *biflorus Mill.*; foliis flore gemino longioribus, stigmatibus antheras parum superantibus. *Mill. dict. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 81. *Andrews's repos.* 362. *Bot. mag.* t. 845. *Redouté Liliac.* t. 294. *Park. parad.* 162. n. 10.

Stigmata recta brevia dentata aurantiaca; laciniae corollae albae striis violaceis variegatae concavae, fundo flavo. Bulbus tu-

nicâ laevi annulari. E *verno* fors ortum credit cl. M. à *Bieberstein*. *Habitat?*

6. C. *susianus Ker;* * corollae laciniis exterioribus revolutis. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 81. *Bot. mag.* t. 652. *Redouté Liliac.* V. t. 393. *Lobel adv. pars. alt.* 497.

Affinis *maesiaco*, sed flos minor, intensius luteus striis violaceis, laciniis interioribus vix concavis. Stigmata crocea, apice tantum denticulata. Tunica bulbi fibris crassis distantibus. Clo. *M. a Bieberst. taur. cauc.* p. 29. *reticulati* proles videtur. In *Turcia*. ♃.

7. C. *sulphureus Ker;* stigmatibus longitudine inaequalibus antheras longe superantibus. *α.* Corollâ limbi laciniis lineis plumosis fuscis extus inscriptis. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 81. *Ker Bot. mag.* 938. *Park. parad.* 163. f. 10. et 166. n. 23. *β.* Corollâ concolore. *Bot. Mag.* t. 1384. *Habitat?* —. ♃.

8. C. *luteus Lam.;* stigmate incluso trifido staminibus breviore, lobis cuneiformibus plicatis ciliatis, fauce tubi glabrâ, laciniis corollae rectis concavis, filamentis glanduloso-pilosis, antheris stigmata superantibus. *Lam. ill.* p. 443. *Poiret Enc. meth.* T. VI. p. 385. *Redouté Liliac.* t. 196. Croc. *sativus Mill.* Croc. *vernus Curt. Mag.* 45. Cr. *lagenaeflorus Salisb. paradis.* 106. Cr. *aureus Smith prodr. Fl. gr.* I. p. 24. n. 85. *Fl. graec.* I. p. 25. t. 35. C. *maesiacus Bot. Mag.* n. 652. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 55. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 81. *Ker Bot. Mag.* n. 1111.

„Germaniae innotuit primum post annum 1579." *Bauh.* Neglectum tam diu Crocum hunc bene depinxit N. 438 *h. i. k.* nimis neglectus *Weinmann*. *E Tauriâ Vahlio*, qui pro *Sativi* varietate habuit *Enum.* II. p. 46, misit 6. *Hacquet.* Tunica bulbi e fibris tenuibus approximatis. Stigmata pallide flava. *Susiano* serius floret. In *Tauriae*, *Graeciae collibus*. ♃.

9. C. *reticulatus M. a Bieberst.;* staminibus stigmata truncato-lacera subaequantibus, foliis flores stipantibus, bulbo fibris reticulatis tunicato. *M. a Bieberst. taur. cauc.* I. p. 28. *Ejusd. Cent. plant. Ross. rarior.* t. I. — *α.* Flore aureo, lineis dorsalibus spadiceis. Cr. *Bulbocodium Pall. ind. taur.* C. orientalis vernus, flore flavo, externe spadiceo obscure purpurascente. *Tournef. cor.* p. 25. *β.* Flore

* Plantae, quas in *Bot. Mag.* clo *Gawler* debemus, in *Hort. Kew.* clo. *Ker*, etiam *Bellenden-Ker* dicto, adscribuntur. Anne una eademque clarissimi Botanici species? Scimus enim in antiquissimâ Britanniâ (*Old England*) homines sua passim mutare nomina, ut nomina plantarum ubique, eheu! mutare solent Botanici.

pallido lineis dorsalibus spadiceis. C. orientalis vernus flore subcaeruleo, externe spadiceo rubente.

„Simillimus *C. verno*, sed florum colore et bulbo satis distinctus. Spatha 1-5flora. Cum hoc forte coincidit C *susianus*, utpote culturâ mutatus." *M. a B.* α in *Tauriâ circa Sympheropolin*, β in *promontorio caucasico et in Ucraniâ.* ♃. An satis a *luteo* diversus?

b. *Autumnales.*

10. * C. *sativus*; stigmatibus longissimis exsertis reflexis, segmentis linearibus apice crenatis. *Smith Fl. Brit.* I. p. 39. *Prodr. Fl. gr.* I. p. 23. n. 82. *Willd. Spec.* I. p. 194. *Vahl Enum.* II. p. 45. *Redouté Liliac.* t. 173. Cr. *officinalis Pers. Syn.* I. p. 41. *Mart. Fl. rust.* t. 58. Crocus *autumnalis Engl. Bot.* t. 343. Cr. *sativus autumnalis Linn. S. V.* p. 84.

Folia spithamaea et ultra, margine parum revoluta, subtus medio albida; stigmata crocea longitudine corollae violaceae, venis rubris pictae, tubo longissimo. In *Oriente et in Angliâ.* ♃.

11. C. *autumnalis Lam.*; bulbi tunicâ filamentosâ, foliis flore tardioribus, staminibus stigmata truncata subaequantibus. *Marsch. a Bieb. taur. cauc.* p. 27. *Pall. ind. taur. Habl. taur.* p. 122. *Lam. Enc. meth.* VI. p. 388. et hoc teste: *Mill. dict.* n. 2. Utroque teste: Cr. *montanum* I. *Clus. Hist.* 209. Cr. *alpinus autumnalis c. Bauh. pin.* 65.

Bulbi tunica fibrillae vix cohaerentes. Folia paulo post florem. Flos saepe solitarius verno major fauce villis clausâ. Stigmata fere inodora. Ex hoc forte ortus Cr. *sativus*. *M. a Bieberst.* l. c. Differre ab hoc corollae tubo brevissimo, limbo profundissime diviso. Cor. magna, purpureo-caerulea. In *Helvetiâ*, *Galliâ meridionali Lam.*, *in Tauriae collibus Bieberst. Decand.* hanc plantam nunquam in Galliâ vidit, et *Milleri C. autumnalis* non occurrit in *Hort. Kew.*

12. C. *serotinus Salisb.*; stigmatibus erectis multipartitis, foliis cum flore prodeuntibus. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 82. *Salisb. paradis.* tab. 30. *Bot. Mag.* t. 1267. C. montanus autumnalis. *Parkins. paradis.* 168. n. 4. Tab. 169. fig. 5. bona. Crocum montanum *Clus. Hist.* I. p. 208. Figura ambigua.

In *Europâ meridionali.* ♃.

13. C. *nudiflorus Smith*; stigmate incluso trifido, lobis multifido-laciniatis penicilliformibus, foliis post anthesin demum prodeuntibus. *Smith Fl. Brit.* I. p. 41. *Engl. Bot.* t. 491. *Prodr. Fl. gr.* I. p. 23. n. 83. *Vahl Enum* II. p. 46. *La Peyr. Abr.* p. 22. C. *multifidus Ramond*

bulletin Soc. philomat. n. 41. p. 129. t. 8. f. 1-4. *Decand. Fl. franç.* III. n. 2002. C. *medius Balbis add. Fl. pedem.* p. 83. C. *speciosus Bieberst. Beschr. d. Länd. zw. d. Térek u. Kur*, p. 129. *Fl. taur. cauc.* p. 27. n. 74. Cr. *autumnalis Brotero.* Crocus autumnalis violaceus, amplo flore belgarum. H. R. P. 59. *Vaill. Herb. Velins du Muséum.*

Flores purpureo-violacei; stigma saturate fulvum; folia erectiora, pallidiora, vix revoluta, nec apice emarcida; tubus corollae in quibusdam fere pedalis, basi vaginis tribus. In *Pyrenaeis*, *Angliâ*, *Transylvaniâ in monte Athone; Caucaso.* ♃.

Cel. *Smith* in *Prodr. Fl. gr.* sequentes Cr. sui *nudiflori* varietates adducit: β. C. autumnalis, sativo similis, florum capillamentis tenuissimis, minus odoris, flore candidissimo. *Tourn. Cor.* 25. γ. C. orientalis autumnalis, flore magno albo, capillamentis albidis inodoris. *Tourn. Cor.* 25?

C. *speciosum* plurimum affinem esse Croco *multifloro Smith*, attamen satis distinctum bulbi tunicis laevigatis nec filamentosis, stigmatibus stamina superantibus nec subaequantibus. *M. a Bieberst.* Dubitat et amicissimus *Kitaibel*, utrum Cr. *nudiflorus* e Transylvaniâ idem sit cum britannico. Denuo inquirendus! An *serotinus?*

14. Quid C. *byzanthinus Gawl.* (Crocum montanum III. *Clus. Hist.* I. p. 209. Crocus byzanthinus argenteus. *Parkins. parad.* p. 168. tab. 169. f. 3.)?

124. WITSENIA.

1. W. *maura Thunb.*; caule subsimplici, floribus spicatis, corollae laciniis exterioribus extus tomentosis. *Thunb. prodr.* 7. *Nov. gen.* II. p. 34. *cum ic.* *Vahl Enum.* II. p. 47. *Willd. Spec.* I. p. 247. *Pers. Syn.* I. p. 42. *Lam. Illustr.* I. 108. t. 30. *Edwards's Bot. Register* I. t. 5. Ixia *disticha Lam. Enc. meth.* III. p. 333. Antholyza *maura Linn. Mant.* p. 175. α. Foliis linearibus utroque margine parallelis. *Redouté Liliac.* V. t. 245. (ad siccum delineata). β. latifolia, foliis summis altero margine sub apice ampliatis. *Redouté Liliac.* VIII. t. 473.

Caulis bi-quinquepedalis, basi frutescens, plerumque simplex; folia approximata, subspithamaea, glauca, basi intus ferruginea; spica composita spathulis subbifloris (plerumque unifloris). Cor. clavato-cylindrica, tubo viridescenti paulisper ampliato in collum nigro-fuscum. Laciniae exter. discolores, tomento brevi extus flavicantes, intus glabrae virentes; interiores penicillo flavo terminatae, caeterum nudae ac virides. Flos totus nitet papulis atomoideis densissimis, ad modum Ferrariae. Stigma obsolete trifidum. *Ad latera montium Cap. b. spei.* ♃.

2. * W. *ramosa Vahl;* caule ramoso fruticoso, floribus terminalibus subsolitariis glabris. *Vahl Enum.* II. p. 47. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 256. IXIA *fruticosa Linn. suppl.* p. 93. *Willd. Spec.* I. p. 195. *Thunb. Ix.* n. 1. t. 1. *Lam. Ill.* t. 31. f. 4. ARISTEA *fruticosa. Pers. Syn.* I. p. 41.

Semipedalis, ramis sparsis fuscis, inferne cicatrisato-annulatis; folia pollicaria, sursum minora, confertissima. Flores subsolitarii vel gemini, tubo filiformi, semipollicari, flavo, limbo coeruleo. In *Cap. b. spei.* ♄.

3. W. *corymbosa Smith;* foliis lineari-ensiformibus glaucescentibus, basi alternatim amplexantibus, floribus corymbosis, corollis extus glabris. *Smith exot. bot.* t. 68. *Gawler* in *Curtis Bot. Mag.* t. 895. *Gart. Magaz.* VII. t. 10.

Radix tuberosa. Caulis frutescens, quadripollicaris et ultra, compressus inferne nudus, superne ramosus foliis bifariis equitantibus ensiformibus subglaucis. Pedunculus lateralis, corymbo bracteato multifloro. Corolla azurea. *Ad cap. b. Spei.* ♃.

4. W. *pumila Vahl;* caule simplici unifloro. *Vahl Enum.* II. p. 48. W. *magellanica Pers. Syn.* I. p. 42. TAPEINIA *magellanica Juss. gen.* 59. IXIA *pumila Forst. Comm. gott.* IX. t. 2. IXIA *magellanica Lam. Ill.* MORAEA *magellanica Willd. Spec.* I. p. 241. excl. *syn. Cavanill.* secund. *Vahl.*

Caules plures cespitosi, subinde 1 1/2pollic.; folia confertissima pollicaria; flores parvi albi subsessiles inter folia ultima spathaeformia. GALAXIAM *obscuram Cav. Diss.* VI. t. 189. f. 4 foliis subulatis canaliculatis, tubo corollae brevi a *Willd.* huc citatam aliam esse plantam, et vix hujus generis *Vahl* l. c. *Ad fretum Magellanicum.* ♃.

125. IXIA. *

Synopsis sectionum.

1. Scapo foliis breviore.

Corollâ campanulatâ sessili, foliis linearibus. ROMULEA *Pers.* n. 1-17.

2. Scapo foliis longiore.

a. pilosae, n. 18 — 22.

b. glabrae, foliis crispis. n. 23 — 26.

c. glabrae, foliis planis. n. 27 — 80.

3. Dubiae. n. 81 — 87.

* IXIARUM *Synopsis. Gawler* in *Curtis Mag.*

Sectio I. Antheris brevissimis conniventibus; stigmatibus infundibuliformibus, hiantibus.

IXIA *ciliaris α. β.* (speciesne distinctae?)

1. *Scapo foliis breviore.*

(Corollâ campanulatâ sessili, foliis linearibus. Romulea *Persoon.*)

1. * I. *minuta;* foliis lineari-setaceis subaequantibus scapum uniflorum. *Linn. Suppl.* p. 92. *Vahl Enum.* II.

Sect. II. 1-2 flora, limbo subgloboso-campanulato, tubo fere nullo, bulbo carnoso tunica tenui vestito:

Ixia *crateroidea. Andr. repos.* t. 186.

Sect. III. Rhachide in multifloris flexuosa, flexubus de flore in florem valde arcuatis; valvula spathae exteriore integerrima obtusa tubum brevem subaequante vel longiore; floribus secundis, pistillo stamina saepe superante; bulbo oblongo ovato tunicâ nigrâ putamine q margine dentato-fissâ vestito, in annosis tunicis plurimis basi imbricatis:

Ixia *ciliaris Salisb. inedit.* — Ix. *hirta.* — Ix. *rochensis.* — Ix. *secunda.* — Ix. *ramosa* (*scillaris Thunb.*) — Ix. *obtusata Herb. Banks.* — Ix. *setacea Thunb.*

Sect. IV. Spicâ compositâ ex floribus sessilibus spiculisque 1-2 floris alternis capillaribus, bulbo ovato tunicâ fibrosâ:

Ixia *capillaris* (*erecta Jacq. coll.* nec *Hort. Schönbr.*) — Ix. *lancea Jacq. ic. rar.* (nec *Thunb.*) — Ix. *aulica.* — Merae varietates?

Sect. V. Floribus paucis remotis, antheris inflexis?

Ixia *crispa.* — An genus novum cum Gladiolo *crispo*, *striato* et *pectinato Herb. Banks.?*

Sect. VI. Stigmatibus hirtis revolutis, bulbo tunicâ lucidâ putamineâ superne dentatâ (valvuloidee sulcatâ?)

Ixia *excisa.*

Sect. VII. Floribus interdiu clausis, vespere expandentibus, nocte totâ vigilantibus; stigmatibus longioribus capillaribus laxis effusis os tubi usque vel ultra divisis; bulbo campaniformi basi truncato-plano, in annosis tunicis plurimis nigris deorsum imbricatis vestito.

Ixia *falcata.* — Ix. *cinnamomea.* — Ix. *radiata* (Gladiolus *recurvus Thunb.* et *Suppl.* (nec *Linnéi*). — Ix. *angusta.* — Ix. *pilosa.*

Sect. VIII. Flore magno solitario; tubo brevi spathae aequali, laciniis limbi obovatis; pistillo staminibus longiore.

Ixia *anemonaeflora.*

Sect. IX. Tubo gracillimo spathâ saltem duplo longiore; limbi laciniis oblongis patentissimis lanceolato-ovalibus, alternis paululo angustioribus acutioribus; bulbo superne compresso, tunicâ lentâ fibrosâ vestito.

Ixia *patens* (leucantha v. alba). — Ix. *flexuosa.* — Ix. *conica Bot. Mag.* — Ix. *erecta.* — Ix. *maculata.* — Ix. *columellaris indescr.* — Ix. *incarnata.*

Sect. X. Coroll. hypocrateriformi; tubo limbo pluries longiore; laciniis subaequalibus vel unico fere duplo majore; staminibus saepius accumbentibus; bulbo fibras exserente bulbillos vel tubera apicibus gerentes. Genusne distinctum?

Ixia *longiflora.* — Gladiolus *roseus.*

Ixiam *aristatam* et *linearem* nec vivam nec siccatam satis integram vidit *Gawler:* descriptiones mancae. Sparaxidis et alia genera excluduntur.

p. 49. *Willd. Spec.* I. p. 196. *Thunb. Ix.* p. 6. t. 1. *Fl. capens.* I. p. 216.

Vix pollicaris. Bulbus globosus, vix magnitudine pisi; folium unicum pro singulo scapo; scapi 2-5, capillares, teretes; corollae tubus capillaris albus, striis purpureis, limbi laciniae supra concavae niveae, subtus albae, stria duplici purpurea, semilineam longae. Capsula virescens, striis purpureis. In *arenosis inundatis Cap. b. spei.* ♃.

2. * I. *rosea*; foliis filiformibus, scapis unifloris corollâ campanulatâ brevioribus. *Linn. Syst.* ed. 12. p. 75. (in ed. XIV. de novo cum Ix. *Bulbocodio* confusa est). *Vahl Enum.* II. p. 49. *Willd. Spec.* I. p. 196. IXIA *Bulbocodium Thunb.* n. 3. *Curtis bot. Mag.* t. 265. *Lam. Enc. meth.* III. p. 335. CROCUS *capensis Burm. prodr.* p. 2. IXIA *campanulata Lam. Ill.* I. p. 109. BULBOCODIUM pedunculis nudis unifloris foliis subulatis linearibus. *Mill. Ic.* 160. t. 240. TRICHONEMA * *roseum Gawl. bot. Mag.* β? lutea g. IXIA *recurva* 1. *filifolia* 2. *Redouté Liliac.* t. 251. Ix. *bulbocodioides de la Roche* n. 6.

Valde affinis I. *Bulbocodio*, an hujus varietas? Differre videtur foliis angustioribus. In cultâ scapus longior fit. *Ad promont. b. spei.* ♃.

* TRICHONEMA genus novum a *Gawlero* conditum: *Spatha* bivalvis, valvulis lanceolatis acuminatis integris. *Cor.* sexpartita aequalis tubo brevissimo. *Fil.* erecta, pilosa, brevia. *Stigm.* 3, bipartita. *Sem.* plurima, rotunda. Huc: IXIA *Bulbocodium*, Ix. *rosea*, Ix. *cruciata*, Ix. *chloroleuca Jacq.*, Ix. *Bulbocodium*, Ix. *humilis Thunb. Diss.* 4. *prodr.* 9., Ix. *pudica Herb. Banks.* Ix. *speciosa Gawl.*

3. I. *chloroleuca Jacq.*; foliis linearibus, unico longissimo reflexo subfalcato, scapo unifloro. I. *ochroleuca Vahl Enum.* II. p. 50. *Jacq. Ic. rar.* t. 272. *Willd. Spec.* I. p. 196. TRICHONEMA *chloroleucum Pers. Syn.* I. p. 46. *Gawl. Bot. Mag.* t. 1476. in textu.

Bulbus piso duplo major, fuscus nitidus. Folia 2-4, subulato-conniventia, longissima plerumque prostrata, 2-3 erecta longitudine scapi superne subcompressi. Cor. subcampanulata. Variat corollis albis, laciniis tribus exterioribus extus virentibus. Cl. *Vahl* huc adduxit: I. *Bulbocodium Thunb. var.* 4.: corollis flavis, laciniis tribus exterioribus extus viridibus, 3 interioribus flavis (ad quam *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 201 ducit cum? ad IXIAM *flavam*, quae a *Vahlio* ad IXIAM *humilem* simili modo cum? erat adducta.); et I. *Bulbocodium var.* I. corollis cyaneis, laciniis exterioribus extus virentibus. *Thunb.* In *Cap. b. spei.* ♃.

4. * I. *Bulbocodium;* foliis filiformibus sulcatis flexuosis, scapo ramoso, ramis unifloris, spathis tubo corollae longioribus. *Vahl Enum.* II. p. 50. qui sequentes adducit va-

rietates: *α. parviflora Croc. vern. angustifol.* 2. *Clus. Hist.* I. p. 207. quoad figur.; 3. quoad descript. *β. media. Croc. vern. angust.* 1. *Clus. Hist.* I. p. 207. *Lam. Ill.* t. 31. f. 1. teste cl. *Schousboe.* *γ. grandiflora. Croc. vern. angust. violaceo flore Clus. Hist.* I. p. 208. *Jacq. Ic. rar.* t. 271. *Curt. bot. Mag.* t. 265. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 82. TRICHONEMA *Bulbocodium Gawl. Ann. of Bot.* I. p. 223. *Redouté Liliac.* II. t. 87. *Sibthorp Fl. gr.* t. 36. *Smith prodr. Fl. gr.* I. p. 25. n. 86. Haec varietas clo. *Schousboe* I. *Bulbocodium* var. *α. major* est, et *Bulbocodium Miller Ic.* t. 240. *Desfont. atl.* I. p. 34. huc trahit. *δ. capensis:* flore subnutante, scapo folioso. I. *Bulbocodium* var. *speciosa Andrews's* t. 170. *Pers. Syn.* I. p. 47. an species distincta? TRICHONEMA *speciosa Gawl. bot. Mag.* t. 1476. Confer. *Ker Ann. of Bot.* I. p. 223. *Decand. Fl. fr.* III. p. 241. habet: *α.* flore parvo albo; *β.* flore parvo caeruleo s. violaceo; *γ.* flore magno albo; *δ.* flore magno purpureo. *Vahl* omnes varietates corollae colore variare; *β.* suum scapo digitali est, et spathis lanceolatis concavis interdum longitudine floris; *γ.* suum corollam plerumque scapo longiorem habet, ob corollam profunde partitam et sessilem cum *roseâ, ochroleucâ* et *cruciatâ* melius fors ad MORAEAS *Persoon* l. c.

Bulbus subinde magnitudine Avellanae; folia 3-5, unum reliquis longius. Styli trifidi, stigmata bifida. In *arenosis maritimis mediterranei, in insulis Archipelagi, et circa Narbonne.* ♃.

* Cel. *Thunberg* in *Flor. capensi* I. p. 217-221. IXIAM *bulbocodium* dissertationis suae nunc in sequentes species dispescit:

1. I. *radicans* foliis filiformibus scapoque striato erecto, corollâ bicolori. I. *Bulbocodium Diss.* p. 6. variet. 6. 7.

2. I. *crocea* foliis filiformibus scapoque striato erecto, corollae limbo oblongo acuto. I. *Bulbocodium Diss.* variet. 5.

3. I. *Bulbocodium* foliis linearibus bisulcatis trinerviis reflexis, scapo ramoso, floribus cernuis. Variet. 1. 2. 3. *Diss.*

4. I. *reflexa* foliis ensiformibus reflexis quinquenerviis, scapo ramoso, floribus erectis.

5. I. *radians;* foliis filiformibus, scapo erecto unifloro, corolla bicolori. *Thunberg* in *Hoffm. phytogr. Blätt.* I. p. 3. *Fl. capens.* I. p. 217. *Weber* et *Mohr Arch.* I. p. 23. *Vahl Enum.* II. p. 75. GEISSORRHIZA *setacea α. Gawl.* — quam vide. — —

Scapus palmaris spithamaeusve; folia bisulca scapo breviora; flos grandis, limbo apice caeruleo, medio arcu albido, basi maculâ purpureâ saturatiore. — cf. annotationem ad IXIAM *bulbocodium.* — *Promont. bon. Spei.* ♃.

6. I. *fugax Hornem.*; foliis linearibus sulcatis, scapo ramoso 2-3 floro geniculato compresso, ramis semiteretibus. *Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 50.

Hab. ad Cap. b. Spei. ♃.

7. I. *recurvifolia Poiret;* foliis gladiatis; scapo ramoso acute triquetro et in angulis duobus alâ fuscâ marginato multo longioribus; infimis recurvis, spathâ bivalvi. *Redouté Liliac.* T. V. p. 251. f. 1. sub nomine I. *recurvae.* Trichonema *recurvifolium Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 201.

Pro varietate ex agmine varietatum I. *Bulbocodii* haberetur facile. Scapi simplices aut subramosi, uni-quadri-pollicares, triquetri, alâ denticulatâ; folia angustissima subensiformia. Flores terminales solitarii sat magni, viridi-flavescentes; valvae spatharum obtusae, exterior striata fusco-punctata; laciniae corollae lanceolatae, acutae, patentes; filamenta basi villosa; stigmata bifida, laciniis filiformibus brevissimis. In *promont. b. Spei.* ♃.

8. I. *filifolia Decand.;* foliis filiformibus rectis; scapo tenui subramoso; utrâque spathae valvâ foliaceâ; floribus solitariis, terminalibus. *Redouté Liliac.* t. 251. f. 2. *α.* floribus luteis. *β.* rubris. Trichonema *filifolium. Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 201.

Varietas, ut praecedens, I. *Bulbocodii* videtur *Poiretio.* Folia glabra, acuta; scapi 3-4pollicares, graciles striati semicylindrici, simplices vel ramosi, vix longitudine foliorum; flores solitarii sat magni; spathae lanceolatae acutae flore dimidio breviores; tubus brevis; laciniae lanceolatae acutae. Filamenta basi villosa. Stigmata arcuata bifida, laciniis filiformibus. In *promont. b. Spei.* ♃. Affinis I. *roseae*, et fors hujus varietas, sed differt foliis tenuioribus et brevioribus, spathâque interiore fere foliaceâ, et tunicâ bulbi minus firmâ.

9. I. *elongata Vahl;* foliis filiformibus recurvis, scapo unifloro, spathis aridis corollae tubo brevioribus. *Vahl Enum.* II. p. 51. Trichonema *elongatum Gawl. Ann. of Bot.* I. p. 223.

An praecedentis, cui simillima, varietas? Sic videtur et clo. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 200. Differre videtur *Vahlio* spathis pollicaribus et ultra, aridis, praesertim vero tubi corollae longitudine unguiculari spatha longiore. *Vahl.* In *littoribus arenosis Sardiniae.* ♃.

10. I. *tortuosa Lichtenstein;* flore solitario subsessili, spathis tubo longioribus, foliis filiformibus flexuoso-tortuosis. *Lichtenstein Spicileg. Fl. capens.* MSS.

Bulbus magnitudine pisi majoris. Scapi bipollicares plerumque bini, toti vagina laxa membranacea tecti, in terra reconditi, ut flos acaulis videatur. Folia plerumque sex cum vagina connata, teretia, flexuoso-tortuosa apice recto subulato. Spa-

tha tubo longior, valvulis pellucido-membranaceis, costa media solummodo viridi. Limbi laciniae flavae erectae aequales tubo duplo longiores. *Habitat in regione Middelroggeveld prope Jakals Valley, cap. b. spei.* ♃.

11. I. *cruciata Jacq.*; foliis linearibus basi attenuatis quadricarinatis utrinque tricostatis, costâ mediâ elatiore, latiore, corollis erectis, laciniis acutis recurvo-patentibus, antheris stigmata aequantibus, scapo unifloro. *Gawl. Willd. Spec.* I. p. 197. *Vahl Enum.* II. p. 51. *Jacq. Ic. pl. rar.* II. t. 290. Ix. *Bulbocodium* var. 7. *Thunb. diss.* 3. Ixia *rosea* β. *Herb. Banks.* Trichonema *cruciatum Gawl. Curt. bot. Mag.* t. 575. *Ann. of Bot.* I. p. 223.

Bulbus obovatus magnitudine Avellanae; folia duo reliquis majora; scapi 2-3pollicares; spatha semipollicaris, viridis; corollae intus rubrae, basi flavo et coeruleo striatae, laciniis elongatis, lanceolatis acutis, rarius quibusdam incisis; tres interiores extus coeruleae striis saturatioribus, exteriores extus flavae, violaceo striatae, unguibus erectis flavis. *Jacq.* (Stigma longitudine fere Antherarum aut brevius, nec, ut in *roseâ*, longius. *Gawl.*) In *promont. b. spei.* ♃.

12. I. *ornithogaloides Lichtenstein*; scapo unifloro folia subaequante; spathis tubo longioribus; foliis lineari-subulatis. *Lichtenstein Spicileg. Fl. capens.* MSS.

Planta bi-tripollicaris. Bulbus globosus magnitudine pisi, tunica fibrosa glabra tectus. Scapus inferne nudus absque vagina. *Folia* gemina opposita ex ipso scapo prodeuntia, tertium vaginans his brevius medio scapi. Folium florale vaginans acutum brevissimum spathaeforme. Scapus exinde capillaris flore duplo longior. Corollae tubus brevis; limbi laciniae oblongae viridiflavescentes tubo duplo longiores. Spatha valvulis lanceolatis aequalibus uniflorus [unicum inter 7 specimina biflorum]. *Habitat in montibus regionis Houde Bokkeveld, cap b. spei.* ♃.

13. I. *quadrangula de la Roche*; foliis canaliculato-quadrangulis, scapo paucifloro, corollarum tubo brevissimo, bulbo squamato squamis exterioribus maximis. *De la Roche diss.* n. 2. *Vahl Enum.* II. p. 51. *Sprengel pug.* II. p. 3., et hoc teste, Marica *fugax Willd. Enum. Suppl.* p. 4.

A *Thunbergio* jungitur cum Ixia *Bulbocodio*, at differre videtur bulbo squamis imbricato nec tunicato. Affinior Ixiae *cruciatae* quoad folia (dodrantalia, filiformia, flaccida, canaliculato-quadrangularia), sed et ab hac bulbo diversa quadruplo ordine squamarum margine lacerarum cincto. Scapus fere digitalis, 1-3 florus. Spatha bivalvis viridis margine alba. Cor. valde fugax hexapetala, petalis 3 exterioribus externe viridibus, nervis 3 violaceis, 3 interioribus externe apice coeruleis basi viridibus nervisque tribus ornatis, omnia interne coerulea, aut violacea. Tubus brevissimus. Stigma omnino Ixiarum. In *promont b. spei.* ♃.

14. I. *fragrans Jacq.*; foliis linearibus reclinatis, scapo subcompresso subbifloro, spathis membranaceis aristatis tubum aequantibus. *Jacq. Coll. Suppl.* p. 9. *Ic. rar.* t. 274. *Vahl Enum.* II. p. 52. *Willd. Spec.* I. p. 197. SPARAXIS *Gawl.*

Bulbus pusillus; folia inferiora pedalia, interiora scapum vaginantia semipedalia, graminea; flores plerumque gemini, inferior sessilis, suaveolentissimi. Spatha albida, purpurâ striata; corolla tota lutea, laciniis tubo triplo longioribus patentissimis. Caps. subovata. *Jacq.* An huc, quaerit *Vahl*, IXIA *sublutea Lam.* III. p. 335. (GEISSORRH. *sublutea Gawl.*) foliis convolutis setaceis scapo unifloro longioribus, spathâ longitudine tubi? In *promont. b. spei.* ♃.

15. * I. *humilis Thunb.*; foliis linearibus multisulcatis erectis, floribus secundis. *Thunb. Ix.* n. 4. *Fl. capens.* I. p. 221. *Vahl Enum.* II. p. 53. *Willd. Spec.* I. p. 197. TRICHONEMA *humile Gawl.* GEISSORRHIZA? *humilis Gawl.*

Cl. *Vahl* IXIAM *bulbocodioïdeam de la Roche diss.* n. 6. junxit cum hac specie; *Thunb.* cum IXIA *Bulbocoidea.* Folia spithamaea angustissima; scapus simplex et ramosus filiformis; flores distantes 4-8, lutei, vel albido-rufescentes sive incarnati. Spathae vix unguiculares truncatae, tubo corollae (immaculatae luteae) parum breviores. An huc spectat, quaerit *Vahl*, IXIA *flava Lam. ill.* scapo folioso subbifloro, foliis linearibus canaliculatis striatis longissimis, stylo brevi? In *promont b. spei.* ♃. *

* *Gawler* nuperrime IXIAM *bulbocodioidem de la Roche diss.* p. 19. n. 6. sequenti modo describit: TRICHONEMA *caulescens*; (caulis! in et ante anthesin totus e terrâ extans) folio radicali fistuloso vaginante inde quadrisulco - tetraquetro, pedicellum superante, caulinis binis (rarius unico); spathae valvâ externâ naviculari-convolutâ rigidiusculâ herbaceâ; corollâ turbinato-patente, tubo brevissimo. *Bot. Mag.* t. 1392. additque Synon. Ixiae roseae variet. floribus aureis, superne albis. *Herb. Banks.* Specimen spontaneum capense.

16. I. *pyramidalis Lam.*; foliis inferioribus ensiformibus, floralibus ovatis attenuatis. *Vahl Enum.* II. p. 53. *Lam. Ill.* I. p. 109. *Enc. meth.* III. p. 334. LAPEYROUSIA *anceps Gawl.* β. humilior. WITSENIA *pyramidalis Pers. Syn.* p. 42.

Bulbus obovatus. Caulis spithamaeus vel semipedalis, apice in ramos 4-5 divisus aut simplex. Folia disticha, inferiora caule altiora, suprema semipollicaria, spathacea, glauca, patentissima. Flores axillares. Corollae tubus longissimus, filiformis, limbi laciniae quinquenerves, purpureo-violaceae, una strictiore. Stigmata 3, bifida. In *insulâ Franciae*; β. *in cap. b. spei.* ♃. cf. GLADIOLUM *ancipitem.*

17. I. *pudica*; foliis lanceolato-linearibus, utrinque tricostato-bisulcis, summis duobus oppositis, altero pedunculis

dichotomo-geminis longiore, altero brevissimo bracteaeformi; corollâ infra subcampanulato-convergente spatham duplo-triplove superante, tubo fere obsoleto. Trichonema *pudica* *Gawl. bot. Mag.* t. 1244.

Folia suprema involucrato-opposita; majus deorsum ventricosum, vaginans; brevius convolutum. Laciniae corollae obovato-lanceolatae subaequales; filamenta fere longitudine antherarum, supra basin densiori villorum flocculo barbata; stigmatum lacinulae fimbriatulae, revoluto-divaricatae, antheras parum excedentes. *Gawler.*

2. *Scapo foliis longiore.*

a. *Pilosae.*

18. * I. *pilosa;* foliis linearibus pilosis, scapo glabro. *Linn. Suppl.* 92. *Thunb. Ix.* p. 8. *Fl. capens.* I. p. 222. *Vahl Enum.* II. p. 54. *Willd. Spec.* I. p. 197. Hesperantha *pilosa Gawl.* α. Foliis pilosis. *Bot. Mag.* t. 1475. β. Foliis nudis. *Bot. Mag.* t. 1254.

Bulbus globosus, vix pisi magnitudine. Folia subterna; scapus palmaris foliis duplo altior; flores tres vel plures subnutantes, tubo capillari, limbi laciniis lanceolatis exterioribus supra albis subtus purpureo-virescentibus margine albis, interioribus totis albis. Vesperi ab hora 4 flores aperit. *Ad promont. b. spei.* ♃.

19. * I. *hirta Thunb.;* foliis ensiformibus hirtis, scapo glabro, floribus secundis. *Thunb.* de *Ix.* p. 9. *Fl. capens.* I. p. 223. *Vahl Enum.* II. p. 54. *Willd. Spec.* I. p. 197. (excl. syn. *Jacq.*) Geissorrhiza *hirta Gawler Ann. of Bot.* I. p. 224. (qui, an jure? ex Ix. *inflexâ de la Roche* p. 15. propriam Geissorrh. speciem constituit).

Valde sequenti similis, a qua differt: foliis villis albidis pilosissimis. Flores saturate coerulei. An huc Ixia foliis gladiolatis nervosis hirsutis, floribus spicatis terminalibus. *Mill. Ic.* t. 155. f. 1.? In *arenosis humidis promont. b. spei.* ♃.

20. I. *secunda Thunb.*; foliis nudis, scapo lanugine perminuta densissima vestito, rhachide perarcuatim flexuosâ, floribus secundis tubo brevi, antheris stigmatibus subjectis. *Gawler* in *Curt. Mag.* t. 597. *Thunb. diss.* n. 7. *Fl. capens.* I. p. 224. (excl. synonym. Ix. *flexuosa L.*, Ix. *scillaris L.*, Ix. *secunda de la Roche.*) *Prodr.* p. 9. *Berg. Fl. cap.* p. 6. I. scapo polystachyo villoso, foliis ensiformi-linearibus glabris, rachi patente, floribus erectis secundis *Jacq. Coll.* IV. p. 180. *Ic. rar.* II. t. 277. *Redouté Liliac.* VII. t. 406. *Vahl Enum.* II. p. 55. (excl. syn. *de la Roche.*) *Willd. Spec.* I. p. 197. et *Pers. Syn.* (rejectis hisce synonymis et *Houttuyn.*) Ixia *pusilla Andr.*

bot. Reposit. t. 245. Geissorrhiza * *secunda Ker Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 83. *α.* Floribus violaceo-coerulescentibus. *β.* iisd. albescentibus *Gawl.* in *Bot. Mag.* t. 1105.

Bulb. oblongus ovatus acutus, tunicâ laevi atro-fuscâ; folia radicalia duo, caulina 1-2, angusta, lineari ensiformia, rigidiuscula, striata, nervo medio prominente. Scapus 4-8pollicaris, ramis axillaribus 1-2. Spathae apice rubello-flavo variegatae. Flores 1-6, erecti, inodori, limbo rotato patente caeruleo-violaceo; segmenta ovata, acuta, aequalia, plána. Filamenta antheris breviora. Stigmata subrevoluta. In *promont. b. spei.* ♃. Confer. Ix. *scillarem.*

21. I. *obtusata;* foliis radicalibus ensiformi-linearibus obtusis. Geissorrhiza *obtusata Ker* in *Bot. Mag.* t. 672. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 83. Geiss. *setacea γ. Gawl. Ann. of Bot.* I. p. 224.

In *cap. b. spei.* ♃.

22. I. *LaRochei nob.*; caule foliisque nudis, spatha subventricoso-ovali faucem cum tubo aequante, laciniis lanceolatis foveolâ melliﬂuâ basi insculptis, pistillo corollam fere aequante. Ixia *rochensis Gawler α. palmaris*, non ramosa, 1-2flora, foliis subulatis angustioribus, limbo radiatim patente. *Gawler Curt. Mag.* t. 598. Ix. *azurea Banks Herb.* — *β. spithamaea*, ramosa multiflora, foliis linearibus, floribus spicato-secundis, rhachidis flexubus arcuatis, corolla campanulato-patente. (*e.* specimine sicco. An laciniae foveolato-insculptae, nec ne, indeque species distincta?) Ix. *violacea Banks Herb.* Ixia *secunda de la Roche* p. 17. *Houttuyn Linn. Pfl. Syst.* II. t. 78. f. 1. Geissorrhiza ** *rochensis Ker* in *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 83.

Bulbus ut in Ixia *secunda.* Folia firma, striata. Flores erecti. Spatha lata, striata, convoluto-ovata. Antherae parvae, ovato-sagittatae; filamenta erecta, subpatentia. Stigmata recurva. Limbus in *α* rubro-violaceus, basi purpureus, fascia albâ. In *promont. b. spei.* ♃.

* Geissorrhizae genus sequentibus characteribus constituit *Ker Ann. of Bot.* I. p. 223. „Spatha bivalvis. *Cor.* tubulosa: limbus sexpartitus patens regularis. Stylus inclinatus. *Caps.* ovalis trigona." Huc: Ixia *La Rochei*, *secunda*, *obtusata*, *excisa*, aliaeque.

** Geissorrhiza *setacea Gawler Ann. of Bot.* I. p. 224. Ixia *setacea Thunb. Vahl* a *Willd.* omissa.

α. Caule uni-plurifloro, corollâ cyaneâ, fundo discolore. Geiss. *rochensis Gawl.* l. c. Ix. *rochensis Bot. Mag.* t. 598. Ix. *radians Vahl.*

β. Caule simplici paucifloro, corollâ sulphureo-albescente extus tinctur rubicundâ suffusâ, fundo virescente. Geiss. *setacea Bot. Mag.* t. 1255.

γ. Caule simplici, vel uniramoso, multifloro; corolla proxime praecedenti fere concolore. Geiss. *obtusata Bot. Mag.* t. 672. Ix. *geminata Vahl Enum.* II. p. 68.

b. *Glabrae, foliis crispis.*

23. * I. *crispa*; foliis linearibus (undulato-crispis) spathae valvulis exterioribus tridentatis, (floribus remotis, antheris brevissimis subdidymis extrorsum deflexis, stigmatibus tubum usque discretis reflexo-patentibus, antheris subjectis) *Linn. Suppl.* 91. *Thunb. Ix.* p. 9. t. 2. f. 3. *Fl. capens.* I. p. 226. *Vahl Enum.* II. p. 55. *Willd. Spec.* I. p. 199. *Curtis Mag.* t. 599. *Redouté Liliac.* VIII. t. 433. Ix. *undulata Burm. prodr. cap.* 1.

Folia circiter 5-6, scapo duplo-quadruplo breviora, nervo medio flavescente. Scapus pedalis. Spathae membranaceae valvula exterior tri-interior bidentata; flores 3-4 parvi coerulei, (apud *Curtis* et *Redouté* carmesini) rarius albi segmentis obovatis obtusis patentibus. Stigmata apice clavata. In *cap. b. spei.* ♃.

24. * I. *cinnamomea*; foliis subfalcato-reflexis, (undulato-crispis) spathae valvulis exterioribus obtusis acuminatis. *Linn. Suppl.* 92? *Thunb.* de *Ix.* p. 9. t. 2. *Fl. capens.* I. p. 227. *Vahl Enum.* II. p. 56. (excl. syn. *Andrews's*). *Willd. Spec.* I. p. 199. Hesperantha * *cinnamomea Ker bot. Mag.* t. 1054.

Bulbus conicus, pisi magnitudine, deorsum imbricatus. Folia radicalia 2, scapo diphyllo triplo breviora. Flores 3-9, erecti; spatha exterior apice purpurascens, interior apice bifida. Corollae tubus purpurascens, limbi laciniis albis, tribus exterioribus extus purpurascentibus. Flores noctu Cinnamomum spirant. In *promont. b. spei collibus Leuwestaart.* Non differre ab Ix. *falcatâ*, nisi foliis crispatis, floribusque minoribus, copiosioribus *Gawler.* Florum spicam referre Glad. *recurvum;* differre corolla regulari. Foliis crispis similem esse Ixiae *crispae*, differre vero foliis lanceolatis, latioribus. *Thunb.* ♃.

25. * I. *corymbosa;* scapo ancipiti ramuloso, ramis corymboso-paniculatis sursum paucifloris, limbo regulari tubo cum fauce breviore, staminibus patentissimis. *Gawler Thunb. diss.* n. 10. *Fl. capens.* I. p. 229. (excl. syn. *de la Roche. Houtt. Linn. Pfl. Syst.* XI. t. 77. f. 1. *Jacq. Ic. rar.* t. 288. *Willd. Spec.* I. p. 199. *Vahl Enum.*

* *Ker* in *Ann. of Bot.* I. p. 224. HESPERANTHAE genus novum constituit: *Spathâ* bivalvi; *Cor.* tubulosa, limbo 6partito regulari; *stigm.* 3, ad tubum usque distinctis; *Caps.* oblongâ trigonâ. Huc:

Hesp. 1. *virginea.* Ixia *Soland. Herb. Banks.* nobis plane ignota.
2. *radiata.* cf. Ixiam *radiatam* et *recurvam.*
3. *angusta.* Ixia *Jacq. Vahl.*
4. *pilosa.* Ixia *L. Willd. Vahl.*
5. *cinnamomea.* Ixia *Willd. Vahl.*
6. *falcata.* Ixia *Vahl.*

II. p. 56. IXIA *crispifolia Andr. bot. repos.* t. 35. I. *fastigiata Lam. Enc. meth.* III. p. 337. a *Gawlero* olim in *Annals of Bot.* I. p. 238. minus recte pro distincta specie recensita. LA PEYROUSIA * *corymbosa Gawl.* in *Curt. Mag.* t. 595. Caryophyllus monomotapensis, nervosis Bupleuri foliis, intus cavis, flore coeruleo, cauliculis secundum longitudinem alatis. *Plukn. Almag.* p. 87. t. 275. f. 1. *Vahl* l. c. huc duxit, ut varietates. β. floribus albis. γ. humilior. Ix. *fastigiata Lam.*

Bulbus ovatus, reticulatus; caulis spithamaeus, 1-2phyllus; folium unum radicale caule nunc altius, nunc brevius; quinquenerve; pedunculi plerumque dichotomi; flos 1-2 in singulo pedicello; spathae apice rubicundo; cor. coerulea stella in fundo alba. Varietatem semipedalem, folio radicali margine plano vidit *Vahl.* In γ., quod pro propria habet specie cl. *Persoon Syn.* I. p. 47. Corolla ex flavo purpurascens. In *sabulosis et viis ipsis Swartlandiae ad promont. b. spei.* ♃.

26. I. *heterophylla Willd.;* foliis radicalibus lineari-ensiformibus planis, floralibus linearibus obtusis undulatis floribus longioribus, spathis univalvibus. *Vahl Enum.* II. p. 57. *Willd. Spec.* I. p. 199. GALAXIA *plicata Jacq. rar.* II. t. 291. LA PEYROUSIA *fasciculata Gawl.*

Bulbus conicus, striato-rugosus, fuscus, Avellana minor. Caulis sesquipedalis, superne incrassatus, albidus, solutus in fasciculum densum foliorum striato-plicatorum; folium infimum 5pollicare, huic oppositum sesquipollicare; flores axillares albi, spatha albida pellucida univalvis. Corollae lacteae tubus filiformis, uncialis, limbi laciniis patentissimis basi puncto nigro. In *cap. b. spei.* ♃.

* Genus olim ab Abb. *Pourret* conditum *Act. tolos. Journ. d. phys.* p. 431 recepit *Gawler: Corolla* hypocrateriformis: tubus gracillimus in faucem turbinatam recto-continuam sensim dilatatus limbo longior: limbus sexpartitus laciniis regularibus vel parum irregularibus. *Stam.* erecta. *Stigm.* tria, gracilia bifida patentia. *Semina* numerosa. — Plantae plerumque spithamaeae. vix unquam pedales.

Sequentes recenset species (*Annals of Bot.* I. p. 238.):

L. 1. *corymbosa.* IX. *corymbosa Vahl* etc.
2. *falcata.* GLADIOLUS *Thunb., Vahl.*
3. *fasciculata.* IX. *heterophylla Vahl.* GALAXIA *plicata Jacq. Ic. rar.* t. 268.
4. *fissifolia. Bot. Mag.* t. 1246. *Jacq. Willd. Vahl.*
5. *anceps.* GLADIOLUS *Vahl* n. 64. GL. *denticulatus Lam. Ill.* t. 118. IXIA *Fabricii de la Roche diss.* n. 5. IXIA *pyramidalis Lam. Enc. meth.* III. p. 334. *Illustr.* I. p. 109. *Vahl* n. 10. LA PEYROUSIA *compressa Pourret Act. Tolos.* III. p. 79. t. VI.
6. *silenioides.* GLADIOLUS *Vahl. Jacq.*
7. *bracteata.* GLADIOLUS *Vahl. Thunb.* } An satis diversae a *fissifolia* et *ancipiti?*
8. *Fabricii.* GLADIOLUS *Vahl. Thunb.* }

c. *Glabrae, foliis planis.*

27. I. *anemonaeflora, Jacq.*; foliis lineari-ensiformibus erectis scapum uniflorum aequantibus. *Vahl Enum.* II. p. 58. *Willd. Spec.* I. p. 200. *Jacq. Ic. pl. rar.* t. 273. *Redouté Liliac.* II. t. 84.

Bulbus subrotundus, magnitudine Avellanae, tunicâ striatâ, fuscâ. Folia radicalia plura decempollicaria, nervo medio protuberante. Scapus circa medium inflexus nitidus, viridis. Spathae valvula altera bi-altera tridentata. Cor. alba flavedine levissima; limbus diametro bipollicari, laciniis obovatis obtusissimis. *Jacqu.* In *promont. b. spei.* ♃.

28. I. *coelestina Bartr.*; foliis lineari-subulatis scapo unifloro multoties brevioribus. *Willd. Spec.* I. p. 200. *Vahl Enum.* II. p. 58. *Bartram it.* p. 152. t. 3. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 29.

Rad. bulbosa subrotunda, caule tereti vaginato, foliis lineari-lanceolatis, floribus expansis magnis coeruleis. In *Carolinâ.* ♃.

29. I. *recurva Vahl*; foliis linearibus, scapo simplicissimo, spicis secundis, floribus recurvis. *Vahl Enum.* II. p. 58. (excl. synon. *Jacq.*) *Gawler* ad Ix. *radiatam*, s. Hesperantham suam *radiatam* ducit, citatque *Bot. Mag.* t. 573 et 790.

Folia nervo intermedio et marginali crassioribus, duo scapum pedalem longe vaginantia. Flores 8-10. Spathae unguiculares viridi-flavescentes, apice parum purpurascentes. Corollae tres exteriores extus flavescentes, intus pallide purpurascentes, interiores albae. In *promont. b. spei.* *Vahl* l. c. citat. Ix. *radiatam* (olim *fistulosam*) *Andrews's* t. 59. An ergo Ix. *radiata?* ♃.

30. I. *angusta Vahl*; foliis linearibus, scapo simplici flexuoso, floribus secundis. *Vahl Enum.* II. p. 59. *Willd. Spec.* I. p. 202. *Hayne term. bot.* t. V. f. 1. Ix. *linearis. Jacq. Collect.* IV. p. 183. *Ic. rar.* t. 279. Hesperantha *angusta Gawl.*

Affinis habitu et structurâ florum Ix. *falcatae*; folia disticha, erecta, striatula. Scapus 8pollic., foliis altior. Flores 3-4. Differt ab Ix. *falcatâ* petalis utrinque albis. In *promont. b. spei.* ♃.

31. * I. *flexuosa*; tubo gracili paulatim ampliato: limbo infra breviter campanulato-contracto, laciniis ovali-oblongis patentibus, stigmatibus haud usque tubum discretis. *Gawler Curt. bot. Mag.* t. 624. *Linn. Spec.* 51. *Hort. Kew.* I. p. 58. ed. 2. I. p. 87. *Houttuyn Linn. Pfl. Syst.* XI. p. 31. *Willd. Spec.* I. p. 202. (*Vahl* omisit!) Ixia *polystachya Burm. Fl. cap. prodr.* I. var. maculata

more IXIAE *maculatae.* Ix. *erecta* var. violacea *Thunb. diss.* 18? IXIA *capitata* var. *stellata*, *Andr. Bot. Rep.* t. 232. *Mill. Ic.* t. 156. f. 2. Ix. *polystachya Redouté Liliac.* 126. (fide *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 87.)

Variat corollis albis, pallide incarnatis, carmesinis, et violaceis. Bulbi depressi, inferne umbilicato-convexi. Folia lineari-ensiformia, nervosa, tria interiora vaginantia; scapus erectus, gracilescens, filiformis, laxiusculus, 1-3pedalis, foliis longior, simplex aut ramosus, ramis 3-6 paniculatis. Flores 6-10 in spicâ oblongâ brevi. Spathae scariosae, membranaceae, plerumque denticulatae. Tubus limbo plerumque brevior. Laciniae obtusae, alternatim angustiores, subinde maculatae. Affinis IXIAE *patenti.* In *cap. b. spei.* ♃.

32. I. *rapunculoïdes Redout.*; foliis lineari-lanceolatis subfalcatis, ramulis contortis bifloris, corollâ basi obconicâ urceolatâ, laciniis ovato-lanceolatis subreflexis. *Redouté Liliac.* VIII. t. 431.

Similis I. *flexuosae Bot. Mag.* t. 614; sed huic tubus longior, gracilior, et limbi laciniae manifeste ovatae. Scapus 18poll., versus basin foliis 2-3, nervosis, extrorsum curvatis; vaginae cylindricae, aphyllae; flores 10-11, in racemo pyramidali, pedunculis bifloris, flore altero sessili, altero pedicellato; valvulae spathae membranaceae, longitudine tubi corollae, lanceolatae, nervis 2-3; corolla campanulata lilacina, laciniae 6-7 lin. longae; filamenta vix ultra basin laciniarum prominentes, columellae specie stylum ambientes. Ovarium globulosum; stylus longitudine staminum. Ab apice florere incipit. *Colitur in horto Sevrensi.* ♃.

33. I. *acuta Lichtenstein;* foliis linearibus, floribus secundis, spathis medium tubo excedentibus, laciniis petalorum acutis. *Lichtenstein Spicilegium Fl. capens.* MSS.

Caulis spithamaeus et ultra; folia tria vaginantia linearia, plana, marginata, scapo breviora. Scapus flexuosus compressus. Flores secundi plerumque tres vel quinque. Spatha compressa, valvula interiore minore membranacea. Corolla infundibuliformis, tubo recto inferne filiformi spathas longe superante. Petala exteriora fuscorubentia interiora pallida. Antherae exsertae longissimae. —

Similis I. *lineari* (*Vahl Enum. pl.* II. p. 61.) Sed satis distincta foliorum figura et longitudine tubi. *Habitat in Karroo ad pedem montis Roggeveldsberg, cap. b. spei.* ♃.

34. I. *phlogiflora Redouté;* foliis lingulatis falcatis, scapo gracili ramoso, tubo clavato, laciniis ovato-oblongis, stylo capillari, longe trifido, stigmatibus minutis capitatis. *Redouté Liliac.* VIII. t. 432.

Folia nervis cartilagineis exsiccatione valde prominulis, 5-6poll. longa; scapus fere pedalis, gracilis, ramo subdivergente, sesquipollicari, basi squamis duabus diaphanis vestito, 3-4floro,

rhachi terminali 6-7florâ, subflexuosa. Flores distichi, secundi ante anthesin. Spathae bivalves scariosae, nervis 2-3 fuscis, in totidem denticulos abeuntibus. Tubus 8 lin. longus, spathas superans, viridi-flavescens, subtrigonus, subarcuatus. Cor. ante expansionem violacea, demum limbo rotato rosea, 15 lin. in diametro. Stamina laciniis corollae breviora, stylum in modum tubi vaginantia, caeterum libera. Ovarium oblongum, trigonum. In *promont. b. spei.* ♃.

35. I. *virgata Willd.*; foliis setaceis, scapo ramoso virgato flexuoso. *Willd. Spec.* I. p. 202. *Vahl Enum.* II. p. 59. *Hayne term. bot.* t. 5. f. 10. Moraea *virgata Jacq. Ic. rar.* t. 228. *Pers. Syn.* I. p. 49. *Gawler Bot. Mag.* in textu ad t. 1103.

1 1/2pedalis; folia bipedalia, angustissima, flaccida; spathae saepe 4valves acuminatae. Flores brevissime pedunculati, e spathis successive prodeuntes. Cor. infundibuliformis, laciniis planis patentissimis, tubo triplo longioribus luteis, cum fasciâ mediâ virescente. Filamenta flava. Stigma sexfidum. *Jacq.* l. c. In *promont. b. spei.* ♃.

36. * I. *scillaris*; corollae laciniis obtusissimis, antheris brevissimis sulcato-didymis capitato-conniventibus, stigmatibus infundibuliformibus hiantibus infra antheras recurvatis. *Gawler Curt. Mag.* t. 542. et ex hoc: *Linn. Spec. Pl.* 52. *ejusque Herbarii* (nec *Thunbergii*). *Hort. Kew.* I. p. 59. *Houtt. Linn. Pfl. Syst.* t. 77. f. 2. Ixia *pentandra Linn. fil. Suppl.* p. 92. *Thunb. diss. Ix.* n. 22. *Willd. Spec.* I. p. 207. (Ergo et *Vahl Enum.* II. p. 67.) Ixia *retusa Salisb. prodr. hort.* 35. 11. *α. latifolia:* spicâ elongatâ, corollae tubo spatham brevem subaequante, laciniis reflexis, foliis latere excisis (saepissime subundulatis), scapo tri-quadruplo brevioribus. *Gawler* l. c. Ix. *polystachyae variet. Jacq. coll. Suppl.* 159. t. 2. f. 1. Ix. *reflexa Andr. bot. repos.* t. 14. Ix. *rotata ejusd.* in *recens.* *β. angustifolia:* floribus minoribus, tubo capillari spathâ duplo longiore laciniis patentibus (modo retusis) aequali, foliis subexcisis longioribus. *Gawl.* Ix. *polystachya Jacq. rar.* II. t. 275. *Andr. bot. repos.* t. 128.

Bulbus vix *pisum* magnitudine superans, rotundus, tunicâ fuscâ. Caulis 1-1 1/2ped., simplex aut ramo uno alterove. Spica in *α* 10-20flora, floribus basi remotioribus. Folia 3-4. Spathae valva exterior tri-interior bi-dentata. Segmenta subunguiculata, obovata, concava, demum reflexa. Pistillum staminibus brevius. Stigma ciliatum. Corollae purpureae, roseae, variegatae et albae. Inodora. — *β.* odora, et forte species propria, tardius florens. *Gawl.* In *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 89. *α* et *β* reverà nunc ut species distinctae adducuntur, sed reformatâ plane synonimiâ. *α* est: Ix. *scillaris*, corollae tubo longitudine spathae, limbi laciniis spathulatis concavis, stigmatibus, infun-

dibuliformibus. Huc: Ix. *scillaris Linn. Spec.* 52. *Ker bot. mag.* 542. *Redouté Liliac.* t. 127. Ixia *pentandra Willd. Spec.* I. p. 207. Ixia *reflexa Andrews repos.* 14. Ixiae *polystachyae* varietas *Jacq. Coll. Suppl.* 159. t. 2. f. 1. β. est Ix. *retusa*; corollae tubo spathâ duplo longiore, limbi laciniis oblongis, stigmatibus fisso-hiantibus. Ix. *retusa Salisb. prodr.* 35. Ix. *polystachya Jacq. Ic.* II. t. 275. *Coll.* III. p. 269. *Bot. mag.* t. 629. Ixia *polystachya* var. *incarnata Andr. repos.* t. 128. — *Thunb.* Ix. n. 22. de *pentandra* sua haec habet: „Folia inferne in scapo semipedali et ultra simplici vel ramoso distiche alternantia; inferiora 1 1/2 pollic., insequentia 2 1/2 pollicaria, omnia 3-5 nervia. Flores parvi, inferiores remotiores. Spatha basi fusca, apice caerulescens, valvulâ exteriore tridentatâ, alterâ bifidâ. Corollae tubus spathâ vix longior, virescens, limbi laciniis purpureis. Stamina saepius 3, rarius 4-5. Stigmata 3, rarius 4-5.“ cf. et *Thunb. Fl. capens.* I. p. 247. et Ix. *scillarem* hujus operis.

37. I. *phalangioides nobis*; foliis linearibus, floribus secundis, spathae valvula exteriori membranacea integra tubo corollae brevissimo. I. *scillaris Vahl Enum.* II. p. 59. *Thunb. Diss.* n. 14. *Willd. Spec.* I. p. 203. (excl. syn. *Houtt.* t. 77. f. 2.) Ix. *ramosa Gawl.*

Bulbus magnitudine pisi, deorsum squamatus; folia longe vaginantia, spithamaea, scapo breviora, 1/2 lineam vix lata, rami filiformes, laxi; flores remoti saepe 10; spathae valvula apice cinerea, interior bifida cinerea; Cor. tubus brevissimus, flavovirens; limbi laciniae flavae, tribus exterioribus dorso purpurascentibus. Scapus interdum simplex. *Thunb.* l. c. In *promont. b. spei.* ♃.

38. * I. *capillaris*; foliis linearibus (interdum) cartilagineo-marginatis, scapi ramis pedicelliformibus unifloris, spathis membranaceis dentatis scariosis 5 striatis divaricatis, tubo et fauce turbinato continuis subsulcato-angulatis, laciniis lineari-oblongis, antheris conniventibus stigmata subaequantibus. *Gawler* ap. *Curtis* t. 570. et hoc teste *Linn. Suppl.* p. 9. et: α. *gracillima* l. c. foliis linearibus angustissimis non marginatis spatha tubum superante. I. *gracilis Salisb. prodr. hort.* n. 22? Ixia *linearis* auctorum. β. *stricta:* foliis cartilagineo-marginatis, ramulis 1-7floris racemoso digestis. *Gawl. Curt. bot. Mag.* t. 617. I. *capillaris Linn. Willd. Spec.* I. p. 201. *Vahl Enum.* II. p. 60. *Thunb.* t. 2. f. 2. Ixia n. 12. *Fl. capens.* I. p. 232. Ixia *lancea Jacq. Ic. rar.* t. 281. γ. *aulica*, robustior, ramis multifloris, spathâ tubum turbinatum subaequante. *Hort. Kew.* p. 57. *Willd. Spec.* I. p. 207. *Pers. Syn.* I. p. 48. *Bot. Mag.* 1013. δ. *incarnata*; praecedentis magnitudine, tubo et fauce ex cylindrico anguste turbinatis, spathâ multo-longioribus, limbo hypocrateriformi patente.

Curtis bot. Mag. t. 617. Ixia *incarnata Jacq.* t. 282. *Willd. Spec.* I. p. 201, qui uti *Vahl*, pro specie propriâ habet, quam vide. In *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 86. *α* et *γ* ut *species* servantur.

Bulbus reticulatus magnitudine Avellanae. Folia scapo bipedali capillari dimidio breviora. Spathae valvula exterior subtruncata, striis 3 fuscis in totidem denticulos desinentibus. Laciniae corollae plus minus ex albido-caerulescentes aut violaceae venoso-reticulatae, venis tribus purpurascentibus. Antherae appressae. In *promont. b. spei.* ♃.

39. I. *fucata Gawl.*; foliis plusculis, anguste lineari-gramineis, glaucinis, scapo brevioribus; spicâ pauci- (1-2) florâ, flexuosâ, sinubus profundis; spathis acutis striatis tubo subtriplo brevioribus; corollâ hypocrateriformi; tubo subclavato stricto striato: laciniis ellipticis tubo brevioribus, extimis deflexulis, intimis incurvatis; filamentis columellari-compactis, antheras erecto-divergentes subaequantibus, stigmatibus antherarum basin versus recurvatis. *Gawler* in *Bot. Mag.* t. 1379.

Affinis nimium Ix. *capillari*, ac si ejus hybrida; sed foliis glaucis enerviis, corollae tubo nec in faucem ampliato limbique inflexione diversa. *G.* *Promont. b. spei.* ♃.

40. I. *incarnata Jacq.*; foliis ensiformibus margine reflexis, floribus sessilibus secundis, spathae valvulâ exteriore tridentatâ. *Vahl Enum.* II. p. 60. *Willd. Spec.* I. p. 201. *Jacq. Ic. rar.* t. 282. (Haec a cl. *Gawler* pro Ixiae *capillaris* var. δ. habetur.)

Bulbus magnitudine Avellanae, subrotundus. Folia semipollicaria, firmula, nervo medio protuberante. Scapus sesquipedalis. Flores 5 et plures, pollicares, inodori. Spatha striâ pallide purpureâ pro singulo dente. Corollae tubus incurvatus, albidus, laciniis pallide roseis, apice rotundatis, patentissimis. *Jacq.* In *promont. b. spei.* ♃.

41. * I. *linearis*; foliis linearibus angustissimis convexis, scapo simplici, floribus secundis, spathis ovatis acutis. *Vahl Enum.* II. p. 61. *Willd. Spec.* I. p. 201. *Thunberg Ix.* n. 12. *Fl. capens.* I. p. 231.

Bulb. ovatus magnitudine Avellanae. Caulis palmaris et ultra. Folia circiter 3, infimum scapo paulo brevius, lineâ mediâ elevatâ, superiora spathacea, pollicaria, flores raro solitarii, plerumque 2-3, secundi. Corollae tubus albidus, laciniae unguiculares, obtusae, cum acumine. Stigmata revoluto patentia, purpurascentia. Capsula 6 striata. In *promont. b. spei.* ♃.

42. I. *imbricata de la Roche*; foliis linearibus, scapo polystachyo, floribus secundis, spathis longitudine tubi ovatis acutis. *De la Roche Diss.* n. 3. *Vahl Enum.* II. p. 61.

Geissorrhiza *imbricata Gawl. Ann. of Bot.* I. p. 224. et ex hujus auctoritate: Ixia *scillaris Thunb. de Ixia* n. 14. *Vahl*, nec Linnaei, quae illorum Ixia *pentandra*.

Bulbus squamis imbricatus. Caulis dodrantalis. Rami graciles. Folia caule dimidio breviora. Flores laxe spicati; spathae valvulâ externâ majore margine coloratâ; corollae laciniae lanceolatae 3 extus rubrae, omnes interne luteo-albae. — Differre ab I. *corymbosâ*, pro cujus varietate *Thunberg* habuit, bulbo reticulato, scapo non ancipite, foliis non crispis *Vahl*, qui potius fors varietatem Ix. *linearis*, dubitans licet, suspicatur. In *promont. b. spei.* ♃.

43. I. *lancea Thunb.*; foliis ensiformibus margine revolutis, scapo simplici flexuoso, floribus secundis, spathis obtusis. *Thunb. Ix.* n. 21. *Fl. capens.* I. p. 246. *Vahl Enum.* II. p. 62. *Willd. Spec.* I. p. 206. (excl syn. *Jacq. leucantha*). An I. *squalida*?

Bulbus Avellanâ major, rudimentis foliorum dense involutus. Folia 3-4, digitalia, nervo medio et margine crassiora, scapo duplo breviora. Flores circiter 6, albo-purpurascentes. Spathae cinereae, apice integrae. In *promont. b. spei.* ♃.

44. I. *pectinata Vahl*; foliis revoluto subulatis, floribus secundis, spathis membranaceis obtusissimis tubo elongato brevioribus. *Vahl Enum.* II. p. 62. Tritonia *pectinata Gawler*.

Caulis pedalis, simplex, superne compressus, flexuosus. Folia 2-3 in caule, sesquipollicaria vel minora. Flores 7, parum distantes. Spathae vix semipollicares, griseae, apice fusco marginatae. Corollae albido-incarnatae; tubus spatha duplo longior: limbi laciniae oblongae obtusae. An eadem cum praecedente? quaerit *Vahl.* In *promont. b. spei.* ♃.

45. I. *tenuifolia Vahl*; foliis subulatis quadrisulcatis, scapo filiformi, spathis membranaceis dentatis tubo corollae brevioribus. *Vahl Enum.* II. p. 62.

Folia 3, semipedalia et parum ultra, unicum excedens scapum parvum, reliqua angustissima, medio nervi 2 approximati; vagina ferruginea; scapus foliis parum gracilior. Flores 6-7. Spathae apice fusco-purpurascentes, tubo triplo breviores, exterior tri-, interior bidentata. Corollae tubus filiformis, purpureus, laciniae limbi pallide purpureae, lineari-oblongae, obtusae. In *promont. b. spei.* Ex Herb. *Royen.* ♃.

46. I. *filiformis Vent.*; foliis ensiformibus, scapo simplici, spicis subnutantibus, spathis membranaceis dentatis tubo brevioribus. *Vahl Enum.* II. p. 63. *Ventenat jard. de Cels.* t. 48. *Redouté Liliac.* I. t. 30. (exclus. synonym. Ixiae *aristatae Schneevogt Ic.* t. 32.) *Curtis bot. Mag.* t. 589.

In *Hort. Kew.* Ixia *filiformis Vent.* et *Redouté* ducitur ad Ixiam *patentem* quam confer: *Redouté* tamen, qui ad t. 362. Ix. *aristatam* et *patentem*, ut varietates *grandiflorae* adducit, de hac *filiformi* silet. Bulbus magnitudine Avellanae tunicatus; folia disticha nervosa. Scapus gracilis foliis duplo altior. Flores purpurei, plures, inodori. Spatha exterior 3-, interior biaristata. Cor. tubus gracilis albo virens. In *promont. b. spei.* ♃.

47. I. *leucantha Jacq.;* foliis lineari-ensiformibus, floribus secundis, spathis dentatis tubo brevioribus. *Vahl Enum.* II. p. 63. *Jacq. Collect.* V. p. 11. *Ic. rar.* II. t. 278. I. *candida*, scapo erecto, foliis lanceolato-linearibus, obliquis; floribus racemosis, inferioribus geminatis, laciniis perigonii ovato-acutis. *Redouté Liliac.* VIII. t. 426.

Bulbus magnitudine Avellanae subrotundus, tunica striata. Folia longitudine scapi vel breviora, firma, 2-3, obliqua. Scapus pedalis-sesquipedalis, gracilior pennâ columbinâ, ramo duplici, inferiore plerumque abortiente. Flores secundi, 4-7, nutantes, inodori, valvulae spathae late ovatae, exterior tri-, altera bidentata. Corollae tubus incurvus, viridi pallens; limbus albidus, extus basi leviter flavo-viridulus, laciniis ovatis obtusis. Stigmata apice villosa. Spathae valvulae apice caerulescentes. An huc, quaerit *Vahl*: Ixia *foliis linearibus*, *floribus spicatis sessilibus*, *Mill. Ic.* t. 156. f. 2? vix ad *flexuosam* spectans? In *promont. b. spei.* ♃.

48. * I. *maculata;* foliis lineari-ensiformibus marginatis, scapo [sub]polystachyo, corollis basi maculatis, tubo spathis longiore. *Vahl Enum.* II. p. 64. (excl. var. δ.) *Willd. Spec.* I. p. 205. *Redouté Liliac.* III. t. 137. *Andrews's* t. 196. *Vahl* l. c. sequentes enumerat varietates: α. *albidam.* β. *flavam Mill. Ic.* t. 156. f. 1. Ix. *conica Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 87. et, ex hujus auctoritate *Salisb. prodr.* 36. *Bot. Mag.* t. 539. *Redouté Liliac.* t. 138. Ix. *capitata* var. flore aurantiaco *Andr. repos.* t. 50. Ix. *fuscocitrina Redouté Liliac.* t. 86. Ix. *Milleri Berg. Fl. cap.* p. 8. γ. *flavam* apicibus purpureis. δ. *albo coerulescentem.* ε. *coeruleam Jacq. H. Schönbr.* t. 19. *Curt. Mag.* t. 789. ζ. *purpuream macula pallida.* η. *rubram Schneevogt Ic.* t. 25. *Jacq. H. Schönbr.* t. 20. *violaceam Jacq. ib.* t. 23. et alias innumeras varietates 38 t. 21. 22. l. c. In *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 88, praeter synonyma huc allata, excluso vero β, huc adducuntur *Bot. Mag.* t. 549 et 1285.; *Andr. repos.* 196, 256 et Ixia *capitata* var. *ovata Andr. repos.* 23.; var. flore albo, fundo nigro, *ibid.* 159.; Ixia *spicata* var. viridi-nigra, *ibid.* 29. s. *viridiflora Lam.*, quae ne pro varietate quidem habetur ibidem.

Ab Ixia *polystachya* s. *erecta* vix nisi maculâ basi corollae diversa. Scapus plerumque simplex; folia angusta, interdum parum la-

tiora. In *promont. b. spei.* ♃. „Ex ejusdem speciei bulbis in horto florentino cultis emersere: I. *maculata* a. alba fundo violaceo; b. citrina, laciniis basi nigro maculatis, maculis alternis cordatis majoribus; c. sublutea, fundo atro-purpureo stellato; d. *humilis*, corollâ aureâ, fundo atro-purpureo *Zuccagn. C. I. ap. Römer Collect.* p. 119. *Gawler* β. seu Ix. *conicam* suam, tanquam speciem propriam, sic describit: Scapus simplex. Spica lato-thyrsiformis, rhachis flexuosa 1-8flora; spathae membranaceae, exterior late-ovata, interior angustior bifida, utraque tubo brevior, qui 1-3plo brevior quam limbus patentissimus, segmenta oblongo-ovalia, firma, exteriora latiora, obtusiora, externe apice purpurascentia, complicata (coelo nubilo) in conum acutum, nunc aurantiaca, nunc straminea; diameter corollae 1-2pollic. Folia 4-5 graminea, scapi 6pollic.-2ped. medium attingentia. *Hort. Kew.* l. c. stigmata petit non ultra basin antherarum divisa in *conicâ*, in *maculatâ* vero stigmata ad tubum usque distincta. ♃.

49. * I. *dubia;* foliis ensiformibus, scapo monostachyo, floribus maculatis, spatharum valva exteriore uniaristata, interiore biaristata. *Ventenat choix des plantes* t. 10. *Redouté Liliac.* II. t. 64. *Poiret Enc. meth.* III. p. 204. Videtur quibusdam I. *conica Gawl.*, s. varietas minor variegata I. *maculatae.* Sed Ix. *conica* prostat in *Redouté Liliac.* t. 137. Intermedia *maculatam* inter et *erectam*, quacum jungitur in *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 88. et ne pro varietate quidem habetur, sed differt ab utraque scapo monostachyo. Spathâ differt a *maculatâ* et corollis maculatis ab *erectâ.*

Habitus et folia nervosa utriusque; differt ab *erecta* floribus interne basi maculâ purpureâ saturatissimâ, a *maculatâ* vero formâ spathae et spicâ ut plurimum simplici. Corolla aurea, tubus gracilis, pallide flavens, spathâ triplo longior. Laciniae ovali-oblongae. An varietas Ix. *hyalinae*? IXIAM *erectam* et *maculatam* cum *dubia* jungi posse nomine I. *nervosae*, et tres inde constitui species *Ventenat.* Anne huc IXIA *hybrida Gawler* apud *Curtis* n. 624, Ix. *flexuosa Curtis* t. 127? In *promont. b. spei.* ♃.

50. I. *viridiflora Lam.;* foliis lineari-ensiformibus marginatis, scapo polystachyo multifloro, corollis basi maculatis, tubo spathis enerviis longiore. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 56. *Lam. Enc. meth.* III. p. 340. n. 28. *Illustr.* I. p. 112. *Redouté Liliac.* VIII. t. 476. *Persoon Syn.* I. p. 48. Ix. *spectabilis* var. *amoena Salisb. prodr. hort.* n. 10. 12. Ix. *abbreviata Houtt. Linn. Pfl. Syst.* XI. t. 78. IXIA *maculata* δ. *viridis Vahl Enum.* II. p. 64. *Jacq. H. Schönbr.* I. t. 23. *Gawl.* in *Curt. Mag.* t. 549. I. *spicata* var. viridi-nigra *Andrews* t. 29. *Schneevogt* et *Geuns* t. 6.

Certe species distincta, non tantum colore prasino florum elegantissimo fundo nigricante, sed et spicâ elongatâ magis. *Willd.*

l. c. *Gawler* vero nil nisi Ixiae *maculatae* varietatem esse, quam sic definit: tubo capillari, limbo ex campanulato patentissimo basi maculato, laciniis oblongiusculis, stigmatibus usque tubum divisis infra antheras recurvatis. — In *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 89. ne pro varietate quidem habetur. Bulb. rotundus compressus, folia scapo triplo breviora, aut ejdem aequalia, 1-4-pedali, simplici aut ramoso, 6-3ofloro. Spathae membranaceae, tubo aequalia aut 3plo breviora, exterior acuta integra, aut obtusa, dentata. Corollae tubus capillaris limbo 1-3plo brevior; laciniae oblongae, interiores angustiores, acutiores. *Gawl.* In *promont. b. spei.* ♃.

51. I. *erecta Berg.*; foliis lineari-ensiformibus marginatis, scapo polystachyo, floribus immaculatis, spathis tubo (filiformi) corollae brevioribus. *Thunb. Diss.* n. 18. *prodr.* p. 10. *Fl. capens.* I. p. 239. *Vahl Enum.* II. p. 65. *Willd. Spec.* I. p. 204. *Berg. cap.* p. 5. I. *polystachya Linn. Sp. pl.* p. 51. (excl. Ix. *thyrsiflorâ de la Roche*). *Lam. Encyclop.* III. p. 339. n. 26. (excl. var. B.) Illustr. I. p. 111. n. 474. *Ker bot. Mag.* n. 623. 1173. Ixia *polystachya* albida *Andr. repos.* t. 155. Ix. *polystachya* incarnata *Andr. repos.* t. 128. I. foliis linearibus, floribus alaribus et terminalibus. *Mill. Ic.* t. 55. f. 2. Ix. *serotina Salisb. prodr.* n. 5. β. floribus flavis. *Jacq. H. Schönbr.* t. 18. *Ker bot. Mag.* t. 846.

Variat et floribus albis, rubicundis et coeruleis violaceisque. Folia 3-4, pedalia, nervis marginalibus costisque protuberantibus; scapus interdum bipedalis; pedunculi remoti, digitales vel breviores, capillares. Flores 9. Spathae membranaceae, punctis minutis, valvula exteriore tri-, interiore bidentata. Laciniae corollae patentissimae, oblongo-ovales, immaculatae, stigmata ad tubum usque discreta, antheris filamentis longioribus. Fors vix ab Ixia *maculatâ* diversa, a quâ defectu maculae potissimum distinguitur. In *Herb. Banks.* varietas floribus viridibus nomine Ixiae *viridis.* In *Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 88. varietates hic allatae non distinguntur et *erectae*, ne ut varietas quidem, jungitur Ixia *dubia Vent. choix* 10. *Redouté Lil.* t. 64., quam confer. *Ad promont. b. spei.* ♃.

52. I. *fusco-citrina Hort. paris.*; glabra, bulbulis stipitatis; caule gracili simplici longiore foliis lineari-ensiformibus; floribus spicato-capitatis; staminibus stricte approximatis, tubo laciniis breviore. *Redouté Liliac.* II. t. 86. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 205. Ixia *capitata Andr. repos.* t. 50. Ixia haec *capitata Andr.* a clo. *Gawler* ducitur ad Ix. *conicam* s. *maculatam* β. Cl. *Persoon* vero *Syn.* 48. ad *capitatam* ducit praeter *Andr. repos.* t. 129. tabulas 23. 50 et 232.

Bulbi albidi magnitudine Avellanae, fibris divergentibus, bulbulo mamillari. Scapus bipedalis; folia stricta, acuta; flores 4-5;

spathae 2valves scariosae, valvulâ inferiore 2-, superiore tridentata; corolla citrina maculâ basi fuscâ; laciniae ovali-oblongae obtusae. In *promont. b. spei.* ♃.

53. I. *coccinea Thunb.*; foliis lineari-ensiformibus, multinerviis subaequalibus, scapo polystachyo, floribus immaculatis. *Thunb. Fl. cap.* I. p. 241.

Bulbus magnitudine nucis avellanae. Folia acuta, glabra, erecta, scapum subaequantia. Scapus simplex vel ramosus, teres, erectus, spithamaeus et ultra. Flores distichi, purpurei, immaculati. Spathae scariosae, acuminatae. In *promont. b. spei.* ♃.

54. I. *scariosa Thunb.*; foliis ensiformibus obtusis falcatis multinerviis brevioribus, bracteis scariosis acutis. *Thunb. Fl. cap.* I. p. 243.

Scapus superne ramis flexuosis. Folia glabra, scapo duplo breviora. Flores caerulei, corollae tubo luteo. In *promont. b. spei.* ♃.

55. I. *elliptica Thunb.*; foliis ellipticis glabris, scapo ramoso, floribus secundis. *Thunb. phytogr. Bl.* I. p. 4. *Fl. capens.* I. p. 244.

Scapus angulatus, glaber, erectiusculus. Folia basi valde attenuata, dein obovata, acuta integra, glabra digitalia, scapo multoties breviora. Flores sessiles, plures, caerulei. Rachis flexuosa. In *promont. b. spei.* ♃.

56. I. *Thunbergii*; foliis lineari-lanceolatis glabris, laminis limbi excisis, scapo ramoso. I. *squalida Thunb. Fl. cap* I. p. 244.

Scapus flexuoso-erectus, glaber. Flores alterni, sessiles, toti lutei venis fuscis. Spathae glabrae, apice brunneae. In *promont. b. spei.* ♃.

57. I. *speciosa Andr.*; pauciflora, foliis gramineis, tubo brevissimo spatham scariosam patentem vix aequante, limbo hemisphaerico campanulato; laciniis ovalibus firmulis, stigmatibus antheras superantibus. *Gawl. — Andr. repos.* t. 186. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 56. *Poiret Enc. meth.* III. *Suppl.* p. 206. Ix. *campanulata Herb. Banks.* Ixia *crateroides Gawler Curtis Mag.* t. 594. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 89.

Bulbi irregulares, succulento-spongiosi, minus farinosi. Folia 5-6, glabra, scapo breviora, nervo subprominente. Flores 1-2, rarius 3, erecti. Scapus simplex, teres, tortus, 5pollic.-1pedal. Spathae denticulatim fissae. Segmenta corollae obtusa, subconcava, splendentia, firmula, intense Kermesina, extus purpurea, striâ longitudinali pallidiore. Filamenta erecta, patentia. Stigmata recurva. In *sabulosis promont. b. spei prope 24 rivos.* ♃.

58. I. *striata Vahl;* foliis lineari-ensiformibus marginatis, spathis membranaceis, valvula exteriore tridentata longitudine tubi. *Vahl Enum.* II. p. 65.

Bulb. reticulatus; folia radicalia plura, alternatim disticha, 3-4 pollic., intimo longiore. Scapus pedalis. Flores 4-6, remoti. Spathae unguiculares, fusco-purpurascentes, valvula exteriore 3-, interiore bidentata. Cor. pollicaris, alba, venis fuscescentibus, limbo campanulato, basi tinctura flavescente, laciniis apice interdum maculâ lineari fuscâ. *Ad promont. b. spei. Herb. Royeni.* ♃.

59. I. *tenuiflora Vahl;* foliis ensiformibus, floribus distichis, spathis membranaceis tubo brevioribus, laciniis corollae linearibus. *Vahl Enum.* II. p. 66. Tritonia *longiflora β. Gawl.* quam confer, propter synonyma.

Folia semiunguem lata; scapus superne parum angulatus, in pedunculos 2-3 divisus. Bractea duplex ferruginea, exterior pollicaris, aristata, interior triplo brevior, bifida. Flores 15, in pedunculis lateralibus pauciores. Spatha apice ferruginea, nervis coloratis, interior bidentata. Cor. sordide albescens, tubo pollicari; limbi laciniae angustae. *Ad promont. b. spei. Herb. Royen.* ♃.

60. *I. *pendula;* foliis lineari-ensiformibus; scapo polystachyo, spicis pendulis. *Linn. Suppl.* 91. *Thunb. Ix.* n. 16. *Fl. capens.* I. p. 236. *Vahl Enum.* II. p. 66. *Willd. Spec.* I. p. 204. Watsonia* *palustris Persoon Syn.* I. p. 42. Sparaxis *Gawl.*

Bulbi moniliformi-articulati, carnosi, rufescentes; folia pedalia et ultra, apice acumine ferrugineo; scapus sexpedalis laevissimus, teres, superne divisus in pedunculos 4-5 remotos, capillares nutantes bifloros, flore altero sessili, in terminali plures,

* Genus Watsoniae, a *Millero* constitutum, sic definiverat *Persoon Syn.* I. p. 42.: Corolla recurvata, tubuloso-cylindrica, aut (plerumque) tubuloso dilatata infundibuliformis, laciniis omnibus aequalibus strictis. (Spica disticha saepius, foliolis sparsis obtecta. Genitalia exserta.) Cl. vero *Jussieu* Cor. (s. calycis) tubo filiformi longissimo, limbo sexpartito subaequali sublabiato; stylo filiformi trifido, stigmatibus 3 bifidis, spatha uniflora bivalvi, valvulâ exteriore multo majore. Et *Gawler* in *Annals of Bot.* I. p. 229.: Spatha bivalvis, adpressa. Corolla inferius tubulosa et saepius geniculatim curvata, limbo subaequaliter sexpartito saepius nutante, laciniis vel regulariter vel subbilabiatim dispositis. Stamina vel adscendentia antheris parallelis contiguis, vel rarius porrecta, iisdem trifariam divergentibus. Stylus capillaceo-elongatus. Stigmata tria gracilia, bipartita, revoluto-divaricata. Capsula oblonga, tereti trigona, cartilaginea. Semina numerosa, deorsum imbricata, imo nucleo angulose presso, summâ alâ membranaceâ, vel istâ rarissime suppressa. Species a *Gawlero* recensitae ope indicis nostri omnes reperientur.

omnes sessiles, incarnati, magni. Spathae lanceolatae, hyalinae, purpureo lineato-maculatae. In *udis prope Krumrivier ad promont. b. spei.* ♃. *Pers.*

61. I. *flabellularis Vahl;* foliis ensiformibus reflexo-falcatis, scapo simplici flexuoso, spathis membranaceis aristatis tubo brevioribus. *Vahl Enum.* II. p. 67. An TRITONIA *lineata Gawl.?*

Folia digitalia acuta, scapus spithamaeus; flores 4pollicares; spatha vix unguicularis purpurea, exterior aristis 3, interior 2; Cor. flava tubo filiformi, limbo campanulato venoso, laciniis oblongis obtusis. In *promont. b. spei. Herb. Royen.* ♃.

62. I. *setacea Thunb.;* foliis linearibus, scapo uni-multifloro, spathis herbaceis longitudine tubi. *Vahl Enum.* II. p. 68. *Thunb. Ix.* n. 13. *Fl. capens.* I. p. 233. GEISSORRHIZA *setacea Gawl.* quam vide.

Bulb. parum major semine Coriandri. Folia radicalia 2-3, vix pollicaria, angustissima, medio nervo elevata. Scapus capillaris, saepe vix longitudine digiti minimi, simplex aut bifidus, pauciflorus. Spatha subinflata. Corollae laciniae 3 exteriores intus albae, extus rubro striatae, 3 interiores totae albae, basi maculâ fuscâ. Variat flore virente limbi apice albo, et flore luteo. In *promont. b. spei.* ♃.

63. I. *geminata Vahl;* foliis linearibus, scapo ramoso, floribus secundis, spathis lanceolatis longitudine tubi, valvulâ exteriori bifidâ. *Vahl Enum.* II. p. 68. GEISSORRHIZA *setacea γ. Gawl.* quam vide.

Folia 3-4, scapo 3-4plo breviora; scapus pedalis, parum supra basin geniculatus, geniculo spathâ instructo e qua ramus scapiformis, unde scapi quasi gemini. Flores 5, 2 in ramo, fere pollicares. Corolla flavescens, laciniis lanceolatis acutis, tribus exterioribus extus rubicundis. *Ad promont. b. spei.* ♃.

64. I. *radiata Jacq.;* foliis fistulosis deorsum vaginanter teretibus exinde compresso-planis linearibus, spathis adpressis, corollis cernuis, limbo patenti-reflexo, stigmatibus flexuoso-tortis dependentibus longis. *Gawler bot. Mag.* t. 573. *Jacq. Ic. rar.* t. 280. *Redouté Liliac.* VIII. t. 441. *Vahl Enum.* II. p. 68. *Willd. Spec.* I. p. 202. (excl. syn. Ix. *setaceae*). HESPERANTHA *radiata Gawler* in *Annals of Bot.* I. p. 224. IXIA *fistulosa Andrews's Bot. Reposit.* t. 59. (quam β. fecit I. *radiatae Pers. Syn.* I. p. 48.) GL. *recurvus Thunb. Diss.* p. 9. n. 3. (depulsis synon. *Herb. Linn.* manu filii subscripto, sed a GLAD. *recurvo* patris prorsus alieno). *Hayne term. bot.* t. V. f. 4. β. Limbo sub-reflexo. IXIA *angusta Vahl* et *Willd.* (quam vide). Ix. *linearis Jacq. Collect.* IV. p. 183. *Icon. rar.* II. t. 279. HESPERANTHA *radiata β.* angusta, fo-

liis angustioribus, limbo subnutante, uniformiter albo. *Gawler* l. c. γ. foliis angustissimis; scapo capillari, *caricina Herb. Banks. Gawl.* in *Curtis bot. Mag.* t. 790.

In α Bulbus Avellanâ minor, conicus, radiatus. Scapus flexuoso-geniculatus, simplex, fere sesquipedalis, (interdum spithamaeus, triflorus) debilis, simplex. Folia caulina quatuor, caule multo breviora. Flores circiter septem-20, secundi, noctu grate odori; spathae valvula exterior virescens, interior hyalina; corollae tubus longitudine spathae pallidus, limbus nutans, laciniis lanceolatis sordide albentibus, tres exteriores sordide rubentes. Stigmata interdum 4. *Jacq.* *Ad promont. b. spei,* ♃. Conferantur quae de Glad. *recurvo* suo dicit cel. *Thunberg* in *Fl. capens.* I. p. 189. cf. quoque Ixiam *recurvam.*

65. * I. *falcata*, foliis ensiformibus reflexo-falcatis planis, spathis corollarum tubum aequantibus acutis. *Thunb. Diss. de Ixia* p. 19. c. fig. *Fl. capens.* I. p. 249. *Vahl Enum.* II. p. 69. *Willd. Spec.* I. p. 207. *Jacq. Ic. rar.* t. 276. *Curtis bot. Mag.* 566. Ixia *cinnamomea Andr. repos.* t. 44. Hesperantha *falcata Ker* in *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 85.

Bulb. magnitudine pisi basi truncatus; folia disticha; scapus pedalis, simplex vel ramosus, superne purpurascens, bi-multiflorus. Spathae lineari-lanceolatae. Corollae tubus purpureus, laciniae acutae, exteriores intus albae, extus rubrae, interiores albae. Germen triquetrum. Flores suaveolentes. In *promont. b. spei.* ♃. Variat: stigmatibus, staminibus et stylis 6, laciniis corollae. *Gawler*, qui Ix. *falcatam* et *cinnamomeam* vix differre ait, *falcatam* suam hisce definit: spatha herbacea striata, corolla erecta, laciniis ovalibus concavis, antheris horizontalibus, stigmatibus usque tubum divisis longis effusis prostratis curvatis *Gawl.* l. c. Figura *Gawleri* magis cum descriptione Ix. *cinnamomeae*, quam cum icone *falcatae Jacquini* convenit.

66. * I. *excisa*; foliis ovato-oblongis margine interiore inferne excisis, scapo flexuoso, rhachi dichotomoideo-flexuosâ, spathâ herbaceâ naviculari glaberrimâ, floribus remotiusculis erectissimis, limbo rotato patente, stigmatibus revolutis fimbriato-pilosis, antheras super eminentibus. *Gawl. Vahl Enum.* II. p. 69. *Willd. Spec.* I. p. 207. *Thunb. Ix.* n. 24. t. 1. f. 4. *Prodr. cap.* p. 10. *Fl. capens.* I. p. 250. *Curt. bot. Mag.* t. 584. Geissorhiza *excisa Gawl.* Ixia *scillaris Hortul.* Ixiam *excisam Linn. fil. suppl.* p. 92. quoad primam tantum varietatem huc spectare *Gawl.*

Bulb. parvus, globosus, fibrilloso-tunicatus; folia 2 radicalia, semipollic., obtusa, subcoriacea, unicum spathaeforme infra medium. Scapus digitalis vel palmaris, 1-6-multiflorus, subinde cauliculo e medio. Spatha brevissima, corollae tubus filifor-

mis, ruber; laciniae obtusissimae, extus rufescentes, intus albae, utrinque rubro striatae. Tubus crassus, carnosus, subtriqueter. Variat glumis lanceolatis, longitudine dimidii tubi, floribus 1-2. An huc? quaerit *Vahl*; annuit *Gawler*, Ix. *ovata Burm. prodr.* I. p. 1., foliis radicalibus binis ovalibus connatis, scapo in summitate inflexo, floribus albis et violaceis. *Ad promont. b. spei.* ♃.

67. I. *emarginata Lam.*; foliis ensiformibus, inferne margine interiore exciso angustatis, bracteis tridentatis, tubo corollae brevioribus. *Vahl Enum.* II. p. 70. *Lam. Ill.* I. p. 112. *Enc. meth.* III. p. 342.

Folia radicalia 5-7, disticha, 2-3pollic. inferiora lanceolata. Scapus spithamaeus aut semipedalis. Pedunculi solitarii aut bini scapo breviores; rhachis 5-7flora; spathae dente intermedio subulato. Cor. infundibuliformis tubo quinquangulari, semiunciali, spathâ triplo longiore, cinerascente, angulis purpureis; laciniae concavae obtusae, pallide roseae, exteriores extus fere totae purpureae, interiores lineâ dorsali purpureâ, inferiores versus basin maculâ purpureâ, 2 laterales maculâ lunatâ albâ et lineâ purpureâ, intermedia maculâ cuneatâ luteâ et inferne versus tubum lunulâ albâ. *Ad promont. b. spei.* ♃.

68. I. *aristata Thunb.*; spica subthyrsiformi, spatha tubô tri-quadruplo breviori aristato-dentata, laciniis rotato-complanatis oblongis longitudine tubi, staminibus erectis pistillo subaequalibus. *Gawl. bot. Mag.* t. 589. *Thunb. Diss.* n. 15. *prodr.* p. 9. *Fl. cap.* I. p. 235. *Linn. Syst. Veg.* ed. XV. p. 86. (nec *Hort. Kew.* aut *Willd.* aut *Vahl*). Ix. *patens Herb. Banks.*

Bulbus reticulatus, fol. linearia, nervis 5 (7) intermedio prominente, margine incrassata; flores 5-9 pallide carnei, unilaterales, rhachide vix flexuosâ, spathâ submembranaceâ, aristato-dentatâ, non lacerâ. *Thunb. Diss.* l. c. Scapus 1-2pedal., strictus, teres, basi subcompressus, simplex aut ramosus. Affinis Ix. *patenti* aut *flexuosae*: laciniae planae, rotatae, obtusiores. Debilior prima facie similis Ixiae *capillaris* γ. Variare floribus albis, purpureo-roseis. In *humidis sabulosis Cap. b. spei.* ♃.

69. I. *Gawleri*; foliis lanceolatis interiori latere excisis, scapo polystachyo, spicis secundis, floribus immaculatis, spathâ brevissimâ. *Schrad. n. Journ.* IV. *B.* p. 67. La Peyrousea *juncea Gawl.* in *Curt. Mag.* t. 606. v. 17. (excl. syn. *Thunb.* et alior.*) Gladiolus *amabilis Salisb. prodr.* 4. Cum Gl. *roseo Jacq.* ut cl. *Martius* in *cat. Erlang.* p. 23. quaerit, non convenit.

Bulbus ovatus, majusculus. Folia oblique e terra emergentia, juniora horizontalia, serius erecta, 4-8, scapo dimidio breviora, subinde subundulata, interiora lanceolato-ensiformia, nervis non prominentibus. Scapus 3pollic.-2ped., incurvus

ramis 3-4, patentibus, bracteis foliaceis. Flores 4-9, hypocrateriformes, erecti in spica reflexa. Spathae valvula exterior ovata, obtusa, convoluta, fusco-livescens. Tubus et faux anguste turbinati, spatham multoties et fere limbum excedens. Laciniae subirregulares, cuneato-spathulatae, roseae, serius caerulescentes aut violaceae, immaculatae. Antherae accumbentes, longitudine fere stigmatis. Caps. ovato-rotunda, tuberculato-scabra. Semina magnitudine Sinapios. In *Langekloof promont. b. spei.* *Gawler.*

* Cl. *Gawler.* huc nempe duxit Glad. *junceum* *Thunb. Diss.* n. 18. *Willd. Spec.* I. p. 217. Ixiam *excisam* *Linn.* var. prior. *Willd. Spec.* I. p. 207. Gladiolum *polystachyum* *Andr. bot. repos.* 66., et, cum? Ixiam *spicatam* *Burm. Fl. cap. prodr.*

70. I. *grandiflora de la Roche;* foliis subtiliter striatis, spathis aristato-laceris, tubo brevi, laciniis stellato-patentibus oblongo-cuneatis apice rotundatis, staminibus lateralibus. *Gawl. Curt. Mag.* t. 541. *Redouté Liliac.* III. t. 139. *De la Roche Diss.* p. 23. *Houtt. Linn. Pfl. Syst.* XI. t. 77. f. 3. *Salisb. prodr. Hort.* 37. 26. — Ixia *bulbifera* α flore purpureo *Thunb. Diss.* 16. 17. Ix. *aristata* *Hort. Kew.* I. p. 57. *Willd. Spec.* I. p. 203. (ad quam, cum *Vahl Enum.* II. p. 71., *Willdenow* in *Enum. H. Berol.* I. p. 58. citat Sparaxin* *grandifloram* *Gawl. Curt.* 779, quae vero est Sparaxis *grandiflora* β. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 85. *Andrews repos.* t. 87. (omnes excl. syn. *Thunberg*). Ixia *uniflora* *Mant.* 27. ex herb. *Linn.* *Jacq. Coll.* IV. p. 181. *Ic. rar.* II. t. 283. (quae *Vahlio Enum.* II. p. 1209. est β. *aristatae* cum) *Mill. Ic.* t. 237. f. 3. corollis purpureis. Ix. *holosericea* *Jacq. Hort. Schönbr.* t. 17. cum tribus varietat. (quae *Vahlio* Ixia *bulbifera* β.) (An huc, vel ad Ixiam *bulbiferam* γ. *Thunb.*, Ixia *fimbriata* *Lam. Enc.* III. p. 339.: foliis ensiformibus, caule angulato flexuoso, spathis fimbriato-laceris. *Pers. Syn.* II. p. 49. *Mill. Ic.* t. 237. f. 1. Belamcanda *semiflexuosa*** *Mönch* (flava!).

β. uniflora, violacea, basi maculâ irregulari flavâ. *Redouté Liliac.* VII. t. 362.

* Genus Sparaxis a clo. *Ker* in *Annals of Botany* circumscribitur: „Spatha bivalvi scarioso-membranacea, apice lacera, corolla tubulosa; stigmatibus tribus recurvis; Capsula oblongo-globosa.“ Huc: Ixia *tricolor*, *grandiflora*, *bulbifera* et Gladiolus *bicolor*, quem confer.

** Belamcandae ultimam apud clm. *Persoon* constituunt *Ixiarum* sectionem: illis tubus subbrevis apice dilatatus, limbus incisus subcampanulatus, laciniae ovatae, stamina in nonnullis subincurva in tubo medio. Huc Moraea *chinensis*, (quam confer) Ixia *deusta* et *squalida*, Gladiolus *villosus*, *rubro-cyaneus*, *puniceus* et *purpureus* cum Ixia *bulbiferd.*

γ. bi- vel triflora, violacea, maculâ albâ in forma V, stylo staminibus multo longiore. *Redouté* l. c.

δ. bi- vel triflora, dilute lilacina, extus violacea, laciniis floris mucronatis basi maculâ violaceâ ut in γ. IXIA *Liliago Hort. paris.*: glabra, foliis ensiformi-linearibus acutis planis scapo brevioribus; floribus magnis campanulatis; tubo brevissimo; laciniis oblongis basi maculatis. *Redouté Liliac.* II. t. 109. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 206. Cl. *Redouté Liliac.* ad tab. 362. IXIAM *aristatam Thunb.* et *patentem Ait.*, ut varietates ad IXIAM *grandifloram* ducit, cui tamen, *Gawlerum* hic potius sequentes, adsentire non possumus.

In α bulbus magnitudine Avellanae, tunica fibrosa sericea, basi umbilicatus. Folia 5-8, ensiformia, disticha, scapo breviora semipedali aut pedali, tereti, rigido; rhachis flexuosa; spathae membranaceae, fuscescentes, angulis obscurioribus; flores 1-5, magni; tubus vix longitudine spathae, laciniis multo brevior subinde mucronulatis. Stamina et pistilla unum latus versus inclinata. Stigmata magna, ciliata. Bulbi in vaginis foliorum. Variat corollis violaceis, albis, caerulescentibus, purpureis, striatisque. — β. gracilior; bulbus radicalis magnitudine pisi; folia suprema linearia, angusta; bractea tertia (an ergo SPARAXIS?) minor, foliacea, subulata, acuminata, apice pilosa; laciniae patentissimae oblongae obtusae medio angustatae, ab *uniflorâ* (seu α) differt caule graciliori, laciniis corollae angustioribus. δ. Vix nisi maculae formâ et mucrone longiori ab I. *Liliagine*, quacum *Redouté* nunc junxit. Bulbi cerasi magnitudine; flores magni, albi, similes floribus Lilii, extus dilute rubelli, intus flavi; tubus brevis; laciniae ovali oblongae, obtusiusculae, basi maculâ saturate violaceâ; valva inferior lanceolata, acutissima, margine ciliato-lacera. — SPARAXIN GRANDIFLORAM β *Hort. Kew.* l. c. (quam *Willd.* ad α citat) etiam *Redouté* pro varietate habet floribus intus ex albo flavicantibus, extus medio striâ violaceâ. In *promont. b. spei.* ♃.

71. I. *patens Ait.*; tubo filiformi, limbo campanulato-patente, laciniis oblongis, filamentis coarctatis erectis, stigmatis laciniis antheras subaequantibus, foliis subensiformibus glabris. *Gawler* in *Curtis Mag.* t. 522. *Ait. Kew.* I. p. 59. *Vahl Enum.* II. p. 71. *Willd. Spec.* I. p. 201. *Enum. H. Berol.* I. p. 56. Ix. *aristata Schneevogt* et *Geuns* t. 32. Ix. *flaccida Salisb. prodr.* p. 35 et 36. Ix. *concolor* et Ix. *conica* ut varietates. Ix. *Kermesina Hortul.* Ix. *patens Redouté Liliac.* III. t. 139. In *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 87 additur IXIA *filiformis Vahl Enum.* I. p. 63. *Vent. Cels.* 48. *Redouté Liliac.* 30. Ix. *leucantha Vahl Enum.* I. p. 63. *Gawl.*

Hujus quoque esse varietatem Ix. *leucanthemam Jacq. Suppl.* p. 10. *Icon. rar.* II. t. 278.; ludere enim magnitudine laciniarum limbi, et colore Kermesino, coccineo, rubello-albo, longitudine denique foliorum scapo nunc simplici nunc ramoso majorum minorumve, et formâ ensiformi vel lanceolatâ. Interdum stella viridis ad basin corollae, interdum intacta. Numerus quoque florum in racemo terminali varius. *Ad promont. b. spei.* ♃.

72. I. *bicolor;* foliis ensiformibus multinerviis reflexis; scapo ramoso flexuoso; corollis luteis basi coeruleis. *Thunb. phytogr. Blätt.* p. 3. *Fl. capens.* I. p. 222. *Web.* et *Mohr Arch.* I. p. 23. *Vahl Enum.* II. p. 72.

Scapus filiformis, palmaris vel spithamaeus, foliis paulò longior; flores 1-4. *Promontor. bon. spei.* ♃.

73. *I. *bulbifera;* foliis lineari-ensiformibus, caule subcompresso-flexuoso; spathis membranaceis setaceo-laceris tubum aequantibus. *Vahl Enum.* I. p. 72. *Willd. Spec.* I. p. 204. *Thunberg. Diss.* Ix. n. 16. *Fl. capens.* I. p. 237. γ. flava. *Hort. Kew.* I. p. 57. *Mill. Ic.* t. 236. f. 2. *Redouté Liliac.* t. 128. *Lam. Enc.* III. p. 339. *Andr. bot. repos.* t. 48. *Gawl.* in *Curt. Mag.* t. 545. Moraea *bulbifera Jacq. Fl. Schönbr.* t. 197. Sparaxis *bulbifera Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 86. ε. cel. *Vahlii* sententiâ hujus β. est I. *holosericea Jacq.* scapo simplici, foliis lineari-ensiformibus glabris, spathis aristato-laceris *Jacq. H. Schönbr.* t. 17. quae ad Ix. *grandifloram* a *Gawlero* ducitur, et γ. I. *monanthos*, caule unifloro, foliis lanceolato-linearibus longiore, *de la Roche Diss.* n. 8. (quam cum? *Gawler* l. c. dubitans anne eadem cum Ix. *lacerâ Linn. herb.*). δ. axillis absque bulbis. — Variat floribus purpureis, rubro alboque variegatis, et flavis quam *flavam Thunbergii* γ.) propriam esse et genuinam speciem; bulbillis copiosissimis *Gawler.* In I. *monanthos de la Roche* sunt striae maculaeque fuscae. In β. folia latiora.

Caulis palmaris pedalis et ultra, simplex vel ramosus, foliis vaginatus. Folia 3-4 (6-10) in scapo, spithamaea, (multistriatula) vaginae margine angusto, membranaceo. Bulbi axillares, 1-3, ovati. Flores 3 et plures. Spathae laciniae fusco-purpurascentes. Cor. infundibuliformis, superne patens, tubus brevis; limbi laciniae oblongae; obtusae. Stamina lateralia divergentia. In *promont. b. spei.* ♃.

74. I. *monanthos Thunb.;* foliis lineari-ellipticis aequalibus, scapo flexuoso ramoso. *Thunb. Fl. cap.* I. p. 226.

Bulbus magnitudine pisi. Scapus filiformis, erectus; palmaris vel paulò ultra, uniflorus vel ramosus. Folia circiter tria, scapum aequantia, erecta, trinervia, glabra. Flores coerulei. Similis

I. *secundae*, sed minor, debilior, foliis angustissimis et flore majore. In *promont. b. spei.* ♃.

75. I. *squalida Ait.*; foliis laxioribus, extimis obtusiusculis; limbo aequali, campanulato; laciniâ unicâ basi urceolato-gibbâ, omnibus approximatis, unguibus margine hyalinis; laminis rotundatis, stigmatibus stamina superantibus. *Gawl.* Ix. *squalida* var. *α*. *Willd. Spec.* I. p. 206. *ejusd. Enum. H. Berol.* I. p. 57. *Vahl Enum.* II. p. 73. nempe *α*. Ix. *squalida patula. Thunberg* in *Hoffm. phyt. Bl.* p. 73. Ix. *lancea Thunb. Diss.* n. 21.? *Willd. Spec.* I. p. 206.? (nec *Jacquini* sed *Fragm.* t. 34. f. 2.) Ix. *crocatae* var. *Burm. Fl. cap. prodr.* I. *Houtt. Linn. Pfl. Syst.* XI. 35. Ix. *similis Salisb.* n. 28. Tritonia* *squalida Gawl.* in *Curtis Mag.* t. 581. *Hort. Kew.* 2. I. p. 92.. et, secundum hunc: Ix. *hyalina Redouté Liliac.* t. 27. Ix. *lancea Vahl* p. 62. n. 28. nec Jacquini. Ix. *fenestratae* variet. *Jacq. Fragm.* p. 28. n. 96. tab. XXXIV. f. 2.

Ixiae *crocatae*, cujus varietas videtur clo. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 206, valde affinis: differt: foliis obtusioribus magis falcatis, corollâ minori minus patente, venis magis prominentibus, laminis angustioribus, rotundioribus, saepius retusis et incur-

* Genus novum, a cl. *Gawler* conditum: Spatha bivalvis scariosa; *Corollae* faux turbinata, limbus sexpartitus, laciniae unguiculatae; *Stam.* inclinata, (nunquam erecta) filamenta curva; *Stigmata* tria recurvato-patentia; *Caps.* ovato-rotundae; *Semina* numerosa globosa. A Sparaxide differt: spathâ haud partito-lacera; axillis foliorum non bulbiferis; a Gladiolo seminibus non alatis. — Huc spectant:

Trit. 1. *longiflora α. β. γ.* Ixia *Vahl.* Gladiolus *Jacq.*
2. *pallida.* Ix. *longifl. α. Willd.* Glad. *Ic. rar.* t. 262. — *β. Vahl Enum.* II. p. 111. n. 70.
3. *capensis.* Glad. *roseus Vahl.*
4. *viridis.* Gladiolus *Ait. Vahl.*
5. *crispa.* Gladiol. *Vahl, laceratus ejusd.*
6. *pectinata.* Ixia *Vahl.*
7. *striata.* Gladiolus *Jacq. Vahl.*
8. *lineata.* *Bot. Mag.* t. 487. Ixia *squalida β.* striata *Vahl. Flabellularis ejusd.?*
9. *securigera.* Gladiolus *Vahl*, Montbretia *Red.*, Ixia *gladiolaris. Lam. Enc.*
10. *flava.* Gladiol. *Vahl.*
11. *refracta.* Gladiolus *Vahl.*
12. *squalida.* Ixia *Vahl*, quam vide.
13. *fenestrata.* Ixia *hyalina Vahl.*
14. *crocata.* Ixia *Vahl.*
15. *purpurea.* Ixia *Vahl.* An separandâ a praeced.?
16. *deusta.* Ixia *Vahl.*
17. *miniata.* Ix. *deusta Vahl* quoad variet. *β. γ. δ. ε. ζ.* V. *Annals of Bot.* I. p. 231.

vis, unguibus minus hyalinis, pallide rufescentibus s. sordide carneis, cum parva flavedine. Odora, quod crocata non est. In promont. b. spei. ♃.

Obs. Ixia *squalida β.* stricta *Vahl Enum.* II. p. 73. n. 50. *Gawlero* est Tritonia *lineata*, ad quam, dubitans licet, Ix. *flabellularem ejusd.* p. 67. n. 38. trahit.

76. * I. *crocata*; foliis ensiformibus, corollae limbo campanulato, tubo longitudine bractearum, laciniis obovatis basi hyalino-fenestratis. *Linn. Dec. pl. rar.* t. 7. *Thunb. Diss.* n. 20. *Fl. capens.* I. p. 245. *Vahl Enum.* II. p. 73. *Willd. Spec.* I. p. 205. *Curt. Mag.* t. 184. Ix. *iridifolia De la Roche* p. 24. n. 13. teste *Gawler*, cui Tritonia *crocata*, ut in *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 93. *Redouté Liliac.* VI. t. 335. (tantum duas varietates agnoscit, nostram nempe, et *β.* laciniis maculâ luteâ notatis, basi vix hyalinis. Variare insuper multis modis, sed has esse varietates praecipuas. Quas olim pro speciebus propriis habuerat et depingi curaverat, *hyalinam* nempe t. 87., et *miniatam* t. 89. eas nunc varietates tantum *croceae* esse censet.) Ixia *planifolia Mill. Ic.* t. 239. f. 2. Ixia *Milleri Berg. cap.* 8. (quam *Gawler* ad Ix. *maculatam β.*) Gladiolus *crocatus Pers. Syn.* I. p. 44. et, hoc teste, *Wendl. obs.* p. 5. t. 4. *β.* floribus laete rubris.

Folia circiter 5, digitalia vel palmaria, subfalcata, scapo interdum semipedali dimidio duplove breviora. Flores 2-7, distichi aut secundi, speciosi. Spathae oblongo-subrotundae, membranaceae, griseae, purpureo-striatae et punctatae. Variat staminibus et stigmatibus sex, segmentis duodecim. Cl. *Persoon* ob stigma pone stamina incurva ad Gladiolos retulit: videtur et Ixia *deusta* et *squalida* illi hujus esse generis. — *Dum. Courset Bot. Cult.* T. V. p. 90. distinguit: *α.* petalis pallidis immaculatis; *β.* floribus aurantiacis, tubo citrino, laciniis tribus exterioribus pallidis maculâ rubrâ. *γ.* floribus aurantiacis, laciniis maculis tribus flavis. *δ.* floribus rubris fundo purpureo, maculis tribus cordatis lineisque alternantibus fulvis. *ε.* floribus aurantiacis maculis tribus fusco-nigris. Ixia *miniata nigro maculata Redouté Liliac. t.* 89. — Anne potius *deustae* omnes? *Ad promont. b. spei.* ♃.

77. I. *tricolor Curt.*; foliis ensiformibus erectis, scapo flexuoso subtrifloro, spathis fusco maculatis tenuissime sulcato-plicatis. *Curt. Mag.* t. 381. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 57. *Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 51. *Redouté Liliac.* III. t. 129. *A. T. Gartenmag.* V. t. 6. p. 79. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 204. Sparaxis *tricolor Gawl.* in *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 85. *α.* Corollae laciniarum laminâ aurantiaco-flava. *Bot. Mag.* t. 381. *β.* eâdem sanguineo-purpureâ, variegatione dilutiore *ibid.* t.

1482. γ. eâdem violaceo-purpureâ. *ibid*, t. 1482. δ. eâdem subroseo albidâ. *ibid*. t. 1482.

Pedalis, 2-3flora; corolla magna, laciniis subcuneatis, basi flavis, medio maculâ fusco-purpurascente sursum et deorsum lineam emittens ejusdem coloris, extus croceae. Caps. 10sperma. *Ad promont. b. spei.* ♃. IXIA *stellata tricolor Hortul.*

78. I. *deusta Vahl;* foliis ensiformibus, tubo spathis breviore, laciniis exterioribus extus gibbis intus basi carinatis. *Vahl Enum.* II. p. 74. et, hoc teste, I. *crocata Thunb.* n. 15. var. a. — α. I. *deusta Ait.;* laciniis limbi exterioribus gibbis, intus carinatis, et inferne maculâ atro-purpureâ, interioribus immaculatis; (foliis lanceolatis nervosis; floribus alternis sessilibus, tubo bracteis breviore laminis obtusis, exterioribus basi maculatis carinatisque.) *Hort. Kew.* I. p. 60. *Willd. Spec.* I. p. 205. Ix. *crocata* var. *nigro-maculata Andr. repos.* t. 134. Ix. *miniata* B. *Redouté Liliac.* t. 89. nec *Jacquini*. TRITONIA *deusta Ker bot. Mag.* t. 622. *Hort. Kew.* ed. 2. I. t. 93. Ix. *gibba Salisb. prodr.* n. 31. β. corollis fauce lineatis. Ix. *miniata Jacq. H. Schönbr.* I. t. 24., foliis ensiformibus, scapo polystachyo, corollis fauce lineatis nec hyalinis. TRITONIA *miniata* * *Ker bot. Mag.* t. 609. *Hort. Kew.* 2. I. p. 93. (*Vahlii* nempe varietates β. γ. δ. ε. ζ. exclusa var. α. quae sola ad *deustam*.) γ. laciniis 5 macula lineari flava, infima immaculata. *Zuccagn. Hort. florent.* 32. δ. laciniis 3 exterioribus macula Kermesina. *Zuccagn.* l. c. ε. laciniis 3 exterioribus maculis obcordatis Kermesinis, medio linea flava saepe bifurcata et interrupta, duo lineâ flavâ Kermesino marginata, sexta immaculata. *Zucc.* l. c. ζ. *rubella;* laciniis fundo subhyalinis-sexmaculatis; maculis tricordatis totidemque alternis flavis. *Zucc.* l. c. η. I. *miniata nigro-maculata Redouté Liliac.* t. 88.? Anne α? — Varietatem: areolis subobsolescentibus jugis depressioribus adduxit *Gawler* n. 622., et ad hanc citat: Ix. *miniatae* var. *Jacq. Fragm.* n. 96. t. 32. f. 3. cum?

Folia palmaria vel spithamaea acuta; scapus simplex foliis interdum vix altior. Spathae vix semiunguiculares, circiter 6, oblongae, superne membranaceae, flore explicato fissae. Corolla plerumque fulva tubo angusto, limbi laciniis ovatis, leviter emarginatis, 3 exterioribus versus basin lineâ elevatâ. *Vahl* l. c. Similis Ix. *crocatae*, sed differt: laciniis corollae 3 exterioribus interne macula fulva notatis, externe gibbis, unde corollae externe triquetrae videntur; laciniis interioribus apice retusis, basi macula triangulari virescente notatis, quae fundum stella viridi ornant. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 57. *Zuccagni* in *Römer Collect.* I. p. 119. varietates hic enumeratas pro I. *crocatae* filiis habet, et monet ζ differre ab Ix. *gladiolari* foliis ensiformibus, caule ramoso, corollâ basi hyalinâ,

situ numeroque inconstante squamularum glandularium. *Ad promont. b. spei.* ♃.

* Hanc, tanquam speciem, distinguit *Gawler* l. c. et *Hort. Kew.* caule patenter polystachyo, foliis longe acuminatis, spathâ tubo aequali, limbo regulari deorsum opaco, lacinia nullâ gibbâ, staminibus pistillo paribus. — Folia 6, subfalcata; scapus 1-1 1/2 pedal., ramis 5-6. Flores micantes, limbo aequali, infundibuliformi, patente, longiore quam faux et tubus. Genitalia declinato-assurgentia, pistillo stamina aequantia, limbo duplo breviore. Fl. serius Augusto. ♃.

79. * I. *hyalina;* foliis ensiformibus, floribus secundis, laciniis corollae infundibuliformis distantibus, obovatis, inferne margine hyalinis. *Vahl Enum.* II. p. 75. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 57. Ix. *fenestrata Jacq. Coll.* III. p. 270. *Ic. pl. rar.* t. 289. *Thunb.* in *Hoffm. phyt. Bl.* p. 4. *Fl. capens.* I. p. 245. *Sprengel Gartenzeit.* 1804. n. 15. Ix. *crocata β. Ait. Kew.* p. 60. Tritonia *fenestrata Gawler Bot. Mag.* t. 704. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 92. An Ix. *purpurea Lam.?*

Caulis 1-1 1/2pedal., supra folia horizontaliter reflexus; folia 1/2pedal., disticha; flores circiter 7, bipollicares, saturate miniati. Corollae tubus pallidus, macula linearis flava ad basin laciniarum. Germen triquetrum. *Ad promont. b. spei.* ♃.

80. I. *purpurea Lam.;* foliis ensiformibus subfalcatis nervosis. *Vahl Enum.* II. p. 76. Ix. *crocata* var. c. *Thunb. Diss.* 20. Tritonia *purpurea Gawl.*

Valde affinis Ix. *crocatae*; folia radicalia plura, 1 1/2pollic.; scapus semipedalis; flores circiter 6; spathae semiunguiculares, superne purpureo punctatae, valvula exterior tri-, interior bifida. Cor. magnitudine fere Ix. *crocatae*, sed laciniae nec basi, nec margine hyalinae. In *promont. b. spei. Herb. Lam.* ♃.

Speciem hancce eandem esse cum Ix. *crocata α.* floribus croceo-rufescentibus *Ait. Kew.* I. p. 60. contendit cl. *Zuccagni* C. I. ap. *Römer Collect.* p. 120. easdem ac I. *croceae* varietates ibidem enumerans, solo colore purpureo constante diversas. Idem et *Dumont Courset* V. p. 91. qui *α* floribus pallide purpureis; *β.* floribus purpureis, laciniis 5 maculâ lineari flavâ, infimâ immaculatâ; *γ.* floribus saturate purpureis, laciniâ superiore lineâ flava; *δ.* floribus magnis saturate purpureis, laciniis 5 maculâ lineari, inferiore intactâ; *ε.* scapo humiliore, floribus pallide purpureis, laciniis 3 superioribus maculâ lineari flava, inferioribus intactis. — Quid Ixia *purpurea Cyrill.?*

81. I. *triticea Burm.;*] foliis vaginantibus subulatis, spathis imbricatis triticeis, floribus approximatis. *Burm. prodr.* I. *Vahl Enum.* II. p. 76.

Forte eadem cum Antholyza *Lucidor. Vahl. Gawler* esse Gladiolum *alopecuroïdem.* „Habitus et color ferrugineus Ixiae *africanae*, scapus bipedalis, spathae 12, flores tubulosi.“ *Burm.* l. c. In *promont. b. spei.* ♃.

82. I. *pygmaea Burm.;* foliis ovalibus planis nervosis, petiolis vaginantibus, spatha bivalvi pyramidata. *Burm. prodr.* I. *Vahl Enum.* II. p. 76. β. *Plukn. phyt.* t. 424. f. 8.

Folia 6 alterna oblongo-ovalia, nervis 5 ad petiolum contractis; petioli margine pilis albicantibus. Scapus palmaris, simplex, triflorus. Cor. maxima, lutea, unguibus purpurascentibus. Potius Gladiolus. In *promont. b. spei.* ♃.

83. I. *tubulosa Burm.;* spathis appressis lanceolatis, tubis florum filiformibus. *Burm.* l. c. *Vahl Enum.* II. p. 76.

„Altera varietas foliis instar Junci, floribus albidis tenerioribus, altera foliis latioribus, petiolis florum longitudine contractis, floribus rufescentibus, maculis rubris. Flores distichi, post evolutionem secundi. *Burm.*" Forte a Gladiolo *tubato* non diversa. *Vahl* l. c. In *promont. b. spei.* ♃.

84. I. *spicata Burm.;* foliis ensiformibus, spica simplici secunda. *Burm.* l. c. *Vahl Enum.* II. p. 77.

Spicae nudae; flores parvi 7; spathae breves, bivalves, valvulis ovatis muticis nervosis. Cor. tubus spatha duplo longior; limbus irregulariter divisus violaceus. *Burm.* Verosimile Gladioli species *Vahl.* *Ad promont. b. spei.* ♃.

85. I. *caryophyllacea Burm.;* foliis ensiformibus planis, floribus tubulosis. *Burm.* l. c. *Vahl Enum.* II. p. 77.

Caulis brevissimus, foliosus declinatus; flores alboscentes, maculis flavis. *Burm.* *Ad promont. b. spei.* ♃.

86. I. *arcuata Burm.;* scapo foliaceo, foliis planis inflexis acuminatis, floribus tubulosis. *Burm. prodr.* 2. *Vahl Enum.* II. p. 77.

Folia sesquipalmaria longitudine scapi sic inflectuntur, ut apicibus summos flores saepius attingant, tubulosos, purpurascentes, calycibus magnis tubulosis. In *promont. b. spei.* ♃.

87. I. *plicata Lam.;* foliis ensiformibus nervoso plicatis, caule villoso simplici multifloro, spathis tubo brevioribus *Lam. Enc. meth. sp.* 13.

Zuccagni ad hanc speciem citat *Mill.* t. 155. f. 1. et Gladiolum *plicatum Ait. Hew.* I. p. 63, quam sollicite distinguit a Gladiolo *plicato Enc.* vide *Römer Collect.* p. 120.

126. PATERSONIA.

1. P. *sericea;* stigmate deflexo, scapo extra medium spathisque sericeis, foliis ensiformibus strictis striatis, striis alternis subtilissimis, marginibus tenuissime pubescentibus; carinâ baseos lanatâ. *R. Brown prodr.* I. p. 303. *Bot. Mag.* t. 1041.

Habit. ad portum Jackson et ad littora novae Hollandiae intra Tropicum.

2. P. *lanata Br.;* stigmate . . ., scapo folia subaequante tereti striato longitudinaliter spathisque lanatis, foliis ensiformibus, plano convexiusculis tenuissime striatis, striis aequalibus: marginibus carinâque baseos lanatis. *R. Brown* l. c.

Hab. ad oram meridionalem nov. Hollandiae.

3. P. *longifolia Br.;* stigmate deflexo, spathis scapoque longitudinaliter sericeis, foliis auguste linearibus scapo 4-6ies longioribus infra medium ciliatis pilis patentibus vel inflexis. *R. Brown* l. c.

Hab. ad portum Jackson.

4. P. *media Br.;* stigmate deflexo, laciniis interioribus perianthii tubo stamineo quadruplo brevioribus, spathâ communi sericeâ, scapo glabro caule longiore, foliorum carinâ baseos lanatâ. *R. Brown prodr.* I. p. 304.

Hab. ad portum Jackson.

5. P. *glabrata Br.;* stigmate deflexo, perianthii laciniis interioribus dimidium tubi staminei aequantibus, scapo caule longiore spathisque glaberrimis nitidis, foliorum carinâ baseos lanatâ. *R. Brown* l. c.

Hab. ad portum Jackson.

6. P. *glauca Br.;* stigmate erecto, styli apice parum incrassato inarticulato, spathis subtrifloris striatis scapoque filiformi fere dimidio breviore glabris, foliis linearibus convexiusculis: marginibus carinâque baseos nudis. *R. Brown* l. c. GENOSIRIS *fragilis La Billard. Spicil. nov. Holland.* I. p. 13. t. IX.

Flores coerulei, laciniis limbi fragilissimis. Capsula trilocularis, trivalvis, valvis medio septiferis. *Hab. ad portum Jackson et in insulâ van Diemen.*

7. P. *occidentalis Br.;* stigmate erecto, stylo apice filiformi aequali, spathis 4-5floris laevibus, scapoque aequante glaberrimo folia ensiformia: marginibus carinâque baseos nudis. *R. Brown* l. c.

Hab. ad oram meridionalem novae Hollandiae.

* 127. DIASIA.

1. D. *iridifolia Decand.;* polystachya, scapo laxo, spicis capillaribus flexuosis, foliis ensiformibus glabris subdistichis scapo brevioribus. *Decand. Bullet. philomat.* n. 80. *Redouté Liliac.* I. t. 54.

Huc certe pertinet: GLADIOLUS gramineus *Andrews's Repos.* t. 62. (excl. synonym.) MELASPHAERULA *graminea Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 103. *Gawler* in *Curt. bot. Mag.* t. 615. (excl. plur. synon.) An AGLAEA *Pers. Syn.* I. p. 46. ad hanc, vel ad sequentem, videant autoptae.

Differt a sequente GL. *gramineo Jacq.* floribus in ramis scapi alternis remotis sessilibus, terminali tantum pedunculato; spathis ovatis, margine scariosis, apice 2-3 furcatis; laciniis corollae inaequalibus, superioribus tribus latioribus ex viridi-flavo pallescentibus, lineâ violaceâ intus in disco, infimis tribus longioribus luteis a medio ad basin violaceis. Capsulâ trigonâ triloculari, EVONYMI capsulae simili. In *promont. b. spei.* ♃.

2. D. *graminifolia Dec.*; corollae tubo brevissimo, laciniis subaequalibus aristatis, scapo paniculato, foliis linearibus scapo fere brevioribus. *Decand. Bullet. philomat.* n. 80. *Redouté Liliac.* t. 163. GLADIOLUS *gramineus Linn. Suppl.* 95. (excl. syn. *Plukenet.*) *Jacq. Coll.* III. p. 303. *Ic. rar.* II. t. 236. *Vahl Enum.* II. p. 101. *Willd. Spec.* I. p. 221. *Thunb. Diss. de Glad.* p. 22. n. 26. *Prodr.* p. 9. *Fl. capens.* I. p. 209. Certe! ASPHODELUS foliis planis, caule ramoso, floribus sparsis. *Miller Ic.* p. 38. t. 56. PHALANGIUM *ramosum Burm. prodr. Fl. cap.* n. 3.

Flores sordide albi, lineâ purpurascente, praecedente minores. DIASIAE fors rectius distinguuntur inflorescentiâ et spathis: nam in DIASIA *graminifoliâ* flores pedunculati sunt in paniculae ramis, pedicelli spathâ diphyllâ suffultâ, germenque cingit altera spatha diphylla. In D. *iridifoliâ* vero flores in paniculae ramis filiformibus sessiles, spathâ unâ muniti." *Besser in litt.* In *promont. b. spei.* ♃.

128. GLADIOLUS.

Synopsis Sectionum.

1. Scapo monostachyo. n. 1-57.
2. Scapo polystachyo.
   - *a.* glabri. n. 58-90.
   - *b.* villosi. n. 91-111.
3. Minus cogniti. n. 112-117.

I. *Scapo monostachyo.*

1. * G. *montanus*; corollae ringentis tubo spathis obtusis aequali, laciniis spathulatis, foliis ensiformibus nervosis.

Cl. *Persoon* in *Synopsi* I. p. 43. characterem generis hisce posuit: „*Cor.* tubulosa varia, erectiuscula; laciniae ovato-lanceolatae, undulatae. *Genitalia* adscendentia, pistillum pone stamina versus laciniam superiorem. *Spatha* bi-trivalvis, valvulae utplurimum lanceolatae magnae. *Stigm.* tria. *Sem.* in multis alata" — Species sic disposuit:

Vahl Enum. II. p. 77. *Willd. Spec.* I. p. 208. *Thunb. glad.* p. 8. t. I. G. *tabularis Pers. Syn.* I. p. 44. G. *parviflorus Jacq. obs.* IV. p. 2. t. 78. *Willd. Spec.* I. p. 208. n. 2. Cl. *Persoon* G. *parviflorum* varietatem G. *ruffici* facit. Antholyza *montana Gawl. Ann. of Bot.* I. p. 233.

Folia radicalia subpedalia, vix semiunguem lata, trinervia, scapo parum breviora. Spathae obtusissimae purpurascentes. Flores distantes, unguiculares, et parum ultrà; lacinia superior fornicata, maculà purpureà, laterales divaricatae; inferiores tres aequales purpureae. In *planitie montis tabularis promont. b. spei.* ♃.

2. * G. *spicatus;* foliis linearibus teretibus fistulosis: imo breviore verticali molliter mucronulato, spicâ distichâ subamentiformi, limbo aequali, campanulato, patente. *Gawler Curt. Mag. ad num.* 553. nomine Watsoniae *spicatae*, ut in *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 93., et t. 523. nomine Ixiae *fistulosae;* et, hoc teste: Ixia *spicata Herb. Banks.* (Ix. *teretifoliam Herb. Banks.* t. 523. citatam n. 553. non amplius adducit.) *Willd. Spec.* I. p. 200. Ixia *alopecuroidea Linn. Suppl.* 92. Ixia *cepacea Redouté Liliac.* II.

* *Cor. ringens, laciniis inaequalibus, tubo incrassato, subincurvo:*
Gl. *flexuosus, tristis α β. Jacq., elongatus Vahl, carinatus Ait., gracilis, brevifolius, communis, carneus.*

** Hebea: *Cor. tubo brevi, laciniis divaricatis, suprema lanceolata fornicata, lateralibus obovatis, tribus inferioribus angustis pendulis subunguiculatis:*
Gl. *striatus, alatus, galeatus, montanus, orchidiflorus, bicolor:*

*** Lemonia: *Cor. campanulata, tubo subbrevi parum incurvo, laciniis profundis subaequalibus ovatis. Pourret act. tolos.* III. p. 13.
Gl. *tenellus, strictus, plicatus, nervosus, hyalinus, puniceus,* Ixia *crocata, sulphureus, mucronatus, nanus, grandiflorus, campanulatus, versicolor, albidus, falcatus, biflorus, dichotomus.*

† *Corolla tubo elongato substricto infundibuliformi dilatato, spathis multo longiore: laciniae inferiores plerumque maculâ mediâ rubrâ distinctae lanceolatae patulae:*
Gl. *cuspidatus, affinis, crispus, paniculatus, angustus, trimaculatus, involutus, carneus, refractus, tubiflorus, cubatus, floribundus, secariger, flavus, spathaceus, longiflorus.*

†† *Corolla tubo gracili subfiliformi, laciniis patulis subregularibus, floribus parvulis,* Ixias *referentibus,* Peyrousiae. (*Pourret Act. tolos.* III. p. 15):
Gl. *anceps, fissifolius, silenoides, junceus.*

††† *Spica disticha, spathis imbricatis, floribus parvis sessilibus:* (Micranthi):
Gl. *spicatus, alopecuroides, imbricatus.*

†††† Aglaea: Diasia *graminea.*

t. 96. GL. *spicatus* *Roy. lugd.* 19. *Linn. Sp. Pl.* 53. S. V. *Murr.* p. 86. *Thunb. Glad. Diss.* p. 3. *Fl. capens.* I. p. 193. — (Ergo et GL. *spicatus* *Vahl* p. 78. et GL. *alopecuroideus* *Pers. Syn.* I. p. 46.) — GL. *fistulosus* *Jacq. Hort. Schoenb.* t. 16. *Vahl Enum.* II. p. 78. GL. *tubulosus* *Burm. prodr. cap.* 2.

Cl. *Gawler* monet se vidisse in *Bibl. Banks.* GLADIOLUM *herb. Hermann.* (ex quo *Flor. zeylan.* confecit) *Linnaei* manu subscriptum, et *Linnaei* GL. *spicatum* in *herb. Linn.* esse GL. *communem.* *Vahl* GLAD. *spicatum* non vidit: hinc *Gawlerum* sequimur. Descriptio in CURT. *Mag.* t. 523 haec est: maxime affinem esse GL. *plantagineo*, ut dubites de specie. Bulbus parvus, rotundus, tunicâ fibrosâ fuscâ. Folia glabra, teretia, inflata, apice latiora, obtusa, mucrone molli; scapus magnâ sui parte vaginatus, quâ floret tantum nudus, deflexus, dein ascendens. Spica imbricata, floribus inodoris e spathâ trivalvi. In inferiore spicae parte, subinde vel in totâ, flores nulli, sed bulbilli in valvulâ exteriore magnitudine avenae, quibus satis planta propagatur. Corolla albida apicibus laciniarum violaceis. *Sims.* *Thunb.* de GLAD. *spicato* l. c. ait: Scapus spithamaeus. Folia quatuor longe vaginantia, inferiora sensim breviora, angustissima, glabra. Flores circiter 12 parium, coerulei, in spicâ pollicari. Differt a GL. *alopecuroide:* floribus majoribus, spicâ breviori sed latiori, ovatâ, scapo simplici. — *Vahl* vero de GLAD. *fistuloso* ex *herb. Burmann:* spica exacte GL. *alopecuroidis*, sed distinctissimus foliis fistulosis, adultiorum apice modo operculi deciduo. Folia crassitie pennae cygneae et ultra, bi-tripollicares, basi fissa, intus cava, nervosa, apice fusca, obtusa, mucronata: vaginae integrae, arctae. Scapus vaginis foliorum tectus. Spica palmaris et ultra, pyramidata, apice ante explicationem florum teretiusculâ. Flores copiosi, conferti, parvi. Spathae ovatae, compressae denticulatae, dorso fuscae, latere membranaceo-hyalinae, mucronatae. Corolla spathâ parum longior. In *promont. b. spei.* ♃.

3. G. *triticeus* *Thunb.*; corollis erectis, spicâ imbricatâ distichâ, bracteis truncatis, foliis linearibus. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 194.

Omnino similis G. *spicato*, sed in hoc bracteae truncatae et folia filiformi-linearia. *Thunb.* Dubia species!

4. * G. *imbricatus*; spicâ imbricatâ secundâ, scapo glabro, foliis ensiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 79. *Willd. Spec.* I. p. 212. GL. *rossicus* *Pers. Syn.* I. p. 46. qui GL. *parviflorum* *Jacq.* hujus β. fecit.

Planta et *Vahlio* et *Willd.* dubia. Flores parvi, versus unum latus imbricati. *Linn.* An ANTHOLYZAE species? In *Russiâ citeriore.* ♃.

5. G. *elatus* *Balb.*; spicâ imbricatâ secundâ, scapo glabro. *Balbis Catal. stirp. H. ac. taurin.* 1813. p. 38.

Altissimus omnium, flores Gl. *communis*, sed majores colore purpureo intensiore et spicâ longiore. Proximus Gl. *imbricato Vahl.* A 30 annis in horto cultus sub dio viget. Communicatus a *D. Perrone* sub nomine *Gladioli e promont. b. spei.* *Balbis l. c.* ♃.

6. G. *parviflorus Vahl;* spicâ imbricatâ, scapo villoso. *Vahl Enum.* II. p. 79. Glad. *spicatus Lam. Ill.* p. 120.

Differt a Gl. *spicato Linn.* caule villoso, spicâ undique imbricatâ, floribus minoribus. In *promont. b. spei.* Ex Herb. *Lam.* ♃.

7. G. *papilionaceus Lichtenstein;* corollâ ringente, laciniis tribus inferioribus multo angustioribus spathulatis, scapo unifloro bulbifero, spathâ tubo longiore, foliis lineari-falcatis nervosis. *Lichtenstein Spicileg. Fl. capens.* MSS.

Bulbus globosus, avellanâ paulo minor, fibrillis lateralibus horizontalibus tenerrimis, radice mediâ descendente validâ, tunicâ tomentosâ obductâ. Scapus spithamaeus, (raro ultra) inferne cum foliis vaginâ arcte inclusus, intra vaginam bulbifer, (bulbo solitario quasi in geniculo scapi) supra flexuoso-compressus, anceps. Folia bina inferiora opposita, altero longissimo, caulina duo breviora spathaeformia, omnia inferne vaginantia, supra complicato-connata, striata, subulata. Spatha bivalvis, valvulâ exteriore carinatâ, margine undulato colorato, ad basin dente unico filiformi penicillato. Corollae tubus brevis incurvulus. Limbi laciniae patentes, tres superiores multo latiores et longiores, carneae basi purpurascentes; inferiores spathulatae flavo-rubentes.

Species tempore cel. *Lichtensteinii* maxime vulgaris in Isthmo capensi (*Kaapsene Duinen*) tam in viciniâ urbis, quam *prope Stellenbosch et in Hottentottsch Holland.* Odor suavissimus. Belgis nomen *Kalkoentje.* ♃.

8. G. *rudis Lichtenstein;* corollis ringentibus, spathis tubo longioribus, scapo bifloro, foliis lanceolatis nervosis. *Lichtenstein Spicileg. Fl. capens.* MSS.

Bulbus oblongus magnitudine Avellanae. Scapus vix pedalis pennâ columbinâ crassior, flexuosus, teres, supra maculato-coloratus. Folia plura, infimum longitudine scapi, superiora conniventia, nervosa. Spatha bivalvis; valvula exterior dorso et apice colorata major. Flores gemini pallide purpurei; corollae tubus spathâ brevior sub-incurvus. *Habitat in regione Roode Bokkeveld ad pedes montium, promont. b. spei.* ♃.

9. * G. *flexuosus;* corollae ringentis tubo filiformi spathis longiore, laciniis acutis, scapo flexuoso, foliis linearibus. *Vahl Enum.* II. p. 79. *Willd. Spec.* I. p. 208. *Thunb. Glad.* n. 2. T. I. f. 1. *Fl. capens.* I. p. 189.

Pedalis, folia duo-tria, canaliculata, brevia; spica triflora; spathae attenuatae, fusco-ferrugineae, tubo corollae parum breviores. Corolla albido-incarnata. Laciniae corollae lanceolatae. In *promont. b. spei.* ♃.

10. G. *exscapus* *Thunb.*; corollae ringentis tubo filiformi, spathae laciniis lanceolatis obtusis, scapo flexuoso, foliis lineari-ensiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 80. *Thunberg prodr.* 184. *Fl. cap.* I. p. 175. *Act. havn. vol.* VI. *cum Ic.* Gl. *flexuosus* *Linn. Suppl.* p. 96. nec vero Thunbergii. *Gawl.*

Cum scapus huic spithamaeus et ultra, quomodo exscapus dici potest? Folia duo radicalia, margine et costâ flavescentia. Flores duo-sex, albi. Spathae bi-tripollicares, lanceolatae, convolutae, parum acutae; corollae tubus tri-quinquepollicaris, quâ longitudine spatharum tubique ab omnibus reliquis distinctissimus. A praecedente differt foliis longioribus latioribusque, spathis longioribus fuscis, nec ferrugineis. In *promont. b. spei.* ♃.

11. G. *brevifolius* *Jacq.*; corollae (sub) ringentis tubo spathis ovato-lanceolatis aequali, laciniis lanceolatis, scapo aphyllo. *Vahl Enum.* II. p. 80. et hoc teste: Glad. *tristis* n. 8. *i.* et *k.* et Glad. *brevifolius* *Thunb. prodr.* 185. *Act. soc. havn.* VI. *Fl. cap.* I. p. 177. Gl. *brevifolius* *Jacq. Coll.* IV. p. 156. *Ic. rar.* 2. t. 249, ergo, quoad hunc, *Willd. Spec.* I. p. 213., et *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 98. qui huc ducit: *Jacq. Fragm.* III. t. 2. f. 3.; Glad. *carneum* *Andr. Repos.* t. 240. et Glad. *hirsutum* α. et β. *Gawl. Bot. Mag.* 727 et 992, qui ad α ducit Gl. *amoenum* et *villosiusculum* *Herb. Banks.*

Sub florescentiâ folia nulla, sed vaginae duae-quatuor, suprema in folium unguiculare desinens, apice fuscae. Scapus pedalis-bipedalis, apice cernuus. Spica palmaris, tri-decemflora; flores plerumque secundi, interdum distichi, incarnati vel varii coloris, sed semper tristis, cernui. Spathae bivalves, unguiculares. *Vahl.* — Bulbi sterilis folium unicum lineari-pubescens. *Hort. Kew.* l. c. In *promont. b. spei.* ♃.

12. G. *elongatus* *Thunb.*; corollae ringentis tubo longitudine spathae laevi, laciniis lanceolatis obtusiusculis. *Vahl Enum.* II. p. 81. *Thunb. prodr.* 185. *Fl. capens.* I. p. 180. *Act. havn. vol.* 6. Glad. *tristis* *Thunb. Glad.* n. 8. e. *Jacq. Coll.* IV. p. 158. *Ic. rar.* t. 244. Gl. *pterophyllus* *Pers. Syn.* p. 43.

Folia radicalia quatuor, scapum aequantia, superne duo, inferne sex sulcata, duo spathaeformia, subpollicaria. Scapus bipedalis et ultra. Flores sex-octo, spathae tubo corollae vix longiores. Corolla semipollicaris, virescens. *Thunb.* — Scapus gracilis, superne inflexus, uniflorus plerumque, foliis vaginatus. Cor. triste caerulescens, laciniis crispatulis, flavescens cum adspersis punctis atropurpureis. *Jacq.* In *promont. b. spei.* ♃.

13. G. *tenellus* *Thunb.*; corollae ringentis tubo spathis striatis aequante, laciniis lanceolatis obtusis, folio radicali

solitario. *Vahl Enum.* II. p. 81. *Willd. Spec.* I. p. 209. *Thunb. prodr.* 185. *Fl. capens.* I. p. 179. *Act. havn. vol.* VI. *Jacq. Coll.* III. p. 255. *Ic. rar.* II. t. 248. *Schneev. Icon.* t. 40. GL. *tristis humilis* et *luteus. Thunb. Glad.* n. 8. f. h. β. *flavus Pers. Syn.* p. 44. *Jacq. Collect.* IV. p. 160. t. 3. f. 1. GL. *setifolius Vahl Enum.* I. p. 100. ex *Gawl.*

Folium radicale unum, longitudine scapi, caulina duo; scapus semipedalis, biflorus ad folia geniculatus, debilis, supra supremum folium declinatus. Flos sesuncialis. Cor. ochroleuca, subringens, lineâ longitudinali sordide violaceâ. Limbi laciniae duae patulae, ad faucem punctatae. *Jacq.* l. c. β. — Scapus semipedalis; folia longitudine scapi, striatula. Spatha flore dimidio brevior. Corollae laciniae saturate luteae. In *promont. b. spei.* ♃.

14. G. *gracilis Thunb.;* corollae subringentis (subnutantis, campanulato-bilabiatae) tubo spatham aequante, laciniis lanceolatis, foliis linearibus marginibus utrinque laminato-costatis, nervo medio costis valde depressiore, lateribus sulcato-paginatis. *Gawler* in *Bot. Mag.* t. 562. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 99. *Vahl Enum.* II. p. 82. *Willd. Spec.* I. p. 211. *Thunb. prodr.* II. p. 185. *Fl. cap.* I. p. 182. *Act. havn. vol.* VI. *Jacq. Coll.* IV. p. 159. *Ic. rar.* II. t. 246. GL. corollâ subringente, laciniis acutis, scapo subbifloro; foliis linearibus, scapo brevioribus; stigmatibus interne pilosis. *Redouté Liliac.* VIII. t. 425. An GL. *laevis Vahl Enum.* I. p. 83. hujus sit varietas β? quaerit *Gawler.*

GL. *punctatus* β. *Soland. Herbar. Banks.*

Scapus pedalis-tripedalis, simplex, foliis longior, debilis, superne geniculato-flexuosus. Folia tria, quatuor, longe vaginantia, supra vaginam brevia, canaliculata; lineam lata. Flores plerumque duo (vel 3-4), raro unus, duos pollices longi. Corollae tubus cylindricus, albus. Faux incurva, violacea, vel coerulea. Limbus infundibuliformis, pallide violaceus (in varietate albus), laciniis acutis; tres superiores duplo latiores, duae inferiores punctis striisque variegatis; intermedia lineâ unicâ. *Jacq. l. c.* Folia GLAD. *Watsonii*, sed angustiora; flores GLAD. *recurvi.* *Ad promont. b. spei.* ♃.

Forsan varietatem esse GLADIOLI *tristis* suspicatus est cel. *Jacquin*, sed propius ad GLAD. *biflorum Thunb.* accedere videtur. Differt a *tristi* habitu, foliis constanter angustioribus, scapo longioribus et corollae laciniis multo minoribus.

15. G. *laevis Thunb.;* corollis secundis cernuis, spathis tubo longioribus, foliis bisulcis. *Vahl Enum.* II. p. 83. *Thunb. prodr.* p. 184. *Fl. cap.* I. p. 178. *Act. havn. vol.* VI. GLAD. *tristis inodorus Thunb. Glad.* n. 8. d. an GLAD. *gracilis* Varietas? *Gawl.*

Folia radicalia duo, infimum scapo longius; unum in scapo supra medium. Scapus pedalis, simplex. Flores 2-3, secundi, lutescentes albidi. Spathae inaequales. Corollae albidae carina extus striâ duplici purpureâ, limbi laciniis intus purpureo striatis. *Thunb.* l. c. In *promont. b. spei.* ♃.

16. G. *quadrangularis Gawl.*; foliis ensiformi-linearibus sulcato-quadrangulatis, corollâ geniculato-recurvâ: fauce cylindricâ tubo subaequali, laciniâ supremâ maximâ porrectâ, infimâ minimâ subulatâ. *Gawl. Curt. Mag.* t. 567. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 97. et hoc teste; ANTHOLYZA *quadrangularis Burm. prodr. Fl. cap.* (Ergo et *Vahl Enum.* II. p. 123.) GLAD. *abbreviatus Andr. bot. repos.* t. 166. (Ergo et ANTHOLYZA *abbreviata Pers. Syn.* I. p. 43.)

Folia ut in GLAD. *tristi.* Scapus bi-tripedalis, rectus, rigidus, teres, versus rhachidem flavicans. Flores 2-3. Corolla flava, tecta lineolis abruptis confluentibus circa basin faucis, irregularis: lacinia suprema magna, ovato-oblonga, intus margine hyalina, superiores laterales rhombeo-ovatae, multo angustiores, sed latiores lateralibus inferioribus, quae ovatae acutae: inferiores omnes maculis geminis viridibus in medio. Spathae flavo-rubrae, immaculatae, exterior longitudine faucis. *Gawler.* *Burmann* l. c. plantae suae nil adjicit, praeter: folia longissima, scapus bicubitalis, spathae bivalves, oblongae. In *promont. b. spei.* ♃.

17. G. *trichonemifolius Gawl.*; foliis trinis gracilibus strictis lineari-attenuatis tetraquetris, angulis sulcatis, infimo caulem simplicem erectum multoties superante; spicâ 2-3florâ subsecundâ; spathâ herbaceâ; corollâ infundibuliformi subringente subaequali erecto-subnutante, tubo germen aequante, fauce subventricoso-turbinatâ tubum multo excedente, limbo parum breviore. *Bot. Mag.* t. . IXIA *spathacea Herb. Banks* (specim. spontan.).

Caulis gracilis, fere totus vaginatus. Folia longe fistuloso-vaginantia, superiora ultra vaginam brevissima, subulata. Spatha convoluto-lanceolata, dense striatula. Tubus corollae brevis, gracilis, striatus, limbus subbilabiatus patulus, laciniis ovato-lanceolatis acumine convoluto, supremâ sublongiore, unguiculatâ, incumbente.

18. *G. *tristis*; foliis linearibus tetragonis quadrisulcatis, corollae laciniis subaequalibus. *Hort. Kew.* ed. 2 I. p. 99. *Willd. Spec.* I. p. 210. *Vahl Enum.* II. p. 84. *Thunb. Fl. cap.* I. p. 176. *α. unicolor. Bot. Mag.* t. 272. 1098. *Jacq. Coll.* IV. p. 157. *Ic. rar.* t. 243. *Redouté Liliac.* t. 35. (Sed nuperrime cel. *Bonpland* opinionem emittit plantam in *Liliac.* t. 35. depictam specie differre ab illis, quas ill. *Jacquin* in tab. 243. 244 et 245. *Ic. pl. rar.* depingi curavit.) GL. *concolor Salisb. parad. lond.* tab. 8. *Trew Ehret.* X. t. 39.

Folium unicum, scapo altius, subulatum, tortum, angulis quatuor exstantibus; flos unicus et plures, noctu odoratissimus. Spatha trivalvis. Corollae ochroleucae laciniae lanceolatae, suprema latior erecta. „In *multiflorâ* folia rite ensiformia.“ *Linn.* In *promont. b. spei.* ♃.

19. G. *versicolor Gawl.*; foliis ensiformi-linearibus utrinque tricostatis, valvulâ spathae extimâ faucem exsuperante, laciniis extimis ellipticis: lateralibus inferioribus angustioribus unguiculatis. *Gawler:* et hoc teste: *α. major:* foliis lineari-ensiformibus, costis laminato-elevatis, faciebus laterum paginulatis sulcato-planis, valvulâ extimâ cuspidatâ spirali-convolutâ, corollâ adaequatâ, fuscescente. Noctu odoratus. *Andrews repos.* t. 19. *Gawl. bot. Mag.* t. 1042. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 98: „corollae laciniis fauce longioribus. *β. inaequalis:* foliis trinerviis striatis ultra vaginam brevioribus: lateribus non paginatis, laciniis supremis brevioribus: intermediâ brevissimâ: infimâ reliquis longiore. — *Breyn prodr. afr.* II. t. 7. f. 1. Glad. *tristis minor Soland.* et *Herb. Banks.* *γ. tenuior:* foliis antecedentis, laciniis externis longioribus ellipticis obtusulis emarginatis apice convolutis undulatis, laciniis infimis maculâ informi notatis: interdiu odorus. Glad. *tristis α odorus Thunb. Diss. de Glad.* p. 8. *Gawler* in *Curt. Mag.* t. 556.

δ. longifolius: corollis minoribus subviolaceis punctatis, folio exteriore varietatis *α.* pluries vero angustiore scapoque longiore. Gl. *tristis var. Jacq.* t. 245. Glad. *spiralis Pers. Syn.* I. p. 43. quoad synonymon *Jacquini*, et eâdem ratione Gl. *tristis β. Vahl.* *ε.* binervis, foliis binervibus, corollâ pallescente. *Bot. Mag.* t. 1042.

Varietates illas 16 Gladioli *tristis* genuinas fors esse species *Gawler*, *versicolorem* hunc intermediam Glad. *tristem* inter et *recurvum.* In *promont. b. spei.* ♃.

20. G. *venosus Willd.*; corollis subringentibus, spathis tubum aequantibus, laciniis corollae obtusis trinerviis venosis, foliis lineari-ensiformibus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 58.

Scapus sex-octopollicaris, teres, bi-triflorus, basi foliis lineari-ensiformibus. Spathae diphyllae membranaceae, valvulae exterioris apice eroso, subtridentato, interior subbifida. Corolla pollicaris, albida, vel subochroleuca. Tubus virescens longitudine spathae. Limbus sexpartitus, laciniis tribus superioribus ovatis, intermediâ latiore basi interne maculâ parvâ luteâ, duabus lateralibus basi interne annulo rubro, tribus inferioribus (intermediâ parum longiore) interne maculâ flavâ, nervi tres in laciniis omnibus et venae numerosissimae. *Ad promont. b. spei.* ♃.

21. G. *cuspidatus Jacq.*; *α. longiflorus*, corollis subringenti-infundibuliformibus secundis cernuis, laciniis lanceola-

tis undulatis cuspidatis, recurvis, tribus inferioribus maculâ ocellatâ duplo longioribus, spathâ limbove duplo longiore. *Jacq. Coll. Suppl.* p. 17. *Ic. rar.* II. t. 257. *Andrews's Bot. Reposit.* t. 219. *Gawl.* in *Curt. bot. Mag.* n. 582. *Redouté Liliac.* III. t. 136. *Willd. Spec.* I. p. 219. *Vahl Enum.* II. p. 85. GL. *undulatus Linn. Mant.* p. 27. *Syst. Veg.* ed. XIV. p. 86. GL. *tristis* o hastatus. *Thunb. Diss. de Glad.* 13? β. *breviflorus. Redouté Liliac.* I. t. 36. *Andr. Repos.* III. t. 147. GL. *trimaculatus*, foliis lineari-lanceolatis, tubo curvo limbo vix longiore, petalis tribus maculâ cordiformi inscriptis *Lam. Dict.* II. p. 727. *Illustr.* t. XXXII. f. 3.

Bulbus subrotundus, Avellanâ multo major. Scapus sesquipedalis-tripedalis, simplex, nec ramosus. Folia radicalia tria, longitudine fere scapi, aut breviora, ensiformia. Flores secundi, plerumque quatuor, in α. quadripollicares; spatha interior bidentata. Corollae in α. ex albo pallide sulphureae, laciniis tribus inferioribus maculâ hastatâ extus laete rubrâ intus purpureâ notatis. In β. corollae pallide rufo-flavescentes, in medio dorsi purpurascentes, laciniis tribus inferioribus maculâ purpureo-rubrâ ocellatâ. *Ad promont. b. spei.* ♃. Sed adhuc inquirendum, annon. Var. β. sit propria species?

22. G. *trimaculatus Lam.*; corollae cernuae tubo spathis longiore, laciniis tribus inferioribus maculâ cordatâ purpureâ. *Vahl Enum.* II. p. 85. *Lam. Ill.* I. t. 32. f. 3. *Enc. meth.* II. p. 727. GL. *cordatus Thunb. prodr.* 185. *Fl. capens.* I. p. 185. *Act. havn. vol.* 6. Cl. *Persoon Syn.* I. p. 45. huc ducit *Breyn prodr.* p. 21. t. 7. et affinem dicit GL. *angusto cordatum* quocum junctus in *Bot. Mag.* t. 602. GLAD. *cuspidati* varietatem esse vult D. *Gawler.*

Folia usque quatuor, infimum scapo pedali longius, costis tribus flavescentibus marginata. Flores 2-5; bipollicares, campanulati. Spathae subpollicares. Cor. albido-incarnata, tubo sesquipollicari; limbi laciniae tres infimae maculâ cordatâ purpureâ. In *promont. b. spei. Thunb.* ♃.

23. G. *hastatus Thunb.*; corollae campanulatae tubo spathis breviore, laciniis ovatis obtusis, tribus inferioribus maculâ hastatâ. *Vahl Enum.* II. p. 86. (excl. syn. *Jacq.*) *Thunb. prodr.* 185. *Fl. capens.* I. p. 181. (qui heic etiamnum GLAD. *angustum Jacq.* citat.) *Act. havn. vol.* 6. et *Ejusd.* GL. *tristis hastatus Diss. de Glad.* n. 8. o. *Willd. Spec.* I. p. 218 (excl. pl. synon. *).

Radicalia folia duo, scapo pedali paulo breviora; versus apicem bipollicaria. Flores circiter tres. Cor. albo-incarnata. *Thunb.* In *promont. b. spei.* ♃.

* Citat tamen in *Enum. H. Berol.* I. p. 69. GL. *monostachyum Thunb. prodr.* p. 186. Confer *angustum.*

24. G. *ringens Andr.;* odoratus, corollâ ringente, caule erecto simplici, foliis costatis vaginantibus linearibus, floribus racemosis, racemo submultifloro. *Decand.* ap. *Redouté Liliac.* III. p. 242. Gl. *violaceus*, odoratus, corollâ ringente, caule basi colorato punctato, foliis linearibus. *Pers. Syn.* I. p. 43. n. 7. α. Gl. *ringens* var. flore cinereo odorato. Gl. foliis linearibus, costatis, floribus ringentibus, cinereis, odoratissimis. *Andr. Bot. Repos.* t. 27. *Redouté* l. c. β. Gl. *ringens*, var. multiflora. G. foliis sublinearibus costatis, flor. ringent. ciner. odoratiss., scapo multifloro. *Andr. Bot. Repos.* t. 227. Gl. *punctatus Jacq. Collect.* IV. p. 160. *Icon. rar.* II. t. 247. *Pers. Syn.* I. p. 43. n. 5. Gl. *recurvus*, foliis linearibus planis: nervo utrinque prominente, corollâ campanulato-ringente lateraliter compressulâ: laciniis extimis lanceolatis recurvis: lateralibus infimis subcuneatis. *Gawl.* in *Curtis Bot. Mag.* n. 578. *Linn. Mant.* p. 28.? *Willd. Spec.* I. p. 208. sed nec *Thunb.* nec *Linn. fil.* *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 99. Gl. *carinatus. Hort. Kew.* ed. 1. I. p. 64. *Willd. Spec.* I. p. 211. *Gawl.* in *Ann. of Bot.* I. p. 231. Gl. *alatus. Schneev.* et *Geuns* t. 12. ex *Gawl.* Gl. *odorus. Salisb. prodr.* p. 40. Gl. foliis linearibus sulcatis, floribus uno versu dispositis tubo floris longiore. *Miller Icon.* p. 157. t. 235. f. 2.

Vagina radicalis nitens, alba, maculis fusco-purpureis. Folia tria, extimum scapo subaequale, aut dimidio brevius, caulina spathacea. Scapus pedalis-tripedalis, gracilis, erectus. Flores duo-quinque, violam spirantes. Spathae tubo longiores, corollae medium fere attingentes. Lacinia suprema latissima, elliptica, recurva, inferiores subunguiculatae. Primâ et secundâ post expansionem die extremitates laciniarum superiores flavae, punctis copiosissimis caeruleis, ut fere caeruleae videantur, quod serius fiunt, remanente striâ in medio flavâ, lineis tribus purpura punctatis remanente, fundo corollae flavo, tubo albo. Affinis corollâ Gladiolo *gracili.* Intermedium esse *brevifolium* inter et *gracilem. Pers.* In *promont. b. spei.* ♃.

25. G. *grandis Thunb.;* corollis campanulatis, bracteis limbum aequantibus, laciniis ovatis. *Vahl Enum.* II. p. 87. *Thunb. prodr.* 185. *Fl. capens.* I. p. 186. *Act. havn. v.* 6. *Ejusd.* Gl. *tristis, grandis Glad.* n. 8. c. β. Gl. *versicolor Andr. Reposit.* t. 192. An Gl. *versicolor Curt. Mag.* t. 556? ubi vero Gl. *tristis* (*a odorus*) *Thunb. Diss.* 8. et Gl. *tristis Jacq. Ic.* II. t. 245. citantur.

Folium radicale, longitudine scapi pedalis et ultra, apice valde attenuatum. Flores bini, cernui, magni, limbus albido-flavescens, laciniis tribus superioribus intus lineâ duplici purpureâ extus purpureo-multistriatâ, inferioribus sulco medio flaves,

cente, apice purpurascente. *Thunb.* In β color floris durante anthesi valde variabilis. In *promont. b. spei.* ♃.

26. G. *inflatus Thunb.*; corollae inflato-campanulatae tubum spathis ovatis nervosis aequante, foliis bisulcis. *Vahl Enum.* II. p. 87. *Thunb. prodr.* 185. *Fl. capens.* I. p. 181. *Ait. havn. vol.* 6. *Ejusd.* Gl. *tristis violaceus Glad.* n. 8. m. n. Glad. *cuspidati* varietatem esse ait *Gawler.*

Folia radicalia duo, infimum scapo sesquipollice longius, apice lineare. Flores duo-quatuor, sesquipollicares, subsecundi, incarnati vel purpurei. *Thunb.* In *promont. b. spei.* ♃.

27. G. *hyalinus Jacq.*; corollae subringentis laciniis lanceolatis, foliis vaginisque glabris caule multo brevioribus. *Vahl Enum.* II. p. 88. *Willd. Spec.* I. p. 211. *Jacq. Ic. rar.* II. t. 242. *Ejusd.* Gl. *strictus Coll.* IV. p. 170.

Scapus pedalis, debilis; folia tria, stricta, subtrinervia; flores circiter tres, bipollicares pallidi, cum maculis sordide purpurascentibus, tubo coerulescente, limbo subpellucido, laciniâ supremâ albidâ, superne flavescente striis punctisque purpurascentibus, reliquis concoloribus, sordide flavescentibus, lineâ mediâ perpendiculari striis punctisque purpureis. *Jacq.* In *promont. b. spei.* ♃.

28. G. *hirsutus Jacq.*; foliis lineari-ensiformibus, corollis fere regularibus. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 98. Gl. *hirsutus Willd. Spec.* I. p. 214. *Jacq. Coll.* IV. p. 161. *Ic. rar.* II. t. 250. *Vahl Enum.* II. p. 88. *Hayne term. bot.* t. V. f. 5. *Redouté Liliac.* t. 373. β. *multiflorus.* Gl. *hirsutus roseus Gawl.* t. 574. et var. δ. ibid. t. 727. Gl. *roseus Andr. Repos.* t. 11. Watsonia *amoena* β. *rosea Pers. Syn.* 43. Gl. *rubro-marginatus Schrad.* Gl. *carneus Herb. Banks.* Jam clo. *Gawler*, qui l. c. *hirsutum* pro β. *brevifolia* habet sequ. definitione: „foliis ensiformibus, corollâ majusculâ, laciniis lanceolato-ovalibus basi „unguiculato-attenuatis, fauce longioribus“ ejusdem est: γ. *tenuiflorus:* corollâ graciliori, laciniarum basibus in faucem cylindricam connatis, laciniis rotundato-ovatis. *Gawl.* Huc: Glad. *Merianellus Thunb. Diss.* n. 11. *prodr.* p. 7. *Willd. Spec.* I. p. 214. (excl. syn. *Milleri.*) Antholyza *Merianella Syst. Veg.* ed. *Murr.* p. 87. 89. Non Antholyza *Merianella Ait. Kew.* s. Glad. *aletroides.* cf. et *Gawl.* in *bot. Mag.* t. 727 et 823?

Descriptio Gl. *hirsuti* cel. *Jacq.* sequens. „Scapus sesquipedalis, debilis, superne flexuosus, glaber, vaginis foliorum tectus, inferne vaginâ sine folio, glabrâ. Folia disticha tripollicaria, ad lentem hirsutula, margine saepe purpurascentia. Vaginae pilosae, spathae glabrae. Flores bini alterni, odoratissimi, corolla campanulata, (subringens *Willd.*) Tubus viridi-flavescens, fauce purpurascens, limbus roseus, laciniis superioribus

lateralibus medio maculatis. Stigmatis laciniae spathulatae." *Jacq. l. c.* In GL. *rubro-marginato Schrad.* folia lanceolata torta rubro-marginata pubescentia, flores rosei odoratissimi. In *promont. b. spei.* ♃. *

* Adjiciunt hic quidam: GL. *biflorum Bot. Mag.* t. 823.: folia huic laete viridia, striis saturatioribus, flores magnitudine GLADIOLI *communis* basi albi, dein rosei, laciniis tribus inferioribus minoribus intus purpurâ punctatis. Vaginae dilute lilacinae, striis virentibus.

29. G. *striatus Jacq.*; corollis ringentibus secundis, laciniis alternis crispis, foliis lanceolato-ensiformibus undulatis ciliatis. *Vahl Enum.* II. p. 89. *Willd. Spec.* I. p. 210. *Jacq. Suppl.* 28. *Ic. rar.* II. t. 260. GL. *formosus Pers. Syn.* I. p. 44. TRITONIA *striata Gawl.*

Bulb. subrotundus Avellanae magnitudine; scapus pedalis, inferne aphyllus, atro-violaceus; folia semipedalia, glauca; spica subsexflora, interdum horizontalis. Corolla sesquipollicaris; tubus sordide virens; laciniae tres acutiusculae flavescentes, tres mucronatae, pallide violaceae fasciâ longitudinali mediâ rubrâ, planâ. *Jacq. Willd.* corollam describit tubo coeruleo, laciniis tribus exterioribus planis acuminatis luteis apice coeruleis, basi coccineis lineâ concolori in medio; laciniis tribus interioribus undulato-crispis luteis basi rubicundis. In *promont. b. spei.* ♃.

30. G. *Milleri Gawl.*; foliis linearibus sulcatis, corollis erectis secundis; limbo campanulato, laciniis longitudine aequalibus, supremâ lateribus angustiore. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 101. ANTHOLYZA *spicata Mill. dict.* n. 2. fig. t. 40. *Curt. bot. Mag.* t. 632.

Rad. similis illi CROCI *verni*, sed tunicâ albâ. Fol. quinque-sex. Caulis sesquipedalis. Flores magni, flavicantes, laciniae tres superiores striâ roseâ, inferiores violaceâ. Spatha viridis, striis rubris. In *promont. b. spei.* ♃.

31. G. *galeatus Jacq.*; corollâ divaricatâ ringente, laciniâ summâ erectâ, foliis ensiformibus glabris. *Jacq. Coll.* IV. p. 167. *Jacq. Ic.* II. t. 258. *Vahl Enum* II. p. 89. *Willd. Spec.* I. p. 212. (uterque exclusis synon. omnibus praeter *Jacquin*). An *Burmann prodr. cap.* 2?

Scapus semipedalis, foliis radicalibus longior. Flores plures distantes, parum nutantes, inodori. Corolla ex violaceo sordide pallens, limbi lacinia superior magis violacea, saepe ad latera flavens; tres inferiores interne medio, aut latere extimo, aut tota saturate flavae. *Jacq.* In *promont. b. spei.* ♃.

32. * G. *alatus*; foliis rigidis dense striatulis, spathis subventricosis decurrentibus; corollae laciniâ supremâ cuneato lanceolatâ planâ erecto-recurvâ, lateralibus latissimis ovato-rhombeis, infimâ spathulato-rhombeâ. *Gawl. Curt. Mag.* t. 586. *Linn. Sp. Pl.* 53. *Amoen. acad.* VI. *afr.* 2. (excl.

Plukenet). *Thunberg Diss.* n. 15. var. 3. (nec GL. *alatus Ait. Kew*, qui *Jacquini*.) *Thunb. Fl. cap.* I. p. 195. *Andrews's bot. Repos.* t. 18. GL. *galeatus Burm. prodr. cap.* 2.? *Breyn prodr.* t. 12. f. 2. *Sebae thesaur.* I. t. 7. f. 3. (*Thunbergium* l. c. sub GL. *alato* tres redunisse species: GL. *galeatum Jacq.*, GL. *alatum Jacq.* et *Hort. Kew.* (*viperatum Gawl.*), et GL. *alatum Linn.* quae tres species cum GL. *permeabili de la Roche*, GL. *namaquensi*, et GL. *viridi* sectionem propriam hujus generis constituunt.)

Bulbus rotundus compressus. Folia tria-quatuor, ensiformi-linearia, subcoriacea, extimum obtusiusculum, reliquis duplô longius, scapo subaequali. Scapus sex-octo-pollicaris; erectus, flexuosus, semianceps. Spatha tubo multo longior, exterior subcarinata. Flores quinque-decem, divaricato-ringentes; tubus turbinatus, brevis; segmenta longitudine aequalia, supremum lateralibus duplo angustius, inferiores angustiores, omnes coccineae, inferiores unguibus flavo-virentibus. *Copiose in promont. b. spei.* ♃.

33. G. *namaquensis Gawl.*; foliis coriaceis oblongiusculis: margine crassâ, laciniâ supremâ fornicato-concavâ, lateralibus rhombeo-ovatis planis extenso-patentibus, infimis conniventibus dependentibus spatulatis obtusis cum acumine, unguibus convolutis. *Gawl. Curt. Mag.* t. 592. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 89. GL. *galeatus Andr. bot. Repos.* 122. (GLAD. *equitans Thunb. Vahl Enum.* II. p. 91. n. 28. . . . *Gawl.*)

Bulbus rotundus subcômpressus; folia quatuor, in speciem petioli attenuata, nervis 10-15 aequidistantibus, parallelis, margine rubro-fusca, ut in GL. *marginato.* Scapus semipedalis-pedalis, obsolete triqueter, flexuosus, foliis longior. Flores 3-12, nutantes, magni, violas spirantes. Spatha tubo longior, exterior subventricosa, subdecurrens. Cor. ringens, tubus et faux turbinatus, brevis: lacinia superior ovata. Ungues laciniarum inferiorum viridi-flavi. In *Namaquâ*, *Africâ meridional.* ♃.

An ad hanc speciem spectat GL. *virescens Thunb.*, corollae laciniis lateralibus latissimis striatis, foliis linearibus bisulcis longioribus. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 196.? quem cel. Auctor fusius ita describit:

Similis *alato* et *specioso*, sed scapus ramosus vel simplex, flexuosus, spithamaeus. Folium radicale scapo duplo longius, lineare, apice setaceo, bisulcum, glabrum; caulina breviora. Flores spicati, ringentes, tristes, seu venis viridibus striati, petalis lateralibus latioribus.

34. G. *byzantinus Gawl.*; foliis ensiformibus latiusculis laevibus, spicâ distichâ, corollae laciniâ supremâ lateralibus tectâ; tribus inferioribus maculâ albâ marginatâ lineari-lanceolatâ notatis. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 102. *Gawl.* in *Curtis bot. Mag.* t. 874. GL. *communis var.* δ. *Mill.*

dict. ed. Martyn. Gl. *major byzantinus Bauh. pin.* 41. *Parkins. parad.* t. 191. f. 3.

Caulis bipedalis, flores 6-8, magnitudine fere Lilii *candidi*, dilute carmesini, laciniis tribus inferioribus a basi lineâ stramineâ. In *Oriente.* ♃.

35. * G. *communis;* foliis ensiformibus nervosis, floribus secundis, spathis tubo corollae longioribus, laciniis labii inferioris aequalibus, extimis obtusis. *Schultes obs. bot.* p. 14. *Oestr. Flor. Edit.* 2. I. p. 101. *Vahl Enum.* II. p. 90. *Willd. Spec.* I. p. 218. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 174. *Besler eyst. aest. ord.* 4. f. 10. *Rivin monop.* t. 110. *Schkuhr bot. Handb.* I. t. 6. *Curt. Mag.* t. 86. *Hayne term. bot.* t. V. f. 7. 8. *Curt. bot. Mag.* t. 86. *Redouté Liliac.* V. t. 267. β. Gl. *italicus*, utrinque floridus. *Lobel ic.* 99. *Besler* l. c. f. 12. teste *Vahl.* γ. Gl. *triphyllus* foliis angustioribus, labio albo VV vel AA notatis. Gl. *communis variet. Sibthorp. Fl. graec.* I. p. 28. t. 38.

Bulbus densus subglobosus; caulis uni-sesquipedalis, subflexuosus, folia erecta, spatha persistens diphylla, valvis inaequalibus; flores carmesini, tubo brevi incurvo subsessiles; stigmata tria. Variat floribus albis, roseis, purpureis. In *Europâ mediâ et australi et boreali Africâ.* γ. In *Cypri campestribus ad meridiem montis Troodos dicti et in Venetorum maritimis:* vix differt, nisi staturâ minore, caule trifloro subtriphyllo, corollae labio inferiore pallidiori. In *Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 102., quo certius distinguatur ab affini Gl. *segetum*, sequens exhibetur definitio: „spicâ secundâ, corollae laciniâ „supremâ lateralibus tectâ, tribus inferioribus maculâ albâ „lineari-lanceolatâ notatis: infimâ maximâ." Antherae filamentis duplo vel triplo breviores. Bulbus ovatus pyramidatus, plexu fibroso reticulatim texili tectus. Est praeterea minor, cum floribus paucioribus.

36. G. *neglectus Schult.;* foliis ensiformibus nervosis, floribus secundis, spathis tubo corollae longioribus, laciniis labii inferioris inaequalibus, exterioribus obtusis mucronatis patentibus. *Schult. obs. bot.* p. 14. *Oestr. Flor.* l. c. p. 102. Gl. *galiciensis Besser Fl. gal.* T. I. p. 9. Gl. *communis* β. *tenuis Wahlenberg Fl. carp.* p. 12. Gl. *tenuis Marsch. a Bieberst. Fl. taur. caucas.* I. p. 29. Gl. *Marschalli Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 789.

Bulbus dimidio brevior quam in praecedente (auctore *Besser* l. c. semper ovatus) duplicatus; scapi et folia breviora, flores majores, pallidiores, in violaceum magis vergentes. (Laciniae corollae inferiores laterales canaliculatae, margine inflexae. *Bess.*) Mense fere serius floret. Varietas certe non est. Culturâ perstat. In *pratis Galiciae circa Cracoviam; in Pannoniâ cl. Kitaibel.* ♃.

37. G. *segetum Ker;* spicâ secundâ, corollae laciniâ supremâ divaricatâ, tribus inferioribus subaequalibus maculâ albâ marginatâ lineari-lanceolatâ notatis. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 102. *Ker bot. Mag.* t. 719. Gl. floribus uno versu dispositis, major et procerior, flore purpuro-rubente. *Tournef. institut.* p. 365. Gl. *communis Sibth. Fl. graec.* I. p. 27. t. 37. *Bulliard herb. de la France.*

In *Europâ meridionali.* ♃.

38. G. *carneus Jacq.;* spicâ distichâ, tubo curvato spathâ longiore, laciniis nutantibus compresso-ringentibus: limbi laciniâ supremâ reliquis latiore, apice convoluto recurvo; lateralibus superioribus divaricato-patentibus recurvis acuminatis, apice convolutis, inferioribus angustioribus dependentibus infimâ angustissimâ (foliis ensiformibus albo-marginatis). *Gawl. Curt. Mag.* t. 591. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 175. *Jacq. Ic. rar.* t. 255. *Willd. Spec.* I. p. 213. (caeteris exclusis synonymis. Ergo et *Vahl Enum.* II. p. 90. excl. syn. quae sunt: *de la Roche Diss.* n. 3. t. 4. Gl. *ventricosus Lam. Enc. meth.* II. p. 727. Gl. *communis Thunb. Diss.* n. 9. *prodr.* n. 8.) Gl. *cuspidatus Andr. Repos.* t. 147. *Redouté Liliac.* t. 36. fide *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 100.

Scapus pedalis-bipedalis, 3-5 (*Gawl.*) 4-8florus (*Vahl.*) Folia radicalia semipedalia, duo-tria in scapo, rigidula. Flores sessiles distichi, incarnati, tripollicares; corollae tubus spathis vix longior, curvatus. Laciniae tres inferiores maculâ longitudinali purpureâ. Stigmata extrorsum dilatata. Varietatem esse Gl. *communis Dum. Cours.* V. p. 93! Differre praeter characteres datos a serius florente Gl. *cuspidato* spathis magis inflatis, floribus minus erectis, tubo breviore, crassiore magis curvato, segmentis corollae longioribus. In *promont. b. spei.* ♃.

39. G. *equitans Thunb.;* corollae campanulatae tubo brevissimo. laciniis ovatis, scapo compresso, foliis ensiformibus multinerviis marginatis. *Vahl Enum.* II. p. 91. *Thunb. prodr. Fl. capens.* I. p. 192. *Act. soc. havn.* v. 6. c. fig.

Folia circiter quatuor, scapo breviora, infimum plus pollice latum; margine nervis flavescentibus. Scapus pedalis. Flores purpurei. Spathae oblongae, convolutae acutae, pallidae, corollâ longiores. Similis Gl. *alato*, sed longe major et simplex. *Thunb.* In *promont. b. spei.* ♃.

40. G. *iridifolius Jacq.;* corollâ refractâ: tubo erecto spatham superante laciniis aequali: laciniis obliquatim patentissimis obsolete bilabiatis ovali-oblongis subacutis fauci aequalibus. *Gawler* sub Watsonia *iridifoliâ*, ut *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 95.

α. cinereus: foliis cinereo-virentibus; corollâ obsolete et triste incarnatâ. *Jacq. Ic. rar.* II. t. 234. (excl. *varietate speciosâ floribus roseis* t. 235.) *Willd. Spec.* I. p. 215. (excl. GLAD. *cardinali Schneevogt*). *Vahl Enum.* II. p. 91. (excl. var. *β.*) et hoc teste: GL. *pyramidalis Lam. Enc. meth.* II. p. 726.

β. fulgens: foliis saturato-virentibus lucidulis, corollâ fulgide coccineâ. *Gawler Curt. Mag.* t. 600. ANTHOLYZA *fulgens Andrews's bot. Repos.* t. 192. GLAD. *marginatus γ. Thunb. Diss.* n. 20. WATSONIA *fulgens Pers. Syn.* p. 42.

Vahl l. c. *α* sic definiebat: „corollae campanulatae tubo spathis longiore, laciniis subcuneiformi-oblongis, scapo tereti, foliis ensiformibus," additque differre a GL. *equitante*: foliis radicalibus circiter 7, bipedalibus pollicem vix latis, utrinque attenuatis, nervoso-striatis; scapo tripedali, spathis brevibus, multo angustioribus semipollicaribus, superne cum rubedine flavescentibus; floribus plurimis, fere tripollicaribus, carneis, fauce flavescente. — *β.* sic describit *Gawler*: Bulbus reniformis, compressus; folia radicalia 4-7, ensiformia, utrinque attenuata, basi equitantia, nervo medio prominente, caulina conduplicata. Scapus foliis duplo v. triplo longior, sublignosus, teres, strictus, 3-6pedalis, ramis erectis. Spicae rarae, primaria 10-20flora, floribus unum latus versis, inodoris. Spathae apice sphacelatae, rufescentes, tubo breviores, longitudine aequante faucem et limbum; segmenta limbi subaequalia, ovali-oblonga, basi attenuata, subacuta. Genitalia longitudine fere corollae. Antherae obscure violaceae. In *promont. b. spei.* ♃.

41. G. *cardinalis Curt.;* spicis pluribus secundis, corollis campanulatis, tubo spathis breviore, laciniis lanceolatis tribus inferioribus maculâ albâ lanceolatâ, foliis ensiformibus marginatis. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 102. *Vahl Enum.* II. p. 92. *Curt. Mag.* IV. t. 135. *Schneevogt* et *Geuns Ic.* t. 27. *Redouté Liliac.* t. 112. *Garten-Magaz.* IV. t. 45.

Diversissima a GL. *iridifolio* (quacum nomine WATSONIAE *iridifoliae* junxit *Persoon Syn.* p. 43. ut plures alii); folia unguem vel ultra lata, scapo 2-3pedali breviora, superne 3-4pollicaria; spicae solitariae vel geminae, 6-7florae; valvula exterior sesquipollicares, interior apice bifida; corollae tubus et limbus coccineus; laciniae laterales lato-lanceolatae reflexae, inferiores a medio ad basin maculâ albidâ in lineam albidam tenuissimam desinens. Filamenta et stigmata coccinea, haec albido villosa. In *promont. b. spei.* ♃.

42. G. *roseo-albus Jacq.;* corollae infundibuliformis laciniis ellipticis, aequalibus, explanatis, acuminatis, tubo spathâ, fauce, limbove duplo longiore, antheris faucem aequan-

tibus foliis lineari - ensiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 93. *Jacq. H. Schönbr.* I. t. 13. WATSONIA *roseo-alba Gawl. Curtis Mag.* t. 537. β. lituris rubris variegata. *Gawl. Bot. Mag.* t. 1193.

Rad. tunicata; folia anguste ensiformia, pedalia, fere longitudine scapi; flores distichi circiter 6-12; spathae fuscae, valvulâ interiore bifidâ. Corollae tubus quasi geniculatus cum fauce, roseus; limbus sordide albus maculâ ad faucem roseâ. Antherae violaceae. *Ad promont. b. spei.* ♃.

43. G. *Watsonius Thunb.*; corollis subcampanulatis cernuis, fauce cylindrica, laciniis lanceolatis recurvis, subaequalibus, acutis, spathis acuminatis, foliis lineari-ensiformibus marginatis, utrinque tricostatis. α. Corollis rubris. *Vahl Enum.* II. p. 93. *Willd. Spec.* I. p. 214. *Thunb. Glad.* n. 10. *Fl. capens.* I. p. 173. *Curtis Mag.* t. 450. *Jacq. Collect.* II. p. 257. *Ic. rar.* II. t. 233. *Redouté Liliac.* VII. t. 369. ANTHOLYZA *revoluta Burm. Fl. cap. prodr.* GLAD. *recurvus Houtt. Linn.* et *Thunb.*) *Pfl. Syst.* XI. t. 79. f. 1. (nec *Linn.* et *Thunb.*) GLAD. *praecox Andr. Repos.* t. 38. WATSONIA *praecox Pers. Syn.* p. 42. et *Ejusd.* WATSONIA *revoluta* l. c. β. corollis majoribus luteo-variegatis. *Curtis Mag.* t. 569. triplo brevior varietate α.

Cl. *Persoon*, qui *praecocem* a *revolutâ* distinguit, huic folia linearia revoluta, corollam infundibuliformem coccineam laciniis angustis, illi folia ensiformia apice lineari-cruciata, flores subsecundos parcos, rubros subcampanulatos, lacinias non undulatas, sed semina marginata tribuit. — Folia tria, scapo breviora, angustissima, trinervia, utrinque bisulcata. Scapus pedalis. Flores 3-5, subsecundi, purpurei. Corollae tubus sesquipollicaris *Thunb.* Variat spathis brevioribus et longioribus convolutis longe acuminatis. *Ad latera montium Leeuwestaart ad promont. b. spei.* ♃.

44. G. *laccatus Jacq.*; corollis infundibuliformibus cernuis fauce teretibus, laciniis oblongis obtusis, (acutis *Hort. Kew.*), tubo spathis lanceolatis attenuatis aequali. *Vahl Enum.* II. p. 94. *Willd. Spec.* I. p. 215. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 187. *Jacq. Coll.* IV. p. 171. *Ic. rar.* T. II. t. 232. *Redouté Liliac.* VI. t. 343. GLAD. *tristis* l. *Thunb. Diss. de Glad.* p. 12. WATSONIA *laccata Pers. Syn.* I. p. 43. WATSONIA *humilis Gawl. bot. Mag.* t. 631. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 96. *Mill. Ic.* p. 198. t. 297. f. 2.? β. Corollâ majore, limbi basi maculis atrosanguineis pictâ. *Gawl. bot. Mag.* t. 1195.

Folia plura pedalia angusta, nervo medio utrinque protuberante, scapo parum breviora; flores circiter quatuor; spatha bivalvis, superne sphacelata, fuscescens; corolla colore laccae floren-

tinae, faux supra tubum longitudine spathae incurvata, limbus campanulatus, laciniis immaculatis. Stigmatis laciniae bifidae. *Jacq.* *Ad promont. b. spei.* ♃.

45. * G. *Merianus;* corollis infundibuliformibus recurvis cernuis fauce compressiusculis, limbi laciniis obtusis, tubo spathis oblongis longiore, foliis lineari-ensiformibus vaginis glabris. *Vahl Enum.* II. p. 94. *Willd. Spec.* I. p. 214. *Thunb. Glad.* n. 12. (quem *Gawler** ad Glad. *aletroidem* citat). *Prodr.* p. 7. *Fl. capens.* I. p. 170. *Jacq. Collect.* IV. p. 150. *Ic. rar.* II. t. 230. *Redouté Liliac.* t. 11. Antholyza *meriana Linn. S. V.* 88. *Curtis Mag.* t. 418. Watsonia *meriana Mill. dict.* t. 276. *Trew Ehret* t. 40. *Pers. Syn.* I. p. 42. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 95. β. *parviflorus Vahl* l. c. Gl. *meriani* varietas. *Jacq. Suppl.* p. 17. *Ic. rar.* II. t. 231. Watsonia *angusta Gawl. Ann. of Bot.* I. p. 230. γ. *Gawl. bot. Mag.* t. 1194.

Folia radicalia saepe 4, scapo sesquipedali breviora. Flores 4-8, purpurei, inodori; spathae bivalves, acutae, vix pollicares, margine rubentes; corollae purpureae tubus sesquipollicaris, limbi laciniis alternis mucronatis. An β. distincta species? Flores angustiores minores, coccinei, plures. Alium vidit *Vahl* corollis fere tripollicaribus, laciniis spathisque obtusiusculis, brevibus, vaginis superioribus desinentibus in folium subulatum. In *promont. b. spei.* ♃.

46. * G. *Merianellus Thunb.*; corollis infundibuliformibus cernuis secundis, laciniis limbi oblongis, foliis linearibus, vaginis pilosis. *Vahl Enum.* II. p. 95. *Willd. Spec.* I. p. 214. *Thunb. Glad.* n. 11. *Fl. capens.* I. p. 172. Antholyza *merianella Linn. S. V.* ed. XV. 89. Watsonia *humilis Mill. Ic.* 198. t. 297. f. 2. *Pers. Syn.* p. 42. synonymo *Milleri* excluso Gladiolum huncce γ facit. Gl. *hirsuti* cl. *Gawler.*

Folia scapo sesquipedali breviora, 3-4, angusta, pilosa glabrave, vaginae semper pilosae. Flores tres-sex. Spathae bivalves, semipollicares. Corollae tubus inferne tenuis, purpurascens, laciniae flavae; stigmata tria filiformia. In *promont. b. spei, in summitate montium inter Nordhoek et Bayfals.* ♃.

47. G. *aletroides Vahl;* corollis tubulosis refractis (subcernuis, tubo spatham aequante, fauce quadruplo longiore limbi), laciniis ovatis erectis, foliis ensiformibus marginatis. *Vahl Enum.* II. p. 96. Watsonia *aletroides Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 96. α. floribus rubris: Antholyza *Merianella Curt. Mag.* t. 441. Glad. *tubulosus Jacq. Collect.* IV. p. 15. *Ic. rar.* t. 229. Watsonia *Jacquini Pers. Syn.* I. p. 42. Antholyza *aletroides Burm. cap.* p. 1. β. floribus variegatis: *Gawl. bot. Mag.* t. 533. Glad. *merianus*

Thunb. n. 12. teste *Gawl.* ANTHOLYZA *tubulosa Andr. Repos.* 174. WATSONIA *tubulosa Pers. Syn.* p. 42.

ALOES vel ALETRIS; folia radicalia 3-4, sesquipedalia, unguem lata. Scapus fere bipedalis. Spica spithamaea, 5-12 flora. Spathae subimbricatae distichae, trivalves (?) valvula exterior vix semipollicaris, sordide purpurascens. Corolla sesquipollicaris, saturate coccinea; laciniae breves, aequales. Stigmatis laciniae bifidae. In *promont. b. spei.* ♃. Variat: caule simplici 6-8-pollicari, floribus 3-4, subsecundis; caule bipedali; ramis 3-4, spicâ terminali distichâ 20-30florâ; corollae nunc pallidae, nunc saturate carmesinae, nunc variegatae. *Gawl.*

48. G. *viridis Ait.*; corollae limbo patenti-reflexo, foliis ensiformibus glabris, scapo triquetro, angulis membranaceis. *Hort. Kew.* III. p. 481. *Vahl Enum.* II. p. 96. TRITONIA *viridis Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 90. *Gawler Bot. Mag.* t. 1275.

Corollae virides, externe striis obsolete purpureis. In *promont. b. spei.* ♃.

49. * G. *crispus*; corollis infundibuliformibus secundis, laciniis lineari-oblongis planis, foliis lanceolato-ensiformibus undulato-crispis. *Vahl Enum.* II. p. 96. *Willd. Spec.* I. p. 210. *Thunb. Glad.* n. 7. t. 1. *Fl. capens.* I. p. 191. *Jacq. Coll. Suppl.* 27. *Ic. rar.* II. t. 267. *Andr. Repos.* t. 142. Olim BABIANA *crispa*, serius TRITONIA *crispa Gawl.* in *Bot. Mag.* t. 678. (cum quâ et GLAD. *laceratum Vahl* conjungit). *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 90.

Scapus spithamaeus flexuoso-erectus; folia 4-5, tripollicaria; flores quatuor-quinque; spathae brevissimae, denticulatae rubrae. Corollae albo-incarnatae tubus sesquipollicaris. In *promont. b. spei.* ♃.

50. G. *paniculatus Pers.*; scapo ramosissimo: ramis bifloris tubo stricto cylindrico, foliis ensiformibus undulatis. *Pers. Syn.* I. p. 45. GL. *polystachyus Andrews's* t. 66.

Corollae laciniae patulae subaequales, maculâ unicâ arcuatâ rubrâ.

51. G. *biflorus Thunb.*; corollae erectae limbo campanulato, scapo bifloro, foliis linearibus. *Vahl Enum.* II. p. 97. *Willd. Spec.* I. p. 209. *Thunb. Glad.* n. 5.

Scapus totus tectus vaginis pedalibus, folia circiter tria, infimum brevissimum, supremum longitudine scapi. Flores terminales tristis coloris. *Ad fretum magellanicum.* ♃.

52. * G. *falcatus*; corollae limbo patenti, folio lanceolato falcato. *Vahl Enum.* II. p. 97. *Willd. Spec.* I. p. 209. *Thunb. Glad.* n. 4. t. 1. f. 3. LA PEYROUSIA *falcata Gawl.*

Affinis IXIAE *excisae.* Folium 1-2, pollicare, ovato-lanceolatum, obtusiusculum, spathaceum in medio scapi. Scapus palmaris.

Spathae virides obtusae, tubo multo breviores. Corolla coerulea limbo patente. In *promont. b. spei.* ♃.

53. G. *subulatus* Vahl; corollae tubo spathis obtusis nervosis longiore, laciniis oblongis subaequalibus, foliis subulatis teretiusculis. *Vahl Enum.* II. p. 97. Gl. *bracteolatus Enc. meth.* II. p. 725. Glad. *purpureus β. Herb. Banks.* Ixia *punctata Andr. Repos.* t. 177. Watsonia *punctata Gawl. Ann. of Bot.* I. p. 229.

Scapus semipedalis, tri-tetraphyllus, longitudine foliorum filiformium acutissimorum. Spica sesquipollicaris, distiche subimbricata, circiter 12flora. Spathae vix unguiculares ferrugineae; corolla semipollicaris violacea, tubo curvato albido purpurâ striato, laciniis acutis. An Gl. *spicatus Linn.* quaerit *Vahl*, qui similis Gl. *alopecuroideo* secundum *Thunberg*, quocum planta descripta ne minimam quidem affinitatem habet. In *promont. b. spei. Bülow.* ♃.

54. G *rubens* Vahl; corollae tubo spathis acutis nervosis longiore, laciniis oblongis subaequalibus, foliis linearibus nervosis. *Vahl Enum.* II. p. 98. Gl. *purpureus α? Herb. Banks.* Watsonia *rubens Gawl. bot. Mag.* t. 1072.

Diversus (an satis?) a simili antecedente scapo altiore, foliis planis, nec subulatis enerviis. Scapus superne, rhachis et spathae fusco purpurascentes. In *promont. b. spei.* ♃.

55. G. *rubro-cyaneus* Vahl; villosus, corollae limbo patentissimo, laciniis rhomboïdeo-oblongis, basi punctatis, foliis oblongo-lanceolatis scapo (subinde) longioribus ensiformibus plicatis. *Vahl Enum.* II. p. 98. Ixia *rubro-cyanea Willd. Spec.* I. p. 198. *Jacq. Ic. rar.* t. 285. *Curt. Mag.* t. 410. Ixia *villosa Schneevogt Ic.* t. 16. Ixia *cyanea Pers. Syn.* I. p. 49. Ixia *africana cat. H. Kew.* p. 68. c. ic. Babiana *rubro-cyanea Gawl. Ker Ann. of Bot.* I. p. 106.

Totus villosus; folia spithamaea vel semipedalia, trinervia. Scapus foliis saepe duplo brevior, 6-9pollicaris, 4-5florus; spathae trivalves, valvulis linearibus, exteriore longiore. Corollae tubus pallide ruber, semipollicaris, limbi laciniae subaequales, saturate cyaneae, basi rubrae. Antherae apice flavae, basi purpureae. Stigma trifidum, laciniis planis, ciliatis. *Jaqu.* l. c. Tantam esse *hujus*, Ixiae *puniceae*, *purpureae* et *villosae Hort. Kew.* cum Gladiolo *plicato*, *Sambucino* et reliquis iisdem proximis affinitatem, ut varietates potius ejusdem speciei esse videantur quam distincti generis species: nam in dictis Gladiolis corollae laciniae non magis inaequales, nec tubus magis curvatus, quam in nominatis Ixiis. Si itaque hae erunt Ixiae generis, Gladiolus *plicatus*, uti et reliqui illuc referendi. In *promont. b. spei.* ♃.

56. G. *gramineus Hornem.*; spicis subtrifloris, corollae laciniis ovatis subaequalibus aristatis, scapo paniculato, ramis flexuosis. *Hornem. Hort. Hafn.* II. p. 950.

Hab. ad promont. b. spei. ♃.

57. G. *sulphureus Jacq.*; villosus, corollis campanulatis secundis, laciniis lanceolatis undulatis tubo fere triplo longioribus, foliis nervoso-plicatis, scapo declinato. *Vahl Enum.* II p. 99. *Pers. Syn.* I. p. 44. *Jacq. Collect.* III. p. 258. *Ic. rar.* II. t. 239. GL. *ringens. Thunb. Fl. capens.* I. p. 214. BABIANA *sulphurea Gawl. bot. Mag.* t. 1053. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 105. GLAD. *plicatus Andr. Repos.* t. 268. GL. *plicatus* α. ε. ξ. *Thunb. Diss.*

Differt a GLAD. *plicato* corollae tubo filiformi et limbo campanulato. Folia 4-5pollicaria, ensiformia, vaginae ancipites, infimae purpurascentes. Scapus pedalis. Flores circiter 7, bipollicares, secundi. Spathae trivalves, extima duplo longior. Corollae tubus violaceus; limbi laciniae obtusae, pallide sulphureae. *Jacq.* l. c. In *promont. b. spei.* ♃.

2. *Scapo polystachyo.*

a. *Glabri.*

58. * G. *alopecuroides L.*; spicâ imbricatâ distichâ subamentiformi, limbo aequali campanulato-patente, foliis lineari-ensiformibus strictis, infimo falcato, compresso, fistuloso, caeteris plano-solidis, caule alato ancipiti. (*Gawl.*) *Linn. Sp. pl.* I. p. 54. *Amoen. acad.* IV. p. 301. *Thunb. Diss. de Glad.* n. 14. *Prodr.* p. 8. *Fl. capens.* I. p. 194. *Lam. Dict.* II. p. 725. *Illustr.* t. 32. f. 4. *Vahl Enum.* II. p. 99. GL. *plantagineus Pers. Syn.* I. p. 46. IXIA *plantaginea Ait. Hort. Kew.* I. p. 59. *Willd. Spec.* I. p. 200. *Redouté Liliac.* IV. t. 198. IXIA *triticea Burm. prodr. cap.* 1. PHALANGIUM *spicatum Houttuyn Linn. Pfl. Syst.* II. t. VIII. f. 2. WATSONIA *plantaginea Gawl.* in *Curt. bot. Mag.* t. 553. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 94.

Variat floribus albis et coeruleis. Bulbilli plurimi. Scapus spithamaeus vel bipedalis. Folia duo ad tria in scapo, eodem breviora, latitudine unguis. Spicae duo ad tres, digitales, rhachide ut in Tritico flexuosa, floribus copiosis (50-100) parvis; spathae ovatae dorso fusco, margine hyalinae; corollae minimae, coerulescentes laciniis apice purpurascentibus. Spathae subinde, ut in GLADIOLO *spicato*, bulbiferae. In *promont. b. spei, ad Zwellendam, in Carro.* ♃. Variat scapo simplici et ramoso, corollis albis et coeruleis.

59. G. *punctatus*; foliis linearibus angustissimis. WATSONIA *punctata Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 94. IXIA *punctata Andr. Repos.* 177.

An idem cum Gl. *punctato Lam.*? In *Horto Kew.* l. c. Gl. *alopecaroidem* s. Watsoniam *plantagineam* inter et Gl. *marginatum* s. Watsoniam *marginatam* ponitur. In *promont. b. spei.* ♃.

60. * G. *setifolius*; corollis ringentibus, foliis lineari-setaceis. *Vahl Enum.* II. p. 100. *Willd. Spec.* I. p. 217. *Thunb. Diss.* n. 19. *Fl. capens.* I. p. 202.

Folia circiter tria, infimo longissimo scapum aequante palmarem. Rami teretes erecti. Corollae albidae, tubus spathis vix longior. In *campis sabulosis promont. b. spei.* ♃. cf. supra Gl. *tenellum β.*

61. G. *speciosus Thunb.*; corollae laciniis lateralibus latissimis, foliis lineari-ensiformibus quinquestriatis longioribus. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 196. Gl. *alatus. Jacq. Ic. plant. rar.* II. t. 259. *Vahl Enum.* II. p. 100. (excl. *β.*) *Willd. Spec.* I. p. 216. Gl. *orchidiflorus Andr. bot. Repos.* t. 241. *Pers. Syn.* I. p. 44. Gl. *viperatus*; corollae ringentis laciniis spathulatis, supremâ divaricatâ incurvâ, lateralibus majoribus rhombeo-ovatis patentibus; inferioribus spathulatis acutis dependentibus, scapo subulato. *Gawl. bot. Mag.* t. 688. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 97. *Sisyrinchium viperatum Plukn.* t. 224. f. 8. ex *Gawl.*

Scapus spithamaeus, vix subpedalis, e carinâ spatharum superne subalatus. Folia plurima, 1-2 in scapo, infima saepe scapo altiora, 3-5striata. Flores secundi, odoratissimi. Spathae valvula exterior obtusa, carina et margine purpurea. Corollae tubus pallidus, limbus cinerascens, superiores saturatius coloratae („*incarnatae*, ut in *alatâ*" *Thunb.*), inferiores basin versus flavae. Odor corticis Citri. *β. Vahl l. c.* Gl. *alatus Andr. Repos.* t. 8. a quibusdam pro varietate Gl. *galeati Jacq.* habetur, ad quem et *Vahl* heic allatum Plukenetii Synonymon refert. In *promont. b. spei.* ♃.

62. * G. *alatus*; corollae laciniâ supremâ obovatâ recurvâ; lateralibus rhombeo-ovatis patentibus; inferioribus spatulatis acuminatis dependentibus. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 97. *Linn. Sp. pl.* 53. *Ker bot. Mag.* t. 586. *Andr. Repos.* t. 8.

Vahl et *Willd.* Gl. *alatum Linn.* cum *galeato Jacq.* confundebant. In *promont. b. spei.* ♃.

63. G. *permeabilis de la Roche*; corollae ringentis laciniis spathulatis longe unguiculatis; duabus lateralibus latioribus, scapo tereti. *Vahl Enum.* II. p. 101. *De la Roche Diss.* n. 1. t. 2. Gl. *permeabilis Thunb. prodr.* p. 185. descriptio in *Act. havn.* t. 6. non satis quadrat.

Scapus bi-tripedalis, folia radicalia duo-tria, longitudine fere scapi angustissima, nervo utrinque marginata. Flores plures secundi pollicares, spathae bivalves, obtusiusculae; limbi faux

inflata, ventricosa, patulo-permeabilis. *Vahl.* In *promont. b. spei.* ♃.

64. G. *involutus de la Roche;* corollis ringentibus remotis distichis, tubo spathis breviore, laciniis lanceolatis lateralibus margine involutis. *Vahl Enum.* II. p. 102. *De la Roche Diss.* n. 2. t. 3. et, teste *Gawlero*, *Miller Dict.* t. 236. f. 1. GL. *bimaculatus Lam. Enc. meth.* II. p. 727. *Pers. Syn.* I. p. 45. *Dumont Courset* citat GL. *bimaculatum Lam.* ad GL. *cuspidatum Jacq.*

Scapus sesquipedalis, ramis 1-3; folia angusta; flores 5-8; spathae pollicares, margine membranaceae. Corollae ultra pollicem longae, roseae; limbi laciniae inferiores patentes, minores, laterales lineares inferne maculâ purpureâ. In *promont. b. spei.* ♃.

65. G. *undulatus;* foliis ensiformibus, petalis subaequalibus lanceolatis, undulatis. *Linn. Mant.* p. 27. GL. corollâ erectâ infundibuliformi, laciniis undulatis obtusis, superioribus ovato-oblongis, summâ majore: inferioribus duplo minoribus aequalibus subrecurvis. *Gawler* in *Curtis bot. Mag.* t. 538. *Thunb. Fl. capens.* 1. p. 206. GL. *angustus Thunb. Diss.* n. 21. *Prodr.* p. 8. α. Floribus albo-luteis, fasciis purpurascentibus. GL. *undulatus Jacq. Collect.* III. p. 256. *Ic. rar.* II. t. 251. *Willd. Spec.* I. p. 218. *Vahl Enum.* II. p. 102. *Bot. Mag.* t. 647. β. Floribus roseo-albis, lineâ longitudinali per quemque limbum atro-sanguineâ. *Curt. Mag.* t. 538. *Schneevogt* et *Geuns Ic.* t. 19. *Redouté Liliac.* III. t. 122. Gladiolus foliis ensiformibus, floribus alternis patentibus. *Mill. Ic.* p. 198. t. 292. f. 2.

α. Bulbus ovatus, magnitudine fere nucis juglandis. Caulis teres, erectus, flexuosus, pedalis, superne ramosus. Folia ensiformia striata integerrima, caule breviora. Spathae bivalves, conniventes, glaucovirentes, exterior longior bipollicaris. Flores alterni sessiles, secundi, erectiusculi, ultra tres uncias longi. Cor. tubus angustus pallidus, compressus, pollicaris. Limbus pallide ochroleucus, laciniis longe lanceolatis acutis undulatis, dorso lineâ longitudinali purpureâ, tribus superioribus fere duplo longioribus. Antherae violaceae. *Jacq.* — β. Scapus octopollicaris-pedalis, nunc simplex nunc ramosus. Folium extimum longissimum, subfalcatum, valide nervosum. Tubus spathâ longior breviore aut aequalis. *Gawler.* — GLADIOLUS *undulatus Loureiro Cochin.* 36 ob nectarium quadripartitum laciniatum vix hujus generis. In *promont. b. spei.* ♃.

66. G. *vittatus Zucc.;* corollae ringentis tubum spathâ acutâ excedente; scapo flexuoso; foliis ensiformi-falcatis. *Zuccagni obs. bot.* C. I. apud *Roemer Collect.* p. 121.

Affinis praecedenti. Scapus teres, glaber, semipedalis; folia 3-4, nervosa, scapo longe breviora. Spathae inaequales, interior

bifida. Flores 3-4, secundi, erecti, sessiles. Cor. pallide sulphurea, vittis sex longitudinalibus rufescentibus; tubus superne ventricosus, carneus. Limbi laciniae tres superiores divaricatae, vittâ longitudinali rufâ extus, tres interiores reflexae vittâ simili utrinque notatae. Filamenta purpurea antheris nigris. *Zuccagn.* l. c.

67. G. *angustus;* corollis subringentibus secundis, tubo spathâ longiore, laciniis lanceolatis tribus inferioribus inferne maculâ pedunculatâ rhombeâ sanguineâ; scapo ancipiti, foliis linearibus medio utrinque costatis. *Vahl Enum.* II. p. 103. *Willd. Spec.* I. p. 218. (excl. syn. *Thunb. Diss.* et *Prodr.*) *Thunb. Fl. capens.* I. p. 205. *Linn. H. Cliff.* p. 20. t. VI. *Jacq. Ic. rar.* II. t. 252. (quem *Vahl* ad *hastatum* ducit). *Gawler* in *bot. Mag* t. 602. *Andr. Repos.* t. 589. *Redouté Liliac.* VI. t. 344. *Breyn Cent.* t. VII. f. 2. (hunc *Persoon* ad *trimaculatum* citat). *Miller Ic.* t. CXLII. f. 2. Gl. *liliaceus? Houtt. Nat. Hist.* 2. D. 12. st. p. 55. t. 79. f. 2. ex Thunbergio.

Scapus pedalis-bipedalis, simplex vel ramosus, glaber. Folia scapo breviora, eodemque vix latiora. Flores tres-quatuor, spica longa simplici vel duabus palmaribus. Corollae flavescentes; tubus bi-tripollicaris, limbi laciniis acutis, maculâ sanguineâ superne in laciniis inferioribus lineâque ejusdem coloris ad faucem. In *promont. b. spei.* ♃.

68. G. *blandus Ait.;* corollae tubo spathâ breviore; limbo campanulato subringente: laciniâ supremâ concavâ; tribus inferioribus angustioribus maculatis. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 100, et hoc teste: *Willd. Spec.* I. p. 220. (ergo et *Vahl Enum* II. p. 103.) *Gawl. bot. Mag.* t. 625. 645. 648. 1665.* *Andrews Repos.* t. 99. Gl. *albidus Willd. Spec.* I.

* *Gawler* l. c. sequentes distinguit varietates: α. Gl. *carneo-albescens:* flos magnus, lilacinus interno albus, laciniae tres minores medio maculis duabus juxta positis saturate roseis margine caeruleo; tubus extus flavus, fauce roseo variegatus, demum albus. Spathae virides rubro marginatae bipollicares. *Bot. Mag.* t. 525. Gl. *albidus Vahl Enum.* I. p. 84. β. *niveus laccato-emarcescens:* laciniâ mediâ trium majorum pallide roseâ, duabus lateralibus albis; mediâ minorum basi ad medium usque striâ stramineâ, extremitate pallide roseâ, lateralibus simpliciter striâ stramineâ. Spathae ex integro virentes, antheris stramineis. *Bot. Mag.* t. 648. Gl. *blandus* γ. *Andrews's* t. 99. Gl. *carneus* β. *Redout. Liliac.* VII. t. 377. γ. huc ducit Gl. *campanulatum Andr.* t. 88. et Gl. *albidum Jacq. Ic. r.* t. 256. *Bot. Mag.* t. 645. Gl. *carneum de la Roche Diss.* t. 4. *Houtt. Pfl. Syst.* XI. 63. *Breyn Cent.* t. 70. f. 2. Laciniae tres majores dilute lilacinae, minores medio maculâ cordatâ rubrâ; tubus extus albidus, basi superne striâ dilute caeruleâ. — — β. *Redouté* t. 377. videtur a β *Gawleri*, (licet uterque *Andrews* t. 99. citet, differre colore pallidiore maculâ purpureâ utrinque ad latus laciniae mediae.

p. 211. (ergo et *Vahl Enum.* II. p. 84. et *Jacq. Suppl.* p. 21. *Ic. rar.* t. 256.) Gl. *campanulatus Andrews's Reposit.* t. 188. Gl. *carneus Redouté Liliac.* t. 65. (excl. syn. *Willd.* et *Jacq.* et β. t. 377.)

Definitio prior Gl. *blandi* in *Hort. Kew.* I. p. 64 fuerat: corollae laciniis inaequalibus supremâ reflexâ, tribus infimis lineari-lanceolatis, stigmatibus subbilobis; definitio vero Gl. *albidi Jacq.* ap. *Willd.* l. c. corollâ subringente, laciniis acutis, tribus superioribus undulatis, tribus inferioribus apice conniventibus, foliis ensiformibus glabris subobliquis. Jam quis, quaesumus, sub hisce definitionibus unam eandemque latere speciem crederit. Nec magis quadrant descriptiones: In *H. Kew.* I. p. 64. „Corollae tubus 1 1/2pollicaris, compressus pallide rubens; limbi lacinia suprema ex albo incarnata, oblonga, acuta, medio dilatata concava, supra medium reflexa; duae laterales apice reflexae incarnatae; 3 inferiores paulo breviores erecto-patentes, supra medium parum reflexae albido-incarnatae, medio maculâ rubrâ transversâ. Stigmata dilatata, biloba, margine villosa." In Jacquiniana: Bulbus subrotundus, magnitudine Avellanae. Scapus vix pedalis, crassitie pennae columbinae; folium infimum semipedale, superiora breviora. Flores 3-4, inodori, tripollicares; spatha sesuncialis. Cor. alba; tubus longitudine fere spathae, subcylindricus, incurvus; limbi laciniae acutae; superiores duplo longiores, inferiores apice purpurascentes, supra medium maculae 2 roseae. *Ad promont. b. spei.* ♃.

69. G. *fasciatus nobis;* corollae laciniis inaequalibus reflexis, laminâ crispâ. Gl. *vittatus Hornem. Hort. Hafn.* II. p. 950.

Folia scapo dimidio breviora. Petala albo-incarnata, fascia longitudinali purpurea. *Hab. ad promont. b. spei.* ♃.

70. * G. *junceus;* spicis secundis, foliis lato-lanceolatis subundulatis, stigmatibus bifidis. *Vahl Enum.* II. p. 104. *Willd. Spec.* I. p. 217. *Thunb. Diss.* n. 18. *Fl. cap.* I. p. 201. ubi Gl. *floribundus Jacq. Ic. rar.* ad hanc speciem trahitur. *Redouté Liliac.* III. t. 141. Gl. *polystachyus Andr. Repos.* t. 66. Lapeyrousia *juncea Pourr. Act. Toul.* III. p. 15. *Gawl. bot. Mag.* t. 606. Anomatheca *juncea Gawler Ann. of Bot.* p. 227. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 90. Gl. *marmoratus Lam. Enc. meth.* II. p. 1. Cl. *Pers. Syn.* I. p. 46. subspeciem inde cum? constituit.

Folia 4-6, scapo breviora, scapus palmaris, filiformis flores 4-7, erecti, caerulescentes limbo unico macula sulphurea notato. Bracteae brevissimae. Capsulae tuberculoso-echinatae. In *promont. b. spei.* ♃.

* Anomathecae charact. gener. est: *Spatha* bivalvis. *Cor.* hypocrateriformis. *Stigmata* tria, bipartita, *Caps.* papilloso-pruinosa.

71. * G. *marginatus;* spicis adpressis pluribus, floribus cernuis, corollâ infundibuliformi fauce sexdentatâ, foliis

ensiformibus nervosis margine incrassatis, stigmatibus bifidis. *Vahl Enum.* II. p. 104. *Willd. Spec.* I. p. 217. *Thunb. Diss.* n. 20. *Fl. capens.* I. p. 201. IXIA *marginata Ait. Kew.* I. p. 59. IXIA *cartilaginea Lam. Enc. meth.* III. p. 340. WATSONIA *marginata Pers. Syn.* I. p. 42. *Gawl. bot. Mag.* t. 608. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 94. β. minor *Gawl. bot. Mag.* t. 1530. IXIA *sceptrum Hortul.*

Bulbus compressus subreniformis. Folia pedalia, semipollicem lata, lanceolata, subcoriacea, nervosa, scapo breviora, margine cartilaginea fuscescentia. Scapus teres, strictus, basi lignosus, tri-quadripedalis. Spica semipedalis, ex adpressis spiculis confluenter continuis elongatâ, distiche subimbricata. Flores numerosi odore fere HELIOTROPII *peruviani.* Spathae apice sphacelatae. Cor. hypocrateriformis, nutans, tubo recurvo, faux tubo duplo brevior, turbinato-cyathiformis, intus lamellis sex denticulata. Segmenta elliptica, interiora latiora. Stamina erecta trifariam spectantia. Flores argenteos dicit *Vahl* et *Thunberg*, rubellos depingit *Gawler.* In *Tafelberg.* * ♃.

72. G. *strictiflorus Redouté;* caule recto subpolystachyo, foliis lineari-lanceolatis glabris rubro-marginatis, tubo recto superne striato, bracteis duplo longiore. *Redouté Liliac.* VII. t. 399. WATSONIA *strictiflora Gawl.* in *Curt. bot. Mag.* t. 1406.

Differre tamen a *Gawleri* plantâ foliis quidquam spiraliter tortis, colore florum saturatius rubro (colore quem Galli *ponceau* dicunt). Rad. tuberosa, magnitudine nucis, globosa, subdepressa; folia 15-20 millim. lata, apice mucronulata, scapi dimidii longitudine. Scapus fere pedalis, bracteis 2-3, acutis, margine rubellis, rufescens, subinde ramosus. Bracteae ovatae acutae rubrae sub singulo flore, interiore longiore ut plurimum bidentatâ, exteriore integrâ. Tubus corollae 4 centimetr., rectus, medio subito dilatatus, sed minus quam in reliquis *Gawleri* WATSONIIS. Limbi laciniae fere aequales, apice dilatatae, mucronatae, 22 millimetr., tribus interioribus rectis. Antherae atroviolaceae. Ovarium ovato-triangulare, apice rubrum. Stigmata antheras supereminent. In *promont. b. spei.* ♃.

73. G. *glumaceus Thunb.;* spicis pluribus erectis, corollae tubo filiformi spathis breviore, foliis ensiformibus margine incrassato. *Vahl Enum.* II. p. 105. *Thunb. prodr.* p. 186. *Act. havn. vol.* 6. *Fl. capens.* I. p. 204. GL. *marginatus purpureus Thunb. Diss. Glad.* n. 20. GL. *pyramidatus Andr. bot. Repos.* t. 335. GL. *iridifolius* var. *spe-*

* Cel. *Thunberg* in *Fl. capens.* I. p. 203. GL. *marginato* suo adhuc synonyma sequentia tribuit: ANTHOLYZA *caryophyllacea Houtt. Nat. Hist.* 2. D. 12. T. 79. f. 3. GL. *merianus Jacq. rar.* II. fasc. 13. t. 2. et addit insuper: Variat: floribus albis, dilute rubris, sanguineis, purpureis.
Distinguitur facile a ceteris: scapo longo, crasso, erecto, stricto; spicâ longissimâ, subramosâ, pedali et ultra; foliis margine incrassatis.

ciosa Jacq. Collect. IV. p. 151. *Ic. rar.* II. t. 235. WATSONIA *rosea Gawl. bot. Mag.* t. 600. t. 1072. *Ann. of Bot.* I. p. 230. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 94. GL. *maximus Swerts Floril.* t. 66.

Folia duo vel tria, scapo bipedali breviora, nervis flavescentibus. Spica spithamaea. Spathae unguiculares, acuminatae, in setam attenuatae. Cor. campanulata, purpurascenti-coerulea, tubo filiformi, spathâ breviori *Thunb.* In *promont. b. spei.* ♃. — . — GL. *iridifolius Jacq. varietas speciosa*, cujus l. c. apud *Jacquin*, praeter iconem, nec verbulo fit mentio, differt ab *iridifolio*: foliis duplo latioribus, striis angustioribus, spathis brevioribus, floribus copiosioribus roseis non venosis, striâ basi violaceâ maculâque saturatius purpureâ, tubo quasi refracto recurvato, filamentis totis albis, antheris foecundantibus flavis. Haec ex icone.

74. G. *testaceus Vahl;* spicis subsolitariis, corollis pedicellatis campanulatis, limbo patente, laciniis interioribus latioribus, tubo filiformi longitudine spathae, foliis lanceolato-ensiformibus subfalcatis, brevissimis. *Vahl Enum.* II. p. 105. ANTHOLYZA *spicata Andrews's bot. Repos.* t. 56. *Recens.* 24. app. 41. WATSONIA *brevifolia Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 95. *Gawler Curt. bot. Mag.* t. 601., et, *Gawlero* teste, GLAD. *caryophylleus* (sed potius ANTHOLYZA *caryophyllea*) *Houttuyn Linn. Pfl. Syst.* XI. 77. t. 79. f. 3. GLAD. *marginatus* var. β. *Thunb. Diss.* n. 20? WATSONIA *hyacinthoides Pers. Syn.* I. p. 43. quoad synonymon *Andrews.*

Vahl (qui ANTHOLYZAM *Houtt.* l. c. in *Enum.* p. 123 iterum inter dubia adtulit) de GL. *testaceo* l. c. dicit: secundum figuram affinis videtur GL. *iridifolio*, sed diversus: foliis brevibus, spicis geminis, corollis minoribus; uti et in icone *Gawleri.* — *Persoon* l. c. adjicit: Cor. incarnata pallida, crassiuscula, laciniis ovatis, spatha rubro-marginata, vaginans: valvula altera linearis parva-quod, praeter floris colorem, sic se habet. — *Gawleri* descriptio sequens: Folia 4 humiliora, oblongiuscula, ensiformia, disticha, brevia, glabra lucida, acumine cartilagineo mucronata. Scapus strictus, ramosus, 1/2-1pedalis. Spatha viridis, lata, conduplicata, amplexicaulis, apice sphacelata, colorata. Corolla recurvata, regularis? patens, tubo fauce limboque ejusdem longitudinis; segmenta fere obovata, brevi acuminata, interiora duplo latiora, plana, exteriora margine subrevoluta. Stamina resupinato-declinata. Stigmata revoluta, antheras excedentia. Cor. in sole micans, arte non exprimenda pictoris. In *promont. b. spei.* ♃.

75. G. *dichotomus Thunb.;* corollis campanulatis, scapo bis bifido, ramis bifloris, foliis linearibus. *Vahl Enum.* II. p. 105. *Thunb. Glad.* n. 6. *Fl. capens.* I. p. 187. *Willd. Spec.* I. p. 208.

Folium basi vaginans, scapo longius, glabrum; scapus pedalis, teres, apice bifidus, brachio singulo bifloro; flores secundi erecti. Bracteae lineari-setaceae. In *promont. b. spei.* ♃. *Persoon* de patriâ quaerit, et de genere.

76. G. *bicolor Thunb.;* corollâ ringente, spathis lacero-aristatis, foliis ensiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 106. *Willd. Spec.* I. p. 216. *Thunb. Glad.* n. 16. t. 2. f. 1. *Fl. capens.* I. p. 197. *Jacq. Suppl.* p. 25. *Ic. rar.* II. t. 240. IXIA *bicolor Gawl. Curt. bot. Mag.* t. 548. Serius SPARAXIS * *bicolor.*

Affinis IXIAE *bulbiferae* respectu spatharum. Bulb. ovatus, reticulatus; folia scapo duplo breviora, spithamaeo, striato, utrinque profunde sulcato; spicae duae, altera uniflora, altera triflora, longitudine dimidii scapi. Spatha membranacea, basi grisea, apice ferruginea. Corollae tubus filiformis, spathâ duplo longior; limbi laciniae flavae, suprema major apice caerulea, ut laterales inferiores: omnes basi lineâ duplici purpureâ. *Thunb.* — Corolla bilabiata angusta, limbo tubum subaequante, laciniis lateralibus inferioribus minoribus convolutis, ab intermediâ minus profunde partitis, *Gawler*, in cujus icone punctum tantum fuscum in apice laciniarum duarum inferiorum lateralium flavarum videmus. In *collibus Groene Kloof promont. b. spei.* ♃.

77. G. *silenoïdes Jacq.;* corollae tubo filiformi elongato, genitalibus exsertis, foliis lineari-ensiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 106. *Willd. Spec.* I. p. 217. *Jacq. Coll.* IV. p. 168. *Ic. rar.* II. t. 270. LA PEYROUSIA *silenoides Gawl.*

Bulb. obovatus; scapus multiflorus; folium radicale unicum, caulina inferiora 2, 2-3pollicaria, glauco-viridia; flores alterni, secundi. Spathae trivalves, valvula longiore bipollicari infimâ bifidâ. Corollae tubus bipollicaris, albus; limbus eleganter purpureus, laciniis tribus inferioribus basi maculâ flavescente, et sanguineâ in duabus lateralibus. *Jacq.* In *promont. b. spei.* ♃.

78. G. *fissifolius Jacq.;* corollis tubo filiformi, laciniis lanceolatis, scapo ancipiti, foliis ovatis undulatis subtus subhirtis (superiore margine fissis). *Vahl Enum.* II. p. 107. *Willd. Spec.* I. p. 216. *Jacq. Coll.* IV. p. 164. *Ic. rar.* II. t. 268. *Hayne term. bot.* t. 5. f. 3. LA PEYROUSIA *fissifolia Gawl. Bot. Mag.* t. 1246.

* Genus proprium: SPARAXIS, cui spatha scarioso-membranacea ante deflorescentiam lacera. *Cor.* sexpartita, basi infundibuliformi-tubulosa. *Stigm.* tria recurvato-patentia. *Caps.* subrotunda. *Sem.* plurima rotunda. *Gawler.* qui huc refert: IXIA *fragrans Jacq.;* IXIA *bulbifera Thunb.* γ. (IXIA *grandiflora Gawl.;* IXIA *lacera Herb. Linn;* *Sisyrinchium majus latifolium Commel. Hort.* species si distinctae.) IXIA *tricolor Curt.;* GLADIOLUS *bicolor Thunb.;* IXIA *pendula Thunb.*

Affinis GLADIOLO *ancipiti*; scapus spithamaeus; folia semipollicaria, margine crispa, lateribus reflexa, vel verius folia ensiformia, margine altero interiore fisso amplexicaulia, quae fissura in foliis superioribus ad marginem folii oppositum sive exteriorem pertingit, unde hic margo tunc evadit nervus folii medius, dum orae divisae horizontaliter expanduntur non tantum, sed etiam reflectuntur. Flores solitarii erecti pollicares. Spatha bivalvis, albida, dorso medio viridi. Corollae tubus albus, superne violaceus; limbi laciniae subtus pallide violaceae, supra purpureo-rubrae, basi albidae, lineâ mediâ atro-purpureâ. *Jacq.* In *promont. b. spei.* ♃.

79. G. *bracteatus Thunb.*; floribus imbricatis, corollae laciniis ovatis, spathis rhombeis, scapo compresso, foliis ensiformibus obtusis. *Vahl Enum.* II. p. 107. *Thunb. prodr.* 186. *Fl. capens.* I. p. 199. *Act. soc. h. n. havn. vol.* VI. c. fig. GL. *anceps.* β. *Thunb. Diss. de Glad.* p. 18. LA PEYROUSIA *bracteata Gawl.*

Scapus spithamaeus; folia sub ramis digitalia, patentia, vel subrecurvato-falcata. Flores plurimi. Spathae unguiculares. Cor. alba tubo filiformi. Laciniae ovatae, obtusae. In *promont. b. spei.* ♃.

80. G. *Fabricii Thunb.*; corollae tubo laciniisque filiformibus, scapo ancipiti, foliis spathisque carinâ integerrimis. *Vahl Enum.* II. p. 108. *Thunb. prodr.* 186. *Fl. cap.* I. p. 200. *Act. havn. v.* 6.

Scapus spithamaeus et ultra, inferne teres; rami compressi, divaricati, virgati. Folia radicalia circiter tria, scapo breviora, ensiformia: Spathae ovatae, obtusiusculae, glabrae, lineam longae: Flores plures albi, tubo pollicari. In *promont. b. spei.* ♃.

81. * G. *anceps*; corollae tubo filiformi, scapo ancipiti flexuoso, foliis ensiformibus spathaeque carinâ extrorsum denticulatis. *Vahl Enum.* II. p. 108. *Willd. Spec.* I. p. 216. *Linn. Suppl.* 94. *Thunb. Glad.* p. 17. c. fig. *Prodr.* p. 8. *Fl. capens.* I. p. 198. *Jacq. Coll.* IV. p. 163. *Ic. rar.* II. t. 269. G. *denticulatus Lam. Ill.* I. p. 118. IXIA *Fabricii de la Roche Diss.* p. 18. n. 5. LA PEYROUSIA *compressa Pourret Act. Tolos.* III. t. 6. IXIA *La Peyrousia* S. V. ed. *Gmel.* p. 108. IXIA *pyramidalis Lam. Enc. meth.* III. p. 334. *Ill.* I. p. 109. *Vahl Enum.* II. p. 53. n. 10.

Scapus palmaris, angulis denticulatus; rami simplices, similes scapo. Folia sesquipollicaria, amplexicaulia. Flores solitarii, alterni. Spathae subpollicares, valvulae crispo-denticulatae, apice purpureae. Corollae tubus filiformis, sensim ampliatus, spathâ multo longior, pallide caerulescens, limbi laciniae lanceolato-subcuneatae. In *Swartland et viciniis Saldanhae bay, promont. b. spei.* ♃.

82. G. *refractus Jacq.;* spicis refractis secundis, corollis infundibuliformibus, spathis brevissimis, foliis lineari-ensiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 109. *Willd. Spec.* I. p. 215. GL. corollâ subringente, foliis lineari-ensiformibus glabris, scapo ramoso, floribus secundis erectis resupinatis. *Jacq. Coll. Suppl.* p. 26. *Ic. rar.* II. t. 241. *Redouté Liliac.* VII. t. 419. GL. *resupinatus Pers. Syn.* I. p. 45. TRITONIA *refracta Gawl.*

Scapus pedalis, crassitie fili emporetici tenuioris, 1-2-3stachyus; folia spithamaea vel minora; spicae 3-7florae; spathae tubo fere quadruplo breviores, valvula exterior maculâ unâ, interior duabus, fusco-purpurascentibus, purpureo-striatis. Corollae tubus croceus. *Vahl.* In *promont. b. spei.* ♃.

83. G. *luteus Lam.;* spicis subsecundis, corollae limbo campanulato, tubo spathis breviore, foliis lineari-ensiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 109. *Lam. Enc. meth.* II. p. 725.

Scapus pedalis, adscendens, interdum ramo uno, folia scapo altiora; flores plurimi, approximati, lutei. Spathae oblongae, acutae. Corolla curvata. Limbus unguicularis vel parum ultra. In *Madagascar. Commerson.* ♃.

84. G. *lineatus;* corollae limbo tubo quadruplo longiore, incurvo-patente, laciniis ellipticis, extus lineis tribus parallelis, supremâ majore, exterioribus retusis. *Salisb. prodr.* p. 40. α. minor, pauciflorus, floribus flavo-rubescentibus. *Redouté Liliac.* I. t. 55. *Curtis Mag.* t. 55. IXIA *squalida* β. *Ait. Hort. Kew.* I. p. 61. *Willd. Spec.* I. p. 206. *Vahl Enum.* II. p. 73. TRITONIA *lineata Gawl.* et *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 91. β. major multiflorus floribus ochroleucis. *Redouté Liliac.* VII. t. 400.

Scapus circiter bipedalis, infra foliosus, teres. Folia semipollicaria, lata, glabra, nervo longitudinali. Flores 5-6, spicâ ante anthesin nutante: corolla straminea aurantiaco tincta: laciniae tres inferiores basi maculâ fulvâ. Spatha bivalvis, membranacea, longitudine tubi corollae, nervis breviter aristatis. Stamina corollâ multo breviora. Stigmata tria, recurvata villosa. Bulbus in hac secundo tantum anno effoetus post deflorescentiam perit, in Ix. *squalidâ* vero antequam semina maturescant. In *promont. b. spei.* ♃.

In β. Scapus fere quadripedalis, folia numerosa, fere pedalia; racemus terminalis 10-12florus; bracteae dentatae tantum, nec lobatae; laciniae corollae omnes oblongae, obtusae, leviter emarginatae, pallide flavescentes, lineis violaceis distinctissimis, inferiores tres basi maculâ flavâ. Stamina breviora quam in α. ubi antherae pallido-griseae, in β. vero margine atro-violaceae, medio dilatiores. Racemus noctu fortiter declinatus, matutino tempore sese erigit. *Habitat* — ? Colitur in *Horto* olim *imperiali Sevrensi.*

85. G. *securiger* *Ait.*; corollae fauce labii superioris trilaminata, laminis unguiformibus, spathis obtusis, foliis lineari-ensiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 109. *Willd. Spec.* I. p. 219. *Ait. Kew.* I. p. 65. *Curtis Mag.* 383. MONTBRETIA * *securigera Redouté Liliac.* t. 53. TRITONIA *securigera Ker Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 91. spathae valvulâ exteriore obtusâ apice tridentatâ, limbi laciniis tribus inferioribus basi callosis, callo unguiformi perpendiculari. IXIA *gladiolaris Lam. Enc. meth.* III. p. 341. *Illustr.* I. p. 112. *Gawl.*

Folia spithamaea et ultra, scapo interdum ramoso parum longiora. Spathae obtusae, interdum apice incisae. Corolla pallide fulva, tubus vix pollicaris; limbi laciniae obtusae, interdum obsolete emarginatae; superiores tres fauce maculâ flavâ, margine rubicundo, ubique auctae laminis tribus obtusis compressis securiformibus perpendicularibus, flavis, diametro sesquilinearibus. *Aiton.* In *promont. b. spei.* ♃.

86. G. *flavus Ait.*; corollae fauce labii superioris trilaminatâ, laminis unguiformibus, spathis acuminatis, foliis lanceolato-ensiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 110. *Willd. Spec.* I. p. 218. TRITONIA *flava Gawl. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 92. spathae valvulâ exteriore cuspidatâ, limbi laciniis tribus inferioribus basi callosis: callo unguiformi perpendiculari.

Differt a praecedente: bracteis acuminatis, corollâ totâ intense flavâ, foliis paulo latioribus. *Ait.* Quidam MONTBRETIAM hujus esse loci aiunt. — Folia saepe longitudine scapi, interdum breviora. Scapus septem-decempollicaris. Flores quatuor-quinque, campanulati. Laminae faucis truncatae. In *promont. b. spei.* ♃.

87. G. *roseus Jacq.*; corollae tubo longissimo, laciniâ superiore ovatâ, foliis lineari-ensiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 110. *Jacq. Suppl.* 22. *Ic. rar.* II. t. 261. *Willd. Spec.* I. p. 217., et hoc teste: GL. *amoenus Ehrh.* GLAD. *striatus Herb. Banks.* WATSONIA *amoena Pers. Syn.* I. p. 43. TRITONIA *capensis* α. major, corollâ rubido-pallescente, venis pictâ. *Gawl. Curt. Mag.* t. 618. *Houttuynia capensis Houtt. Linn. Pfl. Syst.* XII. t. 85. f. 3. *Poiret Enc. meth.* pro γ. GL. *longiflori* (certe affinis) habet. GL. *longiflorus L. Suppl.* p. 69? *Syst. Veg.* ed. *Murr.*? at

* Alii MONTBRETIAM hanc ad sequentem ducunt. Characterem generis MONTBRETIAE sic constituit *Decand. Bull. philom.* n. 80.: *Spatha* diphylla, scariosa. *Cor.* monopetala, supera, infundibuliformis, sexfida; auriculae tres callosae, sessiles, perpendiculares, in laciniarum trium inferiorum paginâ superiori solitariae. *Stam.* imo tubo inserta. *Stigmata* gracilia. *Caps.* trilocularis. *Decand. Bull. philomat.* n. 80. De genere jam dubitavit *Pers. Syn.* I. p. 46.

non aliorum. β. minor, corollâ ochroleucâ, aveniâ, laciniis praeter summam radio brevi atro-sanguineo basi notatis. *Gawl. bot. Mag.* t. 1531.

Bulbus subrotundus magnitudine Avellanae. Caul. flexuosus. Folia radicalia plura, pedalia, scapo parum breviora. Flores secundi, 2-3, bipollicares, inodori. Spatha bivalvis, straminea. Corollae tubus gracilis, pallide roseus, limbi laciniis intus pallide roseis, supremâ medio dorsi roseâ, laterales subtus roseae, medio coloratiores, inferiores basi maculâ subcuneiformi rubrâ cum areâ flavâ longitudinali, aliâ ad singulum marginem. *Jacq.* In *promont. b. spei.* ♃. TRITONIA *capensis Gawl.* notabilis saltem varietas laciniis corollae sordide albis, apice flavicantibus. Cl. *Gawler* sic distinguit: spathâ lanceolatâ cuspidato-attenuatâ, corollâ venoso-striatâ, laciniâ supremâ erectiore ovatâ majore: reliquis lineari-oblongis divergenter patentibus.

88. * G. *longiflorus*; corollae tubo longissimo, laciniae limbi alternae angustiores, foliis lineari-ensiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 111. *Linn. Suppl.* 96. *Thunb. Glad.* n. 22. *Fl. capens.* I. p. 207. *Ait. Kew.* p. 58. *Jacq.* II. *Ic. rar.* t. 262. *Collect. Suppl.* p. 23. *Redouté Liliac.* t. 34. *Willd. Spec.* I. p. 203. *Curt. Mag.* t. 256. TRITONIA *longiflora Gawl.* et *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 91. α. TRIT. *pallida Gawl.* IXIA *longiflora* α. *Willd.* l. c. β. GL. *longiflorus*; corollae muticae, tubo gracili longissimo, foliis angustis ensiformibus glabris; caule ramoso; spathae valvulâ exteriore tridentatâ, interiore bidentatâ. *Jacq. Suppl.* 23. *Ic. rar.* II. t. 263.

Facies Ixiae, sed tubus curvus et situs limbi ut in Gladiolis. Folia 3-4, scapo breviora, trinervia; scapus pedalis, saepius superne in pedunculos patentes. Flores nutantes. Spathae valvula exterior integra, altera bidentata. Corollae tubus bipollicaris; limbi laciniae lineares, alternae angustiores. „Sub nomine IXIAE *longiflorae* frequenter occurrere GLADIOLUM *longiflorum Jacq.* t. 263, et vix dubitare eandem esse cum illâ auctorum. GLADIOLUM *longiflorum* vero *Jacq.* t. 262. differre spathae valvulis exterioribus tridentatis, inferioribus bidentatis, corollae tubo magis curvato, limbi laciniâ superiore oblongâ latiore, reliquis aequalibus, magisque differre a t. 263. quam species aliae non differunt.“ *Vahl* l. c. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 91. quoque in sua TRITONIA *longiflora*: spathae valvulâ exteriore obtusâ apice tridentatâ, corollae tubo longissimo, limbi laciniis aequalibus, ad quam *Curtis-Mag.* t. 256. *Redouté Lil.* 34 et *Willd. Spec.* I. p. 203 citat, ex *Willd.* jubet excludere synonym. *Jacq.* t. 262. In *promont b. spei.* ♃.

* Nuperrime *Gawl.* TRITONIAE suae *longiflorae* varietates sequentes offert: α. Corolla ochroleuca, externe rubescens, antherae atropurpureae. TRIT. *longiflora Gawl. Annals of Bot.* I. p. 227. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 91. IXIA *longiflora Hort. Kew.* I. p. 58. *Curtis bot.*

89. G. *ixioides Thunb.*; tubo corollae longissimo, spathis laceris, foliis ensiformibus multinervosis. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 208. GL. *longiflorus. Jacq. Ic. rar.* II. fasc. 14. t. 4 et 5.

Similis valde GL. *longifloro*, sed: Folia multo latiora, ensiformia, multinervia, breviora. Spathae lacerae. Tubus corollae rectior, palmaris, et limbus minus campanulatus. Facies potius Ixiae. In *promont. b. spei.* ♃. Omnia ex *Thunbergio.*

90. G. *floribundus Jacq.*; corollae erectae subringentis tubo longitudine spathae, laciniis limbi (turbinato-campanulati conformibus parum inaequalibus planis, summâ majore) lanceolatis, foliis lanceolato-ensiformibus, (extimo falcato, longiore.) *Vahl Enum.* II. p. 112. *Willd. Spec.* I. p. 219. *Jacq. Coll.* IV. p. 162. *Ic. rar.* II. t. 254. *Curtis bot. Mag.* t. 610. GLAD. *grandiflorus Andr. Repos.* t. 118.

Folia semipedalia erecta, rubro marginata, longitudine scapi, saepe pedalis, basi floriferi superne geniculati. Flores tripollicares, quatuor-sex, sessiles, erecti. Spatha bipollicaris, interior longior, viridis. Corollae tubus albidus, limbi laciniis pallide ochroleucis, lineâ utrinque mediâ purpureâ. Antherae violaceae. Stigmata alba. *Jacq.* In *promont. b. spei.* ♃. Cl. *Gawler* monet: „Hujus et aliarum generis specierum corollae laciniae de pristinis lanceolatis, dum in horto diutius coluntur, lineari-oblongae et mucronulato-retusae evadunt lateribus sursum luxuriose dilatatis apice immutato."

Mag. t. 256. *Redouté Liliac.* I. t. 34. excluso passim GL. *longifloro Thunbergii* et *Linnaei filii.* GLAD. *longiflorus Jacq. Collect. Suppl.* p. 23. unice vero quoad plantam in paginae calce dictam. Tab. VII. f. 1. HEXAGLOTTIS *Ventenat Dec. nov. gen.* 6. 3.

β. Corolla sulphurea minor, tenuior. *Bot. Mag.* t. 1502. TRIT. *tenuiflora Gawl.* in *Bot. Mag.* n. 1275. in specierum enumeratione, versâ paginâ. IXIA *tenuiflora Vahl.* IX. *longiflora* β. *Willd. Spec.* I. p. 203. exclus. var. α. GLAD. *longiflorus Jacq. Collect. Suppl.* p. 24. *Icon. rar.* II. t. 263. *Vahl Enum.* II. p. 111. tantummodo quoad variet. α. exclus. synon. *de la Roche, Thunberg* et *Linnaei filii.*

γ. Corolla ochroleuca concolor, antherae flavescentes, partim e fauce prominulae. *Gawl. Bot. Mag.* t. 1501.

Sequitur TRITONIA *Rochensis Gawl.*

α. Caulis subsimplex, limbus amplior. *Bot. Mag.* t. 1503.

β. Caulis paniculato-ramosus, limbus angustior. IXIA *paniculata de la Roche Diss.* p. 26. n. 14. tab. 5. IX. *longiflora Berg. capens.* p. 7. GLAD. *longiflorus Thunb. Diss.* n. 22. *Prodr.* p. 8. vix tamen *Linn. Suppl.* aut *Syst. Veg. Murr.* qui potius ad TRIT. *capensem Gawl.* spectat. SISYRINCHIUM africanum ramosum, foliis nervosis, floribus longis tubo donatis. *Herrm. afr.* p. 21.

b. *villosi.*

91. G. *tubiflorus Thunb.;* hirsutus, foliis nervoso-plicatis, scapo tereti polystachyo, floribus distichis sursum subsecundis, tubo longissimo tereti, laciniis subaequalibus patulis oblongis. *Decand.* ap. *Redouté Liliac.* VII. t. 361. GL. *tubiflorus Linn. Suppl.* p. 96. *Lam. Enc. meth.* II. p. 728. *Thunb. Glad.* p. 20. n. 23. t. 2. f. 2. *Fl. cap.* I. p. 210. *Willd. Spec.* I. p. 219. *Enum.* I. p. 61. *Vahl Enum.* II. p. 112.? IXIA *tubiflora Curt. bot. Mag.* t. 256.

Folia radicalia circiter sex, scapo pollicari vel palmari superne villoso-canescente longiora, basi in petiolum attenuata, vix plicata. Flores circiter quatuor, secundi vel distichi. Spathae sesquipollicares, villoso-canescentes, apice glabrae. Flores circiter quatuor. secundi vel distichi. Spathae sesquipollicares, villoso-canescentes, apice glabrae. Flores alterni, incarnati. Corollae tubus spathâ duplo longior, limbi laciniae alternae mucronatae. In *promont. b. spei.* ♃.

Species haec cum GLAD. *tubato Jacq.* in *Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 104. sub nomine BABIANAE *tubiflorae* jungitur et aliquatenus cum GLAD. *inclinato Red.* confunditur cum sequente diagnosi: „corollae tubo filiformi clavato triplo longiore limbo irregulari: laciniâ supremâ divaricatâ.“ Sed satis differt ab utroque: scapo in plures spicas diviso; spathâ trivalvi nec bivalvi et scapo vel plane non vel paulisper tantum inclinato. A *tubato*: laciniis floralibus omnibus patentibus, nec superiori erectâ concavâ. Ab *inclinato* denique florum singulas spicas constituentium numero et dispositione.

92. G. *tubatus Jacq.;* spicis secundis, corollae tubo longissimo, laciniis oblongis inaequalibus tribus inferioribus maculâ rubrâ, foliis nervoso-plicatis. *Vahl Enum.* II. p. 113. *Willd. Spec.* I. p. 219. *Jacq. Collect. Suppl.* 18. *Icon. rar.* t. 264. GL. *polystachyos*, corollae limbo sublabiato, tubo longissimo, laciniis alternis mucronatis, foliis ensiformibus plicatis hirsutis, spathâ bivalvi. *Redouté Liliac.* t. 264. *Hayne term. bot.* t. V. f. 6. BABIANA *tubiflora* β. *Ker bot. Mag.* t. 680. β. Spathae valvâ interiore tridentatâ. GL. tubati varietas *Jacq.* l. c. p. 19. t. 265. GL. *longiflorus Andr. Repos.* t. 5.

Bulbus subrotundus magnitudine Avellanae. Folia quinque, decem-pollicaria, scapo villosulo longiora. Spatha villosa apice ferruginea. Corollae tubus fere tripollicaris, incurvulus, albus; limbi laciniae pollicares, ochroleuco-albidae, dorso medio purpurascentes; inferiores basin versus maculâ rubrâ. *Jacq.* β. differt: foliis longioribus, tubo violaceo, limbi laciniis superioribus pallide carneis. In *promont. b. spei.* ♃.

93. G. *purpureus Vahl;* corollis patentissimis, laciniis oblongis spathisque trivalvibus acutis, foliis lanceolato-ensiformibus, vaginis glabris. *Vahl Enum.* II. p. 114. IXIA

purpurea Jacq. Coll. III. p. 268. *Ic. rar.* II. t. 286. *Willd. Spec.* I. p. 198.

Folia plura; scapus villosus; flores distichi saepe terni; corolla subtus pallide purpurascens; limbi laciniae patentissimae, saturate purpureae. *Jacq.* An praecedentis varietas? In *promont. b. spei.* ♃. cf. GLAD. *strictum.*

94. G. *mucronatus;* corollis subringentibus, spathis tri valvibus integerrimis, vaginis scapoque angulato - glabris. *Vahl Enum.* II. p. 115.? *Willd. Spec.* I. p. 221.? *Jacq. Coll.* IV. p. 162.? *Ic. rar.* II. t. 253.? Var. *α*. Scapo ramoso, floribus pallide violaceis, luteo maculatis. *Redouté Liliac.* III. t. 142. BABIANA *villosa Gawler bot. Mag.* t. 583. IXIA *villosa Ait. Hort. Kew.* I. p. 58. IXIA *punicea Jacq. Coll.* V. p. 12. *Ic. rar.* II. t. 287. *Willd. Spec.* I. p. 198. IXIA *flabelliformis Salisb. prodr.* p. 37. GLADIOLI *plicati* var. punicea. *Thunb. Diss.* n. 24. Var. *β*. Scapo simplici, floribus purpureis non maculatis. GL. *ringens Thunb. prodr.* II. p. 186. *Act. havn. vol.* VI.

Cl. *Thunberg*, qui scapum superne villosum compressum, folia digitalia spithamaea, altitudine scapi, corollas plus minus albidas, vel saturatiores vel flavescentes, spathas ovatas convolutas apice membranaceas obtusas longitudine tubi describit, jungit cum sequente *villosâ* in quâ *Jacquin* describit: foliă radicalia plura disticha tri-quadripollicaria, nervosa, margine hirsuta; vaginas longas petioliformes, scapum foliis altiórem, raro simplicem, parum flexuosum; flores plures; spathas virides, valvulas lanceolatas concavas, hirsutas, ciliatas, striatas, corollam bipollicarem, tubo longitudine spathae, subcylindrico, pallido, fauce flavescente, limbi laciniis tribus superioribus cuneiformibus obtusis mucronatis dilute purpureo-violaceis, inferioribus patulis magisque flavis. Stigmata apice lutescentia. In *promont. b. spei.* ♃.

95. G. *reflexus Lichtenstein;* corollis subringentibus campanulatis, tubo spathâ limboque breviore, foliis reflexo-patentibus ensiformibus subincurvis nervosis plicatis hirtis. *Lichtenstein Spicileg. Fl. capens.* MSS.

Scapus brevissimus, teres, villosus. Folia GL. *plicati*, [conf. *Vahl Enum. pl.* II. p. 116.] sed patentiora. Spatha bivalvis et corolla, formâ, magnitudine et colore perfecte eadem cum GL. *mucronato.* Limbi laciniae omnes mucronatae. Flores plures conferti. Scapus, folia et spathae villosae. Odor suavissimus. *Habitat ad montem Witsemberg prope Julbagh, promont. b. spei.* ♃.

96. G. *nanus Andr.;* foliis lanceolatis plicatis pilosis scapum multiflorum aequantibus, spathâ crassâ bivalvi. *Andrews's Repos.* t. 137. *Pers. Syn.* I. p. 46.

Spatha basi ventricosa, apice scariosa. Cor. caerulea, medio maculâ lineari rubrâ; laciniae repandae subemarginatae. Stigmata incrassata. In *promont. b. spei.* ♃.

97. G. *campanulatus* *Andr.*; foliis lanceolatis glabris, scapo subtrifloro foliis longiore, corollâ subcampanulatâ. *Andrews's* t. 187. *Pers. Syn.* I. p. 44.

Flores majores purpurascentes, valde aperti. An GL. *Lemonia* *Pourr. Act. Tolos.* III. t. 5. *Gmel. S. V.* p. 112.

98. G. *villosus* *Vahl*; spathâ tubo filiformi subaequatâ, corollâ campanulato-regulari: laciniis oblongis obtusis (exterioribus tribus mucronulatis), stigmatibus linearibus antheras crassas majusculas subaequantibus. *Gawl. Vahl Enum.* II. p. 115. BABIANA *villosa* *Gawl. Curt. Mag.* t. 583, et, hoc teste: IXIA *villosa* *Ait. Kew.* I. p. 58. ed. 2. I. p. 106. (et, hoc teste GLAD. *mucronatus* *Redouté Liliac.* III. t. 142.) IXIA *punicea* *Jacq. Ic. rar.* II. t. 287. *Willd. Spec.* I. p. 198. (ad quam *Poiret Enc. meth.* II. p. 793. GL. *purpureum* ut β. ducit, et quae GL. *caerulescens* *Pers. Syn.* I. p. 48.) IXIA *flabelliformis* *Salisb. prodr. Hort.* n. 23. GLADIOLI *plicati* varietas *purpurea* *Thunb. Diss.* n. 24.

Willdenow simpliciter IXIAM *villosam* *Ait.* junxit cum IX. *villosâ* *Jacq.* *Vahl* vero, postquam descriptionem ex *Aiton.* dedisset, subjungit: „IXIA *villosa* *Jacquini* mihi videtur diversa. A GLADIOLO *plicato* differt: spathae valvulis integerrimis; corollis minoribus; laciniis limbi angustis." — Totus villosus; bulbus praeteriti anni lateralis subovatus magnitudine Avellanae; folia bi-tripollicaria, semipollicem lata, acutiuscula, tenuiter nervosa, subplicata; unicum sessile lineare inferne in scapo spithamaeo canescente; spica nunc simplex, nunc ramo aucta. Flores 5-7, parum distantes, duplo vel triplo minores quam in GL. *plicato*, violacei. Spatha longitudine tubi, valvulis linearibus acutis integerrimis, apice glabris. *Ait.* Differt a GLAD. *rubro-cyaneo* stigmatibus minus latis, rotundis, crispis et ciliatis. An distincta species? Varietatem alteram laciniis aequalibus saturate caeruleis fundo coccineo, alteram laciniis inaequalibus caeruleis albo maculatis notat *Dumont Courset Cult.* V. p. 90. Confer GLADIOLUS *strictus*. Sed ante omnia sedulo conferantur quae de GLADIOLO *plicato* dicit cel. *Thunberg* in *Fl. Capensi* I. p. 211. In *Swartland*, *promont. b. spei.* ♃.

99. G. *distichus*; foliis rigidiusculis subvillosis plicis alte liratis, scapo stricto, floribus distichis, tubo spathâ triplo longiore: laciniis aequalibus lineari-oblongis alternis crispatulis. BABIANA *disticha* *Gawler Curt. Mag.* t. 626. GL. *plicatus* *Jacq.* II. t. 237. *Redouté Liliac.* II. t. 89.

Folia caule breviora, oblongo-lanceolata, ciliata, saturate viridia, plicis sulco duplici. Flores erecti. Corolla fere regularis, laciniis patenti-recurvis obtusis, fauce tuboque longioribus, supremâ quidquam latiore: omnibus albido-caerulescentibus, inferioribus maculâ s. striâ flavâ ad unguem. Odoratissima. In *promont. b. spei.* ♃.

100. G. *plicatus Thunb.*; foliis oblongo-lanceolatis mollissimis laxe plicatis villosis, limbo bilabiato patente: laciniis subaequalibus tubo subaequatis alternis subundulatis; supremâ apice convolutâ, staminibus styloque adscendentibus. *Gawl. Curt. Mag.* t. 576. et *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 105, uterque nomine BABIANAE * *plicatae.* GL. *plicatus Thunb. Diss.* 24. *Prodr.* p. 10. *Willd. Spec.* I. p. 220. (excl. syn. *Linn. Jacq.* et *Breyn.*) GL. *plicatus a Herb. Banks.* — Varietates, quas *Thunb.* enumerat. (Synonyma reliqua, ut dubia negligit *Gawler*, qualia Ix. *flabellifolia de la Roche Diss.* n. 12. GL. *polystachyus Thunb. Diss.* n. 24. *Redouté Liliac.* t. 89.?

Tota pubescens, tenera, semipedalis-pedalis; corolla dilute violacea, laciniis inferioribus medio striâ flavâ, basi maculâ fuscâ. Caryophyllos fragrantissime spirat. In *promont. b. spei.* ♃.

* GL. *plicatum Lam. Enc. meth.* t. II. p. II. p. 724. distinctam esse speciem, aptius sic definitam: GL. foliis ensiformibus plicato-nervosis villosis, floribus alternis secundis, tubo filiformi, spathis multoties longiore, *Zuccagni obs. bot.* C. I. ap. *Römer Collect.* p. 121. (Media IXIAM inter et GLADIOLUM: flores enim corollâ tubulosâ tubo filiformi recto limboque partito ut in IXIIS; laciniae vero alternae angustiores, et tres supremae profundiores, unde corolla quodammodo ringens ut in GLADIOLIS. Stamina interdum exserta, ascendentia, nec tubo prope os inserta, ut in IXIIS. Stigmata apice incrassata et fere emarginata, ut in GLADIOLO, nec simplicia, ut in IXIA. Nisi ergo hybrida ex IXIA *plicatâ* et GLADIOLO *trimaculato*, propria erit species genus utrumque conjungens. — Corolla extus purpurascens, intus subflava, laciniis tribus inferioribus maculâ cordiformi puniceâ. Hinc GL. *plicati Enc. meth.* varietas. *Zuccagni* l. c.

Genus novum a *Gawlero Annals of Bot.* I. p. 233. conditum: *spatha* trivalvuloidea, valvulâ intimâ bipartitâ; *Cor.* basi tubulosa, limbus sexpartitus; *Stigmata* tria, recurvo-patentia e canaliculato explicata; *Caps.* rotunda, torulosa; *Semina* pauca, angulata. Huc referenda, secundum *Gawlerum*:

1. B. *Thunbergii.* ANTHOL. *plicata Vahl.*
2. *ringens.* ANTHOLYZA *Vahl.*-GLADIOLUS *Breyn. Ic. rar.* tab. VIII. f. 1.
3. *tubiflora. Bot. Mag.* t. 680. GLAD. *tubatus Vahl* et *Bot. Mag.* t. 847. GLAD. *tubiflorus Vahl.*
4. *spathacea.* GLADIOLUS *Vahl* n. 84. GL. *paleaceum Vahl* n. 83. hujus esse varietatem.
5. *sambucina. Bot. Mag.* t. 1019. GLADIOLUS *Jacq. Hort. Schoenbr. Vahl Enum.*
6. *disticha. Bot. Mag.* t. 626. GL. *plicatus Jacq. Icon.* 237., nec caeterorum auctorum.
7. *plicata. Bot. Mag.* t. 576. GLAD. *Vahl* n. 78. excl. *Jacquini* synonymo. Esse quoque eandem cum *fragrante Vahl* n. 79. nec differre a *molli Vahl* n. 86.
8. *mucronata.* GLADIOLUS *Jacquin Icon.* t. 239. *Vahl* n. 76.
9. *sulphurea. Bot. Mag.* t. 1053. GLADIOLUS *Jacquin Icon.* t. 239. *Vahl Enum.* n. 44. GL. *plicatus Andr. bot. Repos.* t. 268, GL. *pygmaeus Burm. Fl. cap.* 1.?

101. G. *xanthospilus Decand.*; caule simplici flexuoso foliis planis ensiformibus lanceolatis glabris; floribus spicatis, corollâ subringente campanulatâ, spathâ bivalvi, valvulâ, superiore bifidâ, inferiore integrâ. *Redouté Liliac.* III. t. 124.

Spica 5-6flora. Flores tripollicares, sessiles, bracteis duabus inaequalibus. Corollae albae, maculis punctisque sulphureis adspersae; tubo brevi, cylindrico, subarcuato, fauce grandi, subconica ad basin flavo maculatâ. Laciniae ovatae obtusae, albae sulphureo maculatae, unicâ exceptâ, quae tota alba remanet. *Hab. ad promont. b. spei?* ♃. Leviter suaveolens.

102. G. *fragrans Jacq.*; corollis subcampanulatis secundis, spathis trivalvibus integerrimis, foliis ensiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 117. *Jacq. Hort. Schoenbr.* I. p. 7. t. 14. BABIANA *fragrans Gawl.*

Spathae valvulae apice scariosae. Odor fragrantissimus. *Vahlio* dubius, et a quibusdam ad praecedentem *plicatum* citatus, sed in *Horto Kew.* non ducitur ad *plicatum.* In *promont. b. spei.* ♃.

103. G. *sambucinus Jacq.*; corollis campanulatis, laciniis alternis subplicatis, spathis bivalvibus, foliis ensiformibus, scapo subcompresso. *Vahl Enum.* II. p. 117. *Jacq. Hort. Schönbr.* t. 15. BABIANA *sambucina Gawl. bot. Mag.* t. 1019.? *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 105.: corollae laciniis fauce longioribus, lineâ longitudinali saturatiore notatis?

Folia radicalia circiter quatuor, plerumque scapo ramoso glabro longiora, sexpollicaria, oblonga. Flores quini. Cor. coerulea, basi maculâ luteâ, laciniis oblongis obtusis subaequalibus. In *promont. b. spei.* ♃.

104. G. *excisus Jacq.*; scapo ramoso, floribus secundis: foliis ensiformibus interiore margine excisis. *Jacq. Hort. Schönbr.* IV. t. 491. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 794.

Bulbi ovales magnitudine Avellanae; folia radicalia, longe canaliculata, apice latiora; caules pedales, teretes, subramosi, folio uno alterove: spicae breves in apice ramorum; corollae elegan-

10. *stricta. Bot. Mag.* t. 621. 637. GL. *Vahl* n. 85. fors etiam *Ejusd.* GL. *secundus* n. 82.

11. *purpurea.* IXIA *Jacq. Icon.* 286. GLADIOLUS *Vahl* n. 75.

12. *obtusifolia. Ann. of Bot.* p. 234. IXIA *villosa Jacq. Icon.* t. 284. quae eadem oum GL. *latifolio Vahl* n. 81. cui saltem certe falsa tribuitur patria.

13. *villosa. Bot. Mag.* t. 583. GLADIOLUS *Vahl* n. 77. et *Ejusd.* GL. *puniceus* n. 74. qui IXIA *punicea Jacquini.*

14. *rubro-cyanea. Ann. of Bot.* p. 234. IXIA *Bot. Mag.* t. 410. GLADIOLUS *Vahl Enum.* n. 43

ter roseae tubus gracilis, laciniis oblongis concavis, tribus inferioribus brevioribus, mediâ maculâ flavâ in medio. *Jacq.* In *promont. b. spei.* ♃.

105. G. *latifolius* * *Lam.*; corollae tubo spathis breviore, foliis lato-lanceolatis scapo longioribus. *Vahl Enum.* II. p. 117. *Lamarck Ill.* I. p. 119.

Flores in racemis terminalibus, tubo spathis breviore. In *Insulâ Franciae. Commerson.* ♃.

106. G. *secundus Thunb.*; spicis secundis multifloris, spathis glabris membranaceis apice laceris corollae ringentis tubo brevioribus. *Vahl Enum.* II. p. 117. *Thunb. prodr.* 186. *Fl. capens.* I. p. 215. *Act. havn. v.* 6.

Folia scapo spithamaeo, flexuoso, glabro, multo breviora, subpetiolata, plura ad sex. Flores interdum 15, secundi, distantes, coerulei; spathae semiunguiculares, apice brunneae, lacerae. Cor. tubus filiformis. In *promont. b. spei.* ♃.

107. G. *paleaceus*; spicis imbricatis, corollae tubo filiformi spathis membranaceis hyalinis longiore, foliis linearibus. *Vahl Enum.* II. p. 118.

Folia scapo breviora, inferne pilis raris asperso. Spica tripollicaris. Spathae ferrugineo-maculatae. Corollae tubus bracteis duplo longior, filiformis. In *promont. b. spei.* ♃.

108. * G. *spathaceus*; spathis in spicis imbricatis subaristatis nudis turgescentibus, tubo corollae duplo longiore limbo regulari, laciniis alternis obtusis cum acumine, regulari patentibus, foliis rigidissimis plicatis pungentibus. *Gawler Curtis bot. Mag.* t. 638. sub BABIANA *spathaceâ*, ut *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 105. *Linn. Suppl.* 96. *Thunb. Diss.* n. 25. *prodr.* 9. *Fl. capens.* I. p. 208. *Willd. Spec.* I. p. 221. *Vahl Enum.* II. p. 118.

Folia lineari-lanceolata, juniora villosa, petiolis longis basi dilatatis. Scapus spithamaeus, ramis 2-4 adpressis, folio bracteiformi sub floribus. Spathae distichae membranaceae, saepe lacerae. Cor. infundibuliformis, tubo gracili, segmentis duplo longiore; segmenta lineari-oblonga, alternis lanceolatis, tribus mucronatis, albidis (*Thunb.*), violaceis, maculâ duplici albâ in tribus superioribus (*Gawl.*) Antherae incumbentes. *Gawl.* Similis *tubifloro* et *plicato*. *Thunb.* *Ad promont. b. spei in Bockland et Hantum.* ♃.

109. G. *strictus Ait.*; caule subassurgenter stricto, foliis anguste ensiformibus, spathâ tubo aequali, corollis infundibuliformi-campanulatis erectiusculis regularibus: laciniis acutis, organis aequalibus. BABIANA *stricta Gawler Curt. Mag.* t. 621. et hoc teste: GLAD. *strictus Hort. Kew.* I.

* Quid GL. *latifolius* caule ramoso, corollâ ringente, folio infimo filiformi setaceo. *Linn. Suppl.* p. 96. S. V. ed. *Murray* p. 88.?

p. 63. *Willd. Spec.* I. p. 220. (ergo et *Vahl Enum.* II. p. 118., qui citat G. *nervosum* * *Lam. Enc. meth.* III. p. 724. Glad. *strictus* δ. *Herb. Banks.* Ixia *plicata L. Amoen. acad.* IV. p. 300. (excl. synon.) Ix. *villosa Jacq. Coll.* III. p. 267. *Ic. rar.* t. 284. Glad. *plicatus Linn. Sp. Pl.* 53. (excl. syn. *Breyn.*) Ix. *scillaris Mill.* t. 155. f. 1.

„In *Hort. Kew.* duae occurrunt varietates:" (α. corollâ saturate coeruleâ tubo? et basi laciniarum e purpureo-nigris — *Gawl.* in *Curt. Mag.* t. 637. et, hoc teste: Ix. *villosae* var. *Jacq. fragm.* t. 14. f. 3. — β. corollâ pallide purpurascente, tubo caeruleo, ad quam *Willd.* et *Pers.* ducunt Gl. *plicatum* β. *Jacq. Ic. rar.* t. 238, quem *Vahl* ad Gl. *plicatum* ut β refert.) „in *Herb. Banks.* 4 occurrunt varietates: α. Ix. *villosa Jacq. coll.* et *fragm.*? β. Gl. *plicatus* β. *angustifol. Jacq.* γ. Gl. hic *strictus*" *Gawler*, qui tamen non vidit vivas, hinc de specie aut varietate dubitat. In *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 106 varietatum hic indicatarum nulla fit mentio. Jam in *Bot. Mag. t.* 1052 adducitur tertia varietas: Babiana *stricta* γ corollâ purpureâ, et in synonymiâ jungitur cum eadem: Bab. *purpurea Gawl.* in *bot. Mag. n.* 1019 in textu paginâ versâ; Ixia *purpurea Jacq. Ic.* 286. et *Willd. Spec.* et *Vahl*; Gladiolus *strictus Vahl*; Ixia *villosa* β *Martyn* in *Mill. Dict.* Attamen descriptio Ixiae *purpureae Jacq.* et Gladioli *stricti Vahl* non minus differt, quam Gl. *strictus Vahl* et Ixia *villosa*: dubia hinc nobis saltem videtur, donec et *Gawleri* et *Jacquini* plantas viderimus, synonymia. Descriptio Gl. *stricti* apud *Vahl* sequens: „Scapus pedalis angulosus flexuosus, griseo-villosus. Folia plicata caule breviora vel fere aequantia, pollicem fere lata, basi attenuata, acuta. Spicae plerumque ternae racemosae secundae imbricatae patentes, 4-7-florae. Flores saturate coerulei. Spathae trivalves acutae: valvula exterior lineari-oblonga obtusa mucronata villosa, duae interiores parum breviores angustiores acutae; tubus corollae spathis brevior; laciniae alternae mucronatae." Confer Gl. *purpureum*. *Gawleri* sane figura et *Jacquini* icon Ixiae *villosae* differunt, nec *Gawleri* definitio in *Jacquini* plantam quadrat: hinc Ixiam *villosam* sequenti Nro interim adducimus. Differre *strictum* a *plicato* monet *Gawler* corollâ magis regulari magisque erectâ, habitu graciliore, foliis et scapo firmioribus, minus villosis, odore debili. In *promont. b. spei.* ♃.

110. G. *villosulus*; foliis oblongo-lanceolatis totis villosis subplicatis distichis, spathâ trivalvi, corollae limbo campanulato. *Jacq.* Ix. *villosula Gmel.* S. V. p. 110. Ix. *villosa Jacq. Coll.* III. p. 267. t. 284. Babiana *Gawl.*

Ixiam *villosam Jacq.* non esse, ut *Jacquin* l. c. et *Willd. Spec.* I. p. 198. n. 12 dixit, Ix. *villosam Ait.* I. p. 58., *Gawler* affirmat, qui Ixiam *villosam Ait.* jungit cum Ix. *puniceâ Jacq.* Hinc

* Gl. *nervosus Lam.* l. c. foliis ensiformibus plicato-nervosis villosis, racemulis pluribus alternis, tubo spathis breviore pubescentibus a cl. *Persoon Syn.* I. p. 44. tanquam subspecies jungitur Gl. *plicato.*

nomen a *Gmelino* olim I. *villosae Jacq.* datum recepimus. Descriptio plantae *Jacquinianae* sequens: „Differt ceu varietas a plantâ Kewensi solo corollae colore. Bulbus depressus, membranâ striatâ fuscâ. Folia pauca ensiformia acuta striata nervosa erecta viridia, 3-6 pollices longa, basi longe vaginantia, compressa, nervis a latere superiore vaginae ortis. Scapus teres villosus declinatus pauciflorus longitudine foliorum. Flores sessiles alterni secundi. Spathae virides, villosae concavae acutae, foliolo extimo longitudine tubi corollae, reliquis 2 huic oppositis brevibusque. Cor. dilute violacea vel caerulescens, infundibuliformis. Tubus longitudine limbi, gracilis. Limbi laciniae subaequales, late lanceolatae, acutulae, patulae. Antherae lineares magnae erectae, tubo corollae paulo longiores, saturate violaceae. Stigmatis laciniae tres filiformes, apice dilatatae, longitudine staminum, corollae concolores. In *promont. b. spei.* ♃.

111. G. *mollis Vahl;* spicis alternis secundis sessilibus imbricatis, spathis villosis apice membranaceis longitudine tubi. *Vahl Enum.* II. p. 119. GL. *sulcatus Lam. Ill.* I. p. 119. ANTHOLYZA *hirsuta Lam. Enc. meth.* II. p. 201. Hanc *Dumont Courset* citat ad ANTHOLYZAM *hirsutam.*

Differt a GL. *stricto;* foliis modo striatis nec nervosis; valvis exterioribus spatharum duplo longioribus; corollae tubo crassiore, sensim in limbum desinente; spathâ longiore, nec filiformi spathâ breviore. A GLAD. *spathaceo*, foliis minime plicatis, spathis non membranaceis, nec glabris. Ab ANTHOLYZA *plicatâ*, foliis non plicatis, nervis extantibus, spathis lineari-lanceolatis, nec ovatis. In *promont. b. spei.* ♃.

112. G. *pyramidalis Burm.;* foliis lanceolatis nervosis, floribus sessilibus imbricatis, tubo lineari longitudine spathae. *Burm. prodr.* p. 2.

Gawler ANTHOLYZAM *aethiopicam* esse suspicatur.

113. G. *laceratus Burm.;* foliis ensiformibus laceris, floribus tubo filiformi longissimo. *Burm. prodr.* p. 2. *Vahl Enum.* II. p. 120. TRITONIA *crispa Gawl.*

114. G. *Lamarcki;* foliis linearibus, floribus horizontalibus secundis immaculatis, petalis inferioribus paulo longioribus. GL. *puniceus Lam. Enc. meth.* II. p. 727. *Vahl Enum.* II. p. 120. *Breyn Ic. rar.* t. 12. f. 1.

Secundum *Burm. prodr.* 2. varietas GL. *angusti.* An potius GL. *brevifolii?* quaerit *Vahl*, vel *angusti? Poiret* quaerit.

115. G. *liliaceus Houtt.;* flore liliaceo flavo, laciniâ alterâ latiore, stigmatibus nodosis longitudine staminum, spathis magnis acutis, scapo tereti, foliis radicalibus longis junceis. *Houtt.* XI. p. 65. c. 79. f. 3. (in Textu f. 2.)

In *promont. b. spei.* ♃.

116. G. *ambiguus;* hirsutus, foliis linearibus nervosis, spathis tubo longioribus, petalis apice mucronatis. G. *mucronatus Lam. Ill.* I. p. 119.

Flores magni. Racemus simplex. In *promont. b. spei.* ♃.

117. G. *orobanche Decand.;* scapo aphyllo stricto; floribus spicatis alternis; corollâ divaricatâ ringente; foliis radicalibus linearibus longissimis pilosis. *Redouté Liliac.* III. t. 125.

Habitu Orchidem vel Orobanchen refert. Bulbus tuberosus ad basin crinitus. Scapus glaber, aphyllus et tribus tantum quatuorve squamis munitum. Folia haud numerosa e vaginâ albidâ longiuscula, linearia, pilis raris obsita. Spica septem-octoflora. Flos nondum expansus albo-virescens; expansus albus, laciniis tribus labii inferioris maculâ flavâ, coeruleo-emarginatâ; deflorescens rubellus. Tubus et infundibuliformis faux virescentes; laciniae patentes, undulato-sinuatae. In *promont. b. spei?* ♃.

129. ANTHOLYZA.

1. * A. *aethiopica;* foliis ensiformibus striatis utrinque attenuatis, spathis oblongis mucronatis, spicâ distichâ, fauce e tubo pedicelliformi, quo duplo longior, abrupte cylindrico-ampliatâ; laciniâ supremâ maximâ porrectâ, caeteris recurvis. *Gawler* in *Curtis Mag.* t. 561. β. 1172. *Vahl Enum.* II. p. 121. *Willd. Spec.* II. p. 222. *Thunb. Fl. cap.* I. p. 163. *Corn. canad.* t. 79. *Moris.* II. S. IV. t. 23. f. 1. *J. F. Mill. Ic.* 9. *Andr. Reposit.* t. 210. *Redouté Liliac.* II. t. 110. Antholyza *ringens Andr. Repos.* t. 32. Gladiolus *pyramidalis Burm. cap.?*

Bulbus magnus, compressus, convexus, subtus concavus. Folia multa, pollicem lata, flexilia, nervo rigido, scapi interdum fere longitudine, altero latere inferne subito angustata. Scapus teres, strictus, bi-quadripedalis. Spica pyramidalis oblonga, floribus 10-40 distichis, subimbricatis. Cor. flavo-coccinea. Tubus sex sulcatus, plerumque tortus, spathis conniventibus unguicularibus duplo-triplo longior. Lacinia superior concava, longitudine fere genitalium eidem accumbentium, obtusiuscula; reliquae planae, acutiores, angustiores. Caps. magnitudine cerasi minoris, seminibus flavis, globuloso-depressis. In *promont. b. spei.* ♃. Hac et A. *Cunonia* Gladiolis valde affinis. „Flores nondum plane evoluti characterem A. *Cunoniae* exhibent.“ *Zuccagni obs. bot.* ap. *Römer Coll.* I. p. 122.

2. A. *praealta Decand.;* foliis lineari-lanceolatis acuminatis, floribus distichis, bulbo depressissimo reticulato, bracteis exterioribus acuminatis integris. *Redouté Liliac.* VII. t. 387.

Affinis A. *aethiopicae*, sed omnibus partibus major, et, praeter characteres datos, floribus medio haud adeo contractis diversa.

Caulis fere sexpedalis, tectus vaginis foliorum, laevis, glaber, violaceo-glaucescens; folia caulina longitudine fere caulis, ensiformia, disticha, recta, glabra, nervo medio carinata; flores numerosi, sessiles, distichi, singuli basi bracteis duabus violaceis apice rubris, exteriore longiore acutâ, interiore breviore bifidâ. Tubi corollae pars inferior gracilis, arcuatus, flavus, 4 fere linearum, superior fere horizontalis, et pollicaris circiter, subcylindricus, ex aurantiaco ruber, dilatatus; laciniae inaequales, saturate rubrae, (ponçeau), suprema horizontalis, recta, spathulata, margine undulata, reliquis lanceolatis patentibus tortis duplo longior: laterales superiores et inferiores reliquis parum breviores. Stamina longitudine fere limbi, lutea, basi coccinea; antherae violaceae. In *promont. b. spei.* ♃.

3. * A. *ringens;* foliis ensiformibus plicatis, scapo dichotomo villoso, spathis lanceolatis, spicis secundis. *Vahl Enum.* II. p. 121. *Willd. Spec.* I. p. 223. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 167. BABIANA *ringens Gawler Ann. of Bot.* I. p. 233. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 104. *Commel. Hort.* I. p. 81. t. 41. *Breyn Ic.* 21. t. 8. f. 1.

Folia usque ad 10, lineis elevatis flavescentibus. Scapus supra brevissimus, saepe vix pollicaris purpurascens. Spathae patulae, sesquipollicares. Flores rictu amplo plurimi approximati purpurei, speciosi. Lacinia superior staminibus brevior. In *dunis promont. b. spei.* ♃.

4. * A. *Cunonia*; foliis lineari-ensiformibus utrinque attenuatis, scapo simplici glabro, spicâ distichâ, spathis lanceolatis, corollae laciniâ supremâ longissimâ, infimâ minimâ. *Vahl Enum.* II. p. 122. *Willd. Spec.* I. p. 222. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 165. *Mill. Ic.* 75. t. 113. *Redouté Liliac.* t. 112. *Curtis Mag.* t. 343. *J. F. Mill. Ic.* I. *Büttn. Cunon.* t. 1. f. 1. CUNONIA *Antholyza Mill. Dict.* GLADIOLUS *Cunonia Gärtn. sem.* I. t. 11. f. 4. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 96.

Folia dimidium unguem lata; spica interdum secunda; spathae maximae. Corolla fere papilionacea coccinea; labium superius quinque partitum, laciniis tribus intermediis minutis, lateralibus latis, adscendentibus, quintâ superiore dimidio breviore obtusâ. In *promont. b. spei.* ♃.

5. * A. *plicata;* foliis villosis ensiformibus plicatis, spicis secundis, spathis ovatis villosis. *Vahl Enum.* II. p. 122. *Willd. Spec.* I. p. 223. *Thunb. Anthol.* n. 6. *Fl. cap.* I. p. 169. BABIANA *Thunbergi Ker Ann. of Bot.* I. p. 233. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 104.

Folia tenuissime villosa, scapo hirsuto breviora; spicae plurimae 6-7, multiflorae, rhachide villosâ, spathae apice ferrugineae, unguiculares. Cor. staminibus brevior, purpurea. In *promont. b. spei.* ♃.

Differt ab A. *ringente*, cui valde similis et affinis: 1. scapo multo altiore; 2. spicis florum longe pluribus; 3. corollis angustioribus fauce minus divaricata; 4. fol. et spathis villosis.

6. A. *nervosa* Thunb.; foliis ensiformibus quadrinervosis, spicâ oblongâ distichâ. *Thunb. Diss.* n. 3. *Fl. cap.* I. p. 164. *Vahl Enum.* II. p. 122. GL. *Antholyza Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 795.

Folia radicalia circiter 3-4, nervis 4 flavescentibus exstantibus notata, longitudine fere scapi pedalis. Flores approximati in spicâ ovatâ, cernui, incarnati. Spathae ovatae brunneae. In *promont. b. spei.* ♃.

7. * A. *Lucidor*; foliis radicalibus basi filiformi, apice linearibus nervosis, caule simplici folioso. *Vahl Enum.* II. p. 122. *Willd. Spec.* I. p. 221. *Thunb. Anth.* n. 1. *Thunb. Fl. cap.* I. p. 162. WATSONIA *lucens Pers. Syn.* I. p. 42.

Scapus sesquipedalis longitudine foliorum convoluto-subulatorum; Spathae purpurascentes. Flores parum incurvati superne purpurei, laciniis lanceolatis subinaequalibus. Stigma trifidum. In *promont. b. spei.* ♃. Valde affinis Gladiolis, ob limbum inaequalem.

8. A. *caryophyllacea Burm.*; foliis ensiformibus, floribus tubulosis aequalibus, laminis duabus superioribus adscendentibus. *Burm. prodr. Vahl Enum* II. p. 123.

Convenit cum A. *Cunoniâ*, at spathae et flores tenuiores, non adeo rubri, caryophyllacei. Scapus tripedalis. Folia tenuiora.

130. ARISTEA.

1. * A. *cyanea Ait.*; capitulo terminali, spathis (villoso et multipartito-) laceris, scapo ancipiti. *Vahl Enum.* II. p. 124. *Willd. Spec.* I. p. 221. *Ait. Kew.* I. p. 67. *Andr. Repos.* t. 10. *Curt. bot. Mag.* t. 458. *Redouté Liliac.* VIII. t. 462. A. *eriophora Pers. Syn.* I. p. 41. IXIA *africana Linn. S. P.* p. 51. MORAEA *africana Thunb. Diss.* p. 7. *Prodr.* p. 10. *Fl. capens.* I. p. 264. MORAEA *aristea Lam. Illustr.* n. 494. *Poiret Encycl.* IV. p. 276. IXIA *Burm.* t. 70. f. 2.

Digitalis; scapi plures, parum longiores foliis radicalibus, 1-2 in scapo. Spathae 2 fuscae, margine pallidae, lacero-multipartitae. Interdum capitulum florum praeter terminale. In *promont. b. spei.* ♃.

2. * A. *spiralis Vahl*; floribus alternis subsecundis, corollae laciniis aequalibus, scapo ancipiti. *Vahl Enum.* II. p. 124. MORAEA *spiralis Linn.* et *Thunb. Diss.* p. 6. *Fl. capens.* I. p. 263. *Willd. Spec.* I. p. 240. *Curt. bot. Mag.* t. 550.

Scapus pedalis, vix longior foliis radicalibus acutis, spathae subbiflorae, brunneae; corolla albido-caerulea noctu spiraliter convoluta, laciniis extus albo-virentibus, intus albis, basi intus maculâ cordatâ viridi-purpureâ. Stigma violaceum, truncatum, villosum. In *promont. b. spei.* ♃.

3. * A. *coerulea Gawl.*; scapo tereti subalato stricto, foliis rigidiusculis multistriatulis, floribus fasciculato- et composito-capitatis, capitulis multifloris spicatim alterne dispositis, spathis integris acutis. A. *capitata Gawl.* in *Curt. bot. Mag.* t. 605. A. *coerulea Vahl Enum.* II. p. 124. A. *bracteata Pers. Syn.* I. p. 41. (quoad synon. *Thunb.*) A. *spicata Pers.* l. c. quoad syn. A—AE *majoris Andr. Repos.* t. 160. GLADIOLUS *capitatus Linn. Sp. Pl.* 53. MORAEA *caerulea Thunb. Mor.* n. 15. t. 2. f. 2. *Fl. cap.* I. p. 277. *Willd. Spec.* I. p. 243. IXIA *thyrsiflora de la Roche Diss.* p. 20.

Scapus bi-quadri-pedalis, simplex, sublignescens, foliis duplo longior. Folia lineari-ensiformia, firmula, atroviridia, nitentia, subdisticha, caulina internodiis longiora. Pedunculi unguiculares. Spathae membranaceae latae acutae scariosae. Cor. laciniae obovatae, alterne angustiores (*Vahl*) aequales (*Gawler*), saturate caeruleae. Stigma trigonum. Sem. 2-3 in loculo singulo. In *collibus Houtniqua et Langekloof in promont. b. spei.* ♃.

131. MARICA.

1. M. *paludosa*; *Schreb. gen.* n. 81. *Vahl Enum.* II. p. 48. *Willd. Spec.* I. p. 246. CIPURA *paludosa Aublet gujan.* 38. t. 13. *Curtis bot. Mag.* t 646. MARICA *Cipura Gmel. S. V.* I. t. 118.

Bulbus conoideo-globosus; folia radicalia 3-5pollicaria, lineari-lanceolata; scapus teres foliis plicatis brevior, apice monophyllus; spica simplex terminalis distiche imbricata, bracteis pollicaribus, ovato-lanceolatis, conduplicatis. Corolla caerulescens (aut alba *Willd.*) laciniis tribus exterioribus subovatis, recurvato-patentissimis, interioribus in urceolum conniventibus. Stam. brevissima. In *pratis humidis Cajennae.* ♃.

2. M. *californica Gawl.*; foliis lineari-ensatis, planis, scapo simplici, foliiformi, alato; corollâ explanatâ; filamentis basi coalitis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 590. M. foliis lineari-ensatis planis, scapo simplicissimo foliiformi-alato uni-fasciculato; corollâ explanatâ, laciniis ovato-oblongis, subaequalibus, muticis; filamentis tantum basi coalitis, antheris incumbenti-versatilibus; stigmatibus setiformibus, fissurâ summâ obliquâ, glanduloso-puberulâ. *Gawler* in *Bot. Mag.* t. 983.

Radices fibrosae. Folia omnia radicalia, glabra, acuta striata. Flores terminales, spathae multiflorae, valvulis inaequalibus,

navicularibus. Pedicelli brevissimi. Corollae luteae. Stigmata serrata. *Habit. in Californiâ.* ♃.

3. M. *humilis;* foliis lineari-ensiformibus, caule subtrifloro longioribus; corollae laciniis exterioribus obovatis, mucronatis. Cipura *humilis.* *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 257.

Caulis 2-3pollicaris, monophyllus. Spatha polyphylla. Corolla alba, tubo brevi; laciniis tribus exterioribus duplo majoribus, basi angustatis, erectis; tribus interioribus ovatis, concavis, obtusis, apice reflexis, basi maculâ triangulari-cordatâ, glandulosâ, flavo-marginatâ et squamis lanceolatis instructis. Germen oblongum. Capsula trilocularis, polysperma. *Hab. in apricis regni Novogranatensis prope Honda.* ♃.

4. M. *graminea;* foliis lineari-ensiformibus, caule bifloro longioribus, corollae laciniis exterioribus oblongis. Cipura *graminea.* *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 257.

Bulbus oblongus, semipollicaris. Caulis 6-8pollicaris, glaber, monophyllus. Folia radicalia complura, glabra, pedalia. Spatha polyphylla, foliolis concavis, convolutis, virescentibus. Corolla alba. Stigma infundibuliforme, trifidum, diaphanum, album. Capsula oblonga, triquetra, trilocularis? (unilocularis ex *Bonpl.*) polysperma. *Crescit in ripa Orinoci, prope urbem Santo Thomas del Angostura, locis humidis, calidissimis.* ♃.

Cipurae *paludosae Aubl.* affinis, sed omnibus partibus minor et angustior.

132. MORAEA.

I. *Scapo ancipiti.*

1. * M. *Melaleuca Thunb.;* caule subbifloro, floribus alternis, corollae laciniis tribus minoribus, foliis subfalcatis. *Vahl Enum.* II. p. 153. *Willd. Spec.* I. p. 240. *Thunb. Diss.* p. 5. n. t. 1. f. 3. *Fl. capens.* I. p. 261. M. *lugens Linn. Suppl.* p. 99. *Pers. Syn.* I. p. 49. Aristea *melaleuca Gawl.* ap. *Curt. bot. Mag.* p. 605. t. 1277. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 109.

Caulis di-triphyllus, pedalis; folia radicalia bi-tripollic., disticha, lineari-ensiformia; flores terminales 1, 2, 3; valvulae spathae unguiculares; petala tria, exteriora pollicaria, obovata, emarginata, basi alba, versus apicem coerulea, interiora angustiora, basi alba, a medio ad apicem atra. Stigma multipartitum. In *promont. b. spei.* ♃.

* Ad Moraeas retulit *Gawler* Iridem *ciliatam, minutam, tripetalam, spathaceam, ramosam?, angustam, setaceam, pavoniam, crispam, tricuspidem, villosam, unguiculatam, papilionaceam, edulem, tristem, polystachyam, viscariam, bituminosam;* Moraeam *junceam, vegetam* (*triopetalae Willdenowii* varietates) *collinam* et *elegantem* (*Hort. Schoenbr.*)

2. M. *pusilla Thunb.*; scapo subunifloro, foliis lineari-lanceolatis subfalcatis. *Thunb. Diss. de Mor.* p. 7. *Fl. cap.* I. p. 265. *Vahl Enum.* II. p. 154. *Willd. Spec.* I. p. 241. Aristea *pusilla Gawl.* apud *Curtis bot. Mag.* t. 1231.

Folia radicalia, disticha, scapo palmari breviora, glabra. Spathae longitudine floris coerulei, laciniis alternis angustioribus. In *promont. b. spei.* ♃.

3. M. *dichotoma Thunb.*; scapo ancipiti, foliis falcatis, spathis membranaceis integris. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 266.

Scapi e radice cespitosa plures, compressi, erecti, glabri, spithamaei. Rami alterni, divaricato-erecti. Folia inferiora lineari-ensiformia, acuta, integra, glabra, digitalia; superiora rarius breviora. Flores terminales, circiter tres, coerulei. Spathae scariosae, niveae, integrae. In *promont. b. spei.* ♃.

4. * M. *alata*; scapo alato, foliis ensiformibus nervosis, pedunculis umbellatis dichotomis. *Vahl Enum.* II. p. 154. Sisyrinchium *palmifolium Linn. Mant.* p. 122.

Folia radicalia, pedalia, sexnervia; scapus bipedalis, e membranâ decurrente alatus; involucrum bi-tripollicare; pedunculi 3-4, spathis bivalvibus, margine membranaceis. Pedicelli duo, tres, capillares, laxi, filamentis distinctis. In *Brasiliâ. Thouïn. Commerson.*

5. M. *Northiana Schneevogt*; scapo alato ensiformi, spathis universalibus diphyllis, partialibus bifloris, pedunculis simplicibus. *Vahl Enum.* II. p. 154. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 66. *Schneevogt* et *Geuns Ic.* 41. 42. *Andr. Repos.* t. 255. M. *vaginata Decand.* ap. *Redouté Liliac.* I. t. 56. Iris *Northiana Pers. Syn.* I. p. 52. Marica *Northiana Gawler* in *Curt. Mag.* t. 654. Ferraria *elegans Salisb. prodr. Hort. Chapel-Allert.* p. 42.

Scapus intra folii vaginam nidulans, folia flabellata disticha, flores bini pseudo-laterales. *Decand.* — Radices fibrosae; folia lata; scapus (anceps, alatus *Willd.*) 4-5pedalis, desinens in spatham diphyllam, multifloram, spathis partialibus bifloris. Flores breviter pedunculati, majores quam in reliquis. Petala 3 majora reflexa alba; interiora minora variegata flavo et caeruleo. *Schneevogt.* In *Peruviâ? rectius in Brasiliâ.* ♃.

6. * M. *gladiata Thunb.*; pedunculis lateralibus involucrum monophyllum subaequantibus. *Vahl Enum.* II. p. 155. *Willd. Spec.* I. p. 241. *Thunb. Diss. de Mor.* p. 8. *Fl. capens.* I. p. 268. Ixia *gladiata Linn. Suppl.* 93. Marica *gladiata Dec.*

Folia radicalia longitudine scapi bi-tripedalia, linearia; pedunculi 2-3, villoso-canescentes; spathae plures, concavae. Cor. flava, extus rubra. Stigmata tria. In *promont. b. spei.* ♃.

7. * M. *aphylla;* capitulis lateralibus involucro multoties brevioribus. *Vahl Enum.* II. p. 155. *Willd. Spec.* I. p. 242. *Thunb. de Mor.* p. 9. t. 2. *Fl. capens.* I. p. 269.

Scapus enodis, pedalis. Involucrum capitulo decies longius, curvatum. Flores lutei. *Ad promont. b. spei.* ♃.

8. * M. *filiformis;* scapo foliisque filiformibus, floribus terminalibus solitariis. *Vahl Enum.* II. p. 155. *Willd. Spec.* I. p. 242. *Thunb. de Mor.* p. 9. t. 1. *Fl. capens.* I. p. 269.

Scapus enodis, pedalis, simplex; folia 2-3, scapo breviora. Involucrum extimum flore duplo brevius. Cor. lutea, laciniis alternis angustioribus. Stigmata tria, filiformia. Flores cum spathis referunt Dianthum. In *promont. b. spei.* ♃.

9. M. *foliosa H.* et *B.;* caule compressiusculo, subsimplici, subquinquefloro, foliis longiore; foliis glabris, quinque- aut septemnerviis, longitudinaliter plicatis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 258.

Bulbus ovoideo-oblongus. Caulis bipedalis, simplex, superne interdum ramo unico instructus, glaber, 2-3phyllus, subquinqueflorus. Folia lanceolata-ensiformia, acuminata, rectiuscula, radicalia pedalia, caulina breviora. Spatha polyphylla. Corolla violacea, tubo brevi, petalis tribus exterioribus patentibus, ovatis, basi angustatis, interioribus ovatis, medium versus transversaliter plicatis, et maculâ albâ notatis. Filamenta connata? Germen trigonum, glabrum. In *temperatis apricis regni Quitensis*, *prope Chillo.* ♃.

10. M. *chimboracensis H.* et *B.;* caule compresso? apice ramoso, ramis solitariis subquadrifloris; foliis strictis, striatis glabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 258.

Caulis apice ramosus, striatus, glaber, foliatus, ramis abbreviatis, spicatim dispositis. Folia lineari-ensiformia, acuminata, radicalia pedalia s. sesquipedalia, caulina breviora. Spathae polyphyllae foliola virescentia, margine fuscescentia. Flores non visi. An hujus generis? In frigidis *regni Quitensis* ad radices montis *Chimborazo* inter pagum *Calpi* et rupem *Yana-Urca.* ♃.

11. M. *acorifolia H.* et *B.*; caule apice ramoso, compresso; ramis geminis, subtrifloris; foliis striatis, glabris, caule brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 259.

Caulis bipedalis, foliatus, glaber. Folia lineari-ensiformia, acuta, stricta, radicalia sesquipedalia, caulina semipedalia et breviora. Spatha polyphylla, fuscescens. Corolla coerulea, tubo brevi. Capsula oblonga, trilocularis, polysperma. In *monte Silla de Caracas.* ♃.

2. *Scapo tereti.*

12. * M. *spathacea;* foliis teretibus dependentibus, floribus terminalibus aggregato-capitatis. *Vahl Enum.* II. p. 156. *Willd. Spec.* I. p. 242. *Thunb. Diss.* p. 9. t. 1. *Fl. cap.* I. p. 270. *Lam. Ill.* I. t. 31. f. 2. teste *Vahl.* *Poiret* vero ad sequentem BOBARTIAM citat *Lamarck Ill.* t. 40. et *Schumacher Act. havn.* III. t. 1., qui primus MORAEAM *spathaceam* esse BOBARTIAM. — BOBARTIA *indica Linn. Zeyl.* n. 41. *Am. acad.* I. p. 338. SISYRINCHIUM *spathaceum Pers. Syn.* p. 50.

Folia scapo tripedali, enodi longiora; capitulum e spicis plurimis aggregatis pollicaribus. Involucrum diphyllum, foliolo altero tri-quadripollicari. Cor. laciniae, unguiculares, flavae, alternae duplo angustiores. In *promont. b. spei.* ♃.

13. * M. *flexuosa;* caule articulato subramoso, foliis reflexis subundulatis, spicâ flexuosâ, corollae laciniis subaequalibus oblongis patentibus, filamentis basi connatis. *Vahl Enum.* II. p. 156. *Willd. Spec.* I. p. 243. *Thunb. de Mor.* p. 10. *Fl. capens.* I. p. 272. IXIA *longifolia Jacq. Hort. vind.* III. p. 47. t. 90. *Pers. Syn.* I. p. 49. *Curt. bot. Mag.* t. 695.

Caulis pedalis, folium radicale 1-2, lineare, scapo brevius; spathae apice lacerae. Corollae laciniae vix connatae, obtusae cum acumine, unguiculares, suprà flavae, subtus tres alternae virentes. Stigmata subcana, filiformia. In *promont. b. spei.* ♃.

14. * M. *polyanthos;* caule ramosissimo, foliis subulatis, laciniis corollae alternis. *Vahl Enum.* II. p. 157. *Willd. Spec.* I. p. 243. *Thunb. de Mor.* p. 12. *Fl. capens.* I. p. 276.

Folium radicale scapo articulato, pedali longius, curvatum; flores ex apice ramulorum plerumque gemini, interdum solitarii vel tres. Cor. caerulea, petalis obtusis, alternis angustioribus. Stigmata tria. In *promont. b. spei.* ♃.

15. M. *umbellata Thunb.;* spicis terminalibus umbellatis, involucris longissimis. *Vahl Enum.* II. p. 157. *Willd. Spec.* I. p. 244. *Thunb. de Mor.* p. 13. *Fl. capens.* I. p. 279. M. *corniculata Lam. Ill.* I. p. 115.

Scapus simplex, pedalis, spicae plerumque quatuor, pedunculatae, 1-2-3florae. Pedunculi pollicares. Involucrum diphyllum, foliolo altero longitudine scapi. Spathae in aristam attenuatae. Cor. coerulea. M. *corniculata Lam.* differt involucri foliolo vix longitudine umbellae. In *promont. b. spei.* ♃.

16. M. *crispa Thunb.;* scapo articulato, folio convoluto crispo reflexo. *Vahl Enum.* II. p. 158. *Thunb. de Mor.* p. 13. *Fl. capens.* I. p. 279.

Folium radicale solitarium lineare, longitudine scapi simplicis spithamaei; flores terminales pauci caerulei. In *Africâ australi*. ♃.

17. M. *ovata Thunb.*; scapo tereti simplici, foliis ovatis. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 280.

Caulis simplex, flexuoso-erectus, striatus, glaber, vix spithamaeus. Folia alterna, sessilia, concava, ovata, acuta, integra, nervosa, glabra, unguicularia. Flores terminales, plures. *Crescit in Namaquas circa Koks fontein, promont. b. spei. Fr. Masson.* ♃.

18. M. *pilosa Wendl.*; scapo foliisque pilosis, floribus terminalibus solitariis pedunculatis. *Vahl Enum.* II. p. 158. *Wendl. obs. bot.* p. 42.

Folia graminea, quaterna, erecta. Pedunculi glabri. Petala rubra, striata, tria latiora maculâ basi flavâ, margine fusco cincta, medio viridi punctata. In *promont. b. spei.* ♃.

19. * M. *iridioides*; foliis lineari-ensiformibus equitantibus perennantibus, striatis scapo squamis vaginato altioribus, flore terminali subsolitario, corollae laciniis patentibus, alternis duplo latioribus. *Vahl Enum.* II. p. 158 *Willd. Spec.* I. p. 244. *Enum. H. Berol.* I. p. 67. (ubi eandem esse ait cum IRIDE *compressa Spec.* I. p. 230) *Pers. Syn.* I. p. 53. (qui huc refert IRIDEM *orientalem Thunb.*). *Mill. Ic.* t. 239. f. 1. *Gisecke fasc.* I. t. 3. *Jacq. Hort. Schönbr.* t. 196. *Curtis bot. Mag.* t. 693. *Redouté Liliac.* I. t. 45.

Caulis spithamaeus teretiusculus longitudine foliorum distichorum, pedalis; vaginae pollicares, apice vix membranaceae. Flores saepe tres. Petala tria, exteriora cuneiformia, maculâ luteâ; tria interiora alba immaculata. Stigmata tria petaloidea caerulescentia, bifida, ut in IRIDE. In *Oriente, Byzantii.* ♃. MORAEA *odora Hooker parad. lond.* t. 10. hujus varietas videtur. Species anomala, herbâ ARISTEAE, IRIDIS capsulâ, Moraeae flore.

20. * M. *iriopetala*; caule subramoso, foliis lineari-ensiformibus striatis, petalis tribus majoribus barbatis, stigmatibus multifidis. *Vahl Enum.* II. p. 158. exclus. *Mill. Dict.* et *L. Suppl.* *Willd. Spec.* I. p. 244. IRIS *plumaria Thunberg Diss. de Irid.* p. 15. 28. *Fl. capens.* I. p. 291. *Pers. Syn.* I. p. 52. *Linn. Sp. Pl.* p. 59. M. *vegeta*, squamis bulbi basi connexis. *Linn. Sp. Pl.* p. 59. *Mill. Ic.* t. 138. f. 1. 2. *Jacq. Ic. pl. rar.* II. t. 224. (quam *Gawler* cum? ad VIEUSSEXIAM *fugacem H. Kew.* ad IRIDEM *tristem* trahit.).

Flores in scapo vix plures quam 2, coerulei. In *promont. b. spei.* ♃.

21. * M. *chinensis Thunb.*; scapo simplici, foliis ensiformibus, pedunculis (sub) umbellatis subdichotomis. *Vahl Enum.* II. p. 159. *Willd. Spec.* I. p. 245. IXIA *chinensis Linn. Sp. Pl.* p. 52. *Pers. Syn.* I. p. 48. *Trew Ehret* t. 52. *Curtis Mag.* t. 171. *Ammann. Comm. petrop.* II. p. 305. t. 8. *Gaertn. de fruct.* C. I. t. 13. f. 3. BELAMCANDA * *chinensis Redouté Liliac.* III. t. 121. PARDANTHUS *chinensis Ker Ann. of Bot.* I. p. 247.

Caulis bi-quinquepedalis, folia radicalia disticha, altitudine scapi, pollicem lata; (panicula potius dichotoma, quam flores subumbellati) pedunculi 2-3. Petala lanceolata, subaequalia, crocea, maculata. In *arenosis Indiae*, *Chinae*, *Japoniae*. ♃.

22. * M. *plicata Swartz*; scapo tereti, foliis lanceolato-ensiformibus petiolatis nervosis plicatis, pedunculis geminis, pedicellis subumbellatis. *Vahl Enum.* II. p. 159. *Willd. Spec.* I. p. 243. et, teste *Vahl*: *Swartz Fl. ind. occ.* I. p. 82. M. *palmifolia Jacq. Coll.* III. p. 192. *Ic. rar.* t. 227. SISYRINCHIUM *latifolium Ait. Hort. Kew.* ed. 2. IV. p. 135. SISYRINCHIUM *palmifolium Cavan. Diss.* VI. t. 191. f. 1. et *Swartz prodr.* p. 17. *Plum. Amer.* t. 46. f. 2. SISYRINCH. *capitatum Pers. Syn.* I. p. 49. (excl. syn. MOR. *plicatae Thunb.*) et hoc teste: IXIA *americana Aublet. gujan.* p. 33. MARICA *plicata Curt. Mag.* t. 655. FERRARIA *parviflora Salisb.* t. 43.

Folia radicalia bi-tripedalia, pollicem et ultra lata, 6-12 nervia, breviora scapo, apice folio terminata, pedalia; pedunculi tres e vaginâ folii terminalis; inferior longior, multiflorus, intermedius brevissimus, superior bi-triflorus. Petala aequalia alba. In *Caribaeis*. ♃.

23. M. *longiflora Gawl.*; caule simplicissimo enodi, fasciculis geminis a bracteis consimilibus longioribus obvallatis capitatim terminato; tubo filiformi longo eminente; unguibus subcyathiformi-conniventibus, laminis inaequalibus, obovato-oblongis omnibus, recurvatis, germine incluso. *Gawler bot. Mag.* t. 712.

Caulis filiformis, brevis, apice fasciculo foliorum convolutorum, acuminatorum. Cor. flava; laminae exteriores triplo latiores, obovatae, obtusae, stigmata bifida, segmentis lineari oblongis, obtusis, inflexo-conniventibus. In *promont. b. spei*. ♃.

24. M. *linearis H.* et *B.*; caule tereti? apice trifido; ramis bifloris; foliis glabris, caulem subaequantibus, lineari-

* BELAMCANDAE genus sic constituit *Decandolle* l. c.: *Cor.* supera, sexpartita rotata regularis marcescens. *Stam.* libera. *Ovarium* cylindraceum vix bisulcatum. *Stigmata* tria, non petaloidea. *Caps.* trivalvis, trilocularis. *Receptaculum* centrale, valvis dehiscentibus (libro inserta) liberum, seminiferum. *Semina* baccata.

ensiformibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 258.

Caules pedales, glabri, monophylli. Folia radicalia complura, pedalia. Spatha polyphylla. Corolla violacea, tubo brevi, petalis exterioribus duplo longioribus, ovatis, cordatis, concavis, plicato-reflexis, maculâ flavâ notatis, omnibus basi angustatis et nigro-punctatis. Stigma tripartitum, laciniis bifidis, basi denticulis duobus. Capsula ovata, trisulcata, trilocularis, polysperma. In *humidis calidisque Guayanae, prope El Trapiche de Farreras.* ♃.

25. M. *gladioloides H.* et *B.*; caule tereti, apice ramoso, ramis solitariis, subtrifloris; foliis distichis, striatis, glabris, caule brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 259.

Caulis erectus, sesquipedalis, glaber, foliatus, ramis abbreviatis, approximatis, spicatim dispositis. Folia radicalia numerosa, caulina circiter quatuor, distantia, semipedalia, superiora breviora. Corolla coerulea. Capsula oblonga, trilocularis, glabra, subpollicaris. In *locis frigidis Peruviae, inter Caxamarcam et Micnipampam.* ♃.

OBS. MORAEAE *chimboracensi* valde affinis, diversa tamen, praesertim foliis angustioribus, minus strictis.

26. M. *spicata Gawl.*; imberbis, corollâ uniformi, subaequali, stigmatibus compendiose petaliformibus. *Gawl. bot. Mag.* t. 1283. *Ic. plant. cap. Cod. Banks. absque titulo.*

133. IRIS.

Synopsis sectionum.

1. Corollis barbatis, foliis ensiformibus n. 1—31.
2. Corollis imberbibus, foliis ensiformibus n. 32—77.
3. Minus cognitae n. 78—89.

1. *Corollis barbatis.*

Foliis ensiformibus.

1. * I. *susiana*; caule unifloro foliis longiore, laciniis corollae deflexis minoribus. *Vahl Enum.* II. p. 125. *Willd. Spec.* I. p. 225. *Enum. H. Berol.* I. p. 62. *Besler Hort. eyst. ord.* VIII. fol. 4. *Curt. Mag.* t. 91. *Trattinick Archiv. pict.* t. 130. in nigr. t. 177. β. IRIS *livida Trattinick* l. c. t. 129. et t. 76. *Redouté Liliac.* I. t. 18.

Caulis simplex, pedalis, sulcatus. Folia semiunguem lata. Cor. omnium maxima, sordide alba, atro-purpureo subnigroque variegata, laciniae undulatae rotundatae, interiores erectae. Caps. obsolete trigona, acuminata. β. in Galliâ pro I. *susianâ*

habetur: tota minor et tenerior, differtque praeterea radice globosâ et quasi bulbosâ, foliis longioribus angustioribus et laxioribus, floribus dimidio minoribus, lividis, minus venoso-reticulatis, petalis minus crispis margine fere integerrimis, stigmatibus tandem rotundatis parum incisis. *Trattinick* l. c. An varietas? In *Persiae urbe Susâ. Ex Byzantio in Belgium, anno* 1572. ♃.

2. * I. *florentina;* caule foliis altiore subbifloro, floribus sessilibus. *Vahl Enum.* II. p. 126. *Willd. Spec.* I. p. 226. *Decand. Fl. franç. Suppl.* p. 328. n. 1990. *Besler eyst. vern. ord.* VIII. f. 4. *Ker bot. Mag.* t. 671. *Redouté Liliac.* T. I. t. 23. *Sibthorp Fl. graec.* I. p. 28. t. 39. *Trattin. tabular.* n. 654.

β. I. nostras vulgaris, candidis floribus. *Lob. Ic.* 59. teste *Vahl* l. c. I. *alba;* caule multifloro foliis altiore, spathis basi foliaceis, apice margineque scariosis, corollae tubo germine longiore. *Savi Flor. pis.* I. p. 32.

1 1/2 ped.; caulis crassitie digiti minimi. Folia 1 1/2 poll. lata, glaucescentia. Cor. alba, interne tincturâ levi coeruleâ: (striisve purpureo-virentibus) laciniae exteriores dependentes, obtusae, apice subdentato-repandae, basi extus viridi-venosae, interiores oblongae, basi plicato-undulatae. (Barba flava.) Stigmata corollâ concolora bifida, laciniis acutis crenulatis. Capsula pollicaris, acuminata. Flores et radix odorata. *Vahl.* Similis I. *germanicae*, sed differt: radice, inprimis siccâ, magis odoratâ; foliis magis glaucescentibus; scapo tantum 1-3floro; floribus nunquam caeruleis, sessilibus; tubo vix longitudine germinis, nec germinis longitudine; laciniis inferioribus integris nec emarginatis, margine basin versus deflexis, nec planis. *Decand.* l. c. In *Europâ australiori, ad Carnioliam et Tyrolim usque, in Laconiâ et insulâ Rhodo.* ♃.

3. * I. *germanica;* caule multifloro foliis altiore, floribus inferioribus pedunculatis, spathis adultioribus (subinde) coloratis laciniis corollae erectis subrotundo-obovatis. *Vahl Enum.* II. p. 126. *Linn. Spec.* I. p. 55. *Willd. Spec.* I. p. 229. *Hall. Hist.* n. 1258. *Schrad. Fl. germ.* p. 104. *Besler Hort. eyst. ord.* VIII. f. 5. *Bulliard* t. 141. *Plenck* t. 34. *Redouté Liliac.* VI. t. 309. *Ker bot. Mag.* t. 670. *Poit.* et *Turp. paris.* t. 48.

Variat floribus albis et luteis, et dilute caeruleis. „Caulis inferne divisus, subbipedalis. Folia sesquipollices lata, reflexo-falcata. Spathae virides, margine et apice membranaceae. Cor. violaceo-purpurea; laciniae exteriores planae, obovatae; interiores integerrimae (subinde crenulatae) spathulatae; lamina oblonga nec emarginata, dilutius colorata, magnitudine fere exteriorum, omnes extrorsum inaequaliter dentatae. Barba flava, villis apice fuscescentibus. Stigmata violacea, laciniis serratis. Parum

odora. *Vahl.*" Immortalis *Vahl* dixit Clusium plures enumerasse varietates: sed nobis species videntur illae varietates, nunc primum rectius notae, ut I. *ungarica*, *arenaria* etc. In *Germaniâ*, *Helvetiâ*, *Galliâ*, *Italiâ*, *et in Barbariâ*. ♃.

4. I. *pallida Lam.*; foliis caule multifloro brevioribus, floribus sessilibus, spathis albis. *Vahl Enum.* II. p. 127. *Willd. Spec.* I. p 230. *Lamarck Enc. meth.* III. p. 294. *Ker bot. Mag.* t. 685. *Redouté Liliac.* VII. t. 366. *Tabernaemont. Ic.* 647. I. *pallide coerulea Pers. Syn.* I. p. 51. I. *odoratissima Jacq. Hort. Schönbr.* I. p. 5. t. 9. I. *germanica Sibth. Fl. graec.* I. p. 29. t. 40. β. *minor.* I. hortensis pallide coerulea involucro albo minor. *Tournef. inst.* 358.

Caulis tripedalis; folia sesquipollicaria, lata; flores remoti, gemini ad 5 in singulâ spathâ. Spathae ante quam flores erumpunt aridae. Corollae laciniae exteriores obovatae, (magis rotundatae quam in I. *germanicâ*) extus inferne carina viridi, supra dilute coeruleae, basi violaceo-fuscescente venosae, integerrimae vix emarginatae; barba alba, apice flava; interiores convexe conniventes, superne margine subdentatae spathulatae, inferne ungue albido canaliculato, venis fuscescentibus. Stigmata colore petalorum, margine dilutiora, bifida, laciniis serratis, acutis. In *Oriente Vahl; circa Pisam Savi.* Apud nos culturâ perstat. ♃. *

5. I. *flavescens Redouté*; foliis lanceolatis subplicatis, caule ramoso dimidio brevioribus, spathis subfoliaceis, petalis exterioribus deflexis, interioribus obovatis, tubo germinis longitudine. *Redouté Liliac.* VII. t. 375.

Radix nodosa Iridis *germanicae*; caulis teres fere bipedalis; folia radicalia disticha, ensiformia, 6-9-pollic. longa, pollicem et ultra lata, caulina rara, parva; flores 3-4 in apice rami singuli, basi bracteis ovatis, obtusis foliaceis, apice membranaceis; tubus corollae viridis, subtriangularis, longitudine ovarii, laciniae exteriores patentes, oblongae, parum angustiores quam in Iride *germanicâ*, fere planae, albido-flavescentes, venis purpureo-violaceis, ad medium fere usque barbatae; laciniae interiores rectae, flavae, integrae, margine subundulatae, pilis ad unguem longis flavis. Ovarium sessile, oblongum, sulcis 6. Stigmata ovato-lanceolata, flava, labio exteriore albido, brevi, integerrimo, rotundato, interiore bilobo, lobis ovatis acutius-

* Descriptio a Cl. *Vahl* hic data discrepat ab illa *Lamarckii*; *Lamarck* enim flores inferiores breviter pedicellatos dicit, *Vahl* vero sessiles, qui lacinias stigmatis serratas dicit, quas integerrimas esse *Lamarck*. *Decandolle* Iridem *pallidam* a *germanica* certe differre affirmat: altitudine majori, foliis latioribus intense glaucis, spathis ex omni parte albis et membranaceis; tubo corollae longitudinem germinis vix aequante, nunquam superante, laciniis exterioribus magis pendentibus.

culis, profunde denticulatis. Antherae albidae. *Habitat* — *colitur in horto parisino.* ♃. *

6. I. *orientalis Thunb.;* caule subbifloro longitudine foliorum, germinibus trigonis. *Vahl Enum.* II. p. 127. *Willd. Spec.* I.. p. 237. *Thunb. Act. Soc. Linn.* II. p. 328. I. *germanica Thunb. Fl. jap.* p. 33. teste *Vahl;* I. *sibirica Ibid.* teste *Pers. Syn.* I. p. 53. n. 53.

Caulis pedalis et ultra, articulatus striatus; spathae foliis similes. Flores subterminales, fusco reticulati. In *Japoniâ.* ♃.

7. * I. *sambucina;* caule multifloro foliis altiore, laciniis corollae emarginatis exterioribus planis. *Vahl Enum.* II. p. 128. *Willd. Spec.* I. p. 228. *Thunb. Diss.* n. 10? *Lam. Enc. meth.* III. p. 295 *Jacq. H. vind.* I. p. 1. t. 2. *Curt. Mag.* VI. t. 187. *Redouté Liliac.* VI. t. 338.

Odor fortis Sambuci; caulis bipedalis superne divisus. Folia sesquipollices lata, apice inflexo-falcata. Spathae (saepius) margine violaceae, apice membranaceae. Flores inferiores pedunculati. Corollae laciniae exteriores oblongae integerrimae, basin versus venis violaceis saturatioribus, interstitiis dilutioribus; interiores obovatae incurvatò-arcuatae, vix denticulatae, dilute (violaceae aut) coeruleae, basi violaceo subvenosae. Stigmatis latera albido-coerulescentia, carina coerulea, laciniis acutis serratis. *Vahl.* cl. *Gawler*, non sine veritatis specie, IRIDEM *sambucinam* nostram, vulgo in Hortis occurrentem, pro IRIDIS *squalentis* varietate habet. *Habitat in Europâ australi. Vahl* ignorari Patriam. In *Bohemiâ? circa Podbaba Schmidt* et *Pohl.* ♃.

8. I. *lurida Ait.;* caule foliis altiore multifloro, petalis exterioribus revolutis, interioribus erecto-inflexis subundulatis, subemarginatis. *Aiton Hort. Kew.* I. p. 68. ed. 2. I. p. 119. *Vahl Enum* II. p. 128. *Willd. Spec.* I. p. 229. *Curtis bot. Mag.* t. 669 et 986. *Redouté Liliac.* VI. t. 318.

Petala exteriora retroflexa, atro-purpurea, infra medium lituris flavicantibus, barbâ luteâ, interiora obovato-oblonga, exterioribus paulo breviora; laminâ purpurascente, ungue squalido lutescente. Stigmata squalide lutescentia, superne pallide purpurascentia. An praecedentis varietas? sed inodora. *Ait.* In *Europâ australi.* ♃.

9. * I. *squalens;* caule multifloro, foliis altiore, corollae laciniis deflexis replicatis, erectis emarginatis. *Vahl Enum.* II. p. 129. *Willd. Spec.* I. p. 228. *Pers. Syn.* I. p. 51. (uterque excl. syn. *Jacq.*) *Boerh. Lugd.* II.

* Anne, quaerit *Redouté*, IRIS *germanica*, *sambucina*, *squalens*, *plicata*, *Swertii*, *pallida*, *florentina*, ob characteres parum constantes, uti et haec *flavescens*, una eademque species culturâ, climate, solo, immutata?

p. 124. *Bot. Mag.* t. 787. I. *squalentem* et *sambucinam* omnium Florarum Germaniae meras esse I. *germanicae* varietates, *Schrad. Fl. germ.* I. p. 106. et *Hort. Kew.* quoque ed. 2. I. p. 119. IRIDEM hanc *squalentem* β. facit IRIDIS *sambucinae*. praecedente *Gawler* in *Curt. bot. Mag.* t. 787. nec adeo repugnante *Decandollio*, ap. *Redouté Liliac.* VII. t. 365. Sed tamen I. *squalens* a Rev. *Wulfen* in *Roemeri Arch.* III. p. 313. descripta, *prope pagum Fori Julii Redepuglia* a Rev. *Berini* reperta, vera Linnaei planta (*Sp. pl.* p. 56. n. 5.) esse videtur.

Caulis bipedalis, superne in pedunculos divisus. Folia medio ultra pollicem alta. Spathae vix bipollicares, margine purpurascentes. Corollae laciniae exteriores oblongae integerrimae minime emarginatae; extus basi viridi-flavescentes, venis obsolete subpurpurascentibus, extrorsum saturate purpureis, supra a basi ad medium albae, simpliciter violaceo-venosae, margine flavae, venis et punctis paucis violaceis ornatae; a medio ad apicem intense purpureo-violaceae, barbâ flavâ apice violaceâ; interiores spathulatae; laminae oblongae, stigmatibus duplo longiores, superne serratae, inferne integerrimae sordide cum tincturâ violaceâ flavescentes, basi extus viride flavescentes supra violaceae, margine violaceo-venosae. Germen subtrigonum, sexsulcatum. Stigmata sordide flavescentia, carinâ luteâ, laciniis acutis serrulatis. In *Europâ australi.* ♃.

10. I. *Japonica Thunb.*; foliis falcatis glabris caule compresso multifloro brevioribus. *Thunb. Linn. Transact.* II. p. 327. *Vahl Enum.* II. p. 129. *Willd. Spec.* I. p. 228. I. *squalens Thunb. Fl. jap.* p. 33.

Caulis pedalis, articulatus, striatus, glaber. Folia nervosa. Spathae sub floribus foliis similes, obversae, sensim breviores. Cor. albae. In *Japoniâ.* ♃.

11. * I. *variegata*; caule multifloro, foliis aequantibus, laciniis corollae deflexis emarginatis, erectis oblongis. *Vahl Enum.* II. p. 130. *Willd. Spec.* I. p. 130. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 103. *Jacq. Fl. austr.* t. 5. *Redouté Liliac.* V. t. 292. *Curt. Mag.* t. 16. *Ehret pict.* I. 10. f. 1. β. *limbata*: laciniis exterioribus reflexis, flavo-limbatis. *Besser cat. Krzemieniec Suppl.* II. 1813.

Caulis bipedalis, foliis parum longior. Folia pollicem lata; flores superne 4-5 circiter, flavi, superior primum florens. Cor. laciniae exteriores deflexae cuneiformes, extus viridi-flavescentes, supra albidae, lineis purpureo-violaceis pictae, ramosis, versus marginem abruptis, integerrimae, emarginatae, basi flavescentes; interiores oblongae, canaliculatae, integerrimae, (emarginatae) flavae, lituris angustis purpureo-violaceis. Barba flava, villis apice fuscescentibus. Germen sexsulcatum angulis obtusis. Stigmata flava bifida, laciniis acutis serratis. In *Austriâ.* ♃.

12. I. *neglecta Hornem.*; caule multifloro foliis altiore, corollae laciniis erectis integerrimis, deflexis subemarginatis. *Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 55.

Statura I. *variegatae*, sed laciniae corollae erectae latiores pallide coeruleae ungue maculis purpureis lineato, laminae reflexae apice violaceae medio et basi intus albae venis violaceis. Barba pallide coerulea apice flavescente. Tubus brevior quam in I. *variegatâ*; stigmata colore laciniarum erectarum; germen obtuse hexagonum. Odor gratus. *Hornem* l. c.

13. I. *Swertii Lam.*; foliis caule trifloro brevioribus, laciniis corollae majoribus undulatis reflexis, minoribus emarginatis. *Lam. Enc. meth.* III. p. 296. *Vahl Enum.* II. p. 130. I. coroll. barbatis, caule trifloro, foliis lineari-lanceolatis subaltiore, spathis duplicibus, petalis replicatis undulatis, interiorum ungue intus hirsuto. *Redouté Liliac.* VI. t. 360. I. *aphylla* γ., laciniis corollae exterioribus dilute stramineis, striis brevibus lilacinis, barbâ aurantiacâ; interioribus margine undulatis violaceo variegatis. [Odor florum Citri *aurantii*]. *Gawler* in *Curtis bot. Mag.* t. 870. Latifol. minor alba oris coeruleis, et *eadem* oris dilute purpureis. *Tournef. inst. r. h.* p. 358. *Swert. florileg.* t. 41. f. 1. Iris *desertorum Balbis* teste ipso *Balbis* in *Cat. taur. Suppl.* 1813.

Rad. odora. Caulis sesquipedalis. Folia vix pollicem lata. Flores superne 3, breviter pedunculati. Spathae aridae. Petala alba; majora dorso extus viridia, margine violaceo-punctata, versus medium utrinque venis nonnullis violaceis picta; minora apice conniventia, spathulata; ungue violaceo convexo, lamina oblonga integerrima, carina lineâ violaceâ, inferne integerrima, margine parum violacea, supra lineâ violaceâ ab apice ad medium. Barba apice lutea, pilis superioribus violaceis. Germen obscure triquetrum. Stigmata violacea utrinque margine albida, petalis interioribus dimidio breviora, bifida, laciniis acutis extrorsum serratis, inferne integerrimis. *Vahl.* *Habitat in* ?

14. I. *flexuosa? Murr.*; caule subtrifloro fistuloso, foliis lineari-ensiformibus altiore. *Vahl Enum.* II. p. 131. *Murr. Nov. Comm. Gotting.* VII. t. 4. *Lobel. adv.* II. p. 479?

Habitu similis I. *sibiricae* at corollae barbatae. Caulis crassus. Folia 1/3 unc. lata. Spatha ferruginea. Cor. alba, limbi laciniae reflexae denticulatae, ungue luteo venis violaceis; erectae dimidio fere breviores. Germen trigonum. Stigmatum laciniae crenatae. In *Germaniâ.* ♃.

15. I. *plicata Lam.*; caule multifloro tereti foliis altiore, laciniis corollae undulato-plicatis, erectis latioribus. *Lam. Enc. meth.* III. p. 297. *Vahl Enum.* II. p. 131.

Willd. Enum. H. Berol. I. p. 64. I. *aphylla* γ. *Gawler* in *Curtis bot. Mag.* t. 870. β. floribus majoribus, prorsus coeruleo - violaceis. *Decand.* in *Redouté Liliac.* t. 356.

Tripedalis, folia pedalia, viridi-glaucescentia; spathae membranaceae; flores Ir. *germanicae* duplo minores, (campanulatae) odore Aurantii, albido et dilute coeruleo-variegati, corollae laciniae superne basi intense purpureo-venosae, medio albidae et concavae, reflexae margine inflexae, erectae rotundatae. Stigmata pallide violacea, laciniis vix dentatis. Germen sexsulcatum. *Lamarck.* *Habitat.* ♃. ? — Ambas [α et β.] varietates esse Iridis *Swertii*, suspicantur nonnulli.

16 * I. *biflora;* scapo tereti subtrifloro foliis longiore, laciniis corollae deflexis erectis angustioribus. *Vahl Enum.* II. p. 132. et hoc teste: *Besl. H. eyst. vern.* VIII. f. 1. *Willd. Spec.* I. p. 227. *Enum. H. Berol.* I. p. 63. et hoc teste *Kniph.* C. VIII. n. 54.

Secunda vice florens in Septembri uniflora. Caulis teres. Folia sterilia 3-5, spithamaea et ultra, pollicem lata, (extrorsum) falcata. Scapi ad latera foliorum sterilium plerumque 2, foliis sterilibus parum altioribus, basi foliis duobus vel tribus brevissimis sterilibus angustioribus vaginati, alter inter duas vaginas spathaceas, alter nudus. Flores superne plerumque gemini, subsessiles. Spathae viridi-violaceae. Corolla intense purpureo-violacea; laciniae obsolete denticulatae, minime emarginatae; tres deflexae erectis parum angustioribus; tres erectae arcuatim superne conniventes, spathulatae. Germen teretiusculum, subsexlineatum. Stigmata longitudine barbae (?), laciniis corollae concolora, bifida, laciniis ovatis acutis extrorsum dentata. *Vahl.* In *Tauriae et Lusitaniae rupibus.* ♃.

17. I. *furcata MB.;* foliis ensiformibus, scapo bifurco trifloro brevioribus, germine trigono trisulco. *Marsch. Bieberst. in litt.* I. *biflora Marsch. Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 31. n. 81.

Diversa ab I. *bifloră* scapo nunquam trifloro, floribus pedunculatis nec subsessilibus, petalis deflexis minime erectis angustioribus, germine trigono nec tereti. MB.

18. I. *subbiflora Brot.;* scapo subunifloro foliis ensiformibus vix breviore, corollae tubo germen cylindricum sexstriatum subaequante. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 118. *Brot. Fl. lusit.* I. p. 50.: caule subbifloro, foliis ensiformibus subfalcatis breviore, petalis violaceis. et hoc teste: Ix. *biflora Clus. Ker bot. Mag.* t. 1130.

Bis per annum floret. An satis distincta a *biflorâ?* In *Lusitaniâ.* ♃.

19. I. *cristata Ait.;* caule compresso subunifloro longitudine foliorum, laciniis corollarum aequalibus, barbâ cri-

statâ, germinibus trigonis. *Vahl Enum.* II. p. 132. *Ait. Kew.* I. p. 70. ed. 2. I. p. 147. *Mich. Fl. bor. Amer.* I. p. 22. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 29. *Smith Spicil. bot.* I. 12. t. 13. *Curt. Mag.* t. 412. *Redoute Liliac.* VII. t. 376.

Rad. repens (videtur, sed revera non est.) Caules plurimi vix digitales; folia vix semipedalia, apice subfalcata, margine pallido, membranaceo. Flos subsolitarius, foliis parum humilior, purpureo-cyaneus. Corollae laciniae exteriores dependentes, coeruleae, maculis saturatioribus, medio lineis tribus longitudinalibus elevatis, undulatis, luteo fulvoque variegatis loco barbae, interiores parum angustiores, totae caeruleae. Stigmata laciniis corollae dimidio breviora et concolora. *Ait.* et *Smith.* In *Americâ boreali.* ♃.

20. I. *chinensis Curt.*; scapo compresso, multifloro, stigmatibus laciniatis. *Vahl Enum.* II. p. 133. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 63. *Curt. Mag.* t. 373. Iris *fimbriata Pers. Syn.* I. p. 51. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 120. Isis *fimbriata Trattin. tabular.* p. 668. *Vent. jard. ic. Cels.* t. 9. *Redouté Liliac.* III. t. 152.

Folia scapo vix semipedali parum breviora, pollicem fere lata. Pedunculi bi-triflori. Flores pedunculati, pallide coerulescentes. Corollae laciniae inaequaliter dentatae, exteriores subcuneatae, flavo-maculatae, interiores immaculatae. Stigmata bifida fimbriata. Affinis praecedenti. In *Chinâ.* ♃.

21. * I. *nudicaulis Lam.*; foliis glabris, scapum teretem multiflorum nudum aequantibus. *Lam. Ill.* I. p. 121. *Enc. meth.* III. p. 296. I. *aphylla Vahl Enum.* II. p. 133. *Willd. Spec.* I. p. 227.

Folia radicalia pedalia, pollicem lata; scapi ad latera foliorum frequenter 3, laterales 1-intermedius 2-3florus. Spathae virides. Cor. magna, purpureo-violacea, petala exteriora ovalia, basi albida venis picta, omnia subaequalia. Stigmata petalis concolora, laciniis serratis. Germen trigonum. *Lamarck. Patria ignota.* ♃.

22. I. *arenaria Kit.*; scapo bifloro, foliis ensiformibus breviore; flore superiore abortiente. *Waldst. Kit.* T. I. p. 57. t. 57. *Vahl Enum.* II. p. 134. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 62. *Redouté Liliac.* V. t. 296.

Affinis Ir. *lutescenti*, sed differt nostra praeter characteres spathâ inflatâ, tubo longiore. Iris *flavissima Jacq.* l. c. (definitione eâdem olim descripta) differt loco natali humido, florescentiâ seriore; scapo semipedali, foliis longiore, iisdemque basi tantum vaginato. *Kit.* l. c. Spathae trivalves; laciniae flavae obtusae, subemarginatae, crenulatae, basi venis violaceis, barbâ croceâ.. In *clivis arenosis Ungariae Danubium et Tibiscum inter; circa Strigonium quoque.* ♃.

23. I. *lutescens* Lam.; scapo brevissimo subunifloro, spathâ erectâ longitudine tubi. *Vahl Enum.* II. p. 134. *Willd. Spec.* I. p. 225. *Enum. H. Berol.* I. p. 62. *Lamarck Enc. meth.* III. p. 297. *Clus. Hist.* p. 227. *Redouté Liliac.* V. t. 263.

A simili praecedente differre *videtur:* foliis glaucis, ensiformibus, glabris, scapo brevioribus; scapo uni-bifloro, corolla albido-flavescente, laciniis exterioribus apice fuscescentibus, basi violaceo-reticulatis undulatis, spathis tubum arcte involventibus. In *Germaniae et Galliae montosis.* ♃.

24. * I. *flavissima Pall.;* scapo bifloro foliis longiore, spathis longitudine tubi. *Vahl Enum.* II. p. 135. *Willd. Spec.* I. p. 226. *Gmel. Sib.* I. t. 5. f. 2. *Jacq. Ic. rar.* III. t. 220. *Trattin. tabular.* n. 655.

Affinis sequenti, sed foliis angustioribus, magis linearibus; scapo proceriore, angustiore, nec undique vaginato; spathâ breviore. Corollae laciniae intensae flavae, venis fuscescentibus, interiores angustiores. In *Transbaicalensibus Sibiriae humidis.* ♃.

25. * I. *pumila;* scapo brevissimo unifloro, spathae corollae tubo breviores, laciniis reflexis erectis angustioribus. *Vahl Enum.* II. p. 135. *Willd. Spec.* I. p. 224. *Enum. H. Berol.* I. p. 62. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 102. *Jacq. Fl. austr.* I. t. 1. *Curtis Mag.* t. 9 et 1209. *Poit. et Turp. Fl. paris.* t. 47. *Hayne term. bot.* t. 6. f. 2. β. Chamaeiris latifolia minor flore purpureo-coeruleo. *Bauh. pin.* 33. *Redouté Liliac.* V. t. 262. γ. flore rubello *Bauh. pin.* l. c. *Redouté Liliac.* t. 261. δ. minor pallida et alba *Bauh.* l. c. *Besler H. eyst. ord.* VIII. f. 1. ε. minor flore variegato. *Bauh. pin.* 34. ζ. I. angustifolia maritima minor *Bauh. pin.* 33. η. I. flore luteo et pallide luteo. *Bauh.* l. c. 34. *Lob. Ic.* 66. ϑ. Chamaeiris *saxatilis gallica. Bauh.* l. c. *Perpusilla saxat. Lob. Ic.* 67. et hanc teste *Vahl, Jacq.* et *Curt.* ll. cc.

Folia circiter 5. 4-5poll. longa, pollicem interdum lata. Scapus vix sesquipollicaris, vaginatus. Spathae tres, lineari-lanceolatae, aequales aut exterior longior. Corollae tubus 3-4pollicaris; laciniae emarginatae, exteriores reflexae, interiores latiores, sursum arcuatim conniventes. Barba coerulescens, apicibus flavis. Germen vix trigonum, obsolete sex-striatum. Stigmata bifida, laciniis serratis. In *Europae australioris collibus.* ♃.

26. * I. *dichotoma;* subacaulis, scapo paniculato tereti, ramis 2-4floris. *Vahl Enum.* II. p. 136. *Willd. Spec.* I. p. 230. *Pall. it.* III. *app.* n. 61. t. A. f. 2.

Caulis tectus inferne foliis 6-7, subradicatus, foliis altior; rami elongati patentissimi, suffulti folio brevissimo, terminati spatha diphylla, 2-4flora. Flores omnium minimi, longe pedunculati,

IXIAM referentes. Corollae laciniae exteriores parum majores, villis vix conspicuis, violacescentes, albo-punctatae, interiores saturatiores bilobae. Stigmata bifida. Capsula majuscula, obsolete trigona. In *rupestribus apricis totius Dauriae*. ♃.

27. * I. *compressa;* foliis glabris, caule paniculato compresso. *Vahl Enum.* II. p. 137. *Willd. Spec.* I. p. 230. *Thunb. Diss.* p. 12. *Fl. capens.* I. p. 286.

Hanc eandem esse cum MORAEA *iridioide Spec.* I. p. 244 *Willdenow* in *Enum. H. Berol.* I. p. 67. monet. Cl. *Vahl* non vidit plantam: sed nec *Willdenow* vidit, et descriptio sequens cl. *Thunbergi* non bene convenit: hinc, ut dubium, adducere melius quam negligere visum. Caulis frutescens, pedalis, decumbens, apice erectiusculus, dichotome ramosus, articulatus, bracteatus, striatus, ramis elongatis, unifloris. Folia caule breviora. Bracteae pollicares, apice membranaceae, carinâ fusco-ferrugineae. Corolla alba. Ungues petalorum majorum intus barbati, flavo-punctati. Petalorum minorum ungues duplo angustiores, immaculati. Stigmata albo coerulescentia, labium exterius crenulatum, interius bifidum. In *promont. b. spei.* ♃.

28. * I. *ciliata;* foliis ciliatis, petalis minoribus obovatis, interioribus erectis. *Vahl Enum.* II. p. 137. *Willd. Spec.* I. p. 224. *Thunb. Diss.* p. 8. *Fl. capens.* I. p. 284. MORAEA *ciliata Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 114. *Ker bot. Mag.* t. 1012. *α.* Corollâ luteâ. *β.* eâdem coerulescente. *γ.* eâd. purpureo-rubente *Bot. Mag.* t. 1061.

Caules plurimi in vaginis foliorum reconditi, unicus florens, totus vaginatus, simplex, palmaris, uniflorus, albus. Folia radicalia circiter sex, scapo subaequalia, subinde breviora, erecto-patentia vel subrecurva. Corolla lutea. Stigmatis labium interius bifidum, laciniis setaceis. Capsulae trigonae, sulcatae. In *collibus promont. b. spei.* ♃.

29. * I. *minuta;* glabra, scapis unifloris, petalis minoribus lanceolatis. *Vahl Enum.* II. p. 138. *Willd. Spec.* I. p. 224. *Thunb. Diss.* n. 2. *Fl. capens.* I. p. 285. MORAEA *minuta Gawl.*

Caulis simplex, palmaris. Folia circiter quatuor, scapum aequantia, superiora sensim breviora, subfalcato-reflexa. Cor. lutea. In *Leeuwestart promont. b. spei.* ♃.

30. I. *hungarica Kit.;* foliis ensiformibus glabris subfalcatis subaequantibus scapum multiflorum; spathis inflatis, supremâ biflorâ. *Waldst. Kit. pl. Hung. rar.* T. III. p. 251. t. 226. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 64. *Schult. östr. Fl.* ed. 2. I. p. 104.

Scapus pedalis, sesquipedalis, crassitie calami scriptorii, subcompressus; folia profunde lineata punctis sub lente albis; flores 3-4; spathae violascentes, tubo corollae duplo longiores, bi-

valves. Petala saturate violacea, obovato-cuneiformia, margine lineis albis. Barba albido-flavescens. Stigmata apice eroso-dentata. Semina fusca. In *graminosis circa Tokay*. ♃.

31. I. *amoena;* scapo subramoso folia rectiuscula subaequante, spathis foliaceis, supremâ biflorâ, petalis inferne conniventibus. *Redouté Liliac.* VIII. t. 336.

Decandolle I. *hungaricam* cum? citat, quam nunquam vidit. Licet icon I. *hungaricae* non omnem expleat spem, diversam tamen I. *amoenam* ab illâ esse, collatis jam descriptionibus patebit. Radix I. *hungaricae* ferrugineo-fusca, *amoenae* flavescens; folia in *illâ* subfalcata, in *hâc* recta, 1 1/2-2 pedes longa, 1-1 1/2 pollic. lata; scapus in *illâ* non perfecte teres, sed subcompressus, nudus; in *hâc* cylindricus, folio uno alterove; in *illâ* flores in spathis pedunculatis sessiles, in *hâc* subsessiles ad latera scapi; valvulae in *illâ* membranaceae, parco tinctu violaceo, et nonnisi quae ad basin ramorum foliacea, in *hâc* virides, consistentiâ foliaceâ; tubus corollae in *illâ* obtuse subtriangulus, in *hac* cylindricus; laciniae tres interiores in *illâ* angustiores purpureo-violaceae, in *hâc* albae, margine violaceo; germen in *illâ* obsolete triangulum, angulis obtusis levi sulco s. lineâ oxaratis, in *hâc* ovali-oblongum, striis longitudinalibus sex; stigmata in *illâ* subcuneiformia, violacea, in *hac* lanceolata, alba, medio lanceolata. — Folia in *amoenâ* basi rubra, et laciniae corollae nonnisi apice reflexae, quae in *hungaricâ* recurvato-patentes. *Colitur in Belgio; ignotâ patriâ.* ♃.

32. I. *bohemica Schmidt*; scapo leviter pruinoso multifloro (bifloro) extrafoliaceo superante folia ensiformi-falcata recurva; spathis inflatis virentibus. *Schmidt Fl. bohem.* n. 303. *Pohl Fl. bohem.* I. p. 47. *Schult. östr. Fl.* ed. 2. I. p. 104. I. *extrafoliacea Mikan jun.* Cl. *M. a Bieberstein* cum? hanc ad I. *bifloram* ducit, quae certe diversa a *biflorâ*.

Scapus semipedalis, nec culturâ altior, basi ramo, unde quasi dichotomus, semper biflorus; folia laete virentia; spathae apice violaceae; corolla purpureo-violacea laciniis margine albo striatis; barba alba, villis apice violaceis; stigmata apice erosa, labio superiore reflexo; germen teres. Affinis praecedenti, sed diversa. In *aridis apricis schistosis circa St. Procop et Trojam.* ♃.

2. *Corollis imberbibus; foliis ensiformibus.*

33. *I. *Pseud-Acorus;* foliis planis, laciniis corollae interioribus stigmate minoribus. *Vahl Enum.* II. p. 138. *Linn. Spec.* I. p. 56. *Willd. Spec.* I. p. 238. *Hall. hist.* n. 1260. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 232. *Fl. dan.* t. 494. *Schkuhr bot. Handb.* I. t. 5 a. b. *Bull. herb.* t. 137. *Engl. Bot.* t. 578. *Plenck* t. 36. *Curt. Fl. lond. fasc.* 3. t. 4. *Svensk. Bot.* t. 110. *Poiteau*

et *Turpin Paris.* t. 46. *Redouté Liliac.* IV. t. 235. I. *Pseudacorus* (paludosa) *Pers. Syn.* I. p. 52. I. *lutea. Lam. Fl. franç.* 3. ed. p. 496. β. *longifolia Decand. Fl. franç.* III. n. 1993 β. scapo unifloro foliis breviore.

Tripedalis et ultra 3-4florus; folia caulem aequantia pollicem lata, minus rigida quam in I. *germanicâ*; spathae tripollicares pollicem latae. Cor. flava, maculâ croceâ, striis fuscis; rarius pallide flava, aut alba. *Ad ripas fossarum et paludum in Europâ et ad fl. Terek.* ♃.

34. I. *Monnierii Decand.*; imberbis, foliis ensiformibus, petalis senis apice fissis alternis stigmate longioribus. *Redouté Liliac.* IV. t. 236. *Trattin. tabular.* n. 659.

Differt ab affini I. *pseudacoro*: petalis interioribus stigmate longioribus. Caulis bipedalis et ultra, 3-4florus. Flores magni, lutei. Germen sex-sulcatum. Ex Horto D. *Le Monnier. Patria ignota; fortassis Graecia.* ♃.

35. * I. *foetidissima*; caule uni-angulato multifloro foliis longiore. *Vahl Enum.* II. p. 139. *Willd. Spec.* I. p. 139. *Smith Fl. brit.* I. p. 42. (*Engl. bot.* t. 42.) *Schult. östr. Fl.* ed. 2. I. p. 105. *Decand. Fl. franç.* n. 1994. *Lam. Enc. meth.* III. p. 299. *Desfont. Atl.* I. p. 38. *Plenck off.* t. 37. *Poit.* et *Turpin Fl. paris.* t. 45. *Redouté Liliac.* VI. t. 351. *Besl. H. eyst. ord.* 8. f. 8. teste *Vahl. Blackw.* t. 158. teste *Willd.* I. *foetida Pers. Syn.* I. p. 52.

Caulis bipedalis, simplex, semiteres, foliis spathaceis vaginatus. Folia foetida, atro-viridia. Corolla triste coerulescens, ungues laciniarum exteriorum subtus plicis rugosis. Petala interiora patula, stigmatibus majora. In *Ungariâ, Galliâ, Angliâ, Hetruriâ, Barbariâ.* ♃.

36. * I. *versicolor*; caule tereti flexuoso folia aequante, germinibus subtrigonis. *Vahl Enum.* II. p. 139. *Willd. Spec.* I. p. 233. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 29. *Dillen. H. eltham.* p. 187. t. 155. f. 187. 188. *Ehret. pict.* t. 6. f. 2. *Curt. Mag.* t. 21. *Redouté Liliac.* VI. t. 339.

Bipedalis, bi-tri-flora. Folia semipollicem lata. Pedunculi alterni, breves. Spathae longitudine tubi corollae. Flores magnitudine IR. *sibiricae.* Corollae laciniae exteriores semipollicem latae, integerrimae, emarginatae, extus a basi ad medium virentes, carinâ albâ, et, ut supra, apicem versus purpureo violaceae, basi vero supra albidae, punctis venisque violaceae, medio luteae. Interiores laciniae patentes, cuneatae, longitudine stigmatum, integerrimae, coeruleo-violaceae. Germen trigonum absque sulcis. Stigmata violacea, margine albida, bifida, laciniis obtusis. In *Virginiâ, Pensylvaniâ, Marylandiâ.* ♃.

37. I. *cuprea Pursh;* caule tereti flexuoso folia aequante, foliis lato-ensiformibus, stigmatibus linearibus brevibus, petalis omnibus reflexis emarginatis obovatis, interioribus brevioribus, capsulis magnis hexagonis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 30. I. *fulva Gawl. bot. Mag.* t. 1496. Isis *fulva Tratt. tabular.* n. 669.

Flores splendide cuprei, venis purpureis. *Ad littora fluvii Missisippi prope novam Aurelianum. D. Enslen.* ♃.

38. I. *tridentata Pursh;* caule tereti foliis longiore, foliis ensiformibus, rudimentis petalorum interiorum tridentatis, denticulo medio acuminato, capsulis trigonis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 30. I. *tripetala Walt. Carol.* p. 66.

Flores coerulei, venis purpureis. Littora maris in Carolinâ inferiore. *Walter.* ♃.

39. * I. *virginica;* caule ancipiti, multifloro, foliis altiore. *Vahl Enum.* II. p. 140. *Willd. Spec.* I. p. 232. *Enum. H. Berol.* I. p. 65. *Thunb. Diss.* n. 20. *Mich. Fl. bor. am.* p. 22. *Jacq. Ic. rar.* t. 223. *Curtis bot. Mag.* t. 703. *Trattin. tabular.* n. 656. I. *hexagona Walth. Fl. carol.* p. 66.

Pedalis et ultra, foliis vaginata; folia angustiora apice incurva; spathae margine tenuissime membranaceae. *Thunb.* — Elatior, spathae lineari-lanceolatae; corolla caerulescens, purpureo-venosa; capsula trigona, angulis sulcatis. *Michaux.* Nectaria tomentosa *Walth. Willd. Enum.* l. c. scapum teretiusculum subtriflorum dicit, et addit: Corollae laciniae deflexae externe apice coeruleae basi virescentes et tenuissime coeruleo-venosae, interne ab apice ad medium coeruleae, medio violaceo-venosae basi sordide flavescentes, laciniae erectae lanceolatae unicolores coeruleae stigmata aequantes coerulea, vix dentata, margine albicantia. Germen trigonum, angulis sulco tenui. In *Virginiâ, Carolinâ.* ♃.

40. I. *spuria;* foliis linearibus, scapo tereti, germinibus hexagonis, stigmatibus acutis, petalorum laminâ rotundâ ungue breviore. *Decand.* in *Redouté Liliac.* VI. t. 349. Iris *spuria Linn. Hort. Cliff.* p. 19. *Sp. pl.* I. p. 58. I. caule subtrifloro foliis longiore, laciniis exterioribus corollae spathulatis, germinibus hexagonis. *Vahl Enum.* II. p. 140. *Thunb. Diss.* n. 32. *Willd. Spec.* I. p. 237. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 115. *Desfont. Atl.* I. p. 38. *Decand. Fl. franç.* n. 1998. *Fl. dan.* t. 734. *Jacq. Fl. austr.* I. t. 4. Iris *halophila Gawler* in *Curtis bot. Mag.* t. 875. Iris *spathulata Lam. Enc.* III. p. 300. Iris *spathacea J. St. Hilaire* p. 19. t. 27. Iris *maritima Lam. Fl. fr.* III. p. 497. β. *minor.* I. *spuria Curtis bot. Mag.* t. 58. γ. *longifolia.* I. *halophila Pallas iter*

Ill. *append.* p. 63. t. B. f. 2. *Willd. Spec.* I. p. 233. *Vahl Enum.* II. p. 141. *Ait. Hort. Kew.* ed. 1. I. p. 72.

Radix crassitie pollicis, nodosa, horizontalis, squamis fusco-ferrugineis. Caulis sesquipedalis-tripedalis, 3-4florus, vaginis foliorum alternorum tectus. Folia linearia, vaginantia, conduplicativa, compresso-ensiformia, sesquipedalia et ultra, 1-1 1/2 unc. lata. Corolla coeruleo-violacea, laciniis interioribus basin versus dilatatis, flavescentibus, violaceo-striatis, apice violaceis, interioribus erectis, totis violaceis. Germen ovali-oblongum, sex-sulcatum. Pollen miniatus. *Hab. in Europâ meridionali et in Barbariâ. γ. in Sibiriâ.* ♃.

* *Gawler* sequentes hujus speciei vult varietates:

α. major, corollâ coerulescente. I. *spuria* L. *Jacq. Willd. Vahl. Bieberst. Redouté.* I. *spathulata Lam. Enc.* I. *maritima Lam. Fl. fr.*

β. minor, corollâ purpureo-coerulescente. I. *spuria Bot. Mag.* t. 58. *Fl. dan.* t. 734.

γ. ochroleuca. I. *ochroleuca* L. *Thunb. Hort. Kew.* ed. 2. *Curtis bot. Mag.* t. 61. *Lam. Enc. Vahl. Redouté. Trattin. tabular.* n. 658. I. *orientalis Mill. Dict.* ed. 8. n. 9. *Icon.* 103. t. 154.

δ. halophila minor, corollâ sulphureo-lutescente. I. *halophila Pall. Hort. Kew.* ed. 2. *Willd. Vahl.* I. *ochroleuca Bieberst.* I. *Güldenstädtii Lepech.*

ε. desertorum minor, corollae laciniis intimis coeruleis, extimis sulphureo-pallescentibus: spathis foliorumque vaginis pube brevissimâ pruinatis. *Bot. Mag.* t. 1514. I. *desertorum Güldenst.*

ζ. stenogyna minor, corollâ albescente. *Bot. Mag.* t. 1515. *Redouté Liliac.* t. 310.

41. I. *stenogyna Decand.*; foliis linearibus caule subbifloro longioribus, germinibus hexagonis, stigmatibus linearibus obtusis, parte tubi incrassatâ angustam longitudine aequante. *Redouté Liliac.* VI. t. 310. (Tabula nomen I. *Gawleri*, textus I. *stenogyna* prae se fert.)

Radix sublignosa, carnosa. Folia linearia, compressa, ensiformia, acuta, recta, glabra, glaucescentia, scapo foliis vaginantibus obsito subflexuoso paulisper longiora. Spatha trivalvis, valvis lanceolatis, acutis, inaequalibus, ventrosiusculis, membranaceo-marginatis. Flores duo, flavescentes, inodori, pedunculis inaequalibus suffulti. Stigmata linearia, lobis duobus obtusissimis terminata. *Habit.* — — Floruit in H. R. Parisiensi.

42. I. *ochroleuca*; foliis linearibus, scapo subtrifloro tereti, germinibus hexagonis, petalorum laminâ ovatâ ungue longiore. *Decand.* ap. *Redouté Liliac.* VI. t. 350. I. foliis ensiformibus, scapo subtereti, germinibus hexagonis, laciniis corollae erectis lanceolatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 65. I. *ochroleuca Linn. Mant.* p. 175. *Willd. Spec.* I. p. 233. *Vahl Enum.* II. p. 141. uterque, ut et *Pers. Syn.* I. p. 52., exclus. Lepechinii Synonymo. *Thunb.*

Diss. n. 22. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 115. *Lam. Enc.* III. p. 301. *Trew Ehret* p. 56. t. 100. *Mill. Icon.* t. 154. *Curtis Mag.* t. 61. I. *spuria*, var. γ. *Gawler* in *Curt. bot. Mag.* t. 1131. β. *minor*. I. *spuria*, var. δ. *Gawl.* in *Curt. bot. Mag.* 1131.? I. *Güldenstädtii Lepechin* in *Act. Petropol.* 1781. I. p. 292. t. 8.?

Scapus fere quadripedalis, longitudine foliorum viridium nec glaucorum. Flores majores quam in IRIDE *spuriâ* nunquam coerulescentes aut violaceo suffusae; laciniae corollae exteriores fere tripollicares, laminâ magnâ ellipticâ albidâ unguem excedente flavum; laciniae interiores albae, ut stigmata his duplo breviora. Antherae flavae ut pollen. Capsula major quam in IRIDE *spuriâ*, apiculis brevioribus. Cl. *Gawler* pro hujus varietate nostram habet, sed characteribus datis abunde distincta. In *Sibiriâ et Oriente*. ♃.

43. I. *Güldenstädtii Lepech.*; foliis ensiformibus, scapo subtereti, germinibus hexagonis, laciniis corollae erectis oblongis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 65. *Lepechin Act. petrop.* 1781. I. t. 8. I. *dubia Poiret Enc. meth. Suppl.* T. III. p. 184.

Vahl l. c. et *Decandolle* ap. *Redouté* in textu ad tabulam 350 junxerunt cum *ochroleucâ*, a qua distinxit cl. *Willd. Enum. H. Berol.* l. c. addendo: Flos duplo major illo I. *ochroleucae*. Corollae laciniae deflexae oblongo-spathulatae, sursum constrictae saturate flavae apice pallidae; laciniae erectae oblongae retusae pallide flavae, interne basin versus saturate flavae. Stigmata flava apice albida bifida. In *Sibiriâ*. ♃.

44. I. *halophila Pall.*; foliis radicalibus longissimis, caule foliis altiore, germinibus hexagonis. *Vahl Enum.* II. p. 141. *Willd. Spec.* I. p. 233. *Pall. it.* 2. Vol. III. t. 13. f. 2. *Ait. Hort. Kew.* I. p. 72. IRIS *spuria* δ. *halophila Ker bot. Mag.* t. 1131.

Caulis sesquiped., triflorus; folia I. *Pseudacori*, glaucescentia; spathae inflatae, margine membranaceae; flores minores pallidi, superiore praecociore; corollae laciniae interiores angustae, medio nervo venisque flavidioribus. In *Sibiriâ*. ♃.

Var. β. *ochroleuca* forte distincta est species: folia sunt caule duplo longiora, laminae petalorum reflexorum albae, margine baseos flavo, ungues ochroleuci, petala erecta basi flavescentia, lamina alba apice bifida, stigmata ochroleuca bifida. Habit. — —. ♃. *Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 57.

45. * I. *ramosissima*; caule paniculato ramosissimo multifloro. *Linn. Suppl.* p. 99. I. *ramosa Thunb. Diss. de Ir.* p. 18. *Fl. capens.* I. p. 293. *Vahl Enum.* II. p. 142. *Willd. Spec.* I. p. 234. *Pers. Syn.* I. p. 52. GLADIOLUS *ramosus* S. N. ed. *Murray* p. 87. quem cum? *Gaw-*

ler ad Diasiam *iridifoliam.* Moraea *ramosa Gawl. bot. Mag.* t. 771.

Caulis inferne crassus, ramis subtrichotomis, compresso-angulatis; folia radicalia longitudine fere caulis, apice attenuata. Bracteae ad ramificationes ovatae, membranaceae. Flores lutei. In *arenosis promont. b. spei.* ♃.

46. * I. *spathacea;* foliis rigidis, caule tereti bifloro, spathis longissimis. *Thunb. Diss. de Irid.* p. 17. *Fl. cap.* I. p. 292. *Vahl Enum.* II. p. 142. *Willd. Spec.* I. p. 234. I. *spathulata Linn. Suppl.* p. 99. Moraea *spathacea Gawl.*

Caulis pedalis, multiflorus. Folia, duo vel unicum, a medio ad apicem valde attenuata, marginata. Spathae foliis similes sed latiores, apice membranaceae, spithameae. Flores lutei. In *promont. b. spei.* ♃.

47. I. *scorpioides Desfont.;* acaulis foliis canaliculatis corollae laciniis tribus erectis minimis, tubo longissimo. *Desfont. Fl. atlant.* I. t. 6. *Pers. Syn.* I. p. 53. *Redouté Liliac.* IV. t. 211. I. *microptera Vahl Enum.* II. p. 142. *Lam. Illustr.* I. p. 124. n. 571. Juno *scorpioides Trattin. tabular.* n. 652. I. *alata Poiret it.* 2. p. 26. *Lam. Enc. meth.* III. p. 302. *Bivona Sic. Plant. Cent.* I. p. 44. n. 45. I. *transtagana Brotero Fl. lusit.* Iris bulbosa latifolia lusitanica prima Clusii. *Merian Ins. Surinam.* t. 32. f. 2.

Bulb. nuce juglandis major, basi emittens tubera plura fusiformia, fasciculata, crassitie digiti minimi; folia radicalia flore breviora semiunguem lata; scapus brevissimus plerumque uniflorus; spatha tubo brevior; corolla caerulea magnitudine fere I. *germanicae*, tubus tenuis; laminae exteriores ovato-oblongae, crenulatae; erectae minimae, lanceolatae. Stigmata maxima profunde bifida, laciniis denticulatis. In *Siciliâ, Barbariâ.* ♃.

48. I. *unguicularis;* acaulis, corollae tubo longissimo, laciniis omnibus subaequalibus. *Vahl Enum.* II. p. 143. *Poiret it.* II. p. 86. *Lam. Enc. meth.* III. p. 302. I. *stylosa Desfont. atl.* I. t. 5. *Pers. Syn.* I. p. 52.

Folia lineari-ensiformia, flore altiora, semiunguem lata. Scapus sesquipollicaris, uniflorus; spatha diphylla, interior longitudine tubi. Cor. coerulea, tubus sexpollicaris, laminae oblongae integerrimae. Germen oblongum, teres; stigmata linearia, profunde bifida, laciniis acutis. In *Barbariâ.* ♃.

49. * I. *Xiphium;* foliis canaliculato-subulatis, caule bifloro laciniis corollae stigmate fere angustioribus, germine tereti trigono. *Ehrh. Beytr.* VII. p. 139. *Vahl Enum.* II. p. 144. *Willd. Spec.* I. p. 231. *Ejusd. Enum. H. Berol.* I. p. 64. *Ker bot. Mag.* t. 686. *J. St. Hilaire*

t. 7. L. 50. *Redouté Liliac.* VI. t. 337. I. flore luteo, violaceo mixto. *Besl. eyst. aest. ord.* IV. f. 2. t. 11. β. *minor.* Iris *variabilis Jacq. Collect.* II. p. 321. Xiphium *vulgare Mill. dict.* n. 2.

Bulbus ovatus (minor quam in sequente *Jacq.*) Caulis semipedalis. Folia caule parum longiora, convoluta, subulata (angustiora quam in sequente. *Jacq.*) Spathae longitudine tubi. Corollae laciniae exteriores oblongae (vix emarginatae *Jacq.*) deflexae fere longitudine et latitudine stigmatis. Germen sulcato-triquetrum dicit *Willd.* in *Enum. H. Berol.* Colore valde ludit. In *Hispaniâ et Lusitaniâ.* ♃.

50. I. *Xiphioides Ehrh.*; foliis canaliculato-subulatis, caule bifloro, corollae laciniis stigmate multo latioribus, germine acute angulato. *Ehrh. Beytr.* 7. p. 140. *Vahl Enum.* II. p. 144. *Willd. Spec.* I. p. 231. *Ejusd. Enum. H. Berol.* I. p. 64. *Decand. Fl. franç.* III. n. 1995. *La Peyr. Hist. de Pyr.* p. 23. *Redouté Liliac.* IV. t. 212. *Curtis bot. Mag.* t. 687. *Trattin. tabular.* n. 657. *Besl. eyst.* l. c. f. 7-10. I. *Xyphium* β. *Linn. Suppl.* 58. I. *Xyphium Jacq. Coll.* II. p. 320. *Xyphium latifolium Mill. dict.* n. 3.

Corollae candidae, violaceae, caeruleae, dilute caeruleae, laciniae emarginatae. Lacinias deflexas stigmatibus duplo latiores longioresque, et germen tereti-triquetrum dicit *Willd.* in *Enum.* l. c. In *Galliâ*, *Pyrenaeis*, *Hispaniâ.* ♃.

51. I. *Sisyrinchium*; corollae tubo filiformi longissimo, limbi laciniis alternis erectis, foliis canaliculatis, scapo subtrifloro longioribus. *Vahl Enum.* II. p. 144. *Clus. Hist.* II. p. 216. β. I. *Sisyrinchium Linn. Spec.* p. 52. *Willd. Spec.* I. p. 234. (S. *Theophrasti Clus.* l. c.) *Forsk. aegypt.* p. 59. n. 16. *Cav. ic.* II. p. 74. t. 193. *Sibthorp Fl. graec.* I. p. 30. t. 42. *Redouté Liliac.* (α flore coeruleo I. t. 29. β. flore pallide violaceo. VIII. t. 458.) I. *fugax Tenore Fl. neap.* p. 15. n. 13. t. IV.? (α videtur). Moraea *Sisyrinchium Ker Ann. of Bot.* I. p. 241. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 114. *Bot. Mag.* t. 1407. *Gerard herb.* 94. f. 1. *Besl. hort. eyst. aest. ord.* 3. f. 9.

Bulbi saepe gemini, alter supra alterum subrotundi, extus reticulato-tuniculati. Folia scapo duplo altiora, laxa, arcuata, interdum contorta. Scapus spithamaeus, superne spathis laxis, basi foliis vaginatus. Spathae tres, e singula flos unicus (scapum uniflorum petit *Thunberg diss. n.* 25.). Cor. parva, pallide coerulea, laciniae exteriores maculâ luteâ, interiores parum breviores. In *Hispaniâ*, *Lusitaniâ*, *Barbariâ.* ♃.

52. I. *juncea Poir.*; foliis convolutis subulatis, caule subbifloro altioribus, corollae tubo elongato. *Vahl Enum.* II. p. 145. *Willd. Spec.* I. p. 235. *Poiret it.* 2. p.

135. t. 1. *Desfont. atl.* I. p. 39. t. 4. I. mauritanica *Clus. cur. porth.* p. 24.

Bulb. subrotundus; caulis pedalis, crassitie pennae columbinae, articulatus, vaginatus foliis caule duplo angustioribus; spathae diphyllae folia lanceolata, laxa, acuminata. Cor. lutea, petala exteriora magnitudine I. *Pseudacori* patentissima, emarginata. Stigmata bifida, laciniis denticulatis. Caps. triangularis. In *montosis Hamamelif Tuneti; in Atlante.* ♃.

53. I. *lusitanica Ker;* foliis canaliculatis, scapo bifloro, corollae laciniis interioribus emarginatis, germine subincluso. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 121. *Ker bot. Mag.* t. 679.

In *Lusitaniâ.* ♃.

54. * I. *setifolia;* folio filiformi erecto cauleque submonophyllo subunifloro glabro, spathis acutis. *Linn. Suppl.* p. 99. *Vahl Enum.* II. p. 145. I. *setacea Thunb. Diss.* p. 20. t. 1. *Fl. capens.* I. p. 295. *Willd. Spec.* I. p. 236. Moraea *setacea Gawl.*

Palmaris vel spithamaea, erecta, simplex, uni-triflora. Folium saepius unum, raro duo in caule, scapo duplo longius, apice cernuum; flores minuti caerulei. In *promont. b. spei.* ♃.

55. * I. *angusta Thunb.;* folio filiformi erecto scapoque subunifloro glabro, spathis obtusis. *Vahl Enum.* II. p. 146. *Willd. Spec.* I. p. 235. *Thunb. Diss.* p. 19. *Fl. capens.* I. p. 294. Moraea *angusta Gawl. bot. Mag.* t. 1276.

Spithamaea vel ultra subsimplex. Folium scapo longius. Flores terminales 1-2, erecti. Spatha exterior apice rubra, pollicaris. Petalorum laminae pollicares, extus purpureo-nervosae, intus flavae, minorum lanceolatae, obtusae, flavae, extus fusco-purpureo-striatae. Stigmatum labium interius bifidum. Caps. trigona, obtusa. In *promont. b. spei.* ♃.

56. * I. *tenuifolia;* acaulis, foliis filiformibus longissimis, scapo brevissimo bifloro, corollarum tubo filiformi elongato. *Vahl Enum.* II. p. 146. *Willd. Spec.* I. p. 146. *Pall. it.* 3. *app.* n. 27. t. C. f. 2.

Cespitosa; folia subsolitaria, scapo multoties longiora; spathae biflorae, trivalves; flores pallide coerulei, odore caryophylli, tubo albido, laciniis longis lanceolatis, exterioribus disco albidis, caeruleo-venosis, interioribus apice vix conniventibus laete caeruleis. Stigmata profunde bifida, laciniis apice crenatis. *Pall.* In *arenosis Dauriae et ad Volgam.* ♃.

57. * I. *persica;* foliis lineari-subulatis canaliculatis scapo brevissimo unifloro altioribus, corollae laciniis interioribus brevissimis patentissimis. *Vahl Enum.* II. p. 147. *Willd. Spec.* I. p. 235. *Enum. H. Berol.* I. p. 66. *Lam. Dict.* III. p. 306. *Redouté Liliac.* IV. t. 189. *St. Hi-*

laire 23. *Livr.* t. 6. *Curt. Mag.* I. t. 1. *Gärtner fruct.* C. I. t. 13. f. 1. Juno *persica Tratt. tabular.* n. 653.

Rad. bulbosa; folia radicalia tripollicaria, glaucescentia. Cor. laciniae 3 majores exteriores erecto-patentes, medio dilatatae, undulatae, subemarginatae, albae, medio lineâ flavâ punctisque violaceis adspersae, apice violaceae, interiores unguiculares (aut caerulescentes, maculâ longitudinali aurantiacâ in regione nectarii, apice lunari atropurpureâ.) Stigmata longitudine laciniarum exteriorum albida, medio lineâ dilute caeruleâ, bifidâ; laciniis semiunguicularibus lanceolatis, serratis. *Vahl.* (Odor omnium gratissimus). In *Persiâ.* ♃.

58. I. *curtopetala Decand.*; scapo paucifloro compresso hinc acuto foliis linearibus breviore, petalis interioribus angustis emarginatis stigmate minoribus. *Redouté Liliac.* VI. t. 340. [sub nomine Vieusseuxia *iridioides.*]

Folia recta, compressa, ensiformia, linearia, pallide viridia, nec glauca, 10-14 pollices longa, 5-6 lineas lata. Scapus tantum ad dimidium altitudinis foliorum elevatur, glaber, compressus, bi-tri-foliatus, floribus terminalibus duobus, laterali axillari uno. Spathae foliaceae, valvis lanceolatis vix inflatis. Tubus subcylindricus, luteus. Limbi laciniae exteriores oblongae versus medium angustatae, apice patentes nec inversae, integrae, rotundatae, laete flavae ad basin venis violaceis. Laciniae interiores dimidio breviores, lineari-lanceolatae, rectae, apice profunde crenatae pallide flavae. Stigmata lineari-lanceolata, subpatula, pallide griseo-lutea. Germen oblongum, triangulare. *Patria ignota.* Floruit in Horto R. Parisiensi. ♃.

59. *I. *verna*; foliis planis, scapo unifloro foliis breviore, petalis subaequalibus. *Vahl Enum.* II. p. 147. *Thunb. Diss.* n. 26. Foliis linearibus planis, scapo unifloro, laciniis corollae alternis aequantibus. *Willd. Spec.* I. p. 235. *Mich. Fl. bor. amer.* p. 22. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 117. *Mill. dict.* n. 17. ed. 5. n. 60. *Plukn. alm.* 198. t. 196. f. 6.

Radix fibrosa; scapus simplex inferne vaginatus, foliis brevior; flos purpureo-caeruleus odoratus. In *Virginiâ.* ♃.

60. I. *ventricosa Pall.*; subcaulescens, caule subbifloro foliis breviore, spathis ventricosis, germinibus trigonis. *Vahl Enum.* II. p. 147. *Willd. Spec.* I. p. 236. *Pall. it.* III. n. 62. t. B. f. 1.

Cespitosa; caulis dodrantatis, folio vaginante, lanceolato-ensiformi. Folia angustissima. Spatha biflora. Corollae pallide coeruleae, laciniae erecto-pallidulae, interiores erectae. Stigmata bifida, laciniis sublinearibus. Germen trigonum, lateribus sulco bipartitis. In *montosis Dauriae.* ♃.

61. * I. *sibirica;* caule subtrifloro fistuloso, foliis altiore. germinibus trigonis. *Vahl Enum.* II. p. 148. *Linn. Spec,* I. p. 57. *Willd. Spec.* I. p. 237. *Hall. Hist.* n. 1259. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 107. *Jacq. Fl. austr.* I. t. 3. *Curt. Mag.* t. 50. I. *pratensis Lam. Enc. meth.* III. p. 300. *Pers. Syn.* I. p. 53. *Decand. Fl. fr.* n. 1997. *Redouté Liliac.* IV. t. 237. *α.* major floribus caeruleis. *β.* major, floribus ochroleucis. *Redouté Liliac.* VIII. t. 438.! *Gawler* in *Curt. Mag.* n. 1163. *γ.* pumila. *Redouté Liliac.* VII. t. 420.

Sub-bipedalis, tri-vel multiflora; folia semiunguem lata, erecta; spathae brunneae, flores caerulei corollae laciniae exteriores emarginatae integerrimae, extus inferne lateribus flavescentibus, violaceo-venosis, dorso virides, supra violaceo-venosa, medio albidae reticulatae; interiores erectae cuneato-lanceolatae, integerrimae, parum coloratiores; violaceo-venosae, basi canaliculatae. Stigmata violacea, bifida, extrorsum serrata. Variat corollis albis, laciniis reflexis violaceo-venosis. In *Sibiriae, Austriae, Helvetiae, Galliae pratis.* ♃.

62. I. *sanguinea Hornem.;* foliis scapum teretem biflorum superantibus, petalis omnibus acutis, germinibus trigonis.

Caulis, vaginae et basis foliorum ante florescentiam sanguineae.— Sub hoc nomine ex Angliâ missa. *Hab. ad promont. b. spei.* ♃. *Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 58.

63. I. *martinicensis L.;* imberbis, foliis linearibus, petalis foveolis glandulosis, germinibus trigonis. *Linn. Spec.* I. p. 58. *Thunb. Diss.* n. 34. *Ait. Hort. Kew.* I. p. 72. *Willd. Spec.* I. p. 238. *Lam. Dict.* III. p. 300. *Curt. Bot. Mag.* t. 416. *Redouté Liliac.* III. t. 172. *Jacq. amer.* 7. t. 7. *pict.* 10. t. 10. Vieusseuxia *martinicensis,* corollae laciniis minoribus linearibus, majoribus foveolis glandulosis imberbibus. *Decand. Annal. Mus.* II. p. 138. Marica martinicensis. *Gawler* in *Ann. of Bot.* I. p. 245. *Ait. Hort. Kew,* ed. 2. I. p. 122. Cipura *martinicensis. Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 257. Trimezia *lurida Salisb.* in *Transact. of the Hortic. Soc.* I. p. 280: Xiphion flore ex luteo nigricante. *Plum. Spec.* 8. *ic. Burm.* t. 261. f. 1.

Radix subbulbosa sobolifera; caulis teretiusculus, bipedalis, glaber, tri-quinqueflorus; folia ensiformia acuminata rigidiuscula disticha, erecto patentia, caule paulisper breviora. Flores pauci inodori flavi pedunculati, petala tria exteriora quadruplo majora, obcordata, basi angustata et maculis duabus rufescentibus variegata; interiora cucullata, apice reflexo, basi squamis tribus nectariferis nigris instructa. Semina compressa, fusca. In *Martinicae pratis montosis sylvaticis humidis In temperatis*

apricis provinciae Camanensis, prope coenobium Caripense, in devexis montis Cocollar et juxta Cumanacoam. ♃.

64. I. *prismatica* Pursh; caule solido tereti folia aequante, foliis angustissimis longis, capsulis elongato-prismaticis, utrinque acutis. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 30. *Gawl. bot. Mag.* t. 1504.

Flores pallide purpurei. In *paludibus profundis Novae Caesareae (New Jersey), prope Egg harbour.* ♃.

65. I. *ensata* Thunb.; caule subbifloro tereti, germinibus hexagonis. *Vahl Enum.* II. p. 148. *Willd. Spec.* I. p. 237. *Thunb. Act. soc. Linn.* II. p. 328. I. *graminea Thunb. jap.* 34. (excl. syn. *Linn.*)

Folia ad basin aggregata, inaequalia, scapo breviora. Scapus folio uno circiter gaudet. *Thunb. jap.* In *Japonià.* ♃.

66. * I. *graminea*; caule subbifloro ancipiti foliis breviore, germinibus hexagonis. *Vahl Enum.* II. p. 149. *Willd. Spec.* I. p. 236. *Ejusd. Hort. Berol.* I. t. 66. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 109. *Jacq. Fl. austr.* t. 2. *Redouté Liliac.* t. 299. *Gawl. bot. Mag.* t. 681. *Ger. herb.* 52. f. 3.

Caulis pedalis, subdiphyllus, uni-biflorus; folia angusta; flores purpureo-coerulei; capsula hexagona, ventricosa. Varietatem minorem, culturà immutatam in Ungarià et Croatià observavit cl. *Kitaibel.* An I. *sylvatica Balbis*, quae caule humiliori, foliis latioribus caulemque admodum superantibus differt? Huc citat *Balbis* I. *angustifoliam prunum redolentem majorem Bauh. pin.* 33. et *Kitaibel*, qui monet esse *angustifoliam* VI. *Clusii*, nec III., et minime ad I. *spuriam* pertinere. In *Austrià, Gallià, Pannonià, ad radices montium.* ♃.

67. I. *humilis M. a Bieberst.*; imberbis, foliis lineari-ensiformibus scapo brevissimo subbifloro multoties longioribus, corollae tubo elongato, stigmatibus trifidis, lobis acuminatis capsulà obtuse hexagonà. *M. a Bieberstein Fl. taur. cauc.* p. 33. n. 89. *Cent. plant. rar. Ross.* t. 13. α. I. *humilis* MB. I. *alpina Herb. Pallas.* specim. e *Sibirià.* I. *ruthenica* a. *Gawl. bot. Mag.* t. 1123. β. pedicello spatham aequante, tubo corollae exserto. *Gawl. bot. Mag.* t. 1393.

Scapus brevissimus ut flos fere radicalis. Folia graminea. Flos dilute caeruleus. Germen corollae tubo filiformi a limbo remotum. In *Caucasi subalpini graminosis montanis; circa Narzanam.* ♃.

68. I. *ruthenica Ait.*; foliis linearibus longioribus scapo unifloro, laciniis corollae alternis minoribus. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 117. *Gawl. bot. Mag.* 1123. *Gmel. Sib.*

I. p. 26. t. V. f. 1.? Isis *ruthenica* *Trattin. tabular.* n. 670.

In *Sibiriâ*. *Loddiges* in Britanniam introduxit anno 1804. nomine *pigmy Iris*. ♃.

69. I. *biglumis Vahl;* acaulis, scapo subunifloro foliis breviore, spathis diphyllis glumaceis, capsulis triquetro-sexangulatis. *Vahl Enum.* II. p. 149. Iris an *spuria Pall. it.* III. *app.* p. 26. t. 6. f. 1.

Rad. repens, setosa; folia radicalia palmaria, semiunguem lata, sub florescentiâ scapo breviora, autumno saepe tripedalia. Scapi basi foliis duobus brevioribus, longitudine digiti intermedii. Spatha in apice scapi, foliolis unguicularibus, glumaeformibus, aridis, stramineis. Flores solitarii vel gemini diluto cyanei, laciniae exteriores reflexae, dilutiores, medio albidae, venis coeruleis saturatioribus, interiores uti stigmata intensius colorata. Germen striatum, sulcis alternis profundioribus. Caps. magnae fuscae, semina testacea. In *Sibiria*. ♃. *

70. I. *longifolia Andr.;* folio lineari-canaliculato longissimo, scapo tereti multifloro. *Vahl Enum.* II. p. 150. *Andr. Repos.* t. 45. *Schneevogt Ic.* t. 20.

Valde affinis I. *sisyrinchio*. Bulbus ut in illa. Folia tripedalia, glauca. Corolla maculâ luteâ oblongâ, caeterum caerulea. Flores saepius 25. — Esse Vieusseuxiam *fugacem Gawler*. In *promont. b. spei*. ♃.

71. I. *mutila Lichtenstein;* imberbis folio filiformi erecto scapoque subunifloro glabris, corollâ tripartitâ. *Lichtenstein Spicileg. Fl. capens.* MSS.

Bulbus subrotundus tunicis pluribus lignosis reticulatis. Caulis semipedalis, tenuis, glaber, teres. Folium radicale, singulum filiforme canaliculatum, scapo longius. Folia caulina tria amplexicaulia vaginantia. Flos singulus, coerulescens tripetalus, quamobrem cum Iride *tripetalâ Thunb.* (quae barbata est) olim proprium genus haud injuste constituet. *Habitat ad declivia montis Leonis* (*Leeuwenrug*), *promont. b. spei.* ♃. Floret mense Septembri; saepe eodem die frequentissima odores caryophylleo suavissimo aërem replens, insequenti non amplius visa. Tenerrima, vix carpta aut modo cum bulbo sublata colliquescit petalis involutis. Sole meridionali corollam patentem praebet, versus vesperam clausa, vix unius diei superstes. L.

72. I. *gracilis Lichtenstein;* imberbis, glabra, folio lineari-nervoso, scapo subunifloro, laciniis corollae alternis lanceolatis utrinque unidentatis apice setaceis spathis acuminatis. *Lichtenstein Spicileg. Fl. capens.* MSS.

* *Vahl* I. *lacteam Pall. it.* 3. *app.* 64. varietatem credit magnitudine partium differentem.

Bulbus simillimus praecedenti. Caulis pedalis crassitie pennae columbinae. Folium lineare planiusculum nervoso-striatum, longitudine scapi. Spathae [plerumque quatuor] alternae, cuspidatae, margine apiceque membranaceae coloratae. Flos terminalis, solitarius. *Habitat in montis Tabulae valle Oranje Kloof, promont. b. spei.* ♃.

73. * I. *bituminosa;* folio infimo spiraliter torto, caule glabro, ramis viscosis. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 113. sub MORAEA. *Vahl Enum.* II. t. 150. *Willd. Spec.* I. p. 239. *Thunb. Diss.* p. 26. t. 11. f. 2. *Fl. capens.* I. p. 305. MORAEA *bituminosa Gawl. bot. Mag.* t. 1045.

Caulis, ut in sequente, pedalis, flexuosus, superne divisus, multiflorus, glaber, glutinosus. Folium unicum caule brevius. Flores in pedunculis solitariis, pollicaribus, flexuosis, filiformibus, viscosis. Cor. flava. Laciniae reflexae. Stigmata lutea, labio exteriore minimo, interiore bifido, laciniis lanceolatis acutis, longitudine petalorum minorum. An sequentis varietas? In *promont. b. spei.* ♃.

74. I. *hirsuta Lichtenstein;* imberbis foliis lineari-lanceolatis nervosis, scapoque ramoso hirsutis. *Lichtenstein Spicileg. Fl. capens.* MSS.

Planta vix spithamaea staturâ IRIDIS *papilionaceae* (*Vahl Enum.* II. p. 151) sed folia breviora nec adeo pilosa sed potius ciliata. Scapus divisus. Spathae binae, minores quam in I. *papilionaceâ*, uti caulis hirsutae. Flos singulus viridis. Petala majora laminis ovatis rotundatis, caeterorum multo minoribus, oblongis, [cum in illâ subaequales sint.] *Habitat in valle Tulbagh, promont. b. spei.* ♃.

75. * I. *viscaria;* foliis planis linearibus rectiusculis, caule terete rigido subcandelabriformiter polystachyo ramisque viscoso, corollae laciniis retroflexis ovato-oblongis acutulis, stigmatibus serratis. *Gawl. bot. Mag.* t. 587. *Vahl Enum.* II. p. 150. *Willd. Spec.* I. p. 239. *Thunb. Diss. de Irid.* p. 26. *Fl. capens.* I. p. 304. MORAEA *viscaria Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 113. *Gawl.*

Caulis purpurascens pedalis. Folia pauca scapo longiora. Pedunculi glutinosi, uniflori. Petalorum majorum laminae unguiculares. Stigmatis flavicantis labium interius bifidum; laciniis lanceolatis petalorum majorum laminis duplo brevioribus; exterius bifidum duplo brevius. Laciniae corollae reflexae, luride purpureae, basi ocello caeruleo. Odor bituminosus. *Ad promont. b. spei. Saldanha-Bay.* ♃.

76. * I. *polystachya;* foliis planis, caule ramoso glabro, spathis apice laceris. *Vahl Enum.* II. p. 151. *Willd. Spec.* I. p. 239. *Thunb. Diss.* p. 25. *Prodr.* p. 12. *Fl. capens.* I. p. 303. I. *lacera Lam. Enc. meth.* III. p. 304. MORAEA *polystachya Gawl.*

Caulis pedalis, teres, articulatus longitudine foliorum apice setaceo-attenuatorum. Flores speciosi, magni, caerulei. Spathae apice scariosae. In *promont. b. spei.* ♃.

77. I. *ramosa;* caule paniculato ramosissimo, corollae laciniis subaequalibus deflexis. MORAEA *ramosa Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 113. *Ker bot. Mag.* t. 771.

In *promont. b. spei.* ♃.

78. * I. *tristis;* foliis glaberrimis angusto-lanceolatis, caule ramulis et pedicellis villosis, petalorum laminis oblongis obtusis, alternis duplo angustioribus, filamentis basi connatis. *Gawl. Vahl Enum.* II. p. 151. *Willd. Spec.* I. p. 239. *Thunb. ir.* p. 25. *Fl. capens.* I. p. 302. *Bot. Mag.* t. 577. MORAEA *sordescens Jacq. Coll. Suppl.* p. 29. *Ic. rar.* t. 225. MORAEA *tricolor Andr. Repos.* t. 83. MORAEA *vegeta Linn. Sp. pl.* p. 59. (fide *Hort. Kew.* ed. 2 I. p. 113 ubi MORAEA *tristis*). *

Spithamaea, pedalis, erectiuscula, multiflora. Rami 1-3flori. Folia scapo longiora, apice dependentia, undulata. Petalorum laminae omnes triste rufescentes. Laciniae 3 majores basi tribus maculis luteis rubro marginatis. Stigmatis labium interius bifidum, laciniis lanceolatis, carinâ intus coeruleâ. In *promont. b. spei prope Duyvelsberg.* ♃.

79. * I. *papilionacea;* hirta, foliis reflexis cauleque diviso villosis corollae laciniis omnibus patentibus. *Vahl Enum.* II. p. 151. *Willd. Spec.* I. p. 238. *Thunb. Diss.* p. 23. t. 2. f. 1. *Fl. capens.* I. p. 298. *Jacq. Coll. Suppl.* t. 3. f. 2. MORAEA *papilionacea Gawl. bot. Mag.* t. 750. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 114.

Variat: corollâ totâ flavâ, genu circulo viridi; petalis pistillisque intus rubris, genu maculâ flavâ, circulo fusco; petalis tribus majoribus totis flavis, genu circulo viridi, petalorum minorum laciniisque internis pistillorum margine sanguineis. Bulbus magnitudine coryli; caulis palmaris, subcanescens, longitudine foliorum, semiunguem latorum, recurvatorum. Spathae pilosae. Pedunculi trigoni, ex eodem centro 2-5, incrassati. Stigmatis labium interius bifidum. *Thunb.* l. c. In *promont. b. spei.* ♃.

* *Gawler* sequentia pro hâc specie offert synonyma: MORAEA *tristis Ann. of Bot.* I. p. 241. IRIS *tristis Bot. Mag.* t. 577. *Vahl Enum.* II. p. 151. MORAEA *vegeta L. Sp. pl.* p. 59. *Mill. icon.* t. 138. f. 1. 2. MORAEA *iriopetala β. Vahl Enum.* II. p. 168. expunctis *Thunb. Diss.* et *Prodr.* unà cum *Linn. Suppl.* — Comparatis jam hisce synonymis cum illis quae, fide ejusdem Gawleri, ad MORAEAM *iriopetalam* adduximus, fatendum sane, magnam heic adhuc intercedere confusionem, quam extricare nobis non licuit, quippe qui neque hanc neque illam nec coluimus nec siccam vidimus.

80. * I. *crispa;* glabra, foliis reflexis crispis, longitudine fere scapi, corollae laciniis omnibus patentissimis, alternis minoribus. *Hort. Kew.* Moraea *crispa Gawl. bot. Mag.* t. 759. 1284. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 114. (non confundenda cum *Vahlii* Moraea *crispâ*, quae omnino alia species). *Vahl Enum.* II. p. 152. *Willd. Spec.* I. p. 238. *Thunb. Diss.* p. 23. t. 1. f. 1. *Fl. capens.* I. p. 297.

Variat corollis luteis, coeruleis, incarnatis. Palmaris et ultra, longitudine foliorum. Flores pedunculati 3-4. Spathae unguiculares. Petala alterna majora unguicularia. Stigmatis labium luteum, exterius brevissimum, interius bifidum. *Thunb.* In *promont. b. spei.* ♃.

81. * I. *tuberosa;* foliis tetragonis. *Vahl Enum.* II. p. 152. *Willd. Spec.* I. p. 152. *Redouté Liliac.* t. 48. *Curt. bot. Mag.* t. 531. *Sibthorp Fl. graec.* I. t. 41.

Rad. tubera 2-3; caulis pedalis uniflorus; folia scapo altiora; spathae diphyllae; flos pedunculatus subpropendens; petalorum laminae fusco-violaceae, margine viridi-flavae, uti stigmata; germen oblongo-globosum, utrinque acutum. In *Arabiâ, Oriente, Arcadia, Galliâ, circa Toulon* et in *Pictaviâ.* ♃.

82. I. *reticulata Adam;* scapo unifloro foliis tetragonis breviore, corollae tubo filiformi, radice bulbosâ simplici. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 34.

Bulbus ovatus, tunicis reticulatis fuscescentibus; folia recta digitalia, 1-2 lineas lata, subtus bicarinata. Spathae radicales scariosae. Scapus spathis bivestitus. Flos magnitudine fere I. *Xiphii.* Corollae tubus filiformis, germine multoties longior. Petala tria exteriora oblonga obtusa subcrenulata saturate coerulea plagâ mediâ luteâ coeruleo-punctata, tria interiora dilutiora. Stigmata dilute coerulea profunde bifida, crenulata. Antherae citrinae. In *Iberiâ. D. Adam.* ♃.

3. *Minus cognitae.*

83. I. *tripetala Walt.;* corollâ imberbi, germinibus subtrigonis, caule tereti foliis longiore ensiformibus, rudimentis petalorum interiorum tridentatis, denticulo medio acuminato. *Walth. Flor. carol.* p. 67. *Vahl Enum.* II. p. 153.

Flos inferne luteus; petala et stigmata coerulea; tubus intus lineis purpureis. In *Carolinâ.*

84. I. *capensis Burm.;* corollis imberbibus, foliis linearibus longissimis. *Burm. prodr.* p. 2. *Vahl Enum.* II. p. 153.

Folia vaginantia striata. Scapi striati, erecti. In *promont. b. spei.* Esse Vieusseuxiam *fugacem Gawler.*

85. I. *caucasica;* imberbis, foliis lanceolatis falcatis marginatis, caule subbifloro, petalis alternis minutis reflexis. *Hoffm. Comment. mosqu.* V. 1. P. 1. p. 40.

Bulbus magnitudine nucis avellanae; caulis spithamaeus, superne foliosus; folia 4-6, disticha, albo marginata, floribus breviora; flores 2-3 ochroleuci; barbae loco crista crenata lutea. In *collibus apricis circa Tiflin.* ♃.

86. I *iberica* Steven; barbata, foliis ensiformibus, falcatis, glabris, scapo unifloro, petalis obovatis. *Hoffm. Comment. mosquens.* V. I. P. I. p. 41. *Steven dec. pl. iber.* *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 30.

Radix repens, folia ensiformia, falcato-recurva (circinnato-falcata), scapo spithamaeo breviora. Corolla magnitudine IRIDIS *germanicae*, sordide rubella, fusco-striata, maculâ mediâ ovatâ velutinâ nigrâ. In *collibus Tiflin inter et Kziam fluvium.* ♃.

87. I. *virescens* Decand.; barbata, caule unifloro, folia gladiata linearia subaequante; petalis oblongis obtusis tubo longioribus; stigmatibus acuminatis; germine oblongo subsessili. *Redouté Liliac.* V. t. 295.

Varietatem videri IRIDIS *flavae Poiret Enc. Suppl.* III. p. 184. Varietatem caule trifloro, serius florentem, observavit *Besser Cat. Krzem. Suppl.* III. p. 14. Culmus rectus teres, 6-9pollicaris, tectus; folia numerosa, acuta, fere recta, longitudine caulis. Affinis *latescenti*, sed minor, pedunculis brevioribus, ovario elongato, stigmatibus acutis. *Habitat?*

88. I. *elegans* Pers.; imberbis, foliis gramineis attenuatis, scapo subbifloro, spathâ ventricosâ, germine trigono, stigmatibus crenato-dentatis. *Pers. Syn.* I. p. 53.

Caulis bipedalis. Coroll. magna elegans, laciniis exterioribus flavis, medio maculâ latâ fulvâ. Stigmata sulphurea margine caerulescentia. In *hortis rarius.* ♃.

89. I. *odorata* Pers.; imberbis, foliis gramineis caulem subaequantibus attenuato-pungentibus, caule tereti bifloro, germine trigono, corollis venosis. *Pers. Syn.* I. p. 53.

Caulis subarticulatus. Flores obscure caerulei, petala exteriora medio lineâ fulvâ, intus crispa. Odor gratus. In *horto quodam.* *Pers.* l. c.

90. I. *acuta* *Willd. Suppl. Hort. Berol.* I. p. 4.

Definitio nulla, sed nomini addit: differt ab I. *sibiricâ*, cui simillima, foliis strictis scapo parum brevioribus, quum in I. *sibiricâ* folia laxa patula scapo multo breviora. Occurrit in hortis varietas fl. albis. ♃.

91. I. *sordida*; barbata; caule multifloro foliis altiore, floribus inferioribus pedunculatis, laciniis corollae erectis emarginatis, germinibus sexsulcatis. *Willd. Suppl. Enum. H. Berol.* I. p. 4. *

* Ab I. *sordidâ* hacce Willdenowi diversa videtur: I. *sordida* Retz., foliis scapo subbifloro longioribus ensiformibus, petalis omnibus paten-

92. I. *spathulata Willd.*; imberbis, laciniis corollae exterioris spathulatis germinibus hexagonis, caule basi ramoso foliis breviore. *Willd. Suppl. Enum. H. Berol.* I. p. 4.

Corollae laciniae exteriores spathulatae albido-caerulescentes, medio lineâ latâ flavâ notatae; laciniae interiores pallide caeruleae venosae; stigmata violaceo-caerulea. *Willd.* l. c. ♃.

134. SOPHRONIA. *

1. S. *caespitosa*; foliis linearibus nervosis recurvis, basi dilatatis vaginantibus membranaceis spathisque apice foliaceis, floribus longioribus. *Lichtenstein Spicileg. Fl. cap.* MSS.

Planta acaulis [bulbosa?] singularis ob folia spathis simillima et spathas foliaceas, ut omnia inferne spathae versus apicem folia sint dicenda. Flores quasi umbellati, pedunculis communibus pluribus [in meo tribus] e radice prodeuntibus [scapus divisus, si mavis]. Corollae tubus rectus, inferne filiformis, pollicaris. Limbi laciniae oblongae luteae. *Habit. in montibus, prope Zakrivierspoort ad promont. b. spei.* ♃.

tibus, capsulis cylindricis obtusis (*M. C. Retzius obss. bott.* pugillus. 4. Lund. 1810. p. 6. Rad. generis; folia ensiformia, 3/4 poll. lata, scapo nonnihil longiora; germen trigonum angulis profunde sulcatis, ut hexagonum videatur. Cor. imberbis, tubo sexsulcato; petala exteriora patentia unguibus brunneis, laminâ albidâ subtus sordide flavescente, medio praesertim supra coeruleo-striatâ; interiora patentia lanceolata luteola unguibus coerulescentibus; stigmata sordide lutea, bifida integerrima. Caps. tripollicaris cylindrica angulis evanidis aequalis crassitiei utraque extremitate rotundata. ♃ Habitat?) — Aliam, eôdem loco *Retzius* junior enumerat speciem dubiam et illi et nobis, quae illi:

I. *hybrida*, barbata, scapo multifloro subcompresso flexuoso, petalis longitudine aequalibus margine crenulato crispis. (Folia ensiformia, pollicem lata; scapus tripedalis flexuosus, foliis nonnihil brevior; spathae florentis ventricosae, saepius sordide rubentes; petala exteriora deflexa subtus albida venis purpureis lateris superioris pellucentibus, dorso convexo viridi; lamina haud emarginata violacea, unguibus supra fundum albidum dense venis violaceis picta, barbâ luteâ; interiora erecta conniventia alba unguibus compressis venulis punctisque purpureis irrorata. Stigmata alba levi tincturâ violaceâ, profunde bifida, extremo eroso-dentata. Germen tereti ovatum, sulcis 6, tribus profundioribus. — *Habitat.* —)

* Character naturalis generis Sophronia:

Cal. o. *Corolla* supera hypocrateriformis, tubo longo, limbo patente sexpartito, laciniis aequalibus (oblongis).

Stamina. *Filamenta* tria brevia filiformia tubo inserta. *Antherae* incumbentes exsertae.

Pistillum. *Germen* inferum oblongum. *Stylus* unicus filiformis, stamina aequans. *Stigma* trifidum.

Fructus. Capsula trivalvis, trilocularis, polysperma. L.

135. DILATRIS.

1. * D. *umbellata*; petalis ovato-oblongis, corymbo fastigiato hirsuto. *Vahl Enum.* II. p. 161. *Linn. Suppl.* p. 101. D. *corymbosa Berg. cap.* 9. t. 3. f. 5. *Willd. Spec.* I. p. 246. *Pers. Syn.* I. p. 54. n. 1. *Smith exot. Bot.* I. p. 29. t. 16. *Thunb. Act. nat. scrut. Berol.* IV. p. 46. *Fl. capens.* I. p. 257. D. *ixioides Lam. Ill.* I. t. 34. (quam *Pers. Syn.* I. p. 54. n. 2. propriam agnoscit speciem). Ixia *hirsuta Linn. Mant.* 27. Wachendorfia *umbellata Linn. Syst. Veg.* ed. XIV. p. 93. *Suppl.* p. 101. 320. 511. *Mant.* 320.

Caulis superne triangularis, cinereo-tomentosus; folia radicalia plurima, 3 circiter in caule, tripollicaria, lineari-lanceolata, superiora villosa; pedunculi, bracteae, petala extus, germinaque hirsuta; pedunculi canescentes, pedicelli secundi uniflori. Petala purpurea apice puncto fusco, trinervia. Cl. *Persoon* l. c. D. *corymbosae* stamina longitudine petalorum, D. *ixiodi Lam.* vero stamina corollâ longiora tribuit. In *promont. b. spei.* ♃.

2. * D. *viscosa*; petalis linearibus, corymbo fastigiato villoso viscido. *Linn. Suppl.* p. 101. *Vahl Enum.* II. p. 161. *Willd. Spec.* I. p. 247. *Thunb. act. soc. am. h. n. Berol.* IV. p. 48. *Fl. capens.* I. p. 259.

Caulis hirsutissimus, pilis rufescentibus, apice glandulosis, glutinosis. Folia radicalia, caule breviora, glabra, caulina 3-4pollicaria. Pedunculi pollicares. Petala unguicularia, viscida, filamenta longitudine corollae. In *summitate montis tabularis.* ♃.

3. D. *Heritiera Pers.*; foliis ensiformibus, scapo superne villoso, floribus spicatis secundis bracteatis, spicis aggregato-corymbosis. Heritiera *tinctorum Bosc Bull. de la Soc. philom.* n. 19. p. 145. *Redouté Liliac.* V. t. 247. *Gmel. S. V.* p. 113. H. *Gmelini Mich. Fl. bor. americ.* I. p. 21. t. 4. Dilatris *Heritiera Pers. Syn.* I. p. 54. *Lam. Ill.* I. p. 127. *Pursh Flor. amer. sept.* I. p. 30. Anonymos *tinctoria Walth. Fl. carol.* p. 68.

Genus esse proprium cl. *Decand.* l. c. apud *Redouté*, qui similem quidem Dilatri et Argolasiae, sed diversam perigonii laciniis inaequalibus duplici serie positis. Differt porro a Dilatri: capsulâ, cujus receptaculum dissepimentis e valvularum latere interiore natis coalitum, et absentiâ rudimentorum staminum; ab Argolasia: staminibus tantum tribus. Ab Iridibus differt stigmate fere simplici, et antheris introrsum apertis. A Wachendorfia et Xiphidio perigonio ovario adnato. Hinc nomen genericum mutandum speciei huic attribui solitum et Irides inter et parvam illam Xiphidiorum, Wachendorfiarum etc. familiam collocandum. *Decand. Cal.* rubens. *Cor.* subcampanulata, to-

mentosa. *Stigm.* subtrilobum. *Caps.* triquetra. In *Carolinae uliginosis* *. ♃.

4. * D. *paniculata*; petalis lanceolatis, paniculâ oblongâ villoso-viscosâ. *Vahl Enum.* II. p. 161. - *Willd. Spec.* I. p. 247. *Thunb. nov. act. soc. am. hist. nat. Berol.* IV. p. 51. *Fl. capens.* I. p. 260.

Caulis striatus, ut in praec. Folia caulina pollicaria. Flores a medio caulis ad apicem paniculati. Pedunculi pollicares, pedicellis subquadrifloris. Cor. purpureo-flavescens. Petala unguicularia. Filamenta corollâ breviora. In *arenosis promont. b. spei.* ♃.

136. HAEMODORUM.

1. H. *corymbosum Smith* in *Linn. Transact.* IV. p. 213.

Facies CORYMBII, glabra, tota punicea, siccatione nigra; a WACHENDORFIA differt germine infero, petalis apicem versus staminiferis; staminibus abortivis nullis. *Smith.* In *Australasiâ.*

2. H. *coccineum*; corymbis compositis, foliis planis, foliolis exterioribus perianthii obtusis fere dimidio brevioribus. R. *Brown Prodr.* I. p. 300.

In *Endeavour-Rivers vicinitate*, *et Bay of inlets.*

3. H. *planifolium*; corymbis compositis, ramis patentibus, foliis planis, foliolis exterioribus perianthii paululum brevioribus interioribus basi staminiferis. R. *Brown* l. c. *Bot. Mag.* t. 1610.

Habit. ad portum Jackson.

4. H. *teretifolium*; corymbis compositis, ramis erectis, bracteis lanceolatis acuminatis, foliis teretiusculis, perianthii foliolis interioribus paulo longioribus, medio staminiferis. R. *Brown* l. c.

Ad portum Jackson.

5. H. *laxum*; corymbis compositis; ramis patulis, bracteis oblongis obtusis scariosis, foliis teretiusculis. R. *Brown* l. c.

Hab. a promontorio Lewin ad promont. Wilson.

6. H. *spicatum*; spicis elongatis, pedicellis geminis. R. *Brown* l. c.

Hab. cum praecedente.

137. ENDIANDRA.

1. E. *glauca R. Brown*; foliis ellipticò-oblongis glabris subtus glaucis costatis, paniculâ axillari longioribus;

* DILATRIS *caroliniana Lamarck Ill.* I. p. 127, quae HERITIERA *Mich. Fl. bor. am.* I. p. 20. ad LANARIAM *Hort. Kew.* pertinere videtur.

glandulis faucis connatis. *Brown prodr.* I. p. 402. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 552.

Arbor ramis glabris, foliis alternis. In *nova Hollandia.* ♄.

Obs. Hujus fors esse generis LAURUM *triandram Swartz Fl. ind. occid.* II. p. 706. quae diversa ab E. *glauca* glandulis fere ad basin distinctis, staminibus subcohaerentibus.

138. WACHENDORFIA.

1. * W. *thyrsiflora;* scapo subsimplici, paniculâ coarctatâ, foliis ensiformibus quinquenerviis, perennantibus plicatis glabris. *Vahl Enum.* II. p. 163. *Willd. Spec.* I. p. 248. *Ker bot. Mag.* t. 1060. *Redouté Liliac.* II. t. 93. *Burm. Wachend.* 2. f. 2. *Nov. act. n. c.* II. p. 192. t. 2. f. 1. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 306.

Scapus villoso-subtomentosus; flores in spicâ terminali, rhachis angulata, inferne ramulo uno alterove 3-4floro, villoso tomentosa. Bracteae villosae. Petala cuneato-lanceolata. In *promont. b. spei.* ♃.

2. * W. *paniculata;* scapo polystachyo; panicula patente, foliis ensiformibus trinerviis, annuis plicatis glabris. *Vahl Enum* II. p. 163. *Willd. Spec.* I. p. 248. (excl. syn. *Mill. dict.* et *Burm. monogr.*) *Thunb. Fl. capens.* I. p. 307. (excl. syn. *Mill. dict.* et *Burm. monogr.*) *Smith Ic. pict.* I. p. 5. t. 5. *Redouté Liliac.* II. t. 92. *Curt. bot. Mag.* t. 616. ubi et ASPHODELUS *latifolius Breyn prodr.* 3. t. 9. f. 1. huc ducitur, et *Kerner hort. semperv.* IV. t. 43.

Caulis virescens corymboso-paniculatus. Folia radicalia bifaria, equitantia, triplo minora quam in THYRSIFLORA; pedunculi patentes, 3-5flori, pedicellis racemosis, secundis, pubescentibus. Laciniae corollae laterales superioribus parum approximatae, supremâ subexclusâ, obovatae, flavae, extus pubescentes, rubicundae. *Ad promont. b. spei.* ♃.

3. W. *hirsuta Thunb.;* scapo polystachyo, paniculâ patente, foliis lineari-ensiformibus trinerviis plicatis villosis. *Thunb. prodr.* 12. *Fl. capens.* I. p. 308. *Vahl Enum* II. p. 164. *Willd. Spec.* I. p. 249. (uterque exclus. *Breyn* et *Rudbeck* synonymis). *Curtis bot. Mag.* t. 614. * W. *villosa Andr. Repos.* t. 398.

* *Gawleri* W. *hirsuta* l. c., ad quam praeter synon. adducta ducit W. *paniculatam Burm. monogr.* 4. f. 2. *Nov. act. n. c.* obs. 51. t. 2. f. 10. quodammodo diversa videtur: definitio haec: foliis annuis plicatis villosis, ramis divaricato-patentibus, laciniis ovali-lanceolatis: suprema exclusa oblonga obtusa: tribus inferioribus submajoribus, magis divergentibus. — Differre a W. *paniculatâ* praeter characteres datos: scapo longiore tenuiore ex rufo-fuscescente, nec, ut in illâ, viridi, ramis magis divaricatis, segmenta corollae duo superiora lateralia magis contigua,

Scapus sesquipedalis, villosus, superne inter flores triangulatus. Folia attenuata, nervi tres, reliquis majores. Pedunculi 4-5-flori, secundi; bracteae villosae; flores cernui, purpureo-violacei. Germen villosum. In *promont. b. spei.* ♃.

4. W. *brevifolia Ker;* foliis elliptico-ensiformibus hirsutis. *Ker bot. Mag.* t. 1166. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 107.

In *promont. b. spei.* ♃.

5. W. *tenella Thunb.;* scapo subpolystachyo, paniculâ patente, foliis linearibus trinervibus glabris. *Vahl Enum.* II. p. 164. *Willd. Spec.* I. p. 249. *Thunb. prodr.* 12. *Fl. cap.* I. p. 308.

Scapus pedalis. Folia lineari-elliptica, utrinque attenuata, erecta, glabra, scapum subaequantia, duas lineas lata. Flores paniculati, purpurei. *Hab. in promont. b. spei.* ♃.

6. W. *brevifolia Soland.*; huc teste *Gawler: Rudbeck elys.* II. p. 13. f. 10. *Sisyrinchium ramosum aethiopicum Breyn cent.* p. 85. f. 37.

Definitionem dare nequimus: descriptio haec est: Tubera sanguinea, sesquipollicaria, carnosa; folia 8-10pollicaria usque pedalia, obscure viridia, incana, hirsuta, nervosa, plicata, carinata. Caulis pedalis, teres, viridis, hirsutus, spathis tectus, supra ramosus. Petala 6 purpurea, aliquâ flavedine ex phoeniceo colore intermixtis, foris leniter hirsutis. Fructus trigoni, Hyacinthorum more subrotundi, pilis brevibus, loculis monospermis. *Breyn* l. c.

7. * W. *graminifolia;* scapo polystachyo, paniculâ patente, foliis ensiformibus canaliculatis glabris. *Vahl Enum.* II. p. 164. *Willd. Spec.* I. p. 249. W. *graminea Thunb. prodr.* I. p. 12. *Fl. cap.* I. p. 309.

Scapus simplex subtomentosus; folia radicalia equitantia. Florum panicula patens, subfastigiata, floribus luteis. Planta obscura et dubia, *semel tantum inventa prope rivos juxta Drakenstein in promont. b. spei.* ♃.

139. BRODIAEA.

1. B. *grandiflora Smith;* coronae foliolis indivisis. *Smith Trans. Linn. Soc.* X. p. 2. Hookera *coronaria Salisb. Parad.* t. 98.

Bulbus solidus rotundus. Folia radicalia 2, lineari-lanceolata fere pedalia. Scapus foliis parum bevior subsexflorus; pedicelli

floribus clausis columellam tenuiorem efformantibus. Folia radicalia oblongo-lanceolata tri-quadripollicaria, scapo triplo breviora. Segmenta corollae intus flava, extus striâ pilosâ fuscescente, supremo exteriore toto fusco piloso. *Gawleri* W. *hirsuta* in *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 107. non citatur.

umbellati. Flores magnitudine Galanthi, cyanei, coronâ dilute flavescente. In *novâ Georgiâ*. *Menzies*. ♃.

2. B. *congesta Smith;* coronae foliolis bifidis. *Smith* l. c. p. 3. t. 1.

Rad. et herba *grandiflorae*, sed umbella minor, condensata, bracteis majoribus; flores cyanei coronâ dilutiore nec flavescente. *Cum priore*. *Menzies*. ♃.

140. XIPHIDIUM.

1. X. *floribundum Swartz prodr.* 17. *Fl. Ind. occ.* I. p. 80. t. 2. *Vahl Enum.* II. p. 162. Ixia *xiphidium Loeffl. it.* p. 179. X. *album Willd. Spec.* I. p. 249. X. *albidum Lam. Ill.* I. p. 131. β. X. *coeruleum Swartz* l. c. *Vahl* l. c. et *Eclog. am.* I. p. 5. *Willd. Spec.* I. p. 249. *Aublet gujan.* p. 3. t. 11.

Rad. stolonibus pedalibus, articulatis, vaginatis. Caulis interdum fere bipedalis, simplicissimus. Folia pedalia, sesquipollicem lata, extrorsum utrinque aculeis serrulata. Racemus palmaris et ultra, pedunculi patentes, pedicellis villosis. Petala persistentia. Capsula mollis, globosa, magnitudine pisi. Receptaculum carnosum. — β differt modo: denticulis minoribus, et petalis intus albis. Sunt et in α folia floresque glabri. α *Willdenow* distinxit foliis glabris, petalis lineari-lanceolatis; β vero foliis hirsutis, petalis ovatis. In *Americâ meridionali*. ♃.

141. HETERANTHERA.

1. H. *reniformis Ruiz* et *Pav.;* foliis subrotundo-reniformibus, spathis oblongis acuminatis multifloris. *Prodr. Fl. per.* t. 2. *Fl. per.* I. p. 43. t. 71. f. a. *Willd. nov. Act. Soc. scrut. h. nat.* III. p. 438. *Vahl Enum.* II. p. 43. H. foliis orbiculato-reniformibus; stamine tertio multo majore. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 211. Leptanthus *reniformis Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 25. *Beauvois Act. Soc. amer.* IV. p. 173. c. icon. Leptanthus *peruviana Pers. Syn.* I. p. 56.

Heteranthera *acuta*, foliis subrotundo-reniformibus acutis, spathis subtrifloris glabris. *Vahl Enum.* II. p. 42. *Willd. nov. act. soc. am. h. nat.* III. p. 438. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 33. Lept. *virginica Pers. Syn.* I. p. 56.

Caulis geniculis radicantibus, articulis sesquipollicaribus, ramis oppositis brevissimis, 1-2phyllis. Folia primordialia natantia, pollicaria; spica versus basin petioli; spathae oblongae, pollicares, membranaceae. Pedunculi recurvati. Flores 3-4. Cor. bipartita, laciniis trifidis, albo-viridis. Filamentum tertium longius, antherae difformes. In *paludosis Limae et regni Peruviani*, *prope Truxillo et Guayaquil*. *In Pensylvania*, *Virginia etc.* ♃.

2. H. *pubescens Vahl;* foliis cordatis acutis, spathis linearibus multifloris. *Vahl Enum.* II. p. 43. Pontederia *Loeffl. it.* p. 178.

Spithamaea. Folia radicalia pubescentia. Spatha tandem digitalis. Corolla purpureo-coerulea, marcescens, tubo filiformi. Stigma capitatum. Caps. teres linearis. In *paludosis Barcellonae Americae.* ♃.

3. H. *cordata Vahl;* foliis cordato-ovalibus obtusissimis, spathis subtrifloris oblongis obtusissimis. *Vahl Enum.* II. p. 44.

Spithamaea; folia caule altiora, semipollicaria vel parum ultra, subinde cordato-subrotunda. Spatha brevis angusta triflora. In *Americâ meridionali. Von Rohr.*

4. H. *limosa Vahl;* foliis ovato-oblongis, spathis lanceolatis unifloris. *Vahl Enum.* II. p. 44. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 32. Pontederia *limosa Swartz Fl. ind. occ.* I. p. 611. *Willd. Spec.* II. p. 25. Leptanthus *ovalis Mich. Fl. bor. am.* I. p. 25. t. V. f. 1.

Caules brevissimi, 1-2phylli, folia longe petiolata, pollicaria et minora obtusa. Petiolus teres. Spatha fere pollicaris, acumine setaceo. Cor. coerulea, germen cylindricum, antherae uniformes lineares, filamenta aequalia. Stigmata sex. *Ad ripas limosas fluviorum Jamaicae, Hispaniolae, Illionenses.* Cl. *Swartzius* suam Pontederiam eandem esse cum H. *acutâ. Willdenowius* Pontederias omnes, praeter *cordatam*, ad Heterantheras referri posse.

5. H. *diversifolia Vahl;* foliis cordato-ovatis petiolatis linearibusque sessilibus. *Vahl Enum* II. p. 44.

Facies Potamogitonis *heterophyllae.* Caulis inferne radicans; folia inferiora linearia, sesquipollicaria, subundulata, suprema petiolata, ramo altiora, unguicularia, obtusissima. Spatha bivalvis, linearis. *Richard.* In *Guianâ.*

6. H. *graminea Vahl;* foliis omnibus linearibus. *Vahl Enum.* II. p. 45. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 32. Leptanthus *gramineus Mich. Fl. bor. am.* I. p. 25. t. 5. f. 2. L. *graminea Pers. Syn.* I. p. 56. Schollera *graminifolia Willd. n. act. Soc. scrut. H. nat.* III. p. 438. Commelina *dubia Jacq. Obs. bot.* 3. p. 9. t. 59. Anonymos aquatica graminifolia. *Clayt.* n. 814.

Facies Potamogetonis *graminei;* caulis subnullus vel dichotomus, filiformis; folia bipollicaria; flores lutei axillares solitarii; spatha oblonga, uniflora; corollae tubus longitudine fere folii. Stamina interdum quatuor, filamentis aequalibus, antheris uniformibus linearibus. *Natans, in aquis Pensylvaniae, Virginiae, in flumine Ohio.* ♃.

142. VIEUSSEUXIA.

1. * V. *tripetaloides* *Decand.*; folio scapo unifloro longiore, corollae laciniis alternis subulatis, (interioribus linearibus minoribus), majoribus barbatis. *Decand. Ann. du Mus.* II. p. 138. IRIS *tripetala Vahl Enum.* II. p. 138. *Willd. Spec.* I. p. 230. *Pers. Syn.* I. p. 52. *Thunb. Diss.* p. 13. *Fl. capens.* I. p. 287. *Jacq. Coll.* III. p. 272. *Ic. rar.* II. t. 221. MORAEA *tripetala Gawl. bot. Mag.* t. 702.

Folium unicum, vaginans, laxum; scapus pedalis; corolla violacea unguibus flavicantibus. (Sed variat etiam floribus caeruleis. violaceis et carneis?) Germen sexsulcatum. In *promont. b. spei.* ♃.

2. * V. *pavonia* *Decand.*; corollae laciniis tribus interioribus dimidio minoribus linearibus erectis, majoribus imberbibus basi maculatis et punctatis; staminibus stigmata superantibus. *Decand. Ann. du Mus.* T. II. p. 139. IRIS *pavonia Willd. Spec.* I. p. 239. *Pers. Syn.* I. p. 53. *Thunb. Diss.* p. 21. t. 1. f. 3. *Prodr.* 12. *Fl. capens.* I. p. 296. *Linn. Suppl.* p. 98. *Jacq. Collect. Suppl.* p. 8. *Hort. Schönbr.* t. 10. *Andr. Repos.* t. 364. MORAEA *pavonia Ker bot. Mag.* t. 1247. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 111. *Allg. deutsch. Garten-Magaz.* II. t. 16.

Thunb. folium unicum villosum vidit, *Decand.* folia subtus pubescentia; *Jacqu.* utrinque. Petala s. potius laciniae albae aut aurantiacae, exteriores basi maculà caeruleà: In *promont. b. spei.* ♃.

3. V. *fugax de la Roche*; corollae laciniis minoribus linearibus, majoribus imberbibus; stigmatibus stamina superantibus, folio unico lineari, caule multifloro multo longiore. *Decand. Ann. du Mus.* II. p. 139. IRIS *edulis Linn. Suppl.* p. 98. *Willd. Spec.* I. p. 239. *Thunb. Diss.* p. 24. n. 38. variet. 1. *Fl. capens.* I. p. 300. MORAEA *vegeta? Jacq. Ic. rar.* t. 224. major. excl. syn. *α.* Corollà lilacinà. MORAEA *edulis Bot. Mag.* t. 613. *β.* Cor. albescente. *Paradis. lond.* tab. 10. *γ.* Cor. lutescente. *Bot. Mag.* t. 1238. *De la Roche* n. 3. *Decand.* l. c. MORAEA *fugax Jacq. Hort. Vindob.* III. t. 20. IRIS *longifolia Vahl Enum.* II. p. 149. *Schneev.* et *Geuns Ic.* t. 20. *Andr. bot. Repos.* t. 45. IRIS *capensis Burm. prodr.* cap. 2. *δ.* Cor. coerulescente *Schneev.* l. c.

Gawleri descriptio haec est: Scapus teres, folio infimo vaginatus, eodemque (subinde 5pedalis) 2-10plo brevius. Spathae herbaceae rigidae, apice sphacelatae, subulatae. Flores fragrantes, magnitudine et colore (a lilacino ad caeruleum usque) mire ludentes (albos esse subinde et flavos *Thunberg* l. c.) per sex circiter horas persistentes. Ungues erecti, longitudine filamen-

torum, laminae subconformes, extimae duplô majores obovato-oblongae. Stigmata longitudine fere laciniarum interiorum, assurgentia incurvo-convergentia. Capsula trigono-columnaris, gracilis, pollicaris. *Persoon* in *Synops.* I. p. 54 sejungit Moraeam *fugacem Andrews* (quae ipsi Iris *fugax*) ab Iride *eduli Murr. Syst. Veg.* p. 93. et *Jacq. H. Vind.* Hanc, folio lineari pendulo scapoque glabro multifloro, illam, scapo tereti, foliis radicalibus lanceolato-linearibus canaliculatis, floribus terminalibus, stigmatibus erectis profunde bifidis distinguit, additque: radicem bulbosam, folia interiora sublinearia, florem fugacem trium tantum horarum. In *groene Kloof*, *Swartland*, *Duyvelsberg*, *et circa urbem cap.* ♃.

4. V. *spiralis de la Roche*; corollae laciniis minoribus tricuspidatis, lacinulâ mediâ spirali; laciniis majoribus subimberbibus obtusis in ungue variegatis. *Decand. Ann. du Mus.* II. p. 140. *De la Roche Diss.* p. 31. n. 1. t. 5.

Cl. *Thunberg* junxit cum sequente; sed flores lutescentes, unguibus saturatioribus, maculis purpureis glabris aut subpubescentibus. In *promont b. spei.* ♃.

5. V. *aristata de la Roche*; corollae laciniis minoribus tricuspidatis, majoribus barbatis acuminatis, caule foliisque pubescentibus. *Decand. Ann. du Mus.* II. p. 140. *De la Roche Diss.* p. 33. n. 2. *Houttuyn* XI. t. 80. f. 1. Iris *tricuspis Thunb. Diss.* p. 14. *Prodr.* 11. *Fl. capens.* I. p. 289. *Willd. Spec.* I. p. 231. *Bot. Mag.* tab. 696. 772 et 168. in quo ultimo male pro Iride *pavoniâ* habita fuit. β. Iris *tricuspis* var. minor *Jacq. Ic. pl. rar.* t. 222. Moraea *tenuis Gawl. Bot. Mag.* t. 1047.

Corolla carnea maculis purpureis ad unguem; cuspide laciniarum minorum medio longissimo. *Dec.* l. c. qui male sub eâdem specie priorem, banc, et sequentem junxisse queritus. *Gawler* ad Iridem *tricuspidem Thunb.* var. α. corollâ purpureâ cum? ducit Iridem suam *villosam Curt. bot. Mag.* t. 571: barbata, folio extus lineatim villoso, caule pubescente involucris glaberrimis, laminis alternis minimis tridentatis, filamentis cylindrico-connatis. — Non differre ab Iride *tricuspide*, nisi pubescentiâ foliorum et scapo, et colore. Folium inferius, ut in Iride *pavonia*, *tricuspide*, *viscaria* etc., radicale videtur, sed revera caulinum est et fistulosum. Scapus circiter 8pedalis, uniflorus. Corolla (saepe luxurians) magnitudine I. *pavoniae*: laciniae exteriores lilacinae aut dilute violaceae, ocello basi caeruleo, unde radii violacei: ad basin ocelli barba aurea, aurantiaco-variegata. Stigmata albida, apicibus roseis. In *promont. b. spei.* ♃.

6. V. *glaucopis Decand.*; corollae laciniis exterioribus patentissimis majoribus barbatis obtusis; interioribus minimis apice tridentatis, dente intermedio longiore, stigmatibus stamina superantibus, caule subramoso foliisque linearibus glabris *Decand. Ann. du Mus.* t. II. p. 141. et *Redouté Liliac.*

I. t. 42. MORAEA *tricuspis Ker bot. Mag.* t. 696. 772. IRIS *tricuspis Willd. Spec.* I. p. 231. *Jacq. Ic. rar.* t. 222. *Coll.* IV. p. 99. t. 9. f. 1. IRIS *pavonia Curt. Mag.* t. 168. FERRARIA *tricuspis Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 691. VIEUSSEUXIA *tricuspis Cat. Gorenk.*

„Bulbus Avellanâ minor subrotundus. Folium radicale unicum, bipedale flaccidum, scapus plus minus pedalis" (in *Decand.* folium strictum pingitur, et longitudine scapi dicitur) „ad genicula spathis vaginantibus. Flores plerumque 2, pedunculis longitudine spathae. Petalorum? exteriorum ungues erecti canaliculati, foris virides cum maculis fuscis, intus e viridi flavescentibus cum similibus maculis, hirsuti, ad apicem violacei barbatique, laminae subrotundae obtusae" (in *Ann. d. Mus.* l. c. pinguntur acutae!) „albidae, foris ad nervos punctis purpureis. Petala? 3 interiora erecta, unguibus exteriorum parum longiora, ungue canaliculato et virente cum punctis fuscis; lamina alba violaceo-punctata, trifida, dente intermedio saepe spirali" *Jacq.* l. c. „Stigmata denticulata" *Decand.* In *Jacq.* depinguntur integra. In *promont. b. spei.* ♃.

7. V. *tenuis;* corollae laciniis exterioribus deflexis barbatis; interioribus minimis apice tridentatis: dente intermedio longiore involuto. MORAEA *tenuis Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 112. *Ker bot. Mag.* t. 1047. IRIS *tricuspis* var. floribus minoribus. *Jacq. Ic. rar.* II. t. 222. (fig. dextr.) *Collect.* IV. p. 100.

Scapus subramosus, caeterum priori similis, sed flores multo minores, petalis 3 majoribus acutis, reflexo dependentibus, sordidissime purpureis cum punctis saturatioribus; petalis interioribus flavis et ex badio punctatis; stigmate sordide pallido Anne huc referri posset VIEUSSEUXIA *spiralis de la Roche*? *Jacq.* l. c. In *promont. b. spei.* ♃.

8. V. *unguicularis;* foliis linearibus nervosis, floribus spicatis, spathis obtusis, corollae laciniis spathulatis. MORAEA *unguicularis Vahl Enum.* II. p. 160. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 275. M. *unguiculata;* imberbis, laminis interioribus parvis tridentato partitis: exterioribus obovatis subacutis unguium angustarum longitudine, filamentis omnino coalitis ungues aequantibus. *Gawl.* in *Curtis bot. Mag.* t. 593.

Bulb. superne setosus; folia radicalia semipedalia, binervia, scapo breviora. Spathae subcoloratae. Petalorum (alborum, basi virentium, maculis atropurpureis variegatorum) lamina ovalis. An potius IXIA? In *promont. b. spei. Herb. Lamarck.* ♃.

143. SISYRINCHIUM.

1. S. *elegans Willd.;* scapo tereti unifloro simplici, folio unico radicali lineari acuminato scapum duplo superante, procumbente; petalis lineari-oblongis acutis eglandu-

losis; stigmatibus bifidis. *Willd. Spec.* III. p. 577. Moraea *elegans Jacq. H. Schönbr.* I. p. 6. t. 12. *Redouté Liliac.* III. t. 170. *Pers. Syn.* I. p. 49. *Gawl. Bot. Mag.* in textu ad t. 1103.

Scapus spathis oblongis acuminatis alternis. Flos terminalis magnus. Petala externe flava, interne in petalorum trium exteriorum medio macula magna viridis. In *promont. b. spei.* ♃.

2. S. *collinum Cav.*; scapo tereti subtrifloro subramoso, folio caulino lineari unico acuminato scapum superante decumbente; corollae laciniis oblongis acutis subaequalibus patentibus filamentis in cylindrum connatis. *Willd. Spec.* III. p. 578. *Cav. Diss.* 6. p. 346. Sis. *elegans Redouté Liliac.* t. 250. Moraea *collina Thunb. Diss. de Mor.* p. 11. *Prodr.* p. 11. *Fl. cap.* I. p. 273. *Pers. Syn.* I. p. 49. *Jacq. Ic.* II. t. 226. *Fragm.* 14. n. 51. *Gawl. Bot. Mag.* t. 1033. 1103. Moraea *miniata Andr. Repos.* t. 404. Moraea *juncea Linn. Spec.* I. p. 59. *Mill. dict.* n. 2. Moraea *iriopetala a. Willd. Vahl*, exclusis in utroque synonymis, praeter Linnaei et Milleri. Homeria *Vent. Dec. nov. gen.* 5. n. 2. *α.* Flore miniato minore *Andrews* l. c. *Bot. Mag.* t. 1612. *β.* Flore subminiato majore. *Bot. Mag.* t. 1033. *γ.* Flore lutescente *Jacq.* l. c.

Simile praecedenti: differt praeter characteres datos: scapo multo altiore, ramis unifloris, corollâ majore immaculatâ rubicundâ vel ochroleucâ. In *collibus promont. b. spei.* ♃.

3. S. *aurantiacum Zuccagn.*; caule tortuoso, folio radicali canaliculato longissimo, ramis bifloris. *Zuccagni obs. bot.* C. 1. in *Römer Collect.* p. 145.

Affine praecedenti, sed differt: scapo ramisque bifloris, folio radicali declinato, caulinis pluribus, corollâ maculatâ, petalis ovato-oblongis, acuminatis, roseis, basi discoque luteo-viridibus, post anthesin aurantiacis. — Caulis anceps bipedalis. Fol. radicale supra glaucum, subtus viride. *E Belgio.* ♃.

4. S. *grandiflorum Cav.*; scapo tereti simplici, spathâ subtriflorâ, petalis obovatis obtusis, foliis lanceolatis plicatis. *Willd.* l. c. p. 578. *Cavan. Diss.* VI. t. 192. f. 2. Moraea *grandiflora Pers. Syn.* I. p. 49.

Rad. bulbosa. Folia plicato-striata. Spatha terminalis. Cor. sesquipollicaris, lutea. In *Peru.* ♃.

5. * S. *Bermudiana*; scapo ancipiti ramoso folioso, spathâ subquadriflorâ floribus breviore, petalis mucronatis, foliis ensiformibus. *Willd. Spec.* I. p. 578. *Dillen. H. eltham.* t. 41. f. 48. *Cavan. Diss.* VI. t. 41. f. 48 *Redouté Liliac.* t. 149. *Batsch bot. Beob.* n. 61. 67. *Cyrilli Comment.* p. 51. 52. S. *iridioides Curt. Mag.* t. 94. Moraea *bermudiana Thunb. Fl. capens.* I. p. 266.

Rad. fibrosa. Spathae subaequales flore breviores. Flores coeruleo et flavo variegati. In *Bermudis*. ♃.

6. * S. *anceps*; scapo ancipiti alato simplici subaphyllo, spathâ subquadriflorâ inaequali floribus longiore, petalis mucronatis, foliis ensiformibus. *Willd. Spec.* III. p. 579. *Cavanill. Diss.* VI. t. 190. f. 2. S. *Bermudiana* α. *Linn. S. V.* p. 682. S. *angustifolium Mill. dict.* n. 2. S. *gramineum Lamarck. Curt. Mag.* p. 464. *Redouté Liliac.* V. t. 282. *Dill. H. eltham.* t. 41. f. 49.

Praecedenti valde affine; flores minores, caerulei; pedunculi longiores; germina glabra. In *Virginiâ*, *Canada*. ♃.

7. S. *micranthum Cav.*; scapo ancipiti ramoso folioso, spathâ subtriflorâ inaequali floribus subaequali, petalis linearibus acuminatis, foliis gramineis canaliculatis. *Willd. Spec.* I. p. 579. *Cavan. Diss.* t. 191. f. 2.

Bipollicaris. Spatha bivalvis 2-3flora. Flores admodum parvi. In *Peru*. ♃.

8. * S. *palmifolium*; scapo ancipiti, floribus spicatis, foliis ensiformibus nervoso-plicatis. *Willd. Spec.* III. p. 579. *Linn. Mant.* p. 122. (excl. syn.) MORAEA *palmifolia Thunb. Diss. de Moraea* n. 6. S. *racemosum Pers. Syn.* p. 49. (excl. syn. *Jacq. Willd.* et *Cavan.*) MARICA? *palmifolia Cat. Gorenk.*

Simillimum S. *Bermudianae*, sed bipedalis; folia duplo-latiora, nervis 5-6 complicata. Glumae floresque (vix majores Bermudianae) numerosi in fasciculo terminali. Stylus ultra medium trifidus. In *Brasilia*. ♃.

9. S. *convolutum Nocca*; scapo ancipiti folioso ramoso, spathâ triflorâ floribus breviore, foliis ensiformibus. *Nocca pl. select. H. ticin.* I. t. 1. *Willd. Hort. Berol.* t. 91. *Redouté Liliac.* t. 47.

Folia radicalia ensiformia, acuta, subglaucescentia, plerumque scapo longiora 3-4pollicaria. Flores lutei, laciniis brevi revolutis. Caps. trigona. In *promont. b. spei*. ♃.

10. S. *tenuifolium Humb.* et *Bonpl.*; scapo ancipiti adscendente folioso, spathâ triflorâ, capsulis hirtis, foliis lineari-filiformibus. *Willd. H. Berol.* II. t. 92. *Enum. H. Berol.* II. p. 691. *Redouté Liliac.* t. 275. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 260. S. *graminifolium Hort. Paris.*

Corollae flavae praecedentis, sed foliis tenuissimis lineari-filiformibus, capsulisque hirtis abunde diversum. In *Mexico*. ♃.

11. S. *striatum Smith*; scapo ancipiti folioso, floribus spicatis, petalis subrotundo-ovatis acutis, foliis lineari-ensi-

formibus. *Willd. Spec.* III. p. 581. *Smith Ic. pict.* t. 9. *Redouté Liliac.* II. t. 66. S. *spicatum Cavan. Ic.* II. t. 104. An S. *reticulatum?* quaerit cl. *Pers. Syn.* I. p. 50. S. *spicatum* suum sine? citat *Cavan. descr.* p. 147. ad *striatum Smith.* Marica *striata bot. Mag.* t. 701. β. Moraea *sertata Jacq. H. Schönbr.* I. t. 11.

Cl. *Jacquin* scapum teretem dicit. — Scapus bipedalis simplex ramosusve. Spathae in apice caulis in spicam aggregatae, quaelibet 3-5flora. Flores subventricosi, flavescentes, subtus fusco-lineati. In *Mexico.* ♃.

12. S. *mucronatum Mich.*; foliis scapisque simplicibus subsetaceis, spathâ coloratâ, valvâ alterâ in mucronem longum desinente. *Michaux Fl. bor. amer.* II. p. 33. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 31.

Folia basi spathaeque amethysteae. Flores pulchre coerulei. In *Pensylvania et Virginia.*

13. S. *pusillum H.* et *B.*; caule simplici, ancipite, monophyllo, unifloro; foliis radicalibus lineari-filiformibus, binerviis; capsulâ glabrâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 259.

Caulis scapiformis 1 1/2-2pollicaris, glaber, uniflorus. Folia radicalia numerosa, caulem superantia, angustissime linearia, acutiuscula, vaginantia; caulinum semipollicare, florem superans. Spatha diphylla. Flos solitarius, pedicellatus. Corolla exsiccata flava, parva. Germen oblongum, glabrum. In *pratis juxta urbem Quito, ad radices montis Pichinchae.* ♃.

14. S. *bogotense H.* et *B.*; caule simplici, ancipiti, aphyllo, subquadrifloro; foliis radicalibus lineari-ensiformibus, quadrinerviis; laciniis calycinis emarginatis, capsulâ glabrâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 259.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis. Caulis scapiformis, subquinquepollicaris, glaber. Folia rad. disticha, recta, acuminata, glabra, subtripollicaria. Spatha diphylla, foliolis inaequalibus. Flores pedicellati. Corolla flava, campanulata, sexpartita, laciniis ovato-oblongis. Capsula oblonga, magnitudine pisi, trilocularis, polysperma. In *locis humidis altae planitiei Bogotensis, inter Suba et Suacha.* ♃.

15. S. *tinctorium H.* et *B.*; caule simplici, ancipite, aphyllo; foliis radicalibus lineari-ensiformibus, striatis; capsulâ glabrâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 260.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis. Caulis scapiformis, subpedalis, glaber, subtriflorus. Folia rad. disticha, recta, acutiuscula, glabra, caulem subaequantia. Spatha diphylla, foliolis inaequalibus. Flores circiter tres, pedicellati, exsiccati flavescentes, chartam coeruleo colore inficientes. Germen oblongum. „Capsulam non vidi" (in diagnosi tamen glabra dicitur.) In *udis*

calidissimis Guayanae, in ripa Orinoci prope Esmeraldam et confluentem Sodomonis. ♃.

16. S. *iridifolium H.* et *B.;* caule ramoso, ancipite, foliato, multifloro, foliis lineari-ensiformibus, multinerviis. margine ciliato-scabriusculis; capsulâ glabrâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 260.

Radix fibrosa. Caules erecti subpedales glabri; ramis quadri-aut sexfloris. Folia acuta, rectiuscula, glabra; radicalia quadripollicaria, caulina breviora, basi vaginantia. Spatha diphylla; foliola inaequalia. Flores quatuor aut sex, pedicellati. Corolla subcampanulata, sexpartita, externe hirta, flavescens, maculis striisque violaceis picta, basin versus virescens; laciniis acutis. Stamina corollâ duplo breviora. Capsula globosa (?), trigona, trilocularis, magnitudine pisi minoris. *Crescit in humidis prope Caracas et la Victoria.* ♃.

144. TIGRIDIA.

1. T. *Pavonia; Pers. Syn.* I. p. 50. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 137. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 261. *Redouté Liliac.* I. t. 6. *Trattinick Archiv. pict.* t. 301. *nigr.* t. 351. TIGRIDIA *grandiflora Salisbury* in *Transact. of the Hortic. Soc. of London.* I. p. 309. MORAEA *Pavonia Thunb. Diss. Moraea* p. 14. n. 20. FERRARIA *Pavonia Willd. Spec.* III. p. 581. *Cavan. Diss.* VI. p. 342. t. 189. f. 1. *Lam. Enc. meth.* II. p. 582. *Kerner gen. select.* t. 3. *Andr. Repos.* t. 178. *Mutis Amer.* I. t. 15.? FERRARIA *Tigridia Bot. Mag.* t. 532. MARAVILLA incolarum.

Alteram varietatem *Curtis*, alteram *Redouté* depinxit. Radix bulbosa, squamosa. Scapus spithamaeus simplex flexuosus 1florus. Folia equitantia ensiformia nervosa, plicata, inferiora longiora angustiora. Cor. lato-urceolata rubra, fundo inprimis et in petalis 3 interioribus triplo minoribus depressis, flavo guttato-variegata. Petala 3 majora exteriora ovata apice subtruncata cum mucrone parvo. Antherae 3 lineares longitudine fere stigmatum, filiformium. Capsula linearis, trigona. Semina plurima. In *Mexico, in cultis regni Quitensis prope Chillo, Hambato* et *Llactacunga.* ♃.

145. FERRARIA.

1. * F. *undulata;* caule ramoso, foliis equitantibus ensiformibus, petalis aequalibus undulato-crispis, interioribus duplo angustioribus, (stigmatibus bifidis cucullatis ciliatis). *Willd. Spec.* III, 1. p. 580. *Mill. Ic.* 280. *Jacq. Hort. Vind.* t. 63. *Curt. Mag.* t. 144. *Cavan. Diss.* VI. t. 190. f. 1. *Redouté Liliac.* t. 28. FERRARIA *punctata Pers. Syn.* I. p. 50. MORAEA *undulata Thunb. Diss.* p. 14. 21. *Fl. capens.* I. p. 280.

Rad. tuberosa; folia carnosa. Cor. supra saturate purpurea, fasciis purpureis, subtus flavo-nigrescens, margine olivacea. Odor parum ingratus, debilis. Color tristis et cadaverosus Stapeliae, muscas allicit. *Ad promont. b. spei prope Leeuvenstaart et Bergrivier.* ♃.

2. F. *Ferrariola* *Willd.*; caule simplici, foliis equitantibus ensiformibus inferioribus angustioribus, petalis aequalibus undulatis, interioribus duplo angustioribus. *Willd. Spec.* III. p. 581. F. *minor Pers. Syn.* I. p. 50. F. *antherosa Ker bot. Mag.* t. 751. F. *viridiflora Andr. Repos.* t. 285. Moraea *Ferrariola Jacq. Coll.* IV. p. 141.

Spathae univalves. Petalorum ungues foris virentes, intus striis atroviolaceis. Laminae petalorum latiorum mixto virore flavent striis punctisque violaceis variegatae; oris et cuspide sordide violaceae: angustiorum laminae flavedine punctisque carent. In *promont. b. spei.* ♃.

3. F. *ixioides Willd.*; caule superne paniculato, foliis ensiformibus nervosis, petalis planis exterioribus duplo minoribus. *Willd. Spec.* III. p. 582. Sisyrinchium *ixioides Forst. prodr.* n. 325. *Thunb. Diss.* n. 7. *Pers. Syn.* I. p. 50.

Rad. fibrosa. Scapus compressus apice ramosus striatus glaber bipedalis et ultra. Folia radicalia plurima disticha linearia, apice attenuata striata glabra erecta longitudine fere scapi. Flores in ramulis terminales umbellati minuti albi, 3-4. Spathae lanceolatae pedunculis breviores capillaribus, pollicaribus. In *nova Zeelandia.* ♃.

146. GALAXIA.

1. * G. *ovata*; subacaulis, foliis ovato-oblongis, spathâ univalvi uniflorâ. *Willd. Spec.* III. p. 583. *Thunb. Diss. nov. pl. gen.* II. p. 50. c. ic. *Cavanill. Diss.* VI. t. 189. *Jacq. Ic. rar.* I. p. 291. *Andr. Repos.* t. 94. *Redouté Liliac.* t. 246. *Bot. Mag.* t. 1208. Galaxia *grandiflora Andr. Repos.* t. 164. Ixia *Galaxia Linn. Suppl.* p. 93.

Variat: corollâ violaceâ, lilacinâ et flavâ. Bulbus striatus tunicatus transverse reticulatus. Folia nervoso-glabra plana, basi amplectente dilatata. Spatha radicalis. Scapus filiformis, nudus, foliis brevior. Cor. fugacissima. Stigma multipartitum. In *promont. b. spei collibus infra montes.* ♃.

2. G. *ciliata*; foliis elongatis ciliatis. *Pers. Syn.* I. p. 41. G. *ovata Andr. Repos.* t. 94.

Persoon distinguit priorem: foliis margine cartilagineis, glabris. In hâc corollae longissimae arcuatae flavae. An prioris varietas flava? In *promont. b. spei?* ♃.

3. * G. *graminea* *Willd.*; subacaulis; foliis lineari-filiformibus basi dilatatis; spathâ univalvi, uniflorâ. *Willd. Spec.* III. p. 583. *Thunb. Diss. nov. plant. gen.* II. p. 51. c. *Icon.* *Jacq. Coll.* II. t. 18. f. 2. *Cavan. Diss.* VI. t. 189. f. 3. *Bot. Mag.* t. 1292. Ix. *fugacissima Linn. Suppl.* p. 94.

Variat corollis flavis et tubo flavo limbo violaceo. Bulbus ovatus piso major, tunica fusca. Scapus sub terra pollicaris, terminatus ad terrae superficiem in fasciculum foliorum bipollicarium, canaliculatorum, acuminatorum. Flores sessiles inter folia. Spatha univalvis. Cor. tubus pollicaris et ultra. Limbus luteus, laciniis oblongis obtusis. *Jacq.* *Cum praec. urbem inter et montem tabularem.* ♃.

4. G. *narcissoides* *Willd.*; caule erecto, foliis lineari-ensiformibus, spatha bivalvi subquadriflora, floribus cernuis. *Willd. Spec.* III. 1. p. 584. SISYRINCHIUM *narcissoides Cavan. Diss.* VI. t. 191. f. 3. β. floribus intus et extus purpurâ intensâ longitudinaliter striatis.

Habitus *Narcissi*, floris structura GALAXIAE, differt modo spathâ bivalvi, quà cum SISYRINCHIO convenit. In α corolla alba. In *freto Magellanico.* ♃.

5. G. *ixiaeflora Dec.*; floribus subcapitatis, filamentis ultra medium tantum connatis. *Redouté Liliac.* I. t. 41. IXIA *columnaris Salisb. prodr.* 36. *Andr. Repos.* 203. 211. 213. 250. IXIA *monadelpha de la Roche pl. nov.* p. 22. *Gawl. bot. Mag.* t. 607. (qui in *Bot. Mag.* t. 1378. depingit IXIAE suae *monadelphae* varietatem β. flore aurantiaco-flavescente, maculâ centrali fuscâ, cujus synonymon sit IXIA *curta Andr. Repos.* t. 554.) *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 87. *Pers. Syn.* I. p. 48. sub phalange Eurydices. — α. *angustifolia*; foliis linearibus, floribus unicoloribus rubris, spathâ trifidâ; et *versicolor*, petalis luteis basi nigrescentibus, spathâ pluries incisâ *Andrews* l. c. t. 211. β. *latifolia*; foliis lato-lanceolatis falcatis. *Andrews* l. c. t. 213. Flores caerulescentes. β. *Gawler* l. c. depinxit.

Bulbus depressus; scapus 2pollic.-1ped., subinde ramosus. Folia 3-4, ut plurimum spiralia. Flores 5-10, spathâ brevi, tubo strictiusculo, laciniis lanceolato-ovalibus radiatim patentibus, caeruleis, fascia fusco-miniata, fundo viridi, extus liventes. Filamentum cuniculato-triquetrum antheras fere aequans. Stigmata recurva sub antheris. In *promont. b. spei.* ♃.

6. G. *ramosa Dec.*; caule erecto parce ramoso, foliis lineari-ensiformibus, floribus paucis erectis spicato-capitatis. *Decand.* ap. *Redouté Liliac.* ubi de G. *ixiaeflora* t. 41. Ix. *columellaris Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 88. *Gawl. bot.*

Mag. t. 630: filamentis basi connatis. Ix. *columnaris* var. *angustifolia Andr. Repos.* t. 392.

In *promont. b. spei.* ♃.

7. G. *obscura Cavan.;* foliis subulatis canaliculatis tubo corollae brevi. *Cavanill. Diss.* VI. t. 189. f. 4.

Male, monente *Vahl* a cl. *Willdenowio* ad WITSENIAM *pumilam* adducta. Ad GALAXIAM denique et IXIA *grandiflora*, γ. IXIAE *aristatae* a nonnullis ducitur.

147. HEDYCREA.

1. H. *incana;* *Vahl Enum.* II. p. 37. LICANIA *incana Aublet Fl. gujan.* 119. t. 45.

4-5ped.; lignum oleum rancidum olet. Folia alterna, bipollicaria, integerrima, subtus incana. Pedunculi axillares et terminales folio duplo breviores, solitarii, rigidi, multiflori. Bracteae duae ad basin calycis. Cor. alba. Drupa candida, punctis rubris, edulis. In *Gujanâ.* ♄.

148. FICUS.

Synopsis sectionum.

1. Foliis indivisis.
   - *a.* integerrimis. n. 1 — 81.
   - *b.* serratis. n. 82 — 94.
   - *c.* Foliis angulatis sinuatisque. n. 95 — 102.
2. Foliis divisis. n. 103 — 115.

1. *Foliis indivisis.*

a. *integerrimis.*

1. * F. *religiosa;* foliis ovato-cordatis acuminatissimis, fructu sessili. *Vahl Enum.* II. p. 181. *Willd. Spec.* IV. p. 1134. *Loureiro Cochinch.* I. p. 817. Arealu *Rheede malab.* I. t. 27. *Plukn. alm.* t. 178. f. 2.

Arbor magna, trunco crasso, cymâ horizontali. Rami superne angulati; folia basi 4 pollic. lata, utrinque glabra, supra nitida, acumine 2pollicari. Petioli longitudine folii. Fructus axillaris geminatus calyculatus magnitudine pisi. In *Indiâ.* ♄.

2. F. *populifolia Vahl;* foliis exquisite cordatis acutis, fructibus geminis pedicellatis. *Vahl Enum.* II. p. 181. *Symb. bot.* I. p. 82. t. 22. *Willd. Spec.* IV. p. 1134. F. *religiosa Forsk. descr.* p. 180.

Characteribus datis satis diversa a F. *religiosâ.* Rami teretes rugosi. Folia 2pollic., basi ejusdem latitudinis utrinque concoloria. Pedunculi semipollicares. Squamae 2-3 sub fructu, breves. Fructus globosus magnitudine pisi. In *Arabiâ.* ♄.

3. F. *umbellata* *Thonning*; foliis exacte cordiformibus acuminatis glabris, pedunculis 3-5 umbellatis. *Vahl Enum.* II. p. 182.

Alta, patentissima, ramis sparsis v. verticillatim subapproximatis, ramulis teretibus. Folia paulo-longiora quam lata, albidocostata, subtus laete viridia, 4-7pollicaria. Petiolus dimidiâ folii longitudine. Pedunculi in adultioribus pollicares. Cal. bifidus. Fructus globosus, tuberculo umbilicatus, viridis, magnitudine pruni. In *Guinea*. ♄.

4. * F. *nymphaeifolia*; foliis cordatis subrotundis mucronatis glabris subtus glaucis. *Vahl Enum.* II. p. 182. *Willd. Spec.* IV. p. 1134. *Mill. dict.* n. 9.

Folia maxima generis, Nymphaeae *luteae*, subundata obtusa cum mucrone, pendula, subtus albida. *Linn.* Arbor 20ped. In *Indiâ*. ♄.

5. F. *cordata* *Thunb.*; foliis subcordatis ovatis acutis glabris coriaceis, caule fruticoso erecto. *Vahl Enum.* II. p. 182. *Willd. Spec.* IV. p. 1138. *Thunb. Fic.* p. 8. c. ic. *Fl. capens.* I. p. 146.

Frutex mediocris, totus glaber; rami teretes, cinerei; folia superne approximata, patentia, 1 1/2pollic. Fructus sessiles axillares approximati globosi magnitudine pisi. In *promont. b. spei*, *in Hantum et juxta Heeren logement*. ♄.

6. F. *crassinervia* *Desfont.*; foliis ovato-oblongis integerrimis acutis basi obtusis glabris. *Willd. Spec.* IV. p. 1138. *Desfont. cat. H. paris.* p. 209.

Folia 3pollic., obsolete et brevissime cordata utrinque glabra venosa, costa media crassitie fere petioli. In *Americâ meridionali*. ♄.

7. F. *rubiginosa* *Desfont.*; foliis ellipticis integerrimis utrinque rotundato-obtusis glabris, junioribus subtus rubiginoso-pubescentibus. *Desfont* l. c. et *Hist. des arbr.* et *arbriss.* II. p. 410. *Ventenat Malm.* 114. F. *australis* *Willd. Spec.* IV. p. 1139.

Folia 3-4pollicaria, supra saturate viridia. Fructus calyculati sessiles geminati pubescentes. In *novâ Hollandiâ*. ♄.

8. F. *polita* *Isert*; foliis cordato-ovatis acuminatis glabris laevibus integerrimis. *Vahl Enum.* II. p. 182.

Tota glabra. Folia 2pollic. et ultra. Fructus pedunculatus glaber, laevis, globosus, magnitudine nucis Coryli. In *Guineâ*. ♄.

9. F. *Chanas* *Forsk.*; foliis cordatis scabris. *Forsk. descr.* p. 219. *Vahl Enum.* II. p. 183.

Similis Sycomoro. Fructus edulis. *Vahl* non vidit. In *Arabiâ ad Surdud in montosis*. ♄.

10. F. *costata Ait.*; foliis ovatis cordatis, sinu profundo angusto glabris acutis utrinque viridibus. *Hort. Kew.* III. p. 452.

Nec *Vahl* nec *Willd.* vidit. In *Ind. orient.* ♄.

11. F. *laevigata West*; foliis cordatis ovatis acuminatis venosis laevissimis, fructibus pedunculatis globosis glabris. *Vahl Enum.* II. p. 183.

Rami teretes. Folia petiolata, 3-4pollic., acumine obtusiusculo. Petiolus pollicaris. Fructus magnitudine cerasi, laevis, ore trilobo. *Vahl.* In *Ind. occident.* ♄.

12. F. *lentiginosa Ryan*; foliis ovato-oblongis subcordatis acuminatis, fructibus lateralibus axillaribusque geminis pedunculatis. *Vahl Enum.* II. p. 183. *Plum. Ic.* t. 131. f. 2.? (sed folia obtusa).

Rami glabri; folia petiolata, palmaria, utrinque glabra, venosa, acumine obtuso. Fructus magnitudine pisi, globosus. Pedunculi fusci, fructu breviores. Calyculus minutus sub flore. In *Montserrat.* ♄.

13. F. *scabra Forsk.*; foliis cordato-ovatis obliquis subtus scabris, fructibus turbinatis ecalyculatis. *Vahl Enum.* II. p. 183. *Forster Fl. austr.* p. 76. F. *turbinata Willd. Spec.* IV. 2. p. 1141.

Rami apice subtomentosi. Folia semipedalia, remote dentata, subtus pallidiora, villosula. *Vahl.* In *Insulà Tanna, Namoka.* ♄.

14. F. *citrifolia Lam.*; foliis cordato-ovalibus acutiusculis nervosis utrinque glabris, fructibus globosis solitariis pedunculatis. *Lam. Enc. meth.* II. p. 494. *Vahl Enum.* II. p. 183. Amacoztic *Hernand. mex.* p. 81. 82. *Plum. Ic.* t. 131. f. 2.

Folia quasi bullata, 6-7pollic. Fructus magnitudine nucis Coryli. *Lam.* Rami, petioli, foliaque subtus villosa. *Vahl.* In *Ind. occident.* ♄.

15. F. *lucida Ait.*; foliis ovatis cordatis glabris obtusis basi trinerviis, ramis erectis. *Hort. Kew.* III. p. 451. ed. 2. V. p. 485. *Willd. Spec.* IV. p. 1137. *Vahl Enum.* II. p. 184.

Nec *Vahl* nec *Willd.* vidit. Fructus oblongus apice fere globulosus; cutis tenuis virescens, maturo fructu fuscescens, tingens; caro fragrans. *Mill. dict. by Martyn.* In *Ind. orient.* ♄.

16. F. *scandens Lam.*; foliis cordatis basi inaequalibus subtus venoso-reticulatis, stipulis lanceolatis oppositis, caulibus scandentibus. *Lam. Enc. meth.* II. p. 498. *Vahl Enum.* II. p. 184.

Rami versus apicem leviter villosi, sarmentosi, ex trunco brevi lignoso, scandentes aut repentes. Folia parva, pollicaria, fere glabra. In *Americâ*, *in Lusitaniâ cultus fructificavit*. ♄.

17. F. *stipulata Thunb.*; foliis oblique cordatis obtusis glabris, caule decumbente squamoso. *Thunb. Fic.* n. 7. *Vahl Enum.* II. p. 185. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1139. *Hayne term. bot.* t. 12. f. 3. a. Cl. *Vahl* qui *Thunbergi* plantam non vidit, sejunxit hanc a priore, quacum *Willd.* eandem conjunxerat.

Caulis lignosus, filiformis, rufescens, ramis stipulatis, stipulis rufescentibus subulatis. Folia brevissime petiolata, subtus pallidiora, unguicularia vel 1/2pollic. In *Chinâ et Japon.* ♄. In hortis nomine Jussievae *repentis* occurrit.

18. F. *sagittata Vahl*; foliis cordatis oblongis acutis utrinque scabris, caule repente. *Vahl Enum.* II. p. 184.

Radiculae oppositifoliae in caule superne pubescente. Folia petiolata, auriculis rectis rotundata, subtus punctis sparsis, 1 1/2pollic. Petiolus vix 2lin. Stipulae utrinque lanceolatae Ex auctoritate *Koenigii*. In *Indiâ orient.* ♄.

19. F. *pedunculata Ait.*; foliis ovato-oblongis cordatis, acutis, utrinque glabris; fructibus globosis, pedunculis geminis elongatis. *Hort. Kew.* III. p. 450. *Vahl Enum.* II. p. 185. *Plukn. alm.* t. 178. f. 4.

Rami cortice cinereo glabri. Folia petiolata sparsa, 3-4pollicaria, pollicem vel parum ultra lata, basi sinu parvo subcordata. Petiolus pollicaris. Pedunculi unguiculares. Fructus magnitudine pisi. In *Americâ*. ♄. An huc F. *citrifolia h. paris.* quaerit *Dumont Courset?*

20. F. *venosa Ait.*; foliis ovatis subcordatis acutis laevibus, supra punctato-impressis. *Hort. Kew.* III. p. 451. *Tsjakela Rheede malab.* III. p. 87. t. 64. F. *infectoria* foliis oblongis integerrimis apice attenuatis acutis basi rotundatis subcordatis supra impresso-punctatis, receptaculis globosis sessilibus calyculatis. *Willd. Spec.* IV. p. 1137?

Nec *Vahl* nec *Willd.* vidit plantam: attamen hic a simillimâ *martinicensi* differre suam tantum foliis brevioribus duplo latioribus, supra impresso-punctatis. In *Indiâ orientali*. ♄.

21. F. *leucatoma*; foliis oblongo-ovatis integerrimis acutis basi subcordatis, supra impresso-punctatis, receptaculis geminatis pedunculatis pyriformibus glabris. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 655. F. *venosa Willd. Hort. Berol.* I. t. 36. (sed, ut monet *Spec.* IV. p. 1136. excl. synonymo *Aitoni*, cujus ergo nomen, ut *Vahlius* suadebat, retinendum. F. *venosam Aitoni Willdenow* retulit ad suam *infectoriam Spec.* IV. p. 1137.

Folia 1/2ped. vel pedalia, subinde obtusa, basi integerrima, glabra, supra punctis albis impressis sparsis. Fructus cerasi magnitudine, juniores punctis albis. In *Indiâ orientali.* ♄.

22. F. *lutea* *Thonning;* foliis ovali-oblongis acuminatis basi subemarginatis glabris, fructibus geminatis globosis sessilibus, calyce quadrifido. *Vahl Enum.* II. p. 185.

Subalta, ramis sparsis vel verticillatim approximatis. Folia coriacea, albido-costata, subtus pallida, 4-8pollic. Petiolus folio triplo brevior. Fructus axillares vix magnitudine cerasi, tuberculo bifido umbilicati, lutei, maturescendo badii. In *Guineâ.* ♄.

23. F. *ovata* *Thonning;* foliis ovato-oblongis, fructibus geminis sessilibus, calyce communi calyptriformi caduco, fructuum lacerato bifido. *Vahl Enum.* II. p. 185.

Alta, ramis subverticillatis, erecto-patentibus, saepe radiculiferis. Folia acuminata, subemarginata basi, albido costata, 5-8pollic. Petiolus folio triplo brevior. Fructus ante anthesin calyptra basi circumscissa, maturi ovato-subrotundi, magnitudine pruni, absque tuberculo perforati. In *Guineâ.* ♄.

24. F. *calyptrata* *Thonning;* foliis oblongiusculo-ovatis, fructibus geminis, calyce communi et fructuum calyptriformibus caducis. *Vahl Enum.* II. p. 186.

Alta, expansa. Folia subacuminata, subcoriacea, albido-costata, 5pollic. Petiolus folio triplo brevior. Cal. comm. et proprius coriaceo-carnosus, ante anthesin caducus. Fructus globosi, sessiles, vix magnitudine aurantii. In *Guineâ.* ♄.

25. F. *granatum* *Forst.;* foliis ovatis, pedunculis terminalibus geminis horizontaliter divergentibus, fructibus calyculatis globosis. *Vahl Enum.* II. p. 186. *Willd. Spec.* IV. p. 1140. *Forst. pl. escul.* p. 37. n. 8. *prodr.* n. 408.

Nec *Vahl* nec *Willd.* vidit. „Arbor procera, umbrosa, trunco multangulo toroso, ramis adscendentibus teretibus longis subarticulatis e cinereo-fuscis, ramulis teretibus articulatis, apice tantum foliosis. Folia aggregata, alterna, glabra, venis raris, flavescentibus, supra saturate viridia, spithamaea et ultra, patentia; petioli teretes, glabri, patentes, quartam partem longitudinis foliorum longi. Gemmae terminales angustiores, spinam quasi referentes, pilis fuscis. Pedunculi axillares in foliis terminalibus, crassi, teretes, breves. Fructus major quam in *Caricâ*, subpubescens, roseus, maculis flavis, intus purpureus. Cal. communis triphyllus; foliolis ovato-rotundis.“ *Mill. dict. by Mr. Martyn.* In *insulâ Tanna.*

26. F. *tinctoria* *Forst.;* foliis oblique ovatis obtusis, receptaculis turbinatis basi calyculatis. *Forst. prod.* n. 405. *Willd. Spec.* IV. p. 1142. *Hort. Kew.* ed. 2. V. p. 487.

Vahl hanc speciem omisit. In *Societatis insulis.*

27. F. *septica Rumph.*; foliis ovatis acuminatis, caule erecto, fructu solitario. *Vahl Enum.* II. p. 186. *Lour. Flor. cochin.* II. p. 819. *Rumph. amb.* III. p. 153. t. 96. *Burm. Fl. ind.* p. 226. Handur-alii *Rheed. mal.* III. p. 77. t. 59. Acumen ibi desideratur.

Rami teretes, glabri; folia petiolata, 6-7pollic., lato-oblonga, acumine pollicari, glaberrima, subtus glauca. Petioli bipollicares, basi apiceque colorati. „Frutex 8ped., erectus, ramis „diffusis. Folia lato-lanceolata, integerrima, aspera, sparsa, „petiolata. Fructus oblongo turbinatus, rugosus, flaccidus „lateralis, pedunculis brevibus, simplicibus, solitariis, rubro-„viridis." *Lour.* In *Indiâ orientali.* ♄.

28. F. *Taab Forsk.*; foliis ovatis petiolatis conjugatis. *Vahl Enum.* II. p. 186. *Forsk. descr.* p. 219.

In *Arabiâ ad Zebid.* An distinctus a F. *salicifoliâ* n. 76?

29. F. *Ampelos Lam.*; foliis ovatis acutis scabris; fructibus pedicellatis umbilico squamoso hiante. *Vahl Enum.* II. p. 296. *Lam. Enc.* II. p. 496. F. *politoria Lour. Fl. cochinch.* II. p. 496. *Willd. Spec.* IV. p. 1144. Teregam *Rheed. mal.* III. t. 60. teste *Vahl. Rumph.* IV. p. 128. t. 63. ex *Willd.*

Rami petioli pedunculique hispidi. Fructus axillaris magnitudine Grossulariae. In *Ind. orient.* ♄.

30. F. *pyrifolia Burm.*; foliis ovatis acuminatis ciliatis. *Vahl Enum.* II. p. 187. *Burm. Fl. ind.* p. 226. *Rheed. mal.* I. p. 45. t. 26.

Rami cortice purpurascente; folia bipollicaria, glaberrima, parum acuminata. Petiolus pollicaris. Pedunculi brevissimi. Fructus globosus piso parum major, punctis elevatis submuricatus. In *Ind. orient.* ♄.

31. * F. *benjamina*; foliis ovatis acuminatis transverso striatis margine laevi. *Vahl Enum.* II. p. 187. *Willd. Spec.* IV. p. 1143. *Loureiro Cochinch.* II. p. 818. Varinga parvifolia humilis *Rumph. Amboin.* l. 5. cap. 5. p. 140. tab. 90. *Vahl* citat, ut *Willd.*, *Plukn. phyt.* t. 243. f. 4. *Rheed. mal.* I. t. 26. *Rumph.* III. t. 90.; sed de F. *microcarpa Linn. Suppl.* 442., quam *Willd.* citat, silet.

Rami tenues, folia petiolata, perennia, facie pyri. *Linn.* Rami dichotomi; folia 1-2pollic., supra nitida. Fructus breviter pedunculatus, axillaris, oblongo-subrotundus, magnitudine pisi. *Vahl.* In *Indiâ.* ♄.

32. F. *Radula Willd.*; foliis oblongis acuminatis integerrimis basi attenuatis supra glabris subtus scaberrimis. *Willd. Spec.* IV. p. 1144.

Rami teretes fusci; folia petiolata 4pollic. et ultra, acumine obtuso, supra laete viridia nitida; petioli fere pollicares, rugoso-scabri. In *sylvis Orinoco et fluvii nigri.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

33. * F. *benghalensis;* foliis ovato-oblongis glabris, fructibus globosis sessilibus geminatis. *Vahl Enum.* II. p. 187. *Willd. Spec.* IV. p. 1135. *Loureiro Cochinch.* II. p. 817. *Rheed. malab.* I. t. 28. *Commel. Hort.* I. t. 62. *Plukn. phyt.* t. 178. f. 1. cum? teste *Vahl Lamarck* sine dubio ad F. *americanam.* *Trew Ehret* t. 50. F. *vasta Forsk. descr.* p. 179. *Sloane brit. Mus. MSS.* 3370.

Rami glabri. Folia petiolata, spithamaea. Fructus globosi, magnitudine pruni, oculo armato villosuli. Arbor 20pedalis. In *Indiâ.* ♄.

34. F. *callosa Willd.;* foliis oblongis obtusis basi angustatis calloso-bipunctatis subtus scabris. *Vahl Enum.* II. p. 188. *Willd. Act. Acad. Berol.* 1798. p. 102. t. 4.

Rami fusci glabri. Folia 4-5pollic., supra nitida. Receptacula globosa magnitudine cerasi, umbilicata. In *Ind. orient.* ♄.

35. F. *microcarpa Thonn.;* foliis oblongiusculo-ovatis obtusis glabris, ramulis subvirgatis, fructibus geminatis, globosis sessilibus. *Vahl Enum.* II. p. 188.

Subalta patentissima. Rami sparsi vel subverticillati, radiculiferi. Folia basi rotunda vel subacuta, 3-5pollic. Petiolus folio triplo brevior. Cal. communis rumpens, parvus, proprius bi-trifidus. Fructus parvus. *Thonning.* In *Guineâ.* ♄.

36. F. *parasitica Willd.;* foliis ellipticis obtusiusculis subtus reticulatis scabriusculis, pedunculis geminatis, fructibus globosis umbilicatis scabris. *Willd. Spec.* IV. p. 1147. *Id. act. Berol.* 1798. p. 102. t. 3. *Vahl Enum.* II. p. 188.

Rami teretes laeves. Folia coriacea, superne nitida glabra. Pedunculi axillares. Fructus magnitudine pisi. In *Indiâ orient.* ♄. *

37. F. *americana Swartz;* foliis ovatis oblongis venosis, baccis axillaribus pedunculatis confertis. *Vahl Enum.* II. p. 188. *Swartz prodr.* p. 127. Ficus alia, foliis lauri fructu minore. *Plum. Spec.* 124. t. 132. f. 2. *Aublet. Gujan.* II. p. 952.

Cl. *Lamarck* Ficum hanc varietatem fecit F. *benghalensis*, a quâ differt foliis majoribus, obtusioribus, magis crassis et

* Hujus Synonymon pronunciat clariss. *Benjam. Heyne* F. *politoriam Roxb.* *Loureiri* F. *politoria Fl. Cochinch.* II. p. 820. vix ac ne vix quidem distincta est a F. *parasiticâ Willd.*, nisi quod folia supra paulo magis scabrida sint.

coriaceis, lucidis, nervosis. Fructus flavus. In hortis occurrit nomine FICUS *maximae*. In *Jamaicâ*. ♄.

38. * F. *racemosa*; foliis elliptico-ovatis acutis supra punctatis; fructibus sessilibus turbinatis villosis. *Vahl Enum.* II. p. 188. *Willd. Spec.* I. p. 1146. *Thunb. monogr.* n. 17. Abty-Alu *Rheed. mal.* I. p. 43. t. 25. *Rumph. amb.* III. t. 87. 88. teste *Willd.*

Rami superne pubescentes; folia petiolata, 2-3pollic., utrinque glabra. Petioli subvillosi. Fructus pyriformis. In *Indiâ*. ♄.

39. F. *cotoneaefolia*; foliis ovato-lanceolatis coriaceis subtus subpubescentibus, fructibus sessilibus. *Vahl Enum.* II. p. 189. F. *indica Lam. Enc. meth.* II. p. 494. Katou-alou (excl. syn. *Forskål.*) *Rheed. mal.* III. t. 57. Saringa *Rumph. Amboin.* III. t. 84. Hujus varietatem fecit *Lamarck* l. c. β. Ficus indica foliis et fructu minoribus. *Plum. MS.* 7. n. 109.

Arbor vasta, expansa, e ramis radicans, sempervirens, foliis supra glabris, nitentibus. Fructus globulosi rubri, saepius gemini, axillares. In *Indiâ orientali*. *β. in S. Domingo*. ♄.

40. F. *Toka Forsk.*; foliis distichis scabris ovato-lanceolatis petiolatis. *Forsk. descr.* p. 219.

In *Arabiâ, ad Melhân*. ♄.

41. F. *punctata Thunb.*; foliis oblongis emarginatis glabris subtus punctatis, caule flexuoso radicante. *Thunb. Fic.* p. 9. *Vahl Enum.* II. p. 189. *Willd. Spec.* IV. p. 1139.

Parasiticus longe scandens rugosus, brunneus, ramis laevibus; folia obsolete emarginata, margine parum reflexa, subtus impresso-punctata, patentia et reflexa, unguicularia. Petioli brevissimi. Fructus obovati magnitudine fere Caricae. In *Indiâ orient.* ♄.

42. * F. *pertusa*; foliis ovatis oblongis acuminatis glabris, fructibus globosis pedunculatis umbilicatis calycibus bifidis. *Vahl Enum.* II. p. 189. *Willd. Spec.* IV. p. 1144. F. *arbutifolia Hort. paris.* *Pers. Syn.* II. p. 610.

Willd. excludit Synon. *Plumieri ic.* t. 132. f. 2, quod *Vahl* sedulo adduxit. Rami glabri; folia petiolata, 2pollicaria et ultra; racemi axillares pollicares; fructus magnitudine Ribesii, pedicellati, foramine umbilicali tereti ut in omnibus fere: hinc nomen incongruum. In *Surinamo*. ♄.

43. F. *terebrata Willd.*; foliis obovatis acutiusculis integerrimis venosis, receptaculis globosis geminatis sessilibus. *Willd. Spec.* IV. p. 1145. F. *pertusa Bory de St. Vinc. it.* p. 353. t. 17. Cl. *Bory de St. Vinc.*, hac

cum? adducit Tsjeron-meer-alou *Rheed.* III. t. 56., quam *Vahl* omisit.

Simillima F. *pertusae*, sed diversa foliis non acuminatis, venis remotioribus, basi non trinerviis. In *Insulâ Mauritii et Ind. orient.* ♄.

44. * F. *pumila Thunb.*; foliis oblongo-ovatis obtusis glabris subtus reticulatis, caule articulato repente, fructibus pedunculatis. *Vahl Enum.* II. p. 190. *Willd. Spec.* I. p. 1146. *Loureiro Cochinch.* II. p. 820. *Kämpfer amoen.* t. 804.

Decumbens, cinerea, glabra. Folia coriacea, supra viridia, 1-2pollic. (in *Syst. Veg. Murr. Pers.* folia acuminata dicuntur, et ramuli ad folia cincti striâ elevatâ.) Fructus ovati glabri magnitudine pruni. Pedunculi reflexi, (axillares, filiformes, solitarii *Murr. Pers.*) unguiculares. In *Chinâ, Japoniâ.* ♄.

45. F. *reflexa Thunb.*; foliis ellipticis obtusis glabris, ramis recurvis, fructibus globosis sessilibus. *Thunb. Ficus* n. 16. *Vahl Enum.* II. p. 190. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1147.

Rami striato-rugosi reflexi cinerei glabri; folia digitalia. Petioli cinerei folio dimidio breviores. Fructus in ramis sparsi aggregatique glabri, pisi magnitudine. In *Indiâ orientali.* ♄.

46. F. *comosa Roxb.*; foliis ellipticis integerrimis acuminatis basi attenuatis, receptaculis globoso-obovatis geminatis sessilibus calyculatis. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1148. *Roxburgh corom.* II. t. 125.

Folia 2-4pollic., nitida, glabra. Receptacula cerasi magnitudine. In *Ind. orient.* ♄.

47. F. *glomerata Roxb.*; foliis oblongis integerrimis acutis basi angustatis subtrinerviis, venosis glabris, receptaculis ellipticis calyculatis, pedunculis aggregatis. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1148. *Roxb. corom.* II. p. 13. t. 123.

Folia 6pollic., nitida; petioli pollicares. Receptacula pruni majoris magnitudine. In *Ind. orient.* ♄.

48. * F. *trigona*; foliis ellipticis obtusis glabris, caule erecto, fructibus umbilico triangulari, calycibus bifidis. *Vahl Enum.* II. p. 190. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1139. *Thunb. de Ficu.* n. 12. *Plum. sp.* 21. *ic.* 132. f. 1.

Superne foliosa, foliis vix cordatis, fructibus axillaribus pluribus magnitudine baccae Ribis *Grossulariae.* Umbilicus triangularis, singulo annulo lacunâ oblongâ fisso. Pedunculi brevissimi uniflori. In *Surinamo.* ♄.

49. * F. *nitida Thunb.*; foliis ellipticis acutis glabris, fructibus retuso-umbilicatis sessilibus. *Vahl Enum.* II. p.

191. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1145. *Thunb. Diss.* n. 14. *Rheed. mal.* III. t. 55.

Folia 2pollic., obovata, nitida, acumine brevissimo obtuso canaliculato. Petioli semipollicares. *Willd.* Fructus glaber, laevis, in apicibus ramulorum, globosus, magnitudine pisi. *Thunb.* Receptaculum calyculatum. Calyx triphyllus. *Besser.* In *Ind. orient.* ♄.

50. F. *striata Roth*; foliis ellipticis acuminatis basi obtusis, integerrimis, glabris, venis approximatis subparallelis tenuissime striatis, utrinque concoloribus, receptaculis globosis sessilibus. *Roth nov. pl. spec. MSS.*

Evidenter recedit a F. *nitidâ*: 1. Foliis ellipticis longacuminatis, utrinque concoloribus, pallide viridibus; nec obovatis, brevissime acuminatis, acumine canaliculato, subtus pallidioribus. 2. Petiolis duplo longioribus. 3. Receptaculis magnitudine Cerasi, nec Pisi.

A. F. *pertusâ* differt: 1. Foliis basi obtusis enerviis; nec basi angustatis subtrinerviis. 2. Receptaculis duplô majoribus, solitariis; nec geminis. *Habit. in Indiâ orientali. D. Benj. Heyne.*

51. F. *rubra*; foliis ovalibus glabris subtus minutissime reticulatis, fructibus globosis sessilibus. *Vahl Enum.* II. p. 191. F. *pyrifolia Lam. Enc. meth.* II. p. 497. An Varinga rubra *Rumph. amb.* III. t. 85.?

Folia petiolata integerrima, glabra, nervis vix conspicuis, subtus fere punctatis, bipollicaribus, 1 1/2 lin. latis. Fructibus in apice ramorum. In *insulâ Franciae.* ♄. *

52. F. *aggregata*; foliis ovalibus obtusis glabris superne punctatis, fructibus globosis aggregatis sessilibus. *Lam. Enc. meth.* II. p. 495. *Vahl Enum.* II. p. 191. et eodem teste F. *punctata Lam. Enc. meth.* II. p. 495.

Rami radicantes: folia petiolata, albo-punctata, 3pollic., in ramulis conferta. In *Ind. orientali.* ♄.

53. F. *politoria Lam.*; foliis oblongis obtuse mucronatis scabris, fructibus globosis pedunculatis axillaribus. *Lam.*

* Cls. *Roth* in *nov. pl. spec. MS.* citat ad suam FICUM *rubram*: „foliis subrotundo-ovalibus subacuminatis, basi subattenuatis, supra punctatis, utrinque glaberrimis integerrimis, venis subparallelis ad margines in lineam arcuatam confluentibus, receptaculis globosis sessilibus subaggregatis basi calyculatis" Varingam rubram *Rumph* l. c. ut iconem bonam; FICUM *rubram Lam.* et *Vahl* vero cum? additque ex herb. *Benj. Heyne*:" folia supra punctis elevatis concoloribus copiosis. Receptacula miniata magnitudine pisi, glabra, sparsa vel subaggregata. β. (*acuminata*) differt: foliis apice magis attenuatis, venis paulo robustioribus, punctis in pronâ foliorum paginâ evidentioribus; fructibus magis aggregatis. *In Indiâ orientali.* ♃.

Enc. meth. II. p. 500. *Vahl Enum.* II. p. 191. F. *pyrifolia Burm.?* quaerente *Vahl.* F. *rudis Pers. Syn.* II. p. 609.

Scaberrima. Rami superne pilis rigidis pungentibus. Folia subopposita, superne 2 1/2pollic. longa, margine et nervis pilis rigidis. Fructus magnitudine Ribesii *nigri. Lam.* — Rami teretes, laeves, apice scabri. Folia tripollicaria, acumine brevi obtuso. Petiolus unguicularis. Fructus subsolitarii laeves. *Vahl* qui aliud specimen vidit e Madagascar foliis lanceolatis spithamaeis salicinis denticulatis utrinque uti ramis scaberrimis. In *Ind. orient et Madagascar.* ♄.

54. F. *mollis Vahl;* foliis oblongis subtus villosis, fructibus axillaribus sessilibus tomentosis. *Vahl symb.* I. p. 82. *Enum.* II. p. 192. (*Vahl* citat F. *mollem Willd. Fic.* p. 26. t. 5., at *Willd.* seipsum non citat ullibi in *Spec.*, sed potius F. *mollem Vahl* refert ad F. *tomentosum Roxburgh*, foliis ovatis integerrimis obtusiusculis subcordatis subtus villosis, receptaculis globosis geminatis tomentosis calyculatis sessilibus, in *Spec.* IV. 2. p. 1136.

Vahl suam speciem sic describit: „rami teretes villosi versus apicem tomentosi. Folia petiolata obtusa basi parum angustiora, ad petiolum sinu angusto, supra laevia, subtus venosa, sub mollia, bipollicaria. Petiolus villosus folio brevior. Fructus solitarius minutus. „*Willdenow* vero l. c." rami teretes tomentosi; folia petiolata 3pollicaria ovata apice attenuata obtusa subretusa, basi leviter cordata, integerrima, venosa, supra glabra, subtus villosa. Petioli pollicares tomentosi. Receptacula parva globosa solitaria vel geminata sessilia axillaria tomentosa. Cls. *Roth nov. pl. spec. Ms.* quo certius sequens *mysorensis* distinguatur a *tomentosa Roxb.*, hanc *tomentosam* distinguit: „foliis subcordato-ovatis acuminatis integerrimis, supra ad costam venasque subtus totis ferrugineo-tomentosis, receptaculis globosis sessilibus subaggregatis cum calyce quinquepartito tomentosis." In *Indiâ orient.* ♄.

55. F. *mysorensis Roth;* foliis subcordato-ovatis acuminatis integerrimis, supra glabris nitidis, tenuissime punctatis, subtus cinereo-tomentosis; receptaculis ovatis, solitariis, sessilibus, obsolete costatis, subpubescentibus, basi calyce quinquepartito setoso cinctis. *Roth nov. pl. spec. Ms.*

β. *pubescens.* In *Mysore Indiae orientalis observavit D. Benj. Heyne.* Differt. β. Foliis subtus tenuiori tomento tectis, basi subinaequalibus et calycibus minus setosis. Primo intuitu praesertim α. simillima est Ficui *tomentosae Roxb.* At distinctissima. In *Mysore.* ♄.

56. F. *verrucosa Forst.*; foliis oblongo-ovatis acuminatis obliquis, pedunculis apice calyculatis, fructibus verrucosis. *Forst. Fl. austr.* p. 76. *Vahl Enum.* II. p. 192.

F. *septica* *Forst. prodr.* n. 407. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1142.

In *Insulâ Tanna.* ♄.

57. F. *Coriacea Ait.*; foliis oblongis laevibus, basi attenuatis cordatis coriaceis: venis immersis. *Hort. Kew.* III. p. 453. n. 16. *Vahl Enum.* II. p. 192. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1136.

In *Indiâ orient.* ♄.

58. F. *erecta Thunb.*; foliis oblongis acutis glabris subtus reticulatis, caule decumbente, ramis erectis, fructibus pedunculatis. *Thunb. Fic.* p. 9. n. 11. *Vahl Enum.* II. p. 192. *Willd. Spec.* I. p. 1140.

Debilis, parum decumbens, cinereo-ferrugineus, glaber, ramis alternis vel subumbellato aggregatis. Folia obovata, utrinque parum attenuata, subtus cinerea, pollicaria vel digitalia. Fructus in ramulis sparsi, subglobosi, magnitudine Avellanae. In *Japoniâ.* ♄.

59. F. *populnea Willd.*; foliis ovato-oblongis breve acuminatis integerrimis glabris. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1141. *Enum. H. Berol.* II. p. 1063. *Desfont. cat. paris.* p. 209.

Folia bipollicaria et ultra longissime petiolata, basi parum angustiora et obtusa, acumine obtuso ad unum interdum latus flexo, utrinque elevato-punctata. Petioli 1 1/2 - 2pollicares. In *Americâ meridionali.* ♄.

60. F. *glaucophylla Pers.*; foliis ovato-lanceolatis coriaceis integerrimis, glabris. *Pers. Syn.* II. p. 610. *Desfont. cat. hort. paris.* p. 209.

Priori affinis, sed folia glauca. *Habitat?* *

61. F. *velutina Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongis acutiusculis integerrimis basi obtusis supra glabris subtus pubescenti mollibus. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1141.

Ramuli crassitie pennae cygneae obsolete angulati pubescentes. Folia petiolata 4-5pollicaria, basi subcordata, apice brevissime acuminata obtusa, subinde absque acumine, subtus dense et mollissime ferrugineo-pubescentia. Petiolus pollicaris pubescens. Costa media supra basin macula nigra glabra glandulosa. In *Americâ meridionali.* ♄.

62. F. *macrophylla Desfont.*; foliis cordato-oblongis integerrimis nervosis nitidis. *Desfont. cat. paris.* p. 209. *Pers. Syn.* II. p. 609. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 655.

* An huc F. *glauca Dum. Cours.*: caule recto fusco rimoso, ramis alternis cylindricis glabris, foliis petiolatis ovali-cordiformibus acutis integerrimis firmis glaberrimis utrinque glaucis laevibus semper-viridibus. Affinis F. *coriaceae.*

Arbor sat procera. Parisiis 18pedalis; folia ampla, petiolata, coriacea, lucida, subbullata, utrinque glabra. In *novâ Hollandiâ*. ♄.

63. F. *falcata Thunb.*; foliis oblongis falcatis glabris, caule filiformi radicante. *Thunb. Fic.* p. 5. *Vahl Enum.* II. p. 193. *Willd. Spec.* IV. p. 193.

Caulis decumbens, brunneus; folia oblique inserta, altero latere angustiora, obtusa, unguicularia. Petiolus brevissimus. *Thunb.* Caules tenues, glabri, repentes. Stipulae lanceolatae, ferrugineae, parvae. *Vahl.* In *Javâ*. ♄.

64. F. *clethraefolia Willd.*; foliis obovato-oblongis integerrimis basi angustatis obtusiusculis subtus pubescentibus, receptaculis obovatis geminatis pedunculatis. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1142.

30pedal., cortice cinereo glabro; folia petiolata 3-5pollicaria, subinde obsolete acuminata, supra glabra. Petioli subpollicares. Receptacula pisi magnitudine carnea albo-punctata, brevissime pedunculata. Valde similis F. *velutinae*, sed folia basi non rotundata, nec subtus pube ferrugineâ. In *Caracas*. ♄. *Bredemeyer.*

65. F. *insipida Willd.*; foliis oblongis acuminatis integerrimis basi angustatis glabris parallelo-venosis, receptaculis subrotundis pedunculatis. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1143.

Altissima, cortice cinereo ferrugineo glabro. Folia petiolata, 7pollicaria, acumine brevi obtuso utrinque glabra. Fructus magnitudine ovi gallinacei immatura verrucosa, matura crocea viridi maculata insipida. In *Caracas*. ♄. *Bredemeyer.*

66. F. *drupacea Thunb.*; foliis obovatis cuspidatis glabris, fructibus ovatis rugosis sessilibus. *Thunb. Fic.* p. 11. *Vahl Enum.* II. p. 193. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1147.

Rami teretes sulcati. Folia sparsa acuminata coriacea, subtus cinerea, palmaria. Petioli crassi semiteretes. Fructus in apice ramorum glabri, magnitudine pruni. In *Indiâ orientali*. ♄.

67. * F. *retusa*; foliis obovatis oblongis obtusissimis; ramis angulatis (?), fructibus sessilibus. *Vahl Enum.* II. p. 193. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1147.

Rami teretes (?) glabri cinereo-punctati; folia petiolata, subpollicaria, apice retusa. Fructus gemini, globosi, magnitudine pisi glabri laeves, basi calyculati. *Vahl.* In *Indiâ*. ♄.

68. F. *prolixa Forst.*; foliis lanceolato-oblongis acuminatis subtus punctatis, pedunculis undulatis glabris, fructibus globosis axillaribus subgeminis. *Vahl Enum.* II. p. 193. *Forst. pl. austr.* p. 77. n. 410. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1148.

Rami glabri; folia petiolata, 3-4pollicaria, pollicem lata, membranacea. Fructus axillaris, magnitudine pisi, brevissime pedunculatus, glaber, apice acumine brevissimo. In *insulis Societatis.* ♄.

69. F. *calyculata Mill.;* foliis ovatis integerrimis obtusis oppositis, fructu globulari calyculato. *Mill. dict. by Mr. Martyn* n. 11. *Houst.* MS.

Caules plures fruticosi ramosissimi 8-12ped.; folia 4poll., 3 lata, laete viridia, breviter petiolata, subcoalita, quibus insidet fructus globosus, magnitudine nucis moschatae, maturitate luteus, non edendus. In *Vera Cruz.* ♄.

70. F. *laurifolia Lam.;* foliis oblongo-lanceolatis glabris supra punctis raris impressis, fructibus sessilibus solitariis. *Lam. Enc. meth.* II. p. 495. *Vahl Enum.* II. p. 194. F. *virens. Ait. Kew.* III. p. 451. *Sloane hist.* II. t. 223 F. *martinicensis Willd. Spec.* IV. 2. p. 1137. quoad synonyma. *Aiton* et *Sloane.*

Rami radicantes; folia ovato-oblonga, petiolo et costis coloratis, 5-7pollicaria, parum acuminata. Fructus rubri. In *America.* ♄. *

71. F. *grisea Vahl;* glabra, foliis oblongis obtusis basi angustatis, fructibus sessilibus subsolitariis. *Vahl Enum.* II. p. 194.

Rami teretes glabri superne grisei; folia petiolata 3-4 pollicaria, basin versus sensim angustata, utrinque obtusa. Petiolus 1-pollicaris. Fructus globosus, piso duplo major, griseus. Stipulae lanceolatae, attenuatae glabrae unguiculares. *Habitat? Herb. Juss.* ♄.

72. F. *pallida;* foliis subcuneato-oblongis glabris laevibus obtusis, fructibus geminis axillaribus subpedunculatis. *Vahl Enum.* II. p. 194.

Rami teretes glabri cortice subcinerascente; folia petiolata 2-3-pollicaria. pollicem circiter lata, basin versus angustata, apice obtusa, laete viridia, costa subtus flavescens. Petioli subtus convexi, pollicares, tenues, glabri. Fructus glaber, globosus, magnitudine Piperis *nigri.* In *St. Martha. v. Rohr.* ♄.

73. F. *excelsa Vahl;* foliis lanceolato-ellipticis altero latere basi angustioribus acutis, fructibus pedunculatis globosis. *Vahl Enum.* II. p. 194. Atti-meer-alou *Rheed. mal.* III. t. 58.

* Aliud specimen e China, forte specie diversum in herb. *Jussieui* vidit cl. *Vahl;* ramis teretibus, frequentissime tuberculato-cicatricatis; foliis superne approximatis oblongis 3-4 pollic. glaberrimis subtus pallidioribus, costis et nervis basi tantum coloratis; petiolis bipollicaribus pedunculis e cicatricibus brevissimis, unifloris; fructibus globosis glabris magnitudine pisi.

Rami teretes glabri. Folia subcoriacea, subtus venosa, utrinque glabra et acuta, 3-4 pollicaria, brevi petiolata. Fructus gemini axillares magnitudine pisi, laeves, glabri. Pedunculus petiolo longior. In *Ind. orient.* *König.* ♄.

74. F. *indica* *Vahl;* foliis lato-lanceolatis acuminatissimis glabris, fructibus aggregatis pedunculatis globosis glabris. *Vahl Enum.* II. p. 195. Ficus *indica* β. *Linn. Spec.* II. p. 1514. F. *indica* *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1146. *Loureiro Cochinch.* II. p. 818. Tsjela *Rheede malab.* III. p. 85. t. 63. Varinga latifolia *Ramph. amb.* III. p. 127. t. 84. F. *lancifolia* *Mönch?*

Rami glabri teretes. Folia brevi-petiolata, 2-3 pollicares, supra laete viridia, acumine pollicari, lineari, obtuso, basi acuta. Fructus axillares, pedunculis brevissimis. *In Indiâ orient.* ♄.

75. F. *prinoïdes* *Humb.* et *Bonpl.;* foliis lanceolatis acuminatis integerrimis basi angustatis, receptaculis globosis pedunculatis calyculatis calycibus bipartitis. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1149.

Rami teretes cinereo-fusci. Folia petiolata, subinde oblonga, 2-3pollicaria, parallelo-venosa, glabra. Receptacula magnitudine pisi minoris. Cal. bipartitus. In *Americâ meridionali.* ♄.

76. F. *salicifolia* *Vahl;* foliis lanceolatis acuminatis, fructibus geminis axillaribus pedunculatis. *Vahl symb.* I. t. 23. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1149. F. *indica* *Forsk. descr.* p. 179.

Glaberrima laevis; folia petiolata pallida glabra, subtus punctis elevatis minutis. Petiolus 1 1/2pollic.; stipulae lanceolatae deciduae. Fructus globosi, laeves, magnitudine pisi. In *Arabiâ.* ♄. cf. Fic. *Taab.* n. 28.

77. F. *obliqua* *Forst.;* foliis lanceolatis glaberrimis margine cartilagineis, pedunculis geminis brevissimis, calycibus caducis longitudine fructus. *Forst. Fl. austr.* p. 77. *Vahl Enum.* II. p. 195. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1148.

In *Insulis Namoka et Tanna.* ♄.

78. F. *pubescens* *Roth;* foliis subrotundo-ovatis, subacuminatis, basi obtusis, integerrimis quinquenerviis, utrinque mollissime pubescentibus, receptaculis sessilibus, globosis pubescentibus calyculatis. *Roth nov. pl. spec. MSS.*

Rami crassi, cinerei, pubescentes. Folia alterna, utrinque, sed subtus magis, pube mollissimâ obsessa, subtus fusco-cinerea, nervis quinque subtus valde elevatis, utrinque cum nervo minori horizontali, subtus tantum visibili. Receptacula magnitudine Cerasi. *Hab. in Indiâ orientali. D. Benjam. Heyne.*

79. F. *nervosa* Roth; foliis oblongo-ellipticis acuminatis integerrimis, glabris, basi subangustatis subtrinerviis: nervis lateralibus ad marginem arcuatim procurrentibus, venasque reticulatas conjungentibus, receptaculis globosis pedunculatis glabris ecalyculatis. *Roth nov. pl. spec. MSS.*

Caulis nodosus, angulosus. Rami angulati. Folia alterna, supra glauco-viridia, subtus ferruginea. Receptacula magnitudine pisi. Pedunculi superne subimbricati. *H. in Indiâ orientali. D. Benj. Heyne.*

80. F. *castaneaefolia* Roth; foliis oblongis utrinque attenuatis integerrimis, supra nitidis, subtus cinereo-tomentosis, receptaculis geminis in pedunculo communi subsessilibus pisiformibus glabris. *Roth nov. pl. spec. MSS.*

Folia Castaneae *pumilae* similia, at integerrima, semipedem et ultra longa. Receptacula subglobosa, atra, glabra, epunctata. *H. in Indiâ orientali. D. Benj. Heyne.*

81. F. *terminalis* Roth; foliis oblongo-ellipticis acuminatis basi attenuatis subtrinerviis, glaberrimis, integerrimis, subtus punctatis, venis reticulatis ad marginem arcuatim confluentibus, receptaculis subglobosis pedunculatis rugosis calyculatis. *Roth nov. pl. spec. MSS.*

Caulis teres, strictus, glaber. Rami alterni subsulcati. Folia coriacea, utrinque glaberrima, subtus pallidiora. Receptacula magnitudine pisi medioeris, basi parum attenuatâ calyceque minuto cincta, flavescentia. *H. in Indiâ orientali. D. Benj. Heyne.*

b. *foliis serratis.*

82. F. *auriculata* Lour.; foliis cordatis acuminatis subserratis, fructibus auriculatis racemosis terminalibus. *Lour. Fl. cochinch.* II. p. 666. *Vahl Enum.* II. p. 196. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1135.

Arbor magna, ramis obliquis. Folia magna petiolata, tomentosa. Fructus 2pollicar. laevis, intus et extus ruber, racemis congestis erectis, calycibus triphyllis persistentibus. Ad humeros fructus patent 4 foramina inter se distantia cartilagine prominente circumvallata, auriculas referentia. *Loureiro.* In *Cochinchinâ.* ♄.

83. F. *Forskåli* Vahl; foliis cordato-ovatis utrinque scabris petiolo longioribus. *Vahl Enum.* II. p. 196. F. *morifolia Forsk. Fl. aegypt. arab.* p. 179.

Folia semispithamaea, acuta, alterna. Stipulae binae membranaceae, lineari-lanceolatae. Fructus edulis quidem, sed ingratus. In *Arabiâ.* ♄.

84. F. *mauritiana* Lam.; foliis cordato-ovatis subtus tomentosis asperis, ramis fructigeris nudis dependentibus,

fructibus turbinato-globosis. *Lam. Enc. meth.* II. p. 499. *Vahl Enum.* II. p. 196. et, hoc teste, *ob figuram non male convenientem, Hort. mal.* 3. f. 61.? *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1151. et, hoc teste, F. *terragena*, foliis cordato-ovatis tomentosis asperis, surculis fructiferis, aliis ex arboris trunco dependentibus, aliis radicantibus subterraneisque. *Bory de St. Vincent it.* II. p. 143.

Folia 6-7pollic.; fructus magnitudine nucis juglandis, basi calyce triphyllo, pedunculi gemini. *Lam.* — Rami apice villosi, sordide flavescentes; folia spithamaea, grosse serrata, acuminata, supra laevia, subtus flavescenti villoso-subtomentosa, utrinque venosa. Petioli tripollicares, villoso-subtomentosi: *Vahl;* qui aliam vidit e *Philippinis*, foliis basi non cordatis multoque latioribus, crenato-subrepandis, obscure lobatis altero latere, supremis tomento rufo in nervis, et venis majoribus. In *Insulâ Borboniae.* ♄.

85. F. *lateriflora Vahl;* foliis cordato-ovatis acutis glabris, fructibus globosis pedunculatis. *Vahl Enum.* II. p. 197. F. *morifolia Lam.* II. p. 499. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1150.

Folia obtuse serrata, vix scabra, tripollicaria, facie foliorum Mori. Fructus in ramorum parte nuda sparsi. *Lamarck.* In *Insulâ Borboniae.* ♄.

86. F. *ulmifolia Lam.;* foliis ovatis rariter dentatis acuminatis basi apiceque inaequalibus utrinque scabris. *Lam. Enc. meth.* II. p. 499. *Vahl Enum.* II. p. 197. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1152.

Rami teretes, scabri. Folia 2-3pollicaria, utrinque punctata, in acumen fere pollicare subulatum desinentia, pollicem lata, dentato-subrepanda, interdum subtrifida aut dentato-subpinnatifida, aut trifida laciniis angustis pinnatifidis. Petioli unguiculares, uti fructus pedunculatus globosus scaberrimus piso parum major. Pedunculus petiolo dimidio brevior. *Vahl.* In *Javâ Commerson. In Philippinis Lamarck.* ♄.

87. F. *capensis Thunb.;* foliis ovatis acutis glabris, fructibus pedunculatis turbinatis glabris. *Thunb. Fic.* p. 13. *Fl. capens.* I. p. 147. *Vahl Enum.* II. p. 197. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1152.

Excelsa, vasta. Folia ovato-oblonga, sinuato-dentata, digitalia. Fructus sparsi, pedunculati, turbinati, glabri, magnitudine Avellanae et ultra. *Thunb.* In *promont. b. spei.* ♄.

88. F. *grossularioides Burm.;* foliis ovatis apice serratis subtus luteo-albicantibus. *Burm. Fl. ind.* p. 227. *Vahl Enum.* II. p. 197. *Burmann* ut β. adducit *Valliteregam Rheede* III. t. 62.

In *Indiâ orient.*, *Surattae.* ♄.

89. F. *exasperata* *Vahl;* foliis oblongo-ovatis scaberrimis extrorsum dentatis acuminatis, fructibus pedunculatis globosis. *Vahl Enum.* II. p. 197. F. *scabra* *Willd. Fic.* t. 2. *Spec.* IV. 2. p. 1152.

Rami teretes glabri laeves, juniores scabri *Vahl*, striati scabri, a casu foliorum cicatrisati *Willd.* Folia 3pollicaria, petiolata, basin versus integerrima acuta trinervia subtus pubescentia; *Vahl.* Folia subrotundo-elliptica, basi attenuata, margine inaequaliter dentata venosa, utrinque punctis prominulis scaberrima *Willd.* Petioli scabri. Pedunculi gemini, unguiculares. Fructus magnitudine pisi, scaber. In *Guineâ.* ♄.

90. F. *symphytifolia* *Lam.;* foliis ovato-oblongis acutis denticulatis utrinque scabris; fructibus hirsutis pedunculatis subverticillatis racemosis. *Lam. Enc. meth.* II. p. 498. An *Perim Teregam Hort. mal.* III. t. 61.?

Folia petiolata, 9-10pollicaria, nervis villosa. Fructus globosi. *Lam.* Rami teretes tuberculati. Folia spithamaea basi ovata, e punctis minutis utrinque scaberrima. Petiolus 1-2pollicaris. Fructus sessilis magnitudine Cerasi. In *Javâ.* ♄.

91. * F. *maculata;* foliis oblongis acuminatis basi attenuatis serratis, receptaculis globosis calyculatis maculatis sessilibus. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1152. *Vahl Enum.* II. p. 199. *Loureiro Cochinch.* II. p. 819. *Houttuyn Pfl. Syst.* IV. p. 457. *Plum. spec. ic.* 131. f. 1.

Arbor maxima, trunco solitario, crasso, foliis majoribus quam in F. *americana*, supra vero splendentia, subtus pallida, nervis lateralibus numerosis, parallelis, similibus foliis *Castaneae*, sed majoribus, minus profunde dentatis. Fructus *nucis juglandis* magnitudine, rubri, punctis sanguineis. In *San Domingo et Cochinchinâ.* ♄.

92. * F. *hispida;* foliis oblongis cuspidatis utrinque scabris pilosis, fructibus pedunculatis strigoso-hispidis. *Vahl Enum.* II. p. 198. *Linn. Suppl.* p. 442. *Syst. veg.* p. 922 *Thunb. Fic.* n. 24. *Willdenow* vero Synonyma haec citat ad F. *oppositifoliam* *Roxburgh Corom.* II. t. 124., quam in *Spec.* IV. 2. p. 1151. adduxit, et ad quam ducit F. *scabram* *Jacq. H. Schönbr.* III. p. 36. t. 315. et F. *mollem* suam in *act. Acad. berol.* 1798. p. 103. t. 5. (exclus. tamen synonymo) et cum? *Perim Teregam* *Rheed. mal.* III. t. 61. (quam *Vahl* ad F. *symphytifoliam* cum?) monetque ab omnibus foliis oppositis esse diversam, de quo *Vahl* et *Thunberg* silent, suamque figuram esse e specimine male siccato.

Thunberg sic describit suam Linneanam: rami glabri teretes, striati, folia petiolata, supra viridia, nervis pilosis, subspithamaea. Fructus axillares, racemosi turbinati, magnitudine pruni. Pedunculi hispidi. In *Javâ.* ♄. Confer sequentem F. *Daemonum.*

93. F. *Daemonum Vahl;* foliis oppositis oblongis subtus mollissimis supra scaberrimis. *Vahl Enum.* II. p. 198. F. foliis oppositis ovatis subacuminatis, basi obtusis, trinerviis, repando-serratis, supra scabris, subtus tomentosis, receptaculis globosis villosis, pedunculis ecalyculatis. *Roth nov. pl. spec.* MSS.

Rami teretes dense villosi. Folia petiolata palmaria acuta venosa opposita. Fructus villosus magnitudine Cerasi. In *Indiâ orient. Hoenig.* ♄.

Ob folia opposita haec videtur F. *oppositifolia Roxburgh*, quae hinc separanda a F. *hispida.* Cl. *Poiret* huc ducit: F. *oppositifoliam Willd. Spec.* IV. 2. p. 1151; F. *scabram Jacq. H. Schönbr.* III. t. 315. et F *mollem Willd. act. Acad. berol.* 1798. p. 103. t. 5. (excl. syn. et ic. imperfect.) Secundum amiciss. *Roth* haec species proxime accedit ad F. *oppositifoliam* (F. *hispidam Vahl*), distinguitur tamen: 1. Ramis villosis, nec glabris. 2. Foliis subtus cinereo-tomentosis, mollibus, trinerviis, nec subtus hirtis. 3. Receptaculis villosis, mollibus, geminis, nec hispidis.

94. F. *montana Burm.;* foliis oblongis repando-serratis, fructu minimo. *Burm. Fl. ind.* p. 226. *Vahl Enum.* II. p. 198.

In *Ind. orient.* ♄.

c. *Foliis angulatis sinuatisque.*

95. F. *Sycomorus Lam.;* foliis cordatis ovalibus obtuse angulosis repandis utrinque glabris. *Lam. Enc. meth.* II. p. 492. *Vahl Enum.* II. p. 198. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1133. *Loureiro Cochinch.* II. p. 816. *Plukn. phyt.* 178. f. 3. Ficus cypria *Rauwolf it.* t. 57. *Bauh. Hist.* I. p. 124. f. 1. 2.

Folia petiolata basi sinu parvo, medio latiora, obtusa, nervosa, obsolete simpliciter venosa. Fructificatio in ramis majoribus, ramulis vel pedunculis propriis tortuosis aggregatis. Fructus figurâ Caricae, pollic., umbilico stellato. In *Aegypto.* ♄. Varietatem trilobam lobis rotundatis margine undulatis, supra rudibus, subtus flavescentibus lanuginosis nutrit *Dumont-Courset.*

96. F. *rhomboïdalis Vahl;* foliis oblongis subrhomboidalibusque venosis, fructibus pedunculatis globosis villosulis. *Vahl Enum.* II. p. 199.

Rami teretes crassi ramulosi glabri cortice cinereo. Folia petiolata sparsa pallide viridia, integerrima utrinque glabrata, basi acuta, medio saepe utrinque angulo prominente. Fructus axillares solitarii magnitudine pisi, umbilicati. In *Indiâ orientali. Rottler.* ♄.

97. F. *reticulata Thunb.;* foliis ellipticis subangulatis cuspidatis glabris subtus reticulatis fructibus globosis solita-

riis petiolatis. *Thunb. Fic.* p. 12. *Vahl Enum.* II. p. 199. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1153.

Rami teretes rugosi purpurei glabri; folia obovata, inferne attenuata, margine reflexa, palmaria. Petioli semiteretes, vix unguiculares. Fructus axillares pedunculati globosi glabri piso majores. In *Indiâ orientali.* ♄.

98. F. *Sur Forsk.*; foliis lanceolatis repandis glaberrimis basi subcordatis. *Forsk. descr.* p. 180. *Vahl Enum.* II. p. 199.

Arbor *Sycomoro* similis; rami apice villosi. Folia latiusculo-lanceolata, subcoriacea, laevia; petiolus subtus villosus, stipulae villosae; fructus prope truncum conferti, ovi columbini magnitudine. In *Arabiâ.* ♄.

99. F. *aspera Forst.*; foliis oblique cordato-oblongis glabris acuminatis subtus asperis, fructibus turbinatis, calycis margine obsoleto adnato. *Vahl Enum.* II. p. 200. *Forst. pl. escul. austr.* p. 36. n. 7. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1150.

Rami teretes flexuosi apice villosi angulati; folia petiolata spithamaea supra minus scabra, integerrima. *Vahl.* Fructus villosus. Petioli villosi gemini axillares sessiles magnitudine Caricae. In *Tannâ.* ♄.

100. F. *sinuata Thunb.*; foliis ellipticis sinuato-dentatis cuspidatis glabris, fructibus globosis aggregatis pedunculatis. (?) *Thunb. Fic.* p. 12. *Vahl Enum.* II. p. 200. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1152.

Rami teretes glabri. Folia obovata, margine reflexo, subtus reticulata, palmaria. Fructus in ramulis sparsi sessiles (in definitione pedunculati!) globosi nodulosi *pipere* vix majores glabri. In *Indiâ orientali.* ♄.

101. F. *rostrata Lam.*; foliis ovato-oblongis difformiter repandis rostrato-acuminatis glabris, fructibus sessilibus. *Lam. Enc. meth.* II. p. 498. *Vahl Enum.* II. p. 200.

Rami tenues teretes glabri; folia 3-4pollic., in acumen pollicare angustum desinentia, versus apicem pollicem lata, altero latere subito breviora cum margine angusto ad costam in acumen excurrentia, subinde medio sinuata, supra nitida. Fructus sessiles aggregati, magnitudine *piperis*, glabri. Petiolus semiunguicularis. In *Javâ. Commerson.* ♄.

102. F. *difformis Lam.*; foliis oblongis acutis scabris difformibus subangulatis sinuosis profundeque laciniatis. *Lam. Enc. meth.* II. p. 500. *F. indica sylvestris Raj. Hist.* III. app. p. 50. n. 12.

Folia formâ et magnitudine diversissima. Ficus sphaericae rubentes. Folia ob asperitatem ligneo suppellectili perpoliendo deservit. *Camelli* l. c. ap. *Raj.* an F. *politoria?* In *Philippinis.* ♄.

2. *Foliis divisis.*

103. F. *palmata Forsk.*; foliis cordato-ovatis lobatisque serratis, fructibus pyriformibus pedunculatis glabris. *Vahl Symb. bot.* I. p. 84. t. 24. *Enum.* II. p. 201. *Forsk. descr.* p. 179.

Rami teretes glabri; folia petiolata, 2-3loba, utrinque scabra, subtus venis purpurascentibus, bipollicaria; lobi ovati, acuti. Petiolus folio duplo brevior. Fructus solitarius piso parum major. Pedunculus longitudine fructus, medio bracteae binae, oppositae minutae. In *Arabiâ*. ♄.

104. F. *hirta Vahl*; foliis cordatis oblongis indivisis trilobisque serrulatis, supra laevibus, fructibus sessilibus hispidis. *Vahl Enum.* II. p. 201.

Rami teretes lineis elevatis remotis superne scabri. Folia distantia, basi subcordata, extrorsum trifida, laciniis lanceolatis, lateralibus brevioribus et dimidio angustioribus, nervis hirsuta, caeterum glabra. Petioli 1 1/2pollic. hirti. Fructus solitarius magnitudine pisi. *Vahl.* Aliud specimen e *Java*: foliis divisis et indivisis, lobo intermedio ovato, supra villosulis. Fructus duplo majores 2-3 in axillis. In *Chinâ*. ♄.

105. F. *truncata Vahl*; foliis oblongis indivisis lobatisque integerrimis scabris, fructibus pedunculatis oblongis, truncatis. *Vahl Symb. bot.* I. p. 83. *Enum.* II. p. 201. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1132.

Rami angulati glabri laeves. Folia integra, et 3-5loba, supra nitida, 2pollicaria. Lobi oblongi, laterales obtusi. Petiolus brevis rugosus, supra canaliculatus. Fructus e punctis minutis scabriusculus, apice eminentiâ truncatâ. In *Indiâ orient.* ♄.

106. F. *serrata Vahl*; foliis oblongis indivisis palmatisque, repando-dentatis, scabris; fructibus brevissime pedunculatis globosis villosis scaberrimis. *Vahl Symb. bot.* I. p. 83. *Enum.* II. p. 202. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1132.

Rami superne, uti folia juniora, punctis minutissimis numerosis scaberrimi. Folia petiolata opaca, basi integerrima acuta. Fructus magnitudine fere nucis Avellanae. In *Arabiâ*. ♄.

107. F. *denticulata Vahl*; foliis oblongis indivisis trilobis sinuatisque denticulatis scabris; fructibus pedunculatis globosis muricatis. *Symb. bot.* I. p. 83. *Enum.* p. 202. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1132. *Hort. Kew.* ed. 2. V. p. 483. (eandem esse cum Ficu *aquaticâ*.)

Rami superne angulati pilosi. Folia petiolata superne 2-3loba, versus basin integerrima, saepe altero latere vix ad medium folii dentata, 2pollicaria et ultra. Petiolus brevissimus villosus. Fructus glaber piso parum major, verrucâ truncatâ terminatus. In *Indiâ orient.* *Koenig.* ♄.

108. * F. *toxicaria;* foliis cordatis inciso-lobatis denticulatis subtus albis, fructibus pedunculatis tomentosis. *Vahl Enum.* II. p. 205. *Thunb. Fic.* n. 27. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1151. F. *Padana Burm. ind.* 226.

Rami teretes glabri ferruginei. Folia ovata acuta sinuata angulata, supra villosa, subtus alba, spithamaea et ultra. Petioli tomentosi. Fructus pedunculati ovati magnitudine pruni. *Thunb.* — Venenatissima fertur. In *Sumatrae pago Padano.* ♄.

109. * F. *heterophylla;* foliis oblongis indivisis incisisque acutis scabris, caule hispido, fructu pedunculato glabro. *Vahl Enum.* II. p. 202. et hoc teste *Linn. Suppl.* 442. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1133. quoad hoc synonymon: sed citat simul ad *heterophyllam* suam F. *aquaticam König*, et *Walli teregam Rheede mal.* III. t. 62., quam cl. *Vahl* ad F. *rufescentem* ducit; hinc dubium, quo *Willdenowii* F. *heterophylla* pertineat.)

Rami tenues, scabri, apice pilosi incani. Folia petiolata, oblongo-lanceolata, basi subovatâ, acuminatâ, integerrimâ, interdum apice obscure serratâ, e punctis minutis elevatis scaberrimâ. Fructus subrotundus, piso parum major, laevis. *Vahl.* In *Indiâ orientali prope rivulos.*

110. F. *cannabina Loureir.;* foliis caulinis hastatis incisis, rameis ovato-lanceolatis subserratis, caule suberecto. *Lour. Fl. coch.* II. p. 668. *Vahl Enum.* II. 2. p. 205. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1150.

Frutex 6ped., ramis glabris; folia scaberrima petiolata; fructus ovali turbinatus; pedunculi solitarii longi laterales; cal. trifidus. *Lour.* In *Cochinchinâ.* ♄.

111. F. *repens;* * foliis cordatis denticulatis utrinque scabris, receptaculis clavatis pedunculatis calyculatis axillaribus solitariis. *Willd. act. amic. nat. cur. berol.* IV. p. 208.

Caulis suffruticosus, rufescens; foliis alternis petiolatis acutis, repandis, subtus venosis; umbilicus fructus pertusus. In *Indiâ orientali.* ♄.

112. F. *rufescens Lam.;* foliis ovato-oblongis subdenticulatis indivisis lobatisque scabris, ramis petiolis fructibusque subpedunculatis hispidis. *Lam. Enc. meth.* II. p. 499. *Vahl Enum.* II. p. 203. F. *heterophylla Lam.*

* An haec species eadem cum F. *repente Roxburgh*, foliis cordatis ovatis acutis serratis basi inaequalibus, supra scabris subtus hirtis, caule repente, receptaculis clavatis pedunculatis calyculatis. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1149. Rami subangulati; folia ovata 1 1/2 pollic. serrata, basi profunde inaequaliter cordata, apice acuta. Receptacula longe pedunculata axillaria solitaria, obovata basi valde attenuata, fabae magnitudine, scabra. In *Indiâ orientali.* ♄.

Folia 5 pollices longa, 2 pollic. lata, integra, 3-4lobave, oblonga vel lanceolata. Fructus axillares, brevissime pedunculati, villis rufescentibus. *Lam.* In *Indiâ orient.* ♄.

113. F. *morifolia Vahl;* foliis tripartitis scaberrimis, laciniis laciniatis subpinnatifido-angulatis. *Vahl Enum.* II. p. 203.

Rami tenues vix scabri, superne villosuli; folia petiolata, basi obtusa, trinervia, utrinque glabra, supra oculo armato albo-membranaceo-squamulosa, laciniis angustatis, attenuatis. In *Ind. orient.* ♄.

114. F. *simplicissima Lour.;* foliis palmatis, caule simplicissimo, fructu compresso. *Lour. Fl. coch.* II. p. 667. *Vahl Enum.* II. p. 203. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1132.

Frutex 5pedal., erectus, ramis nullis. Folia aspera magna petiolata. Fructus sphaeroideus sessilis axillaris solitarius parvus croceus. *Lour.* In *sylvis Cochinchinae.* ♄.

115. * F. *Carica;* foliis trilobis scabris, fructibus turbinatis umbilicatis laevibus. *Thunb. Diss. de Ficu.* n. 26. *Vahl Enum.* II. p. 204. *Willd. Spec.* IV. 2. p. 1131. *Kniphof Cent.* II. n. 25. *Mill. illustr. Syst. Linn. tab.* C. *Trew-Ehret* p. 37. t. 73. 74. *Decand. Fl. fr.* n. 2128. *Desfont. Hist. des arbr. et arbr.* II. p. 410. *Loureiro Fl. cochinch.* II. p. 816. F. *communis Lam.* β. F. *humilis* C. *Bauh. Pin.* p. 457.

Varietates plurimae coluntur colòre, figurâ, magnitudine fructuum diversae. * Icones trium exhibuit *du Hamel arb. fruit.* t. 1 et 2. Cf. quoque *Loiseleur Deslongchamps* in *Desvaux Journ.* II. p. 238. In *Europa australi, Asia, Africa.* In *Pyrenaeis orientalibus, in fissuris rupium à Prades, au bois de la Pesouil. La Peyr.* ♄.

* *Varietates* sequentes enumerat *Lamarck Enc. meth.* II. p. 490.

I. *In Europa media maturescentes.* — α. F. *sativa fructu globoso albo mellifluo. Tournef.* 662. *La grosse blanche ronde.* Folia magna, parum incisa; fructus magni, apice incrassati, basi attenuati, cute levi pallide virente, pallida, albida. Bifera. — β. F. *sativa fructu parvo fusco intus rubente. Tournef.* 662. *L'Angélique ou la Mélette.* Folia minora, minus incisa quam in α, longiora quam lata, saepe subtriloba tantum; petioli breviores; fructus magis elongati, minus torosi, cute flavâ viridi variâ; caro fulva rubescens. — γ. F. *sativa, fructu violaceo longo intus rubente. Tournef.* 662. *Duham. arb.* I. p. 236. t. 99. *La Violette ou Pourpre commune.* Folia minora quam in praecedentibus α-β. profunde 5loba, lobis subincisis dentibus crenisve inaequalibus; folia aeque lata quam longa, 5-6 poll., petioli 2-3 poll. Huc: *a. F. sativa fructu parvo globoso violaceo intus rubente.* Fructus diameter 18-20 lineas.; caro rubra, praecipue centro; *b.* ut in γ. *Figue-poire, Figue de Bordeaux,* 32 lin., 22 in diametro. Cutis saepe rubro-fusca, subtus pallida. Caro fulva rubescens.

149. ROTALA.

1. * R. *verticillata*; *Vahl Enum.* II. p. 26. *Willd. Spec.* I. p. 189. *Rheede* IX. t. 81.

Facie AMMANIAE, tota glabra, digitalis vel palmaris, simplicissima, ramo uno alterove filiformi tetragono. Folia sessilia, patentia,

II. *In Europa meridionali maturescentes.* — δ. F. sativa fructu praecoci subrotundo albido striato intus roseo. *Tournef.* 662. *Garidel hist.* p. 174. *La Cordelière* ou *Serpentine. Figues-Fleurs.* — ε. *F. sativa fructu oblongo albo mellifluo. Tournef.* 662. *Garid. hist.* 174. *La grosse Blanche longue.* Subvarietas varietatis α. Fructus sulcatus punctis albis; cutis dura. Bifera. — ζ. F. sativa fructu parvo serotino albido intus roseo mellifluo cute lacerâ. *Tournef.* 662. *Garidel. hist.* 176. *La marseilloise.* Omnium fragrantissima. — η. *F. sativa fructu globoso albido omnium minimo. Tournef.* 662. *Garid. hist.* 176. *La petite blanche ronde, Figue de Lipari.* Fructus pileatus mellifluus. — ϑ. *F. sativa fructu viridi longo pediculo insidente. Tournef.* 662. *Garid. hist.* 175. *La verte. Trompe-cassaire.* Fructus intus sanguineus. *Ischia verte Mill. var.* 8. — ι. F. sativa fructu flavescente intus suave rubente. *Tournef.* 662. *Garid.* p. 175. *La grosse jaune Rosier.* Fructus oblongus primum albidus, demum flavescens, omnium maximus, 4-5 unciarum. *Grosse blanche de Gênes Mill.* n. 4. — κ. *F. sativa fructu majore violaceo cute lacerâ. Tournef.* 662. *Garid.* 175. *La grosse violette longue* ou *Aulique.* Forma SOLANI *Melongenae*, pruinâ tecta; caro sanguinea. *Figue noire de Gênes Mill.* n. 2. — λ. *F. sativa fructu minori violaceo cute lacerâ. Tournef.* 662. *Garid.* 176. *La petite violette.* Nonnisi magnitudine diversa a praecedente. — μ. *F. sativa fructu atro rubente polline caesio aspersa Tournef.* 663. *Garid.* 176. *La grosse Bourjassote.* Fructus sphaericus antice depressus, cute durâ, carne rubrâ. — ν. F. sativa fructu globoso atro-rubente intus purpureo cute firmâ. *Tournef.* 663. *Garid.* 176. *La petite Bourjassote.* Apice magis depressa, minus deliciosa. — ξ. *F. sativa fructu rotundo minore atro purpureo cortice tenui. Garid.* 176. *La Mouissonne.* — ο. F. sativa, fructu parvo spadiceo, intus dilute rubente. *Garid.* 175. Communis. — π. *F. sativa, fructu rotundo albo, mollis et insipidi saporis. Garid.* 176. *La Grassane.* Fors: *Ficus sativa fructu praecoci albido fugaci. Tournef.* p. 662. — ρ. *F. sativa fructu magno rotundo depresso spadiceo circa umbilicum dehiscente, intus suave rubente. Garid.* 177. *La rousse.* Extus fusco-rubella, intus amoene rubra. — σ. F. sativa fructu oblongo dilute atro rubente mellifluo intus albo. *Garid.* 177. *Le cul de mulet.* — τ. F. sativa, fructu parvo, basi rotundo, circa pediculum acuminato, atroviridi, intus rubente, et delicati atque exquisiti saporis. *Garid.* 177. *La verte-brune.* — υ. *F. sativa autumnalis, fructu magno oblongo obscure violaceo. Garid.* 177. *Figue du St. Esprit.* Aquosa insipida. — φ. *F. orientalis, foliis laciniatis, fructu maximo albo. Duham. arb.* I. p. 236. n. 7. Omnium deliciosissima.

verticillato-quaterna, sena, unguicularia, linearia. Flores axillares, verticillati, quaterni, sessiles, parvi. In *Ind. orient. Koenig.* ☉.

150. BOLDOA.

1. B. *purpurascens Cavan.*; herbacea glabra, floribus glomeratis 3-4-andris. *Cavan. H. R. Madrit.* t. 7. *Lagasc. gen.* et *spec. nov. diagn.* p. 10. n. 128.

In *Cuba legit Boldo.*

2. B. *ovatifolia Lagasc.*; fruticosa pubescens, foliis ovatis triplinervibus integerrimis, floribus triandris. *Lagasc. diagn.* n. 129.

In *nova Hispania.* ♄.

3. B. *lanceolata Lagasc.*; foliis lanceolatis subtomentosis, caule fruticoso. *Lagasc. nov. gen.* et *spec. diagn.* p. 10. n. 130. Salpianthus *arenarius Humb.* et *Bonpl. plant. aequinoct.* I. p. 154. t. 44.

Frutex sarmentosus, viscosus, graveolens, caule et ramis alternis glabris, coloratis, teretibus; ramulis pubescentibus, foliosis. Folia alterna, ovato-lanceolata, basi in petiolum attenuata, utrinque acuta, margine rubra, integerrima, juniora sericea. Petioli interne sulcati, foliis multo breviores. Flores rubri, corymbosi; corymbo terminali, diffuso, pedunculis pubescentibus, coloratis. In *arenosis maritimis ad Acapulcum Humb. et Bonpl.*; *in nova Hispania* Nec. ♄.

151. ORTEGIA.

1. * O. *hispanica*; caule ramoso, ramis ramulisque oppositis, pedunculis multifloris. *Vahl Enum.* II. p. 25. *Willd. Spec.* I. p. 190. *Cavanill. ic.* p. 35. I. t. 47.

Erecta, spithamaea vel pedalis, caule a basi ad apicem ramoso, quadrangulari, geniculis incrassatis, scabriusculo, ut folia erecta, semipollicaria, linearia; flores conferti in corymbis dichotomis. Bracteae minimae, oppositae ad singulam dichotomiam. *Löffl.*, qui tamen flores verticillatos et caulem simplicem in definitione dicit. *Cavanilles* flores axillares solitarios dicit. In *Castiliâ*, *Baeticâ*, *Barbariâ*. ♃.

2. * O. *dichotoma*; ramis floriferis dichotomis, floribus solitariis. *Vahl Enum.* II. p. 25. *Willd. Spec.* I. p. 190. *Allioni stirp. pedemont.* (in *Act. Taurin.* III. p. 176.) t. IV. f. 1. *Flor. franç.* IV. n. 4376.

Polycarpo maxime affinis, statura Galii; caules tenues, striati, angulati, glabri (*Vahl*) scabriusculi geniculis incrassatis (*Linn.*). Folia linearia, unguicularia, remota, glabra (*Vahl*) dorso minime glabra (*Linn.*) Stipulae utrinque inter foliorum oppositiones setaceae, basi crassiusculâ coloratae. Rami alterni, oppositi (*Vahl*). Flores in dichotomiâ et in ultimis ramis ses-

siles (*Vahl*) brevissime pedunculati (*Linn.*), Stigmata tria distincta, oblonga, pubescentia. In *regione Pedemontanâ prope Giaveno.* ♃.

152. POLYCNEMUM.

1. * P. *arvense;* foliis subulato-prismaticis apice spinulosis. *Vahl Enum.* II. p. 23. *Willd. Spec.* I. p. 192. *Marsch. a Bieberst.* in *act. mosq.* I. p. 150. n. 1. *Flor. taur. cauc.* p. 190. *Hall. Helv.* n. 1570. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 97. et, *hoc teste*, α-caule erecto. *Jacq. austr.* p. 34. IV. t. 365. fig. inferior. *Hoppe bot. Taschenb.* 91. t. 1. β. POLYCNEMUM *inundatum Hoppe* l. c. t. 2. *Jacq.* l. c. fig. superior. P. *viaticum Pall. ill. pl. imp. cognit.* p. 57.

Rad. tenuis. Caulis a basi ramosus teretiusculus undique foliosus purpurascens, in α erectus, 2-3pollicaris, minus ramosus; in β procumbens, ramosissimus, diffusus, 1-1 1/2pollicaris. Folia sparsa, carinata, cuspide albâ. Flores axillares sessiles, 1-raro 2, inclusi bracteis 2-3 membranaceis albis aristatis. Foliola calycina subaequalia acuminata bracteis minora et concolora. Petala 5. Utriculus membranaceus tenuissimus, rudimento styli bifidi. Semen lenticulare punctatum. Variat pro soli diversitate foliis plus minus rigidis, brevioribus longioribusve, superficie caulis glabrâ et subtomentosâ, et numero staminum palearumque. POLYCNEMUM *triandrum Schrank Hoppe Taschenb.* p. 199 certe hujus loci. In *Germaniae et Europae meridionalis et orientalis ad Volgam usque arenosis sterilibus, β in humidioribus.* ☉.

2. P. *recurvum Lois.;* foliis subulatis sparsis patulis distinctis subrecurvis, calycibus capsulam subaequantibus. *Lois. de Longch. Notice* p. 151.

Caulis prostratus, ramosus. Calyces axillares, sessiles. Differt ab *arvensi* partibus omnibus minoribus, foliis magis distantibus, minus rigidis, nec capsulis basi a foliis non tectis. In *Galliâ et in Helvetiâ circa Octodunum Thomas. Gaud. Fl. Helv. Ms.* ☉.

3. P. *erinaceum Pall.;* perenne, cespitosum, sempervirens, foliis ternatis carinatis subspinosis, floribus terminalibus. *Pall. ill. plant. imp. cogn.* F. IV. t. 48.

An CAMPHOROSMA *acuta Linn. Syst.* I. p. 348? quaerit *Pallas.* Subcamphorata. Rad. calami cygnei crassitie tortuosa, lignea, extus suberosa. Rami numerosi, ramosissimi, brevissimi, conferti, cespitantes in tuber semisphaeroideum, summitatibus hornotinis vix 1-2 lineas longis. Folium extremum majus. Flos intra folia interiora stipularia inconspicuus, compositus paleis 6 membranaceis acuminatis conniventibus in formam gemmae minimae acuminatae. Stam. persistentia 6, paleas aequantia. Germen ovatum attenuatum in stylum rigidum, filamenta aequan-

tem. *Pall.* In aridis montium circa Orenburg et Orskaja cum Camphorosma *maximâ*, cui similis. In *Tjuk-Naragan Sibiriae*, *in desertis Kirgiso-Songaricis.* ♃.

4. P. *monandrum Pall.*; annuum erectum incanum, ramis alternis, foliis filiformibus muticis. *Pall. illustr. plant. imperf. cogn.* t. 49. *it.* I. *app.* p. 483. n. 94. D. f. 1. *Vahl Enum* II. p. 23. *Willd. Spec.* I. p. 192. Salsola *Gmel. Flor. Sib.* III. t. 17. f. 2.

Exsucca insipida spithamaea vel pedalis, stricta. Rad. sublignosa. Caules interdum plures, teretes, rigidiusculi, subdivisi, ab imo ad summum foliis et ramulis, subflexuosis, floriferis. Folia acuta, tomentoso-canescentia, in imo caule plura, sed marcescentia, floralia lanceolata, basi latiusculo-concavâ, strigis 2 viridibus. Flores alterni, crebri, intra folium vaginale, basi excavatum, et stipantia 2 foliola breviora carinata inclusi, paleacei: paleis 3 concavis, membranaceis, acuminatis, 2 latioribus, unâ lanceolatâ angustiore. Filamentum unicum paleas aequans, antherâ fugaci. Styli 2 setacei corollâ longiores. Maturo semine lenticulari bicorni ramuli et folia magis divaricata rigent. Corculum spirale. In *aridis subsalsuginosis deserti Caspici*, *ad Volgam et Rhymnum.* ⊙ *Pallas.* ♃ *Vahl.*

5. P. *salsum Vahl*; triandrum annuum erecto-divaricatum ramis oppositis alterne ramulosis, foliis elongatis filiformibus muticis. *Pallas. Vahl Enum.* II. p. 23. *Willd. Spec.* I. p. 192. *M. a Bieberst. act. mosq.* I. p. 153. n. 5. *Fl. t. cauc.* p. 192. P. *Volvox Pall. ill. plant.* t. 50. *Ejusd.* P. *triandrum it.* I. app. t. D. f. 2. t. E. f. 1. Anabasis *triandra Marsch. casp.* p. 154. app. n. 27.

Saepe cubitalis, ramosissima, ramis in globi formam divaricatis; in sterilibus spithamaea et minor, hispidior, ramis brevioribus, minus divisis, foliis floralibus magis congestis. Rad. lignescens rigida simplicissima. Caulis teres, leviusculus rigens subgeniculatus, pallidus vel rubicundus, ramis cruciatim oppositis, ramulis alternis (villosum *M. a Bieberst.*). Folia ad ramificationes glauca, ut ipsi rami pilis prostratis, succulenta, ad truncum saepe bipollicares et ultra. Flores inter bracteas binas scaphoïdeas, vaginantes, minuti, paleacei, paleis 3 membranaceis lanceolatis (petala 5 *M. a Bieberst.*). Antherae tres fulvae exsertae. Stylus bifidus, germen quasi calyptratum paleis floralibus, circa stylum conniventibus. Semen orbiculato-compressum, corculo spirali multoties convoluto. In *australibus Rossiae et planitie caspicâ in subsalsis nitrosis arenosis aridissimis*, *in toto deserto Tatarico.* Recens gustu subsalsa. ⊙ *Pall.* ♃ *Vahl.*

6. P. *sibiricum Pall.*; annuum pentandrum erectum tomentosum glaucum, foliis amplexicaulibus ramisque oppositis apice confertim floriferis, elongatis. *Pall. ill. plant. imperf. cogn.* t. 51. Salsola *oppositifolia Pall. it.* II. p. 477. Camphorata *Gmel. Fl. Sib.* p. 118. n. 93. t. 23. f. 1.

Stricta, pedalis, molliuscula; rad. brevis, pallida. Caulis teres glaber, pallidus; rami opposite subdivisi; folia filiformi-teretia acutiuscula subcarnosa, pilis brevissimis subtomentosa, glauca, in extremis ramulis conferta, ut quasi spicae 5-6-8florae. Flores ex alis terni, bracteis ternis minimis apice reflexis, paleis 5 tenuissimis albidis linearibus. Stamina duplo longiora, antheris primum flavis, dein rubris. Stylus bifidus, paleis longior. In *planis salsuginosis ad Irtin, à Samyscheva ad Semipalatnajam et altioris Sibiriae.* ⊙.

7. P. *oppositifolium Vahl;* annuum pentandrum opposite ramosum glaucum, foliis semicylindricis carnosis, floribus axillaribus confertis. *Pall. Vahl Enum.* II. p. 25. *Willd. Spec.* I. p. 193. *Pall. it. app.* n. 96. T. E. f. 2. P. *brachiatum Pall. ill. pl. imp.* t. 52.

Erecta, 1 1/2-2pedalis, rarius subdodrantalis. Rad. brevis tenax. Caulis erectus, gracilis teres rigens pallidus rubro-inquinatus geniculatus, ramis basi rubentibus geniculo velut condylo inarticulatis. Folia glauca, subacinaciformia, supra biangulata, cavato-planiuscula, lateribus compressa in carinam argutam, apice subacuta cuneiformi-compressa: glaucor a pilis appressis! Flores in extremis ramulis oppositi, ad foliorum alas conferti inter bracteas 2 alares, paleis 5 membranaceis exilibus acutis conniventibus. Antherae 5 arcuatae, basi et apice conglutinatae, pallide flavae, demum fulvae. Stylus 2-3fidus. Crescente germine paleae instar calyptrae secedunt. Semen lentiforme viride, spiraliter convolutum. In *deserto caspico et tatarico australiore usque ad Irtin in salsuginosis aquosis, etiam in Chersoneso tauricà et circa mare nigrum.* A simili SALSOLA *brachiatà* differt pilis appressis. Admodum salsa. ⊙. *

8. P. *glaucum Pall.;* pentandrum prostratum ramosissimum glaucum, foliis creberrimis tereti-compressis. *Pall. ill. plant. imp. cogn.* t. 53. 54.

* Mirum, cl. *Marsch. a Bieberst.* POLYCNEMUM *oppositifolium Pall. it.* I. p. 484. n. 96. t. E. f. 2. *Willd.* I. p. 193. separare in *Flord taur. cauc.* p. 191. et *Act. mosq.* I. p. 151. n. 2. a P. *brachiato Pall.*, quum ipsissimus *Pallas* in *illustr.* t. 52. p. 62 utrumque pro uno eodemque habeat. Ad P. *oppositifolium* citat cl. *Bieberst.* in *Fl. cauc.* p. 191., praeter synonyma allata: *Buxb.* C. I. t. 31. f. 1., de quo *Pallas* silet; dein: P. *alternifolium Pall. ind. taur.* de quo *Pallas* aeque tacet; et adhuc: ANABASIS *oppositifolia Marsch. casp.* p. 154. app. n. 128.; ad P. vero *brachiatum*, praeter *Pallasii* nomen, synonymiam nullam adducit. POLYCN. *oppositifolium* in *act. mosq.* et in *Flor. taur. cauc.* sic definit: „pentandrum dipetalum, pubescens, foliis semiteretibus obtusis, imis oppositis;" P. *brachiatum* vero *act. mosq.* p. 153. *Flor.* 192. „triandrum, pentapetalum pubescens, ramificationibus foliisque semiteretibus omnibus oppositis." *Illud in salsis depressis aquâ marinâ aliquando inundatis florere Jul. Aug.; hoc, in sterilibus salsis et subsalsis Tauriae et ad Caucasum autumno.*

Rad. vix digitalis, rigida, alba. Caules procumbenti-ascendentes, rigiduli, rubicundi, laevigati, a basi ad apicem ramosissimi, ramis ramulosis, ramulis simplicibus aut divisis spicatis. Folia mucrone brevissimo, pilis distinctis, appressis. Flores minimi inter foliola 2 minora, in alâ tertii majoris. *Cal.* membranaceus, quinquefidus, tubulosus, paleis acuminatis. Antherae primum flavae, dein rubrae, apice in formam coronae connatae. Styli 2 setacei, subglandulosi. In *limoso-salsuginosis circa lacus salsos deserti Caspii, ad vias a Sarpa usque versus Astrachaniam.* Salsa.

9. P. *crassifolium Pall.*; pentandrum annuum ramosissimum assurgens glabrum, foliis carnosis cylindricis, floralibus ovatis. *Pall. ill. pl. imp. cogn.* t. 55.

Spithamaca et sesquipollicaris, succulenta instar *Mesembryanthemi.* Rad. rigida, simplex. Caulis a basi alternatim ramosus, erectus, glaber, purpurascens, ramis virgatis, ramulis florentibus nutantibus. Folia glabra, obtusa. Flores in extremis ramulis subspicati, axillares, inclusi bracteis 2 scaphoideis obtusis. Antherae rubrae arcuatae utroque apice connatae, filamenta basi sagittato-bifurcâ. Stylus simplex. Germen calyptratum paleis floralibus ternis, semen minusculum, ovale, duriusculum. *Frequentissimum in salsuginosis aridis deserti caspici, praesertim circa Astrachan, et in inferiore Rhymni.* Admodum salsum.

10. P. *sclerospermum Pall.*; foliis teretibus carnosis, subulato-mucronatis; infimis oppositis floribus *diandris*. *Pall. it.* III. *app.* n. 84. t. M. f. 3. Ee. *Ejusd. ill. pl. imp. cogn.* t. 56. ubi: triandrum, ramosissimum patulum definitur. *Vahl Enum.* II. p. 24. *Willd. Spec.* I. p. 192. *Buxb. Cent.* I. t. 17. f. 2. teste *Pallas*, et teste *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* C. V. t. 58., prior ad sequentem.

Rad. simplicissima, rigida, caule tenuior, pallida. Stirps digitalis vel spithamaca, ramis alternis undique rigentibus, ad divisuras fragilissimis, cum ramis, ut in Salicorniis, carnosa, glauco-virens. Folia crassitie caulis et ramorum, basi depressiuscula, dilatato-amplexantia (glabra! *M. a Bieberst.*); floralia ternata, subaequalia. Flos raro gemellus, paleis 5, extimis ventricosis, arcte conniventibus, lignoso succulentis, mucrone paleaceo spinescente subhirsuto. Stam. 3 exilia (5 *Marsch. a Bieberst.*). Stylus bifidus. Paleae exteriores circa semen valde tumescunt, et in ligneam substantiam durantur. *Copiose circa Astrachan et in Caspii littoribus elatis usque ad Rhymni ostia, et circa lacum salsum Elton.* ⊙ *Pall.*

11. P. *malacophyllum M. a Bieberst.*; pentandrum quinquepetalum pilosum, foliis semiteretibus obtusis, florum capitellis clavatis, axillaribus pedunculatis. *M. a Bieberst. act. mosq.* I. p. 152. n. 4. *Fl. taur. cauc.* p. 192. et, hoc teste: *Buxb.* C. I. p. 11. t. 17. f. 2.

In *planitiebus ad Cyrum fluvium.* ⊙.

12. P. *juniperinum M. a Bieberst.;* pentandrum pentapetalum, foliis subulatis pungentibus imbricatis, caule suffruticoso ramosissimo diffuso. *Marsch. a Bieberst. Mem. de l. S. des Natural. à Moscou.* T. I. p. 153.

In *Sibiriâ alteriore.* ♄.

153. LOEFFLINGIA.

1. * L. *hispanica;* floribus classis et ordinis. *Act. holm.* 1758. t. 1. f. 1. *Loeffling it.* t. 1. f. 1. (icon plane eadem, quae in *act. holm.*) *Vahl Enum.* II. p. 24. *Willd. Spec.* I. p. 191. *Cav. ic.* I. p. 64. t. 94.

Digitalis et ultra, viscosa, tenuissime pubescens. Folia semiunguicularia, inferiora linearia, basi parum latiora, utrinque denticulo acuto brevissimo, mucrone brevi, superioribus subulatis, denticulis in medio folii. Flores axillares conferti sessiles in spicis lateralibus unguicularibus imbricatis. Calyces apice et lateribus spinulâ flavescente. Facies SCLERANTHI. In *Hispaniae collibus apricis et Tingide.* ⊙.

2. L. *pentandra;* floribus pentandris trigynis. *Vahl Enum.* II. p. 25. *Cavanill. ic.* II. p. 39. t. 148. f. 2.

Caules prostrati 2-3pollicares, villosi. Folia opposita subulata connata utrinque unidentata, brevia. Flores sessiles axillares, fasciculati. Calycis foliola ovata, 3 exteriora utrinque bidentata. Cor. alba. In *arenosis Mediterranei.* ⊙. *

3. L.? *renifolia Lag.?* pentandra: foliis orbiculato-reniformibus. *Lagasca gen.* et *spec. nov. Diagn.* p. 2.

In *nova Hispania. Sessé.*

154. WILLICHIA.

1. * W. *repens; Linn. Mant.* 558. *Vahl Enum.* II. p. 39. *Willd. Spec.* I. p. 189.

Caulis repens, filiformis, hirsutus subbipedalis; folia alterna, petiolata, orbiculata, subpeltata, hirsuta, subtus rubescentia. Petioli longissimi. Pedunculi axillares, gemini, uniflori, hirsuti, ut calyces. Flores parvi rosei. In *Mexico.* Praeter *Linnaeum* nemini visa. ⊙.

155. CALLISIA.

1. * C. *repens Loefl.;* foliis ovato-lanceolatis (?) sessilibus, caule procumbente, floribus axillaribus sessilibus. *Vahl Enum.* II. p. 180. *Willd. Spec.* I. p. 254. HAPALANTHUS *repens Jacq. am.* II. t. 11. *pict.* t. 14. β. C. *repens*

* LOEFFLINGIAM *indicam* vix hujus esse generis *Vahl.* Hinc ad PHARNACEUM retulimus. Quid sit LOEFFLINGIA *caspica Gmel. S. V.* I. p. 105., tota laevis, *Gmel. Sib. iter* III. p. 310. t. 35. f. 1. ignoramus.

β ciliata, foliis cordatis vaginantibus denticulato-ciliatis; vaginis subtrifloris. *Ruiz* et *Pav. Fl. peruv.* t. 73. f. B.

Caules repentes, filiformes, ramosi, glabri. Folia cordata. Vaginae caule ampliores, margine subciliatae. Flores 2 6 bracteis membranaceis interstincti. *β.* clo. *Poiret* species fors esse videtur, pro quâ et *Persoon* habet. In *Americae meridionalis udis depressis umbrosis*; *β ad urbem Huanei in Peru in fruticetis.* ♃.

2. C. *umbellulata Lam.*; umbellis lateralibus et terminalibus pedunculatis, caule superne pedunculisque villosis. *Lam. Ill.* t. 35. f. 2. *Vahl Enum.* II. p. 180.

Folia ovata, sublanceolata. Pedunculi setacei, bracteolâ unâ alterâve. Habitus COMMELINAE, flores *diandri.* In *Americâ meridionali. Richard.* ♃.

3. C. *ciliata H.* et *B.*; caule repente, foliis lanceolatis, sessilibus; vaginis inflatis, margine ciliatis; umbellis axillaribus, pedunculatis; pedunculis hinc pilosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gener.* et *spec.* I. p. 207.

Caulis adscendens, subpedalis. Folia complicata, margine cartilagineo-serrulata, glabra. Vaginae truncatae, diaphanae. Umbellae geminae, axillares et terminales, 7-13florae. Pedunculi subpollicares. Pedicelli brevissimi, glabri. Petala exteriora orbiculato-ovata, concava, membranacea, virescentia; interiora violacea, ovata, obtusa, concava, conniventia. Filamenta albido-violacea, apice fasciculo pilorum instructa. Germen subglobosum. Capsula trigona, trilocularis, polysperma. In *sylvaticis uliginosis regni Novogranatensis in ripa fluvii Magdalenae prope Guarumo.* ♃.

156. COMMELINA.

* *Floribus involucratis.*

1. C. *angustifolia Mich.*; foliis lineari-lanceolatis glabris, vaginis subciliatis, involucris cordatis conduplicatis. *Vahl Enum.* II. p. 165. *Mich. Fl. bor. am.* I. p. 24.

Similis sequenti, at folia angustiora, vaginae minus amplae; involucrum longius pedunculatum. Corollae, ut in sequente, subaequales, caerulescentes. *Vahl.* Sylvestris plerumque erecta, caulibus simpliciusculis, culta procumbens. Semina cylindracea. Accedit ad *Pluk.* synon. a *Linnaeo* ad C. *virginicam* relatum. In *campestribus Carolinae.*

2. C. *truncata Willd.*; corollis aequalibus, involucris cordatis erectis conduplicatis, basi truncatis ciliatis, vaginis laxis tenuissime ciliatis, foliis lanceolatis acuminatis basi attenuatis. *Willd. Suppl. Enum. H. Berol.* I. p. 5. C. *angustifolia?*

3. C. *dianthifolia Decand.*; petalis (laciniis corollae) subaequalibus, foliis lineari-lanceolatis glabris, vaginis cilia-

tis, involucris longe pedunculatis, cordato-lanceolatis, basi conduplicatis. *Redouté Liliac.* VII. t. 390.

Rad. fasciculus tuberculorum fusiformium; caulis gracilis, debilis, erectus, ramosus, articulatus, 1 1/2-2pedalis, demum glabrescens; vaginae glabrae nervis violaceis, margine ciliatis; folia acuta, 3-6 pollices longa, 3 lineas lata, quinquenervia, tenuissime ciliata. Pedunculi glabri, 1 1/2-2pollicares, pedicellis 6-7. Laciniae corollae 3 exteriores virides, minimae; interiores caeruleae, subovato-rotundae, vel subtriangulares, obsoleto denticulatae. Filamenta antheraeque caeruleae: corpuscula vero flava. Ovarium ovatum, viride, triloculare. Semina grisea, tuberculato-muricata, 2 in loculis 2, 1 in altero. — Habitu cum C. *angustifoliâ* convenit, sed characteribus datis facile distinguenda. *Habitat?* ♃.

4. C. *longifolia Lam.;* foliis lineari-lanceolatis sessilibus glabris, vaginis subciliatis, involucris cucullatis turbinatis. *Lamarck Illustr.* I. p. 129. *Vahl Enum.* II. p. 165.

Caulis gracilis, glaber. Folia 2-3pollicaria, angusta, minus longa quam in C. *hirtellâ.* Vagina semipollicaris. Pedunculus terminalis solitarius brevissimus. Involucrum rare villosum, ope lentis margine membranaceum. Corollae subaequales. In *Javâ. Commerson.*

5. C. *longicaulis Jacq.;* foliis lineari-lanceolatis sessilibus subpilosis, involucris ovatis conduplicatis, caule repente. *Jacq. Coll.* III. p. 234. *Ic. rar.* II. t. 294. *Vahl Enum.* II. p. 165. *Willd. Spec.* I. p. 251.

Caules longissimi, ramosissimi, crassitie pennae columbinae, teretes. Folia tripollicaria, angustissima. Vagina ore ciliata. Pedunculi solitarii, semipollicares, erecti. Flores parvi, calycis foliola pallida. Petala coerulea subrotunda, subaequalia. *Ad rivulos et in humidis Caracas.* ♃.

6. C. *hirtella Vahl;* foliis lanceolatis petiolatis cauleque erecto pilosis conduplicatis, involucris lateralibus terminalibusque sessilibus. C. *longifolia Mich. Fl. amer. bor.* I. p. 23. *Vahl Enum.* II. p. 166.

Caulis bipedalis et ultra, scabriusculus, crassus. Folia quadripollicaria vel subsemipedalia, margine scabra, utrinque pilosa. Vaginae ferrugineo-ciliatae. Involucrum cordato-falcatum, vix semipollicare, coloratum, glabrum. Corollae caeruleae. Semina subelliptica, compressa. In *umbrosis sylvarum Virginiae et Carolinae.*

7. C. *nervosa Ruiz et Pav.;* foliis lanceolatis subpetiolatis glabris basi hirsutis, involucris cordatis, caule erecto. *Vahl Enum.* II. p. 166. *Fl. peruv.* I. p. 44.

Tripedalis. Folia erecta acuta supra nitida, utrinque glabra, decidua, nervis 16. Vaginae ore hirsutae. Involucrum multiflorum. Cor. purpureo-violacea, subaequalis. In *umbrosis Peruviae, circa Cuchero.*

8. * C. *virginica;* foliis lanceolatis subpetiolatis supra scabris, vaginis (ferrugineo-ciliatis) subpubescentibus, caule erecto simplici (involucris subcordatis, corollis subaequalibus). *Vahl Enum.* II. p. 167. *Willd. Spec.* I. p. 251. *Enum. H. Berol.* I. p. 69. Ephemerum phalangoides virginianum majus erectum. *Plukn. alm.* t. 174. f. 1.

Caules semipedales, laeves; vaginae ore pilis ferrugineis; involucrum subcordatum. Flores caerulei, petalis cordatis integerrimis, inferiore brevius pedicellato. In *Virginiâ.* ♃.

9. * C. *africana;* foliis lanceolatis sessilibus cauleque decumbente glabris, involucris cordatis, conduplicatis, (corollis inaequalibus). *Vahl Enum.* II. p. 167. *Willd. Spec.* I. p. 250. *Schmidel ic. et anal.* 113. t. 30. *Bot. Mag.* t. 1431. Comm. *lutea Mönch.* Hedwigia *africana Medicus act. palat.*

Caulis elongatus, ramosus, aphyllus. Folia 2-3pollicaria acuta, cum involucris glabra. Vaginae semipollicares, superne ciliatae. Pedunculi vix semipollicares. Involucrum interdum pollicare, minime reticulatum. Corollae flavae. In *regionibus Africae promont. b. spei adjacentibus.* ♃. C. *africana Redouté Liliac.* IV. t. 207. alia species videtur.

10. C. *fasciculata Ruiz* et *Pav.*; foliis lanceolatis, involucris cordatis, caule adscendente. *Vahl Enum.* II. p. 167. *Fl. peruv.* I. p. 44. t. 72. f. b.

Radicis tubera oblonga pendula lanuginosa; caulis striatus pilis deciduis. Folia subtus magis pubescentia villis deciduis, novemnervia. Pedicelli 2 villosi, alter longior 1-2florus, alter brevior crassior 4-5florus. Cal. albidus. Petala interiora coerulea aequalia, exteriora breviora albida. In *collibus et arvis Limae.* ♃.

11. C. *pilosula Rich.;* foliis lanceolatis, involucris ciliatis. *Vahl Enum.* II. p. 168. *Act. soc. h. nat. paris.* I. p. 106. C. *pilosa Pers. Syn.* I. p. 55.

Pumila, diffusa, vaginae ciliatae. In *Cayennâ.* Dubia. Adducitur in *Catal. h. pesth.* 1812.

12. C. *subulata Roth;* foliis linearibus subulatis, vaginis brevibus laxis, basi ciliatis, involucris cordatis conduplicatis brevissime mucronatis ciliatis subsessilibus, caule repente. *Roth nov. pl. spec.* MSS.

Differt a C. *attenuatâ Koenig*, sub cujus nomine ex Indiâ orientali accepi: 1. *Foliis* linearibus, subulatis. 2. *Vaginis* basi tantum ciliatis, apice scariosis. 3. *Involucris* cordatis, conduplicatis semilunaribus brevissime mucronatis, utrinque glabris; nec cordato-lanceolatis attenuatis, intus villosis. *Roth.*

13. C. *attenuata* Koenig; foliis lineari-lanceolatis glabris, vaginis ciliatis, involucris cordato-lanceolatis attenuatis, caule repente. *Vahl Enum.* II p. 168.

Caulis pedalis, ramosus, filiformis, glaber, geniculis inferioribus radicantibus infractis. Folia semipollicaria, sessilia, glabra. Pedunculi solitarii, semipollicares. Involucrum pollicare, latere interiore villosum. Cor. subaequalis, violacea. *Koenig.* In *Indiâ orient.*

14. C. *obtusifolia* Vahl; foliis oblongis semiamplexicaulibus obtusiusculis, vaginis brevissimis, caule procumbente. *Vahl Enum.* II. p. 168.

Caulis gracilis, ramis glabris; folia semipollicaria et minora, glabra, basi subciliata, vaginae vix lineam longae, ore ciliatae. In *Moluccarum insulâ Bonra.* *Commerson.*

15. C. *pacifica* Vahl; foliis ovato-lanceolatis sessilibus, involucris cordatis attenuatis conduplicatis, caule erecto. *Vahl Enum.* II. p. 168. Commelina *virginica Forst. prodr.* n. 26.

Caulis filiformis, glaber; folia pollicaria, glabra; vaginae tubulosae semipollicares; involucrum pedunculatum, cordatum semipollicare; pedicelli capillares, spathâ longiores; flores parvi, subaequales. In *insulâ Tongatabu.*

16. C. *cajennensis* Rich.; foliis ovato-lanceolatis petiolatis glaberrimis, involucris cordatis, caule procumbente. *Vahl Enum.* II. p. 169. *Act. soc. nat. paris.* I. p. 106.

Rami filiformes; folia pollicaria; vaginae unguiculares. Pedunculi axillares folio breviores. Involucrum vix semipollicare, undecim-nerve, basi ciliatum, acutum nec attenuatum, praecedente brevius; pedicelli vix exserti. Flores parvi, coerulei, subaequales. In *Cayennâ.*

17. C. *divaricata* Vahl; foliis ovato-lanceolatis sessilibus, involucris cordato-ovatis conduplicatis ciliatis, ramis divaricatis. *Vahl Enum.* II. p. 169. C. *benghalensis. Forsk. descr.* p. 12.

Variat floribus bipetalis flavis et tripetalis caeruleis (?). Caulis decumbens; folia pollicaria, subtus glaucescentia, margine glabra; vaginae unguiculares pilis longis ciliatae, purpureo-punctatae. Involucrum pedunculatum. In *Arabiâ.*

18. C. *diffusa* Burm.; foliis ovato-sublanceolatis acutis, involucris cordatis conduplicatis, caule repente. *Vahl Enum.* II. p. 169. *Burm. ind.* 18. t. 7. f. 2.

Corollae aequales. In *Coromandel.* Dubia.

19. C. *hispida* Ruiz et Pav.; foliis ovato-lanceolatis obtusis hispidulis, involucris cordatis conduplicatis, caule

erecto. *Vahl Enum.* II. p. 169. *Fl. peruv.* I. p. 43. t. 73. f. a.

Rad. fibrosa; caulis sesquiulnaris, pubescens; folia majora bipalmaria, 11-17 nervia; vaginae subpurpurascentes, antice lineâ villosâ; pedunculi superne incrassati. Involucrum hispidulum 4-6florum; pedicelli recurvati, spatha parva sub singulo flore. Petala aequalia maxima emarginata. Stigma obsolete tridentatum. Sem. compressa. In *collibus Peruviae.*

20. * C. *communis L.*; foliis ovato-lanceolatis subsessilibus acutis cauleque repente glabris, involucris cordatis conduplicatis. *Vahl Enum.* II. p. 170. *Willd. Spec.* I. p. 249. (uterque exclusis varietatibus). *Dillen. eltham.* t. 78. f. 89. *Schmidel ic. et anal.* 158. t. 40. 41. *Redouté Liliac.* IV. t. 206.

Rami elongati; folia bipollicaria, attenuata, margine scabra; vaginae semipollicares, caule parum ampliores breviter ciliatae; pedunculi laterales et terminales, semipollicares. Involucrum longitudine pedunculi. Cor. inaequalis dilute caerulescens. *Vahl.* In *Americâ Dillen. In insula S. Thomae Ledru.* ⊙.

21. C. *polygama Roth*; corollis inaequalibus, floribus polygamis, staminibus binis corollam aequantibus, involucris cordatis conduplicatis, foliis ovato-lanceolatis attenuatis subsessilibus cauleque repente glabris. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 67. *Roth Catal. bot.* I. II. p. 1. *Kaempf. amoen.* 889. C. *communis* β. *Willd. Spec.* I. p. 250. et *Vahl* l. c. *Thunb. Jap.* p. 35. Koo Seki *Kaempf. amoen.* fasc. V. p. 888. icon.

Diu pro varietate *communis* β habita, donec cl. *Roth* speciem evicisset. Est enim constanter floribus hermaphroditis et masculis. Stamina 3 fertilia, quorum 2 longitudine petalorum majorum vel parum longiora, unicum paulo brevius, semi sterile. In C. *communi*, annuâ, stamina fertilia corollâ parum breviora, et folia non attenuata. *Hab. in Japoniâ.* ♃.

22. C. *caroliniana Walth.*; corollis inaequalibus, involucris cordatis complicatis basi vaginisque ciliatis, foliis lanceolatis sessilibus, caule decumbente radicante. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 68. *Walth. carol.* p. 68.

Vahl sub C. *communi* ait: „valde dubito, num C. *caroliniana Walth. Fl. carol.* p. 68. specie differat, viso specimine e Carolinâ nonnisi foliis parum angustioribus diverso." *Willd.* vero l. c. ait: „non est varietas C. *communis*, differt enim: radice perenni, foliis multo angustioribus lanceolatis, spathis basi et vaginis margine ciliatis." *Pursh* qui plantam siccam vidit in *Waltheri* herbario, eam ad C. *communem* citat. *Fl. Am. Sept.* I. p. 32. In *Carolinâ.* ♃.

23. * C. *tuberosa*; foliis ovato-lanceolatis sessilibus ciliatis, involucris cordatis conduplicatis, caule erecto, corollis

aequalibus. *Vahl Enum.* II. p. 171. *Willd. Spec.* I. p. 251. *Dillen. elth.* t. 79. f. 90. *Schmidel icon. et anal.* p. 192. t. 49. *Andr. Repos.* t. 399. *Redouté Liliac.* II. t. 108. *Bot. Mag.* t. 1695.

Rad. tuberosa. Caules pedales; folia 2-3pollicaria, semipollicem lata, juniora villosa; vaginae interdum pollicares. Pedunculi terminales gemini, alter brevior. Involucrum pollicare, pilosum. Pedicelli longitudine vaginae. Cor. aequalis, coerulea. In *Mexico*. ♃.

24. C. *dubia*; erecta, ramosa, petalis aequalibus, foliis ovato-lanceolatis glabris tenuiter ciliatis planis, vaginis tomentosis, spathâ cordatâ plicatâ. *Decand. ap. Redouté Liliac.* VI. t. 359.

Fors C. *tuberosae* varietas, sed differt: staturâ multum humiliore, foliis non undulatis, vix ac ne vix basi cordato-emarginatis, vaginâ integerrimâ. Radix e tuberibus fusiformibus magnitudine raphani minoris, pallide fuscis, fibrisque ramosis aliis. Caules graciles plus minus flexuosi sub articulati pubescentes; vaginae pallide virides margine ciliatae; folia nervis 5-7 transparentibus margine cartilaginea rubella. Flores subumbellati terminales; pedunculi rubelli pubescentes 2-3pollicares, bracteâ cordato-plicatâ suffulti, in pedicellos 4-5 divisi, arcuatos, simplices, breves, crassos. Laciniae corollae ovatae, medio virentes, margine diaphano dilute caerulescentes, suprema minor, acutiuscula, interiores cordatae, latiores quam longae, pallide caeruleae. Filamenta caerulea antheris violaceis. Ovarium viride. Stylus apice fortiter recurvatus. Habitat.... Parisiis culta. ♃.

25. C. *coelestis Willd.*; corollis aequalibus, involucris cordatis acuminatis conduplicatis, pedunculis pubescentibus, pedicellis glabris, foliis oblongo-lanceolatis sessilibus glabris, vaginis ciliatis, caule erecto. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 69.

Caulis 1-1 1/2pedalis, glaber, superne lineâ decurrente pilosâ pubescens. Vaginae glabrae margine ciliatae. Folia tripollicaria. Involucrum glabrum basi subciliatum. Corollae saturate coeruleae, magnitudine C. *communis*. Patria? ♃ *in Caldario*.

26. C. *pallida Humb.* et *Bonpl.*; corollis subaequalibus, involucris ovatis acuminatis complicatis, foliis oblongo-lanceolatis subpetiolatis subpubescentibus, vaginis hirtis, caule erecto. *Willd. Enum. H. Berol.* II. t. 87. C. *rubens Redouté Liliac.* VII. t. 367.: corollis inaequalibus, caulibus procumbentibus hispidis, foliis lanceolatis inferne pubescentibus, vaginis hispidis, involucris cordatis plicatis, pedunculis brevissimis.

Caules basi procumbentes, dein erecti, articulati, ramosi, rubri; folia acuta, margine undulata, vaginis rubris; flores fasciculati

aut umbellati 3-4, pedunculus centimetr., pedicelli 5 millimetr. longi. Laciniae corollae exteriores tres virescentes parvae, ovatae, concavae, calyciformes, reliquae caeruleae, majores, subhastatae, margine subundulatae, laterales unguiculatae, intermedia sessilis. Filamenta caerulea antheris flavis. Ovarium ovato-triangulare, pallide viride, stylo caeruleo. In *America meridionali.* ♃.

27. C. *turbinata Vahl*; pubescens, foliis ovato-oblongis petiolatis, involucris cucullatis turbinatis, caule repente. *Vahl Enum.* II. p. 171.

Caules pedales et ultra, articulis 3-4pollicaribus; folia bipollicaria, altero latere baseos interdum obliqua, subtus canescentia, tenuiter septemnervia. Vaginae unguiculares, nervosae, vix nisi in petiolo ciliatae. Pedunculi gemini. Involucrum utriculatum vix semipollicare. Pedicelli capillares. Flores caerulei. — Ab affini C. *molli* foliis non exacte ovatis et involucro margine laterali omnino coalito diversa. Foliorum dimensionibus variat. In *Insulâ St. Crucis.* *Vahl.*

28. C. *Forskåli Vahl*; foliis ovato-oblongis sessilibus glabris, involucris lateralibus terminalibusque pedunculatis cordatis conduplicatis. *Vahl Enum.* II. p. 172.

Tota glabra; folia tripollicaria, subundulata, supra scabriuscula, obscure multinervia. Vaginae semipollicares. Involucrum cordato foliatum. Flores exerti coerulei subaequales. In *Arabiâ.* *Forsk.*

29. C. *obliqua Vahl*; foliis ovato-lanceolatis petiolatis basi obliquis cauleque glabro, involucris reniformibus conduplicatis. *Vahl Enum.* II. p. 172.

Caulis crassitie pennae columbinae. Folia 3-5pollicaria, pollicem lata, basi altero latere breviora et obliqua. Vaginae vix pollicares, pilis setaceis rufis ciliatae. Pedunculi terminales solitarii gemini. Involucrum semipollicare, coloratum. Pedicelli involucro duplô longiores, biflori. Corolla subaequalis. An varietas C. *erectae?* *Ex Horto Cels.*

30. * C. *erecta*; foliis ovato-lanceolatis scabris, involucris cucullatis turbinatis, caule erecto. *Vahl Enum.* II. p. 172. *Willd. Spec.* I. p. 250. *Dillen. eltham.* p. 94. t. 77. f. 88.

Caulis simplicissimus, crassitie pennae anserinae, villis adspersus. Folia 4-5pollicaria, pollicem lata, supra scabra. Vaginae pollicares, superiores pilosae, margine hirsuto-ciliatae. Involucra terminalia geminata, diametro semipollicari. Pedicelli involucro longiores. Corollae inaequales subcaeruleae. In *Virginiâ.* ♃.

31. C. *mollis Jacq.*; villosa, foliis ovatis petiolatis, involucris semiorbiculatis margine conduplicatis, caule repente (corollis subaequalibus). *Vahl Enum.* II. p. 173. *Jacq.*

Ic. rar. t. 293. *Willd. Spec.* I. p. 231. *Enum. H. Berol.* I. p. 68.

Caules, bipedales, crassitie calami, ramosissimi. Folia 3-4pollicaria, mollia acuta, pubescentia. Petiolus ciliatus. Involucrum brevissime pedunculatum, subbiflorum. Flos ut in C. *longicauli*, caeruleus. *Ad Caracas.* ♃.

32. C. *barbata Lam.*; foliis ovatis sessilibus, vaginis barbatis, caule repente. *Lam. Ill.* I. p. 129. *Vahl Enum.* II. p. 173.

Corollae subaequales. In *insulâ Mauritianâ.*

33. C. *canescens Vahl*; foliis ovatis petiolatis acutis villoso-canescentibus, involucris cucullatis turbinatis, caule repente. *Vahl Enum.* II. p. 173. C. *cucullata* Herbarii Schreberiani.

Caulis ramosus crassitie fere pennae columbinae, striatus. Folia sesquipollicaria. Petioli pollicares, pilosi. Vaginae semipollicares, pilosae, ore albo ciliatae. Pedunculi gemini, vix extra vaginam porrecti. Involucrum ut in C. *cucullatâ* s. *bengalensi.* Pedicelli fere pollicares. Flores parvi, coerulei. An sequentis varietas? In *Arabiâ. Forsk.*

34. * C. *benghalensis;* foliis ovatis petiolatis obtusis, involucris cordatis cucullatis turbinatis, (corollis inaequalibus). *Vahl Enum.* II. p. 174. *Willd. Spec.* I. p. 250. *Enum. H. Berol.* I. p. 68. *Murray* in *Comm. gott.* 1779. p. 18. t. 5. C. *nervosa Burm. ind.* t. 7. f. 3. C. *cucullata Linn. Mant.* 176. *Willd. Spec.* I. p. 253.

Caules pilosi repentes; folia pollicaria, subundulata subpubescentia; vaginae unguiculares, pilis setaceis rufescentibus ciliatae. Involucrum terminale pilosum. Pedicelli involucro longiores. Flores minuti. In *Ind. orient.* ♃.

Plukenetii figura *Alm. tab.* XXVII. f. 3. neque ad hanc, neque ad V. *canescentem Vahlii* referri potest, ob folia apice rotundata, lineata, quae obtusa quidem, tamen attenuata sunt in dictis speciebus.

35. C. *gracilis Ruiz y Pav.*; foliis ovatis subpetiolatis glaberrimis, involucris cordatis ciliatis, caule repente. *Vahl Enum.* II. p. 174. *Flor. peruv.* I. p. 44. t. 72. f. a.

Radix fibrosa; caulis bipedalis, teres glaber, saepe purpurascens. Folia margine retrorsum scabra. Vaginae ciliatae. Pedicelli longitudine fere involucri, quinqueflori, saepe gemini, alter 1-2florus, alter 2-3florus. Calycis foliola albida, 2 latiora. Petala subcoerulea, subundulata, subrotunda, 2 majora patentia, unguiculata, exteriora albida. Capsula ovata, triangularis, trisulca. Semina 2 in singulo loculo angulata. In *cultis et humidis Limae.* Fl. peruv.

** *Floribus nudis.*

36. C. *medica* Lour.; foliis radicalibus subulatis, scapo multifloro subnudo. *Vahl Enum.* II. p. 175. *Lour. Fl. Cochin.* p. 40.

Acaulis repens, tuberibus plurimis fasciculatis; folia congesta glabra crassa; scapus sexpollicaris, tenuis; spica simplex et ramosa. Cor. coerulea. Filamenta 2 villosa. In *Chinâ et Cochinchinâ.* ♃.

37. C. *nudicaulis* Burm.; foliis lanceolatis, scapo bifloro medio bracteato. *Vahl Enum.* II. p. 175. *Burm. ind.* t. 8. f. 1.

Rad. repens. Caules procumbentes. Scapus erectus, filiformis, indivisus. Bracteae revolutae. Flores caerulei. An modo varietas C. *nudiflorae* et TRADESCANTIAE *malabaricae?* In *Javâ.*

38. * C. *vaginata*; foliis linearibus, pedunculis lateralibus terminalibusque vaginâ involucratis unifloris. *Vahl Enum.* II. p. 175. *Willd. Spec.* I. p. 252.

Caules adscendentes, spithamaei, filiformes; folia 2-4pollicaria, angusta, acuta, glabra. Pedunculi solitarii vel gemini raro terminales, plerumque 1-2 laterales, unguiculares, uniflori; vagina cylindrica, obtusa, involucrata. Calycis foliola lanceolata apice colorata. Petala ovata. Nectarii filamenta 4. Corpuscula linearia. Stam. 2 barbata longitudine corollae. Antherae flavae, nigro-maculatae. In *Ind. orient.* ⊙ *Koenig.*

39. * C. *nudiflora*; foliis linearibus, pedunculis lateralibus terminalibusque submultifloris nudis. *Vahl Enum.* II. p. 176. *Willd. Spec.* I. p. 253. *Plukn.* t. 27. f. 4.

Caules basi repentes, dein erecti, palmares vel spithamaei; folia 2-3pollicaria, angusta, glabra; pedunculi folio longiores, capillares, 3-6flori, pedicellis racemosis confertis. Calycis foliola ovato-lanceolata, corollâ breviora. Stamina 2, medio barbata. Corpuscula deltoidea. In *Indiae orientalis aridis graminosis.* ⊙.

40. * C. *spirata*; foliis subcordato-lanceolatis undulatis, floribus racemosis paniculatisque, caule repente. *Linn. Mant.* p. 176. *Vahl Enum.* II. p. 176. et hoc teste: C. *bracteolata* Lam. *Enc. meth.* II. p. 69., quae *Persoonio Syn.* I. p. 55 species distincta. *Willd. Spec.* I. p. 253. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 124.

Caules spithamaei glabri. Folia amplexicaulia, pollicaria angusta, glabra. Vaginae subciliatae. Pedunculus terminalis, capillaris, saepe purpurascens. Racemus 3-5florus; pedicelli uniflori, unguiculares. Bracteae minutae ad basin singuli pedicelli, semi-vaginantes. Nectarii filamenta 3, corpusculorum cruciformium apicibus globosis albicantibus. Pistillum convolutum. In *Indiâ orient., ad rivulos, in locis humentibus. Koenig.* ⊙.

41. C. *simplex Vahl;* foliis lineari-lanceolatis basi ciliatis, racemo terminali subcomposito, caule erecto simplicissimo. *Vahl Enum.* II. p. 177.

Caulis spithamaeus, 2-3nodis, glaber. Folia 2-3 in caule, remotissima, glabra, basi ciliata. Pedunculi terminales solitarii terni, pedicellis brevibus, spithamaeis. Spatha vix unguicularis. Flores nutantes. Sequenti, cui similis, omnibus partibus duplo minor, racemi 1-2-3, 3-4flori. In *Guineâ. Isert. Thonning.* ♄.

42. C. *gigantea Vahl;* foliis linearibus, vaginis ore nudis, caule erecto simplicissimo, racemis terminalibus bipartitis, floribus secundis. *Vahl Enum.* II. p. 177. Aneilema *gigantea;* erecta glabra, foliis linearibus elongatis, paniculâ terminali e racemis 2-4: floribus secundis, staminibus tribus fertilibus: sterilibus imberbibus. *Brown prodr.* I. p. 271. T.

Radices longae, crassitie pennae columbinae, carnosae. Caulis bipedalis et ultra, ad genicula incrassatus, glaber. Folia pedalia, conduplicata, 2 suprema spathacea. Vaginae pollicares. Pedunculi partiales gemini, breves, circiter 3oflori. Caps. magnitudine pisi, nitida. Flores non vidit *Vahl.* In *Ind. orient. Rottler.*

43. C. *serrulata Vahl;* foliis ovato-lanceolatis subpetiolatis margine scaberrimis, pedunculis lateralibus terminalibusque multifloris, caule erecto. *Vahl Enum.* II. p. 178. *Ecl. am.* II. p. 4.

Caulis glaber purpurascens. Folia 4-5pollicaria, latitudine fere pollicis. Vaginae pollicares ciliatae. Pedunculi superne solitarii vel bini, partiales longiores, unguiculares, 5-6flori. Bracteae 2, oblongae, aridae, pilosae. In *Cajennâ. Von Rohr.*

44. C. *japonica Vahl;* foliis ovato-lanceolatis undulatis glabris, caule erecto angulato piloso, floribus paniculatis. *Thunb. act. soc. Linn.* II. p. 332. *Vahl Enum.* II. p. 178. *Willd. Spec.* I. p. 253.

Caulis pedalis, sulcatus; folia inferiora digitalia, superiora pollicaria, oblonga, glabra. Flores racemosi. *Thunb.* In *Japoniâ.*

45. C. *elata Vahl;* foliis ovato-lanceolatis ciliatis; floribus paniculatis, caule erecto. *Vahl Enum* II. p. 178.

Caulis altus, crassitie pennae cygneae. Folia spithamaea. Vagina vix pollicaris. Panicula patens bracteis ovatis. Calycis foliola 3 linearia; petala venosa. Stam. 3 barbata. In *Ind. orient.?* Herb. *Juss.*

46. C. *micrantha Vahl;* foliis ovato-lanceolatis petiolatis glabris, floribus racemosis, caule procumbente. *Vahl Enum.* II. p. 178.

Folia bipollicaria, valde attenuata; vaginae internodiis breviores, villosulae. Pedunculi terminales, pedicelli distantes, subuniflori. Bracteae cucullatae. Involucrum nullum. In *Ind. orient.* Herb. *Juss.*

47. C. *tenuis Roth*; corollis aequalibus, caule filiformi ramoso, foliis lanceolatis mucronatis subpetiolatis, nervoso-punctatis, apice serratis, basi vaginisque ciliatis, floribus terminalibus subpaniculatis nudis, bracteis submembranaceis subcucullatis. *Roth nov. plant. spec.* MSS. ANCILEMA *acuminata Brown Prodr. Fl. nov. Holland.* p. 270.

Habitat in Indiâ orientali. Heyne. Quam proxime accedere videtur ad C. *micrantham Vahlii.* An eadem?

48. C. *umbrosa Vahl;* foliis ovatis nervosis petiolatis, petiolis ciliatis, racemis compositis, caule erecto. *Vahl Enum.* II. p. 179.

Caulis sulcatus, angulatus. Folia bipollicaria, acuta, septemnervia. Petiolus unguicularis; vagina unguicularis basi pilis rufis. Pedunculus 1-2, folio duplo brevior; pedicelli alterni, squamis minutis ovatis persistentibus. In *umbrosis Assjamae in Guineâ. Isert.*

49. C. *paniculata Vahl*; foliis ovatis subpetiolatis acutis basi ciliatis, floribus paniculatis. *Vahl Enum.* II. p. 179. C. *tuberosa Forsk. descr.* p. 12.

Caulis ramosus in aquosis repens; folia sesquipollicaria, margine denticulis minimis, obscure undecim-nervia. Vaginae unguiculares; pedunculi laterales et terminales gemini, alter longior subdichotomus; spatha minuta glabra ad basin singuli petioli In *Arabiâ. Forskål.*

C. *commelinoides Forsk.* apud *Gmel. S. V.* I. p. 121.: floribus paniculatis, paniculae ramis spicatis lateralibus, aristâ calycis corollâ longiore, foliis ovato-lanceolatis, *Forskål. Fl. aeg. arab.* p. 12. n. 35., hujus generis non videtur. *Vahl* non recepit.

50. C. *ambigua de Beauv.;* caule solido sublignoso nodis foliaceis remotis; foliis longis ovatis acuminatis fasciculatis villosis, spicis simplicibus terminalibus, petalis aequalibus. *Fl. d'Oware* t. 15.

Filamentum reliquis crassius, stylo arcte adhaerens, fere alius generis. Caulis 3-4pedalis; folia 7-8 in singulo fasciculo, villis rufescentibus. Corollae parvae, caeruleo-violaceae. Stigma capitatum, fere triangulare. Caps. trilocularis, trivalvis. In *pratis circa Benin.* ♄.

51. C. *aequinoctialis de Beauv.;* caule basi subrepente hirsuto; foliis ovato-lanceolatis, acuminatis; vaginis villosis inflatis; paniculâ terminali, erectâ, paucifloâ. *De Beauv. Fl. Owar. et Benin.* t. 38. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 323.

Uti *ambigua* fere diversi generis. Caulis simplex teres; folia magna, pilosa, vix petiolata, nervosa; vagina pollicaris et ultra; rami singuli paniculae bracteolâ lanceolatâ. Flores parvi petalis inaequalibus, 2 longioribus; stamina 2 longiora, fertilia. Stigma simplex, minimum. Caps. truncata, stylo mucronata, fere tetragona, bivalvis, bilocularis. Semina 2-3 in singulo loculo, fere triangularia, grisea, lineâ nigrâ. Circa urbem *Benin*. ♃.

52. C. *graminifolia H.* et *B.*; caule erecto; foliis linearibus, subtus glabris, supra vaginisque scabris, margine ciliatis; involucris cordatis, complicatis, basi hispidis; foliolis calycinis interioribus aequalibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 205.

Caulis pedalis et altior, trigonus, tenuis, scabriusculus; ramis floriferis pubescentibus. Folia bi-aut tripollicaria, anguste linearia, sessilia, complicata, acutiuscula, striata. Vaginae parum inflatae, cylindraceae, caerulescentes, ut caulis exasperatae, striatae, margine pilis densis, albis ciliatae. Involucra acuta, scabra, striata, umbellam breviter pedunculatam et pedunculum solitarium, uniflorum involventia. Umbella subseptemflora, subinclusa. Petala exteriora subrotundo-ovata, obtusa, glabra, interiora coerulea, subaequalia. In *montanis Novae Hispaniae prope Santa Rosa de la Sierra et Los Joares.* ♃.

53. C. *acuminata H.* et *B.*; caule erecto; foliis lanceolatis, utrinque pubescentibus; vaginis glabris, ciliatis; involucris cordatis, complicatis, pilosiusculis; foliolis calycinis interioribus aequalibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 205.

Caulis sulcatus, glaber, ramis floriferis pubescentibus. Folia 4-5pollicaria, acuminata, sessilia, striato-nervosa. Vaginae pollicares, striatae, glabrae, ciliatae. Umbella subquadriflora, breviter pedunculata, vix exserta. Pedunculus ad basin umbellae solitarius, uniflorus, pedicellique glabri. Corolla coerulea. *Crescit cum praecedente.* ♃.

54. C. *prostrata H.* et *B.*; caule procumbente, repente; foliis ovato-oblongis, vaginisque glabris, ciliatis; involucris cordatis, complicatis, glabris; foliolis calycinis interioribus subaequalibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 205.

Caulis ramosus, bipedalis, striatus, teres, glaber. Folia sesquipollicaria, brevissime petiolata, acuta, striato-nervosa. Vaginae semipollicares cylindraceae, adultiores laxae, striatae, ciliatae. Involucra subrotunda, acuta, striata. Umbella tri aut quadriflora, vix exserta. Pedunculus ad basin umbellae solitarius, uniflorus, umbellâ duplo longior, pedicellique glabri. Petala subaequalia, coerulea, ovata. Stamina quinque, quorum duo lateralia sterilia, apice glandulis cruciatis, flavis instructa;

tria fertilia, basi coalita. Stylus arcuatus. *Maritima Peruviae, prope Huarmey et Patibilca.* ♃.

55. C. *elliptica H.* et *B.;* caule adscendente; foliis ovato-ellipticis, complicatis, glabris, margine vaginisque ciliatis; involucris cordatis, complicatis, basi pubescentibus, margine ciliatis; foliolis calycinis interioribus aequalibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 206.

Caules geniculati, subpedales. Folia subpollicaria, sessilia, basi rotundata, summa cordata. Vaginae 4-6 lineares, ventricosae, glabrae. Umbellae geminae, multiflorae, breviter pedunculatae. In *umbrosis Cumanae.* ♃.

56. C. *elegans H.* et *B.;* caule procumbente; foliis lanceolato-oblongis, supra strigoso-pilosiusculis, subtus pubescenti-hirtis, margine subundulatis; vaginis pubescentibus, ciliatis; involucris cucullato-complicatis, hirsutis; foliolis calycinis interioribus inaequalibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 206.

Caules caespitosi, bipedales et longiores, ramosi, teretes, glabri; ramis pubescentibus. Folia bipollicaria et longiora, acuminata, subsessilia, striato-nervosa. Vaginae sex aut novem lineas longae, cylindraceae, subinflatae, laxae, striatae, pubescentes, ciliatae. Involucra subrotunda, apice acuta, basi clausa. Umbella subquinqueflora, pedunculata, vix exserta. Pedunculus et pedicelli compresso-alati, glabri. Petala exteriora ovata, duo aequalia, tertium minus; interiora caerulea, duo reniformia, unguiculata, tertium minutum, ovatum, concavum. Filamenta glandulis cruciatis, flavis. Antherae staminum adscendentium ovatae, polline griseo, staminis recti lanceolatae, polline sulphureo. Ovarium triquetrum. Stylus arcuatus, staminibus longior. Capsula ovata, trigona, trilocularis; loculis monospermis. *Crescit in regno Novogranatensi, locis temperatis, umbrosis, ad ripas fluvii Juanambu.* ♃.

57. C. *caripensis H.* et *B.;* caule erecto?; foliis oblongo-lanceolatis, supra scabriusculis, subtus pubescentibus; vaginis glabris, margine ciliatis; involucris cucullato-complicatis, hirtis, foliolis calycinis interioribus inaequalibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 206.

Caulis pedalis, tenuissime hirtus, ramosus, sulcatus; ramis floriferis pubescentibus. Folia bi-aut tripollicaria, breviter petiolata, oblongo-lanceolata, acuminata, nervoso-striata. Vaginae semipollicares. Involucra subrotunda, acuta, basi clausa, basin versus setoso-hispida. Umbella pauciflora, vix exserta. Petala interiora inaequalia, coerulea. *Crescit in convalle Caripensi prope speluncam Guachari.* ♃.

58. C. *floribunda H.* et *B.;* caule repente; ramis adscendentibus; foliis oblongis, acutis, ciliatis, sessilibus; vaginis margine ciliatis; umbellis axillaribus, geminis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 207.

Caules prostrati, ramosi; ramis teretibus, glabris. Folia sesqui-aut bipollicaria, ovato-lanceolata, acuminata. Vaginae quadri-aut quinquelineares, inflatae, striatae, membranaceae, diaphanae, glabrae, ciliatae. Umbellae octo-aut duodecimflorae, pedunculatae. Pedunculi semipollicares, densissime hirti. Pedicelli fructiferi reflexi. Petala exteriora hirta, ovata, acuta, aequalia; interiora aequalia, caerulea. In *umbrosis, humidis prope Cumana, Bordones et Quetepe.* ♃.

59. C. *Beniniensis Palis. Beauv. in litt.* proxime promulgabitur in novo Florae Owariensis fasciculo.

Species e novâ Hollandiâ.

60. C.* *cyanea Br.;* corollis subaequalibus; foliis lanceolatis subpetiolatis; vaginâ pilosiusculâ ciliatâ pedunculis breviore; caule decumbente geniculato; filamentis 5; antheris duabus dissimilibus. *Brown Prodr.* I. p. 269. J. T.

I. *Involucrum conduplicatum.*

61. C. *lanceolata Br.;* corollis inaequalibus? involucris apice attenuatis, pedunculo vaginâ longiore; foliis lanceolato-linearibus elongatis, supra margineque scabriusculis. *Brown* l. c. T.

II. *Involucrum cucullatum, baseos marginibus connatis.*

62. C. *ensifolia Br.;* corollis inaequalibus, pedicello exteriore nullo; foliis lanceolato-linearibus elongatis utrinque laevibus; caule procumbente. *Brown* l. c. T.

63. C. *undulata Br.;* corollis inaequalibus, pedicello exteriore nullo; foliis lanceolatis undulatis utrinque laevibus; antherarum fertilium tertiâ majore. *Brown* l. c. p. 270. T.

** ANEILEMA.

a. *Filamentis imberbibus.*

64. C. *biflora Poiret;* glabra, caule repente, foliis lanceolatis, pedunculis bifloris. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 324. ANEILEMA *biflora Brown Prodr.* I. p. 270. J.

65. C. *siliculosa Poir.;* caule adscendente; foliis ensiformibus sessilibus supra scabris; superioribus nanis distantibus; paniculae ramis apice paucifloris; infra bracteolis cucullatis sterilibus. *Poir.* l. c. ANEIL. *siliculosa Brown* l. c. T.

* Stamina sex (v. 5.). Antherarum 3 (subinde 2-4) dissimiles, vix polliniferae. Involucrum monophyllum, conduplicatum v. cucullatum, persistens, capsulas includens. *Br.*

** Stamina sex. Antherae 3, subinde 2-4, dissimiles, vix polliniferae. Involucrum nullum. *Br.*

66. C. *acuminata* Poir.; caule adscendente; foliis lanceolatis breviter acuminatis, subpetiolatis, supra laevibus margine scabris; superioribus similibus confertis; paniculae ramis apice paucifloris, infra bracteolatis. Poiret l. c. ANEIL. *acuminata* Brown l. c. J.

67. C. *laxa* Poir.; caule adscendente, foliis ellipticis acutis subacuminatisve petiolatis supra scabris, summis minoribus distinctis; paniculae ramis apice paucifloris, infra bracteolatis. Poir. l. c. ANEIL. *laxa* Brown l. c. T.

68. C. *macrophylla* Poir.; glabra, caule erecto; foliis oblongo - lanceolatis acuminatis laevibus petiolatis; vaginis distinctis, collo simplici; racemo vix diviso; pedunculis paucifloris, bracteis superiorum coloratis. Poir. l. c. ANEIL. *macrophylla* Brown l. c. T.

69. C. *crispata* Poir.; glabra, caule erecto, foliis elongato - lanceolatis acuminatis subpetiolatis laevibus, vaginis superioribus imbricatis, collo crispato, paniculâ racemosâ, ramis paucifloris, bracteis omnibus foliaceis. Poir. l. c. ANEIL. *crispata* Brown l. c. J.

b. *Filamento uno alterove, aut omnibus barbatis.*

70. C. *graminea* Poir.; erecta, pilosiuscula; caule semitereti glabro laevi; foliis gramineis subciliatis; filamentis omnibus barbatis, tribus fertilibus. Poir. l. c. ANEIL. *graminea* Brown l. c. J.

71. C. *affinis* Poir.; erecta, glabra, caule angulis scabris, foliis linearibus, paniculâ terminali; filamentis omnibus barbatis, tribus fertilibus. Poir. l. c. ANEILEMA *affinis* Brown l. c. J.

72. C. *anthericoides* Poir.; erecta pubescens, caule tereti usculo foliisque pubescentibus linearibus, paniculâ terminali, filamentis omnibus barbatis, tribus fertilibus. Poir. l. c. ANEIL. *anthericoides* Brown l. c. T.

157. SYENA.

1. S. *fluviatilis*; Willd. Spec. I. p. 254. Vahl Enum. II. p. 180. SYENA *Mayaca* Gmel. S. V. I. p. 121. MAYACA *fluviatilis* Aubl. Fl. gujan. 42. t. 15. MAYACA *Aubleti* Michaux. BIASLIA Vandelli in Römer script. hisp. et lusit. et bras. 72. t. 6. f. 2.

Facies musci frondosi. Caules filiformes, inferne radicantes. Folia copiosissima, confertissima, sparsa, patentissima, vix semiunguicularia, subulata. Pedunculi solitarii, axillares, uniflori. Flores albi. Antherae apice perforatae. Caps. unilocu-

laris. Semina plurima rugosa. *Vand. Caps.* potius trilocularis. *Juss. gen.* 45. In *rivulis Gujanae et Brasiliae.*

158. MACROLOBIUM.

1. M. *hymenaeoides Willd.*: foliolis oblongis basi inaequalibus, leguminibus oblongis altero margine bialatis. *Vahl Enum.* II. p. 37. *Willd. Spec.* I. p. 186. VOUAPA *bifolia Aubl. guj.* I. t. 7. (mala). *Lam. Enc.* VIII. p. 700. MACROLOBIUM *Vuapa Gmel. S. V.* I. p. 93. MACROLOBIUM *bifolium Pers.* I. p. 39.

Rami teretes; foliola 4-5 pollicaria, altero latere angustiora, subfalcata; racemi simplices recti. Germen villosum. Legumen flavicans compressum oblongum acutum, margine inferiore tricarinato. Petala violacea. In *sylvis Cajennae et Gujanae.* ♄.

2. M. *sphaerocarpum Willd.*; foliolis subovato-lanceolatis basi aequalibus, leguminibus ovalibus margine undique laevibus. *Willd. Spec.* I. p. 186. *Vahl Enum.* II. p. 37. MACROLOBIUM *Simira Gmel. S. V.* I. p. 93. VOUAPA *Simira Aubl. guj.* I. t. 8. VOUAPA *violacea Lam. Ill.* n. 420. *Enc. meth.* l. c.

Folia, ut in praecedente, binata. Legumina rubella, tripollicaria, 2 pollices lata, margine undique aequalia. Arbor, ut prior excelsa Gujanae ligno coerulescente. ♄. An verius pentapetala decandra? *Juss. gen. pl.* 380. PARIVOA *grandiflora Aublet* affinis.

159. OUTEA.

1. O. *guianensis Aubl. Fl. guian.* t. 9. *Vahl Enum.* I. t. 38. MACROLOBIUM *Utea Gmel. S. V.* I. p. 93. MACROLOBIUM *pinnatum Willd. Spec.* I. p. 186.

Arbor excelsa. Foliola bijuga retusa. Stipulae 2, deciduae. Bracteae 2, concavae. Corolla violacea. Stamina 4, fertilia longissima, sterile breve. *Aublet.* In *sylvis Gujanae.* ♄.

160. HIPPOCRATEA.

1. * H. *obcordata Lam.*; foliis ovato-lanceolatis serratis, capsulis obcordatis. *Lam. Ill.* I. t. 28. f. 1. *Vahl Enum.* II. p. 26. H. *volubilis Willd. Spec.* I. p. 193, quoad citatam H. *scandentem.* *Jacq. amer.* p. 9. t. 9. et *Pers. Syn.* 40.

Rami purpurascentes; folia 1-3 pollic. long., pollicem lata, basi rotundata; stipula minuta, setacea in foliorum axillis. Panicula et flores ut in sequente. In *Americà meridionali.* ♄.

2. * H. *volubilis*; foliis oblongo-ovatis lanceolatis ellipticisve serratis, capsulis ovalibus. *Vahl.* — *Linn. Syst. Veg.* 84. *Willd. Spec.* I. p. 193. (excl. syn. *Jacq.*) β.

H. *ovata* Lam. *Ill.* t. 28. f. 2. *Vahl Enum.* II. p. 27. *Plum. Ic.* 76. t. 88. *Heyne term. bot.* t. 14. f. 3. *Pers. Syn.* I. p. 40.

Folia 2-3 pollicaria, obtusa, supra nitida. Petioli purpurascentes. Paniculae rami divaricati, uti flores leviter ferrugineo-tomentosi. Capsulae subbipollicares, pollicem fere latae, obtusissimae. Figuram *Plumieri* capsulas breviores ac rotundiores exhibere et folia minora, magisque oblonga, serraturis obsoletioribus, et forte meram varietatem esse. *Vahl.* In *Americâ meridionali.* Puerto-Rico. ♄.

3. H. *laevigata Rich.*; foliis ovato-oblongis, obsolete crenatis. *Vahl Enum.* II. p. 27.

Rami laeviter ferrugineo-tomentosi. Folia tripollicaria, obtusiuscula, nitida, subtus rufescentia; petioli purpurascentes, laeves. Pedicelli 2 uniflori in divisuris paniculae. Inflorescentia floresque ut in praecedente volubili. In *Cajennâ. Richard.* ♄.

4. H. *viridis Ruiz y Pav.*; foliis ovatis obtuse acuminatis serratis integerrimisque, pedunculis folio brevioribus, capsulis ovalibus emarginatis. *Fl. per.* I. p. 44. t. 74. f. a. *Vahl Enum.* II. p. 27.

Tota glabra, ramis brachiatis, foliis patentibus, subcoriaceis, supra nitidis, petiolis contortis brevibus, pedunculis folio dimidio brevioribus; bracteae ovatae, acutae, concavae. Flores lutei. Stam. monadelpha; antherae superne dehiscentes; germen obovatum, stylusque trigonus Capsulae pollicares. In nemoribus *Andium* ad *Poguzo.* ♄.

5. H. *disperma Vahl*; foliis ellipticis acuminatis serrulatis, capsulis lanceolatis dispermis utrinque obtusis. *Vahl Enum.* II. p. 28. β. H. *euonymoides* foliis oblongis obovatisve apice integris emarginatisve.

Cl. *Vahl* ad α ducit, sed cum?, H. *indicam Willd. Spec.* I. p. 193 (cui et *Roxburghi corom.* t. 130. adjungenda) plantam ipsi auctori dubiam, et de qua praeter definitionem: „foliis ellipticis obtusiusculis crenulatis, corymbis axillaribus“ et patriam „Ind. orient.“ nil adjecit. Plantae *Vahlii* rami teretes, folia bipollicaria, extrorsum obsolete serrata, pallide viridia. Paniculae folio breviores; flores glabri; capsulae pollicares, striatae. — β. differt ramis remotissimis, foliis tri-quadruplo minoribus, paniculis floribus paucioribus. In *Ind. orient.* ♄.

6. H. *paniculata Vahl*; foliis oblongis utrinque acutis obtuse serratis. *Vahl Enum.* II. p. 28.

Rami patentissimi, ad articulos dilatati, apice compressi. Folia 3-4pollicaria, pallide viridia. Pedunculi folio dimidio breviores. In *Sierra Leona.* Herb. *Juss.*

7. H. *macrophylla Vahl*; foliis oblongis acuminatis integerrimis nitidis basi obtusis. *Vahl Enum.* II. p. 28.

Folia 5-6pollicaria, parum acuminata, membranacea, pallide viridia. In *Sierra Leona*. Herb. *Juss.*

8. H. *comosa Swartz;* foliis subcordato-ovatis acuminatis integerrimis, pedunculis multifidis capillaribus, capsulis oblongis, obovatisve. *Swartz prodr.* 17. *Fl. ind. occ.* p. 77. *Vahl Enum.* I. p. 29. *Willd. Spec.* I. p. 193. (exclus. syn.) *Pers. Syn.* (excl. syn. *Lamarck*) I. p. 40.

Caulis altissime scandens, ramis reflexis pendulis; folia 3-4-pollicaria, lata. Paniculae in infinitum divisae. Flores polygami. Petala alba, persistentia, reflexa. Stigma trifidum. Capsulae 2-3pollicares, bivalves. Nuces 4. In *sylvis interioribus Hispaniolae.*

9. H. *malpighiaefolia Rudge;* caule subaspero, foliis anguste ovalibus integerrimis acuminatis subtus asperis, antheris quadrilobis. *Rudge pl. rar. gujan.* p. 10. t. VIII.

Frutex erectus, an scandens? Caulis fuscus. Folia regulariter opposita, supra glabra; paniculae axillares terminalesque; bracteae valde acutae. Antherae quadrilobae. Stigma trifidum. In *Gujanâ.* ♄.

10. H. *emarginata Rudge;* caule (pustulis minutis) aspero, foliis obovatis integerrimis emarginatis glabris; antheris subrotundis. *Rudge pl. rar. gujan.* p. 11. t. IX.

Scandens; folia opposita nervosa subinde cum acuminulo, petiolis atropurpureis; paniculae breves axillares dichotomae, floribus minutis. Stigma simplex. In *Gujanâ.* ♄.

161. TONSELLA.

1. T. *scabra Vahl;* foliis ovato-oblongis subintegerrimis glabris, subtus venosis et asperis, paniculis dichotomis. *Vahl Enum.* II. p. 29. T. *scandens Vahl symb.* II. p. 17. *Willd. Spec.* I. p. 194. TONTELEA *scandens Aubl. gujan.* t. 10. (haud optim. HIPPOCRATEA *aspera* Lam. Ill.* I. p. 101.

Rami cortice purpurascente, supernè pilosi. Folia sesquipollicaria, acumine brevi, rigida, subtus venis villosis. Pedunculi folio duplo breviores, tomentosi, apice dichotome ramosi. Calycis laciniae ovatae acutae, margine denticulatae, canescentes uti petala denticulato-ciliata. Nectarium villoso subsericeum. Stigma obtusum. Fructus omnino bacca. In *Cajennâ et insulâ Trinitatis.* ♄. **

* Speciem esse distinctam HIPPOCRATEAE floribus maximis *Poiret Suppl. Enc. meth.* T. I. p. 606.

** *Vahlio* SALACIA *cochinchinensis Lour.* non differre videtur nisi defectu filamentorum et stylo, si nectarium germini accretum supponitur. Cl. vero *Aubert de Petit Thouars plant. afr.* p. 19. t. 6. et *nov. gen. madagasc.* p. 20. SALACIAM *cochinchinensem Lour.* et HIPPOCRATEAM *madagascariensem Lam.* citat ad Genus suum novum CALYPSO cum? cui: „*Cal.* persistens quinquelobus; *petala* 5; *stam.* 3 disco carnoso in-

2. T. *decussata Ruiz y Pav.*; foliis oblongo-ovatis obtuse serratis nitidis, paniculis dichotomis. *Vahl Enum.* II. p. 30. Anthodon * *decussatum Fl. per.* I. p. 45. t. 74. f. b. Hippocratea? *Anthodon Pers. Syn.* I. p. 40.

Ramosissima, ramis cinereis, teneris purpurascentibus. Folia acuminata, utrinque glabra. Petioli contorti. Pedunculi folio breviores, tetragoni. Bracteae ovatae, apice ciliatae. Flores parvi, lutei; calycis foliola subrotunda, petalis triplo breviora. Fructus ignotus. In *nemoribus Andium*, *Poguzo.*

3. T. *africana Willd.*; foliis ovalibus nitidis extrorsum denticulatis, pedunculis congestis unifloris. *Willd. Spec.* I. p. 194. *Vahl Enum.* II. p. 194.

Rad. longissime repens; frutex ramosissimus, debilis; folia pollicaria, subdisticha, dentibus subglandulosis. Bracteae squamula. Cal. minimus, laciniis subrotundis. Cor. calyce quadruplo longior, sordide lutea. Antherae sessiles. Stigma acutiusculum. Bacca magnitudine pruni armeniaci, aurantia, suturis 3. Semina nidulantia 6-10. In *Guineâ Isert et Thonning.* ♄.

4. T. *senegalensis Vahl*; foliis oblongis acuminatis laevibus nitidis extrorsum serratis, pedunculis congestis unifloris, ramis scabris. *Vahl Enum.* II. p. 31. Hippocratea *senegalensis Lam. Ill.* p. 101. Hippocratea *verticillata* α. *senegalensis Pers. Syn.* I. p. 40.

Rami alterni; folia pollicaria, acumine semiunguiculari, glaberrima. Tuberculum axillare brevissimum, floriferum. Pedunculi copiosi, capillares, vix unguiculares. Flores glabri. Petala linearia. In *Senegal.* Herb. *Lamarck.*

5. T. *madagascariensis*; foliis lanceolato-oblongis subintegerrimis acuminatis laevibus nitidis, pedunculis congestis unifloris, ramis scabris. *Vahl Enum.* II. p. 32. Hippocratea *madagascariensis.* Hippocratea *verticillata* β. *madagascariensis Pers. Syn.* I. p. 41.

Folia 1 1/2pollicaria et ultra, acumine subinde emarginato extrorsumque serrulato. Tuberculum axillare multiflorum. Flores nutantes glabri, petala linearia. In *Madagascar. Herb. Lamarck.* Confer notam ad T. *asperam.*

serta; *germen* liberum; *bacca* polysperma." — Est illi Calypso *salacioides*; foliis oppositis ovato-lanceolatis subserratis; floribus axillaribus fasciculatis. — Frutex; folia utrinque glabra; flores axillares 6-12, pedicellis tuberculo insidentibus. Petala viridi-alba, patentia, calyce quidquam longiora. In *Madagascar.*

* Genus Anthodon sic in *Syst. veg. Fl. peruv.* constituere *Ruiz y Pavon*: *Cal.* pentaphyllus. *Cor.* quinquepetala, inaequalis. *Nectarii* discus minimus cyathiformis. *Fructus* ? ?

6. T. *multiflora Lam.*; foliis obovatis integerrimis nitidis, pedunculis congestis subtrifloris. *Lam. Ill.* I. p. 101. *Vahl Enum.* II. p. 32. HIPPOCRATEA *obovata Act. soc. hist. nat. par.* I. p. 106.

Generi SALACIAE maxime affinis. Folia 3-4pollicaria, interdum oblongo-ovata, glaberrima; pedunculi vix semipollicares, 2-3-flori, pedicellis unguicularibus unifloris. Flores glabri, petalis oblongis. In *Cajennâ.* Herb. *Lamarck et Richard.* ♄.

7. T. *prinoides*; caule erecto fruticoso, foliis ellipticis apice obsolete serratis. *Willd. act. am. nat. cur. berol.* IV. p. 184.

Willdenowius l. c. Tonsellae subjunxit. Fruticem hunc *Kadelanschi* tamulice dictum, licet bacca (edulis) monosperma sit. Truncus strictus, minime scandens; folia coriacea, obtusa; flores parvi axillares conferti, longe pedunculati; antherae laete rubrae. *Rottler. Ind. or.*

162. OLAX.

1. * O. *zeylanica*; foliis ovatis aveniis, ramis angulatis. *Vahl Enum.* II. p. 33. *Willd. Spec.* I. p. 185. *Burm. zeyl.* 26. (quae *Gaertnero* diversa videtur).

Rami flaccidi, cortice viridi-flavescente. Folia 2-3pollicaria. Racemi simplicissimi, plerumque solitarii, quinqueflori, floribus minoribus quam in O. *Psittacorum.* In *Zeylon.* ♄.

2. O. *scandens Roxb.*; caule volubili scandente, spinis magnis, crassis. *Roxb. Corom.* t. 102.

In *Coromandel.* ♄.

3. O. *Psittacorum Vahl*; foliis ovato-oblongis lanceolatisque subvenosis ramis teretibus. *Vahl Enum.* II. p. 33. FISSILIA *psittacorum Lam. Ill.* I. t. XXVIII. *Willd. Spec.* I. p. 194.

Arbor sempervirens, folia sesquipollicaria, subcoriacea, racemi simplicissimi. Pedunculi axillares 1-3flori. Petala 5, quintum liberum. Nectaria 5 filiformia, medio petali inserta, ejusdemque longitudinis, basi maculâ nigrâ. Stamina 3, corollâ breviora. Drupa piso duplo major. FISSILIAM ab OLACE genere non differre *Vahlius* l. c. — Aliud exemplar habuit divus: foliis tenerioribus, magis venosis, ramis pubescentibus, forte meram varietatem. In *insulâ Mauritianâ*; *Commerson*; in *Zeylon*; *Koenig.* ♄.

163. COMOCLADIA.

1. * C. *integrifolia*; foliolis petiolatis ovato-lanceolatis integerrimis. *Lamarck Ill.* t. 27. f. 1. *Vahl Enum.* II. p. 35. *Willd. Spec.* I. p. 187. *Jacq. am.* 12. *Ait.*

Hort. Kew. ed. 2. I. p. 78. Prunus racemosa *Sloane jam.* II. p. 131. t. 222. f. 1.

Rami apice canescentes. Folia saepe bipedalia, foliolis 3-8jugis, 2-4pollicaribus, glaberrimis nitidis; racemi axillares, elongati, sesquipedales, paniculati, floribus numerosissimis, exiguis. Fructus illô Coffeae parum major. Stamina petalaque saepe 4. In *Americà calidiore.* ♄.

2. C. *dentata Jacq.;* foliolis petiolatis ovato-lanceolatis spinoso-dentatis. *Jacq. amer.* p. 13. t. 173. f. 4. *Vahl Enum.* II. p. 35. *Willd. Spec.* I. p. 188. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 78.

Arbor odore stercoris, succo nigro vix eluendo. Folia saepe pedalia, 3-11juga, extima 3-4pollicaria ovata, interiora subcordata, intima vix pollicaria, supra glabra, subtus villosa, et in varietate glabra. Petioli tomentosi. Panicula pedalis, pedunculis purpurascentibus. Flores minuti. In *Americà meridionali.* ♄.

3. C. *ilicifolia Swartz;* foliolis sessilibus angulato-spinosis. *Swartz prodr.* 17. *Fl. ind. occ.* I. p. 75. *Vahl Enum.* II. p. 36. *Willd. Spec.* I. p. 188. C. *tricuspidata Lam. act. paris.* 1784. p. 347. et C. *ilicifolia Lam. Ill.* t. 27. f. 2. (ergo, quoad hanc, C. *angulosa Willd. Spec.* I. p. 188. et *Pers. Syn.* I. p. 40. Ilex *Dodonaea Linn. Sp. pl.* 182. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 78. Dodonaea aquifolio tricuspidato. *Plum. ic.* 108. t. 118. f. 1. β. *inermis Vahl;* Dodonaea aquifolii folio anguloso non aculeato *Plum. gen.* 20. (quoad hanc C. *angulosa Willd. Spec.* I. p. 188.)

Rami cicatrisati, punctati, superne villoso-tomentosi. Foliola circiter octojuga, sesquipollicaria, ovata basi subrotunda, angulis apiceque spinâ flavescente, glaberrima. Petioli pubescentes. Racemi folio longiores; flores minuti, subsessiles. — Num β specie differat, dubitat *Vahl*, de *Lamarckii* synonymiâ certissimus. *Lamarckii* quoque Pseudobrasilium idem putat cum Picramnia *antidesma Swartzii.* In *Insulà St. Croix* Dr. *Pflug; in Domingo* Herb. *Lamarck.* ♄.

4. C. *brasiliastrum Poir.;* foliis impari-pinnatis; foliolis ovatis acutis margine pubescentibus subangulosis; floribus dioïcis, racemis terminalibus. *Poiret Suppl. Enc. meth.* II. p. 325. Bresillot *Dict. vol.* I. (excl. var. β.)

164. RUMPHIA.

1. * R. *amboinensis; Vahl Enum.* I. p. 36. *Willd. Spec.* I. p. 187. R. *tiliaefolia Lam. Enc. meth.* T. VI. p. 352. *Rheed. mal.* IV. t. 11.

Nec *Vahlio* nec *Willd.* visa; sed *Lamarckio.* Arbor procera, cortice cinereo. Folia alterna, petiolata, cordato-ovata,

crenata hirsuta, aspera. Racemi axillares, spithamaei. Petala alba; fructus hispiduli. In *Ind. orient.* ♄.

165. CNEORUM.

1. * C. *tricoccon*; glabrum, floribus axillaribus. *Vahl Enum.* II. p. 34. *Willd. Spec.* I. p. 187. *St. Hilaire* 28. t. 5. *Kniphof.* C. II. n. 17. *Decand. Fl. franç.* IV. n. 4063. CHAMELAEA *tricoccos Lam. Fl. fr.* ed. II. p. 682. *Camerar. Epit.* 973.

Frutex parvus, sempervirens, ramis flexuosis; foliis alternis vix pollicaribus, lanceolatis, mucronatis aut emarginatis; floribus solitariis, flavis. In *Hispaniae, Galliae australis glareosis.* ♄.

2. C. *pulverulentum Vent.*; incanum, foliis floriferis, cinereo-pulverulentis, petalis staminibus (stigmatibus)-que quaternis. *Ventenat hort. cels.* t. 77. *Vahl Enum.* II. t. 34.

3-6pedalis. Ramuli subangulati; folia sparsa, saepe fasciculata, semipollicaria; pedunculi tuberculo insidentes, tetragoni. Cal. quadrifidus. Petala lineari-lanceolata, flava. Drupae 4, 3-4-plo antecedente majores. In *Teneriffâ. Le Dru.* ♄.

166. OXYBAPHUS. *

1. O. *viscosus l'Herit.*; villoso-viscosus, foliis cordatis, floribus racemosis, staminibus corollâ longioribus. *L'Heritier monogr. Vahl Enum.* II. p. 39. *Willd. Spec.* I. p. 185. *Curtis Mag.* t. 434. *Ann. d. Mus.* II. p. 274. MIRABILIS *viscosa Cavanill. Ic.* I. t. 19. MIRABILIS *triandra Hortulan.* CALYXHYMENIA *viscosa Ortega Dec.* p. 6. *Fl. per.* I. p. 46. VITMANNIA *viscosa Turra.*

Sexpedalis erectus, uti tota planta villosus, villis articulatis glanduliferis. Rami patentes, oppositi. Racemi axillares, simplices, terminales compositi; bracteae parvae, obtusae; cal. fructifer magnus, expansus, quinquenervis, pentagonus, venoso-reticulatus, quinquelobus; cor. purpureo-rosea, calyce florifero triplo major. — Stamina interdum 4. In *Peru.* ♃.

2. O. *glabrifolius Vahl*; foliis cordato-ovatis glabris, pedunculis terminalibus congestis, staminibus corollâ brevioribus. *Vahl Enum.* II. p. 40. MIRABILIS *corymbosa Cavan. Ic.* IV. t. 379. *descript.* p. 93. CALYXHYMENIA *glabrifolia Orteg. Dec.* V. t. 1. CALYMENIA *corymbosa Pers. Syn.* I. p. 37.

Glauca, adulta glabra, acritudine Sedi. Caulis tripedalis, inferne brachiatus, superne dichotomus, villis glanduliferis. Folia margine retrorsum scabra repanda; floralia reflexa, villosa. Pedunculi breves; calyx apice subrubens, corollâ pur-

* OXYBAPHI omnes sunt CALYMENIAE *Pers. Syn.* I. p. 36.

pureâ duplo brevior. Semen granulosum. In *Peruviâ et Hispaniâ.* ♃.

3. O. *ovatus Vahl;* hirsutus, viscosus, foliis ovatis, pedunculis terminalibus dichotomis, staminibus corollam subaequantibus, caule erecto. *Vahl Enum.* II. p. 40. Calyxhymenia *ovata Fl. per.* I. t. 75. f. b.

Tripedalis; folia acuta integerrima, margine scabra, crassa; calyces fructiferi membranacei patentissimi; cor. rubra calyce duplo major, limbo plicato. Semen laeve. In *collibus et montibus Peruviae.* ♃.

4. O. *prostratus Vahl;* foliis ovatis cordatisque pubescentibus, floribus axillaribus terminalibusque subcorymbosis, caule prostrato. *Vahl Enum.* II. p. 41. Calyxhymenia *prostrata Fl. peruv.* I. t. 75. f. c.

Tripedalis, leviter pubescens; rami superne dichotomi; folia obsolete crenulata, repando-undulata. Pedunculi breves, 5-8-flori, glandulosi. Calycis laciniae ovatae. Cor. purpurea, calyce triplo longior. In *collibus Peru.* ♃.

5. O. *expansus Vahl;* foliis ovatis glabris, pedunculis terminalibus dichotomis, staminibus longitudine corollae, caule erecto. *Vahl Enum.* II. p. 41. Calyxhymenia *expansa Fl. per.* I. p. 45. t. 75. f. a.

Caulis sexpedalis, striatus; folia obsolete crenulata, subrepanda; pedunculi terminales dichotomo-corymbosi, 6-11flori; pedicelli inaequales, parum viscosi. Cal. pubescens glutinosus. Cor. purpurea, subcampanulata. Semen obovatum, scabrum. In *collibus aridis Limae.* ♃.

6. O. *aggregatus Vahl;* foliis lanceolatis, pedunculis axillaribus aggregatis solitariis calycibus trifloris, caule adscendente. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 54. *Vahl Enum.* II. p. 41. Mirabilis *aggregata Cavan.* V. p. 22. t. 437. *descr.* p. 94. Calyxhymenia *aggregata Ortega Dec.* 8. t. 11.

Pedalis et ultra, statim a basi ramosus, glaber (hispidus Ortega); rami dichotomi; folia sesquipollicaria, crassiuscula, glabra; petioli pedunculique breves; flores plerumque 3 sessiles intra calycem communem campanulatum quinquefidum, fructifer auctus. Cor. rubescens. Stamina longitudine corollae. In *novâ Hispaniâ.* ♃.

167. XYRIS.

1. * X. *indica;* scapo sulcato multangulo, capitulo ovato. *Vahl Enum.* II. p. 204. *Willd. Spec.* I. p. 254. (excl. syn. *Vahl*) *phytograph.* I. p. 2. X. foliis longissime gramineis scapisque tortuosis, capitulo globoso: squamis subrotundis obtusis. *Pursh Fl. Americ. Sept.* I. p. 33. *Rheede*

Hort. mal. IX. t. 71. *Plukn.* t. 416. f. 42. *Gaertn. de fr.* I. t. 15. f. 3.

Folia pedalia et longitudine scapi, laxa, unguem fere lata. Scapi plures, penna columbina parum tenuiores, 6-8 sulcati, inferne torti. Capitulum avellanâ parum minus, squamis subrotundis. Antherae emarginatae; corpusculum penicilliforme ad basin singulae. In *Indiâ orient.* ♃.

2. X. *macrocephala Vahl;* scapo uniangulato, capitulo squamisque ovatis dorso cinereis. *Vahl Enum.* II. p. 204.

Folia sesquipedalia, unguem et ultra lata. Scapi foliis altiores, altero latere convexiusculi, altero acuti. Capitulum fructiferum avellanâ duplo majus. Squamae obtusae. X. *ancipitis β. Lamarck* huc pertinere *Vahlius* auctor est. In *Cajennâ.* Herb. *Desfont.*

3. X. *platycaulis Poir.;* scapo lato compresso striato, capitulis globosis apice retusis. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 820.

Scapi recti, simplices, pedales, 2-3 lineas lati, glabri, inferne torti, vaginâ tripollicari. Capitulum vix magnitudine pisi, squamis lucidis castaneis scariosis concavis obtusis. *Poiret* l. c. In Madagascar. *Commerson.* ♃.

4. X. *anceps Lam.;* scapo ancipiti laevi, capitulo subgloboso. *Lamarck Ill.* I. p. 132. *Vahl Enum.* II. p. 205. *Ejusd.* X. *indica altera Symb. bot.* III. p. 7.

Folia rigidiuscula, scapo pedali et ultra, torto, minime striato, 3-4plo breviora, angusta. Capitulum vix pisi magnitudine; squamae subrotundae, parum emarginatae. Calycis squama tertia subrotunda, ab exterioribus inclusa; petala lutea, patentia, denticulata. Antherae apice bidentatae, basi corpusculis 2 penicilliformibus. Stylus profunde trifidus. In *Malabariâ.* ♃. Conferenda cum X. *operculatâ* n. 12.

5. X. *americana Vahl;* scapo superne ancipiti, capitulo ovato oblongo. *Vahl Symb.* II. p. 8. *Enum.* II. p. 205. *Aubl. gujan.* 40. t. 14. (quoad capitulum folia Eriocauli sunt). *Willd. Spec.* I. p. 255. X. *jupicai Act. soc. hist. nat.* I. p. 106. X. *caerulea Lam. Ill.* n. 621.

Folia scapo pedali dimidio vel duplo longiora. Capitulum obtusum, piso parum majus, squamis apice emarginatis cum mucrone subcalloso fuscescente; flores caerulei. In *Cajennâ.* ♄.

6. X. *caroliniana Walth.;* scapo ancipiti, capitulo ovato acuto. *Vahl Enum.* II. p. 206. *Walth. Fl. car.* 69. *Lam. Illustr.* I. p. 132. X. foliis lineari-gramineis, scapo ancipiti, capitulo ovato acuto: squamis obtusis. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 33. X. *jupicai Michaux Fl. amer.* I. p. 23. et, quo ad hanc, X. *anceps Pers. Syn.* I. p. 56.

Differre videtur a X. *americanâ*, foliis rigidioribus, capitulis majoribus, acutis, nec obtusissimis; floribus luteis. Variat foliis longioribus et brevioribus. *Vahl.* In *Carolinâ.* ♃.

7. X. *capensis Thunb.*; capitulo ovato, foliis linearibus brevissimis. *Thunb. prodr. Fl. cap.* 12. *Fl. capens.* I. p. 310. *Vahl Enum.* II. p. 206. *Willd. Spec.* I. p. 255.

Capitulum acutum, squamis obtusis. Corolla lutea. In *promont. b. spei.* ♃. — Differre a X. *indicâ*: 1. quod longe tenerior. 2. Foliis non ensiformibus. 3. Scapo unico e radice, nec pluribus. 4. Capitulo ovato, acuto, nec globoso. *Thunb.*

8. X. *brevifolia Mich.*; scapo tereti, capitulo globoso. *Vahl Enum.* II. p. 207. *Michaux Fl. bor. am.* I. p. 23.

Folia sesquipollicaria, angusta; scapus spithamaeus filiformis, capitulum magnitudine Piperis *nigri.* Squamae lato-oblongae, exteriores angustiores carinatae atro-fuscae. Flores lutei. In *pratis udis Carolinae, Georgiae, Antillarum.* ♃.

9. X. *pauciflora Willd.*; scapo tetragono, capitulo ovato, squamis ovatis obtusis, foliis lineari-subulatis. *Willd. phytogr.* I. p. 2. t. I. f. 1. *Spec.* I. p. 255. *Vahl Enum.* II. p. 207.

Folia 2-3pollicaria, 2-3 infra in scapo filiformi, spithamaeo vel parum ultra. In *Ind. orient. Koenig. Röttler.* ♃.

10. X. *filiformis Lam.*; scapo filiformi ancipiti, capitulo squamisque oblongis. *Lam. Ill.* p. 133. *Vahl Enum.* II. p. 207.

Folia vix semipollicaria, angustissima, linearia; scapi spithamaei; capitula magnitudine seminis Sorghi. In *Sierra Leona. Herb. Lamarck. Vahl.*

11. X. *subulata*; scapo filiformi 1-2phyllo, foliis subulatis, capitulo oblongo, subtrifloro. *Vahl Enum.* II. p. 207. *Ruiz* et *Pav. Fl. per.* I. p. 46. t. 71. f. b. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 203.

Antherae, quoad iconem, absque appendiculis, horum loco setae tres e fundo corollae, apice penicillatae. Cespitosa. Folia subpollicaria, basi villosa, disticha. Vaginae margine piloso-lanatae. Pedunculi filiformes, apice scabriusculi. Scapus fere bipalmaris. Capitulum 2-3florum. Cor. lutea. In *altis Peruviae humidis, in devexo montis Saragaru, prope Loxa Quitensium.* ♃.

12. X. *vivipara H.* et *B.*; foliis lineari-ensiformibus; vaginis margine ciliatis; pedunculo compresso?, apicem versus scabriusculo; capitulo globoso, demum comoso. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 203.

Radix fibrosa. Folia omnia radicalia, 2-4pollic., recta, obtusiuscula, vaginantia, disticha. Vagina carinata. Pedunculi

subpedales. Capitulum subtruncatum, magnitudine grani piperis. Glumae ovato-subrotundae, obtusiusculae, fuscescentes, coriaceae. Flores haud visi. In *ripa Orinoci, inter ostia Ventuarii et Guaviares*. ♃.

Obs. Post anthesin ex centro capituli coma foliosa exerescit, quae in plantam juniorem transit.

13. X. *operculata*; foliis lineari-subulatis, capitulo globoso multifloro, petalis alternis penicilliformibus. *La Billard Nov. holl.* I. p. 14. t. 10. *Bot. Mag.* t. 1158. *Dryander Chlor. Nov. Holland.* in *Annals of Bot.* II. p. 305. an X. *anceps Vahl?* quam confer sub No. 4.

XYRIDI *subulatae Fl. Peruv.* Affinis. Caules pedales, basi vaginis 2-3pollicaribus; folia fuscescentia. Glumae dorso pilosae, persistentes. Stigmata capitata. Capsula trilocul. valvis conjunctis. Petala flava, tria (fors stamina abortientia) minora. In *van Diemen's terra*.

168. ABOLBODA.*

Capitulum pauciflorum. *Glumae* imbricatae, uniflorae, inferiores vacuae. *Calyx* corollaceus, tubo tenui, limbo tripartito, patente, laciniis interdum barbatis. *Stigma* tripartitum, laciniis bifidis. Capsula unilocularis?, trivalvis, polysperma. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 203. (Familia RESTIACEARUM, Sectio XYRIDEARUM.)

Differt a genere Xyridis, cui affinitate proximum; corollâ subhypocrateriformi, staminibus tribus, et stigmatis figurâ.

1. A.** *pulchella H.* et *B.*; barbata, stigmate tripartito, laciniis bifidis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 204. *H.* et *B. pl. aequinoct.* II. p. 110. t. 114.

Radix fibrosa. Folia radicalia bi-aut tripollicaria, linearia, acuta, glabra, basin versus paullo dilatata et margine diaphana, subdisticha, patentia. Pedunculus semipedalis aut pedalis teretiusculus, glaber, basi vaginatus, supra medium nodo unico et bracteis duabus instructus. Vagina membranacea, lanceolata, acuminata, glabra, pollicaris, pedunculum basi arcte involvens. Capitulum tri-aut quadrifolium. Glumae imbricatae, ovato-oblongae, acuminatae, carinatae, glabrae, margine diaphanae, uniflorae. Corolla, subhypocrateriformis, caerulea; tubus filiformis, cylindraceus; limbus tripartitus, patens; laciniis obovatis, margine subundulatis, interne barbatis. Germen superum, oblongum, trisulcatum. Capsula unilocularis?, trivalvis, polysperma. *Crescit locis humidis opacatis prope Maypures Orinocensium.* ♃.

* Absolutâ jam impressione conspectus generum ordinis primi classis tertiae ad manus venit Fasciculus novus Humboldtiani operis ex quo hocce novum genus addimus.

** Herbae acaules. Folia radicalia, subdisticha, graminea. Pedunculi radicales, scapiformes, nudi aut medio bibracteati. Capitulum solitarium, nudum.

2. A. *imberbis H.* et *B.*; imberbis, stigmate multifido. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 204.

Radix fibrosa. Folia radicalia cespitosa, linearia, obtusiuscula, laete viridia, 1 1/2-2pollicaria, margine membranaceo-diaphana. Pedunculi 2-6pollicares, teretiusculi, nudi. Capitulum terminale, oblongum, comosum. Glumae imbricatae, uniflorae, lanceolatae, inferiores minores, vacuae, superiores post florescentiam in comam productae. Corolla subhypocrateriformis, ex albo violacea, tubo cylindrico, limbo tripartito, laciniis oblongis, acutiusculis, patentibus, imberbibus, glabris. Filamenta capillacea, limbo corollae multo breviora. Germen superum, oblongum, trigonum, glabrum. Capsula oblonga, obtusa, glabra, unilocularis, trivalvis, polysperma? In arenosis *Guayanae*, ad flumen *Atabapo*. ♃.

Obs. Species hujus generis vivae iterum examinandae et forte aptius in duo genera separandae sunt. *K.*

Addenda et Emendanda.

Cum jam in eo fuit, ut hoc volumen prelo prodiret, volumen undecimum *Asiatic Researches* jam diu exoptatum tandem nacti sumus. In hac parte libri optimae frugis pleni a p. 318-360. egregia dignaque, quae diligentissime consideretur *William Roxburghii* extat dissertatio: *descriptions of several of the monandrous plants of India.* Nulli nunc dubitavimus Scitamineas nostras ad illius normam denuo elaborare, cum nobis persuasum sit, qui opere nostro utuntur, grato animo probaturos fore, quod in tam difficili plantarum familiâ botanicum jam dudum omnium laudibus celebratum consuluerimus, cui, quod paucissimis sano, ad magnum scientiae emolumentum contigit, ut magnam illarum plantarum partem in loco natali ipse observare atque cognoscere potuerit. Ceterā supplementa, nondum ita magni sunt momenti. Simulac autem satis idonea aderit materia, et quidem ante opus absolutum, parvos supplementorum libellos exhibebimus, in quibus omnia recens reperta, quotquot ad nostram pervenerint cognitionem, recipiemus, atque errores, si qui forte irrepserint, probe ac diligenter emendabimus. Ut paucis dicamus, lector benevolus sibi persuadeat, nos omne studium in eo posituros fore, ut nostrum Syst. Veg. quam perfectissimum atque utilissimum reddamus.

Pag. 1. lin. 5. Canna. *Anthera* simplex filamenti petaloidei margini adnata. *Stylus* tubo adnatus, crassus, claviformis. *Stigma* lineare, obtusum. *Capsula* trilocularis, trivalvis. *Semina* numerosa, globosa.

P. 1. lin. 10. dele: „*Filamentum* petaliforme."

P. 1. lin. 35-36. adde: *Roxburgh* characterem generis Phrynii hisce posuit: *Anthera* simplex terminalis in filamento brevi erecto. *Stylus* corollae tubo adnatus, superne uncinatus. *Stigma* infundibuliforme. *Caps.* tricocca, trilocularis, trivalvis. *Semina* solitaria, basi arillata. *Embryo* uncinatus cum perispermo.

P. 2. n. 7. Hedychii character secundum *Roxburgh*: *Anthera* duplex, nuda. *Corollae* tubus longus gracilis, limbo utroque tripartito, interiore resupinato. *Caps.* trilocularis, trivalvis.

P. 2. n. 9. ALPINIA secundum *Roxburgh: Anthera* duplex, nuda, non coronata. Corollae limbus interior unilabiatus. *Capsula* baccata, trilocularis. *Semina* pauca aut numerosa, arillata.

P. 2. n. 10. ELETTARIA, olim AMOMUM, nunc ALPINIAM esse *Roxburgh.*

P. 3. n. 12. ZINGIBER secundum *Roxburgh: Corollae* limbus interior unilabiatus. *Anthera* duplex, apice rostro simplici recurvato cornuta. *Caps.* trilocularis, trivalvis. *Semina* plura arillata. — HUC AMOMA quaedam Linnaei.

P. 3. n. 13. COSTUS secundum *Roxburgh: Corollae* limbus interior subcampanulatus dorso fissus. *Filamentum* lanceolatum, antherâ in illius centro, vel longo ab apice intervallo affixâ. *Capsula* trilocularis, trivalvis. *Semina* numerosa, nuda.

Inflorescentia. Spica terminalis in scapo. — Vagina supra folii insertionem ocreae speciem efformans, quâ ab aliis *Scitamineis*, monente *Brown*, distinguitur COSTUS.

P. 3. n. 14. KAEMPFERIA secundum *Roxburgh: Corollae* tubus longus gracilis, limbo utroque tripartito. *Anthera* duplex, cristâ bilobâ. *Caps.* trilocularis, polysperma. *Lam. Illustr.* t. 1. *Hegetschweiler Diss.* f. 13. 17.

P. 3. n. 15. AMOMUM secundum *Roxburgh: Corollae* limbus interior unilabiatus. *Anthera* duplex, cristâ integrâ vel bilobâ. *Capsula* trilocularis, trivalvis. *Semina* plura arillata. *Lamarck Illustr.* t. 2.

P. 3. n. 16. CURCUMA secundum *Roxburgh: Corollae* limbus uterque tripartitus. *Anthera* duplex basi bicalcarata. *Capsula* trilocularis. *Semina* numerosa, arillata.

P. 3. n. 17. GLOBBA.

Clo. *Roxburgh*, qui recte monuit Characterem generis hujus a *Linnaeo* datum fuisse pessimum, ut nullâ ratione ad normam ejus plantam, a viro immortali descriptam et *Diandriae* olim insertam, cognoscere possis, character generis est sequens: Corollae limbus interior bilobus aut nullus. *Filamentum* basi tubulosum, labio cuneiformi alatum. *Anthera* appendiculata vel nuda. *Caps.* unilocularis, trivalvis. *Semina* plura, receptaculis tribus parietalibus affixa.

P. 5. n. 29. Deleatur character generis POLLICHIA, eidemque sequens substituatur: 29. POLLICHIA. *Calyx* campanulatus, quinquedentatus. *Petala* 0. *Filamentum* filiforme, antherâ didymâ. *Ovarium* calyci immersum; *Stylus* filiformis; *Stigma* bifidum. *Capsula* evalvis monosperma, fundo

calycis incrassato inclusa. *Seminis* structura, situs, insertio ut in Illecebro. *Jussieu Mem. du Mus.* II. p. 389.

Habitus Herniariae *fruticosae*. Congener et forte conspecifica *Candollio* videtur Meerburgia *Moench meth. Suppl.* p. 116., cui tamen, ex *Moench* stamina interdum 2, stigma simplex, caetera similia. *Juss. l. c.* — Neckera *Gmelin.* Familia nunc Paronychicarum, olim Amaranthacearum. — Corolla quibusdam quinquepetala, quod et in cultis vidimus. — „Receptaculum squamae baccatae aggregatae, fructum elevantes.“ *Smith.* Incrassati calyces baccam lobatam superne apertam simulant.

Boerhaaviae et Valerianae nonnullae. Tradescantia *monandra.*

P. 8. n. 41. bis. — 41. bis. Aspicarpa. *Corolla* (calyx *Linn.* et *Juss.*) calyciformis, quinquefida, basi tribracteata. *Stamen* brevissimum hypogynum. *Anthera* solida. *Ovaria* duo, alterum constanter fatiscens. *Stylus* o. *Stigma* . . . *Nux* coriacea monosperma. *Lagasca gen.* et *spec. nov. diagn.* p. 1. Familia Apocynearum *Juss.?*

Alium characterem generis posuit *Richard* in *Mem. du Mus.* II. *p.* 398. cui: *Cal.* quinquepartitus, connivens, laciniis incumbentibus. *Cor.* o. *Stamen* inclusum, hinc ad basin ovarii insertum, erectum, illo brevius; filamentum subulatum antherâ basi affixâ subcordatâ introrsâ biloculari. *Pistillum* ovarium liberum fissum in partes duas subturbinatas, extrorsum oblique truncatas: stylus ad imam fissuram brevissimus, apice stigmatico bilobulatus. Ovarium biloculare, loculis ovulo infra basin (superam) appenso foetis. *Fructus* ex altera ovarii parte solâ foecundatâ proveniens, transversus, supra orbiculato-discoideus et subcarinato umbonatus. *Pericarpium* cartilagineo-coriaceum, indehiscens, monospermum. *Sem.* orbiculatum ad basin superam acuminatum, appensum, hilo infra acumen laterali. Familia Malpighiacearum. Descriptio speciei suo loco, in hisce addendis.

P. 11. ad Cannam *indicam* n. 1.

Obs. Roxburgh (*Asiatic Research. Vol.* XI. *p.* 322.) speciem hancce a sequentibus non distinguit, sed, postquam citasset sub brevissima sua diagnosi; „foliis ovato-lanceolatis, segmentis limbi corollae interioris lanceolatis bidentatis“ *Willd. Spec.* I. *p.* 3. *Rheed. mal.* I. *t.* 43. *Rumph.* V. *t.* 71., addit: rubra et flava vulgares in omnibus fere Indiae hortis: corolla in utraque eadem.

P. 13. n. 8. adde Synon.: *Trattin. tabular.* t. 650.

P. 13. n. 10. lege: *Redouté Liliac.* VI. t. 354. *Trattin. tabular.* t. 649. Canna *glauca.* Habitat *in paludosis Oronoci Humb.* et *Bonpl.*

N. 11. adde Synon.: *Trattin. tabular.* t. 648.

P. 14. n. 3. M. *Tonckat Aubl. Willd.* M. radice nodosa *Aublet Gujan.* I. p. 3. Arundastrum *Tonckat*

Seytan. Rumph. Amboin. IV. p. 22. t. 7. Coetera Synonyma omnia deleantur.

Obs. Lamarck Enc. meth. II. *p.* 589. jungit sub MARANTA *arundinacea β.* et *M. Tonckat Aubl.* et PHRYNIUM *dichotomum.*

N. 4. M. *lutea* deleatur ex integro, et ejusdem loco substituatur: 4. M. *lutea Lam.;* caule ramoso nodoso, foliis radicalibus ovato-lanceolatis glabris subtus glaucis longe petiolatis, floribus spicatis, bracteis imbricatis coloratis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 264. *Lam. Illustr.* I. p. 9. n. 21. *Enc. meth.* p. 590. *Aubl. gujan.* I. p. 4. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 339. Maranta *Cachibou Jacq. Fragm.* p. 52. n. 173. t. 69. et. 70. Bermudiana amplissimo Cannacori folio *Plum.* Mss. Vol. V. t. 21. 22.

Cl. *Jacquin* de suo *Cachibou* haec habet: folia duos pedes longa, unum lata, nervo rufescente, pruinosa; petioli radicales 4-5pedales, longi, basi vaginantes. Scapus centralis, 9-10ped., rotundus, in summitate folio uno alterove florali maximo munitus. Spicae 2-3 in apice strobiliformes fusco-rufescentes. Flores solitarii lutei parvi. Calyx convolutus abit in fructum trilocularem trispermum. Semina albicantia oblonga. In *humidis sylvaticis Caribaearum. In humidis ad ripas fluminis Magdalenae, prope Teneriffe, Guarumo, ad Confluentem Oponi, et ad flumen Luizae et in convalli prope Ybague. Humb.* et *Bonpl.* — An MARANTA *disticha Buchoz Ic. col. t.* 156? quaerit *Lamarck l. c.* Certissime autem distincta a

5. Maranta *Jacquini:* caule ramoso nodoso, foliis ovatis glabris, floribus spicatis bracteis coloratis. M. *lutea Jacq. Collect.* IV. p. 117. *Ic. rar.* II. t. 20. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 5.

Rad. perennis tuberosa sobolifera carnosa. Caules semperviren tes, plusquam annui, 6ped., erecti, calamum crassi, compressuli, nitidi. Folia radicalia plura disticha, ut caulina ad distantias, oblonga, acuta, integerrima, nitida, firmula, plana, plusquam pedalia, petiolo tereti brevi. Spica pedunculata disticha erecta terminalis et axillaris, ramo plerumque uno spicato, plus minus pede dimidio, etiam successive duae. Bracteae bivalves, sessiles, alternae, distichae, ovatae, acutae, integerrimae, conniventes, subcoriaceae, sordide luteae, infimae 1 1/2poll., valvulâ alterâ semper duplo breviore. Cal. bracteis concolor. Cor. alba. Fructus fuscescens Marantae *arundinaceae*, pelliculâ fructui tamen firmiter adhaerente. Flores inodori, 2 in pedunculo singulo. *Jacq.* In *sylvis udis ad Caracas.* ♃.

P. 15. deleatur ex integro n. 6. Maranta *malaccensis.*

P. 16. lin. 5. lege: caulis 2-3 ped.

P. 17. n. 16. deleatur ex integro M. *Cachibou Jacq.*

P. 18. deleantur ex integro THALIA *dealbata* et PHRYNIUM, eorundemque loco substituantur sequentia:

2. TH. *dealbata Fras.;* calyce bifloro, culmo arundinaceo pulverulento, foliis apice revolutis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 340. TH. paniculâ albido-pulverulentâ, spathis bifloris, foliis ovatis apice revolutis. *Ait. H. Kew.* ed. 2. I. p. 3. *Bot. Mag.* t. 1690. THALIA? *dealbata* discoverd in a lake in North-America in the year 1790 by *John Fraser. Tab. aen. col. John Sowerby* del. Aug. 1. 1794.

In *Carolina meridionali.* ♃. — Character ab amiciss. *Fischer* in *act. Mosq.* MARANTAE suae *arundinaceae* datus huic apprime convenit.

4. PHRYNIUM.

1. PH. *dichotomum Roxb.*; fruticosum dichotòmum, foliis cordatis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 324. *Rumph. amb.* IV. p. 60. t. 7. THALIA *cannaeformis*, corollis hexapètalis, nectario bifido erecto. *Forst. prodr.* n. 3. *Willd. Spec.* I. p. 16. DONAX *Arundinastrum Lour. cochin.* I. p. 15. (sine dubio.) —

THALIAM *cannaeformem Forst.* omnino huc spectare affirmat cls. *Roxburgh l. c.*, sed THALIAM *geniculatam* et *dealbatam* sibi ignotas esse candide fatetur et nescire, utrum MARANTA *Tonckat Aubl.* (quam confer) hujus sit loci. De *Syme's Ambassy to Ava Vol.* III. *p.* 72. *t.* 21. silet. Jam si TH. *cannaeformis* (cujus definitionem *Willdenow* corrigit in *Enum. H. Berol.* I. p. 6. sequentibus: caule ramoso, foliis subrotundo-ovatis acuminatis, corollis subundulatis) hujus loci sit, tunc et THALIA *dealbata Hortul.*, teste *Willdenow l. c.* huc spectat.

In *Indiae orientalis*, *Cochinchinae sylvis*, *insularum malaccensium*, *humidis aquosis.* *In Malicollo inter novas Hebrides.* ♄.

Obs. *Loureiro*, cujus D. *Arundinastrum* omnino hujus loci, plantam suam *l. c.* describit sequentibus: Caulis fruticosus, teres, solidus, aequalissimus, nitidius, inferius enodis, apice divisus in ramos patentes, octopedalis. Radix serpens, horizontalis, tuberculosa, lignosa, arundiformis. Folia lato-ovata, subacuminata, integerrima, glabra, altera, lineis densis oblique striata, petiolis teretibus, tenuibus longiusculis. Flos albus, subterminalis, paniculis magnis sparsis nutantibus.

2. PHR. *virgatum Roxb.;* caulibus simplicibus, foliis bifariis lanceolatis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 324.

Radices lignosae, repentes; caules perennes numerosi, erecti vel obliqui, cespitosi, nitentes, saturate virides, articulati, articulis inferioribus incrassatis, 5-8ped. Folia breviter petiolata, nitentia, 6-18poll. Spicae longae graciles curvatae dichotomae terminales. Flores parvi, candidi, inodori. In *Horto b. Anderson in Madras*, *unde in H. Calcutanum delata.* ♃.

3. PHR. *capitatum Willd.;* acaulis, foliis radicalibus. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 325. tab. 1. *Willd. Spec.* I. p. 17. PHYLLODES *placentaria Lour. cochinch.* I. p. 17. *Rheede malab.* II. t. 34. De PONTEDERIA *ovata* foliis ovatis, floribus capitatis *Linn. Spec.* 412. *Swartz obs.* p. 123., quae huc duci solet, silet cls. *Roxburgh.*

Radix ex icone videtur repens; scapus, quem pedalem depingit, basi vaginis margine purpureis vestitur, et sub florum capitulo abit in spatham. Corollae albae, margine lilacinae. In *humidis umbrosis Bengaliae Cochinchinae, Chinae.* ♃.

Obs. Descriptio a *Loureiro* data non satis convenit cum icone cli. *Roxburgh*, nec per se clara satis, ait enim: Planta perennis acaulis quinquepedalis, cujus pedes 4 occupant petioli rectissime, teretes, aequalissimi nitidi invicem distantes; folia pedalia ovato-oblonga apice acuta integerrima plana oblique sulcata glabra coriacea. Flos albus aggregatus in cymam hemisphaericam magnam sessilem, infra medium petioli dehiscentis erumpentem; involucro diphyllo, spathas pertiales polyfloras colligente. Radix tuberculoso-fibrosa, horizontalis, serpens. Germen plerumque abortit.

P. 19. HEDYCHIUM *coronarium.* Deleatur Synon. *Rumph* t. 69. f. 3. eidemque substituatur: *Retz Obs.* III. p. 73. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 325. Substituatur porro descriptio sequens.

Caulis 2-6pedalis, herbaceus, rectus, vaginis sericeis, ligulâ ovatâ; folia angusto-oblonga, vel lanceolata, alterna, subtus appresso-sericea, disticha; spica oblonga, subcompressa, squamis obtusissimis subtrigonis, floribus maximis subnutantibus fragrantissimis, albis, nectario maculâ flavescente. „Convenit cum KAEMPFERIA tubo gracili, limbo utroque tripartito et germine; sed differt caule, inflorescentiâ terminali, cum in KAEMPFERIA caulis nullus, folia radicalia uti spica; limbi denique interioris lobus latior bifidus superior, lobi duo angustiores inferiores cum interjecto iisdem filamento in Hedychio; antherae nudae loculamenta superne e regione lobi latioris bifidi.“ *Roxb.* — Etiam cls. *Roxburgh* plantam hanc, spontaneam in variis *Indiae* partibus, ut *in Archipelago malaccensi*, ut reliqui fere omnes Botanici, cultam tantum vidit. *Colitur in India orientali, Java praecipue, ob odorem gratissimum.* ♃.

P. 19. ALPINIA.* De genere adhuc haec monenda.

„Alpiniis radices crassae magnae curvatae tuberosae fere horizontales, „paucis sub terrae pollicibus decurrentes, cicatricibus a vaginis emarcidis: undique fibrillae longae crassae. Caules biennes et perennes, „numerosi et cespitosi, stricti et erecti aut plus minus recurvi; folia „bifaria, lanceolata; acuta; racemus, excepto *Cardamomo*, (ELETTARIA) terminalis multiflorus, seu panicula floribus elegantissimis. Calyx „margine irregulariter divisus, Corollae limbus exterior tripartitus, interior e lobo integro, lato, intensius colorato, (si mavis *labio* aut „*nectario*,) infero, staminibus opposito, basi, in plurimis, corniculo „curvo. *Filamentum* latum, intus obsolete excavatum, antherâ latâ,

„emarginatâ. *Stylus* gracilis, stigma ciliatum infundibuliforme ad antheram usque vel parum supra elevans. *Squamae* nectariferae in corpusculum coadunatae crassum, breve, crenulatum, truncatum, extus basin styli amplexans. *Semina* in arillo multifido et integumento duplici. *Albumen* et *vitellus* in illis, quae vidi. *Embryo* semilunaris, e medio arcus s. ex infima ejus parte radiculam exerens ad umbilicum procurrens.“ *Roxburgh.*

P. 20. lin. 4. deleantur verba: „*An huc, ut β., Alp. sessilis Koenig?*“

P. 20. n. 3. Alp. *occident.* Synonymis adde: Gethyra *occidentalis Salisb. Transact. of the Hortic. Soc.* I. p. 282. Descriptioni hujus speciei, ut et observationi, ex integro delendis, substituatur:

Caulis orgyalis, foliis ovato-lanceolatis. Racemus spithamaeus in caule distincto. Bracteae minutae; flores pallidi. Capsula subovata rubra. In *sylvis montium subhumidis Jamaicae, Hispaniolae, et prope Guaduas Novegranat. Humb.* et *Bonpl.*

Reliquarum Alpiniae generis specierum recensio ad Roxburghii mentem emendata sequens est: (delendae itaque in textu nostro p. 20. 21. n. 4-8.)

4. A. *Galanga Swartz;* foliis sessilibus late lanceolatis, paniculâ terminali, labio oblongo apice bifido, ungue lineari, glandulis duabus conicis coloratis ad basin: germine loculis dispermis, capsulis obovatis glabris oligospermis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 352. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 345. A. racemo laxo, composito floribus alternis, nectarii labio emarginato, foliis lanceolatis enervibus, capsulis trigonis ovatis. *Swartz Obs. bot.* p. 8. *Willd. Spec.* I. p. 12. Maranta *Galanga Linn. Sp. Pl.* p. 3. Amomum *Galanga Lour. Cochin.* I. p. 7.?? *Rumph. Amb.* V. p. 143. t. 63.

„Hanc esse veram Galangam majorem *off.* auctor est ill. *Banks* et Dr. *Combe.* Capsula tenuis saturate aurantiaca, non dehiscens sponte; semina tecta arillo albo, amara, nauseosa. Hinc planta *Rumphii* videtur hujus loci; sed dubito utrum quaedam ex variis Languas *Koenigii;* eâdem ratione excludenda videtur Amomum *Galanga Lour.*“ * *Roxb.* In *Archipelago malaccensi.* ♃.

* *Loureiro*, qui l. c. laudat *Rumph. t.* 63. ut satis proprie depingentem et describentem AMOMUM suum *Galanga*, hoc describit sequentibus: „Radix bulbosa, horizontalis, repens, ramis teretibus crassis tortuosis nodosis. Culmus perennis simplicissimus erectus glaber sexpedalis. Folia ovato-lanceolata enervia glabra erecta magna, petiolis amplexicaulibus. Spica oblonga erecta, pedunculis et spathis partialibus subtrifloris. *Perianth.* inferum tubulosum obtuse trifidum. Cor. supera, albo-lutea, tripartita, laciniis oblongo-ovatis concavis patentibus subaequalibus. Nectarium petaliforme, subrotundum emarginatum, laciniis corollae subaequale. Filamentum lineare, crassum, longitudinaliter sul-

satum, corollâ longius. Anthera oblonga, bifida, amplectens stylum longiorem, crenâ ipsius et filamenti inclusum; stigma crassiusculum emarginatum. Caps. trigona, trivalvis, trilocularis, seminibus multis subrotundis. Odor totius plantae aromaticus, sapor ardens. Addit AMOMUM hocce suum *Galanga Bergio* missum a *Bergio Mat. med.* 6 fuisse AMOMUM *Zedoaria* dictum; ZEDOARIA tamen, *Roxburghi* saltem, longe alia planta est.

5. A. *Allughas Roscoe;* foliis lanceolatis utrinque attenuatis nitentibus, paniculâ terminali, labio bifido lobis retusis, capsulis sphaericis nitentibus nigris univalvibus polyspermis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 353. *Roscoe Linn. Trans.* VIII. p. 346. Allughas *L. Fl. Zeyl.* 448. HELLENIA ALLUGHAS *Willd. Spec.* I. p. 4. *Andrew's Reposit.* t. 501. HERITIERA *Allughas Retz Obs.* VI. p. 17. t. 1. ZINGIBER *nigrum Gaertn.* t. 12. *Mirbel annal. du Mus.* T. XVI. pl. 19. f. 2. 1-8. *Hort. Malab.* XI. t. 14. (fide *Roxb.*). *Taraca Asiat. Research.* IV. p. 240.

Scapus bipedalis, simplicissimus. Folia pedalia, acuta, integerrima, margine glabra albicantia, 2 1/2 poll. lata. Racemus spithamaeus, pedunculo tomentoso. Flores rubri. Corolla extus hirta. Semina griseo-fusca contusa odorem et saporem Galangae nonnihil spargunt. In *Bengalia frequens; in Zeylona.* ♃.

6. A. *malaccensis Roscoe;* foliis lanceolatis utrinque attenuatis petiolatis subtus villosis, racemis terminalibus simplicibus, labio latiore quam longo, obscure trilobo, lobis lateralibus in tubum incurvis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 353. A. racemo subspicato, labio subrotunde undulato bilobo, capsulis globosis villosis, foliis oblongis subtus subsericeis. *Roscoe in Linn. Transact.* VIII. p. 345. MARANTA *malaccensis Willd. Spec.* I. p. 14. *Burm. ind.* 2. GALANGA *malaccensis Rumph Amb.* V. p. 177. t. 71. f. 1.

„Scitaminearum Indiae orientalis pulcherrima. Flores ampli, bracteis et limbo corollae exteriore glabris candidissimis, labio sanguineo et flavo variegato." *Roxb.* Caulis 5-8ped. Folia bipedalia, acuminata. Racemus subcylindraceus. COSTUS *malaccensis Hoenig ap. Retz obs.* III. *p.* 71. huic valde affinis. In *Chittagong, Java.* ♃.

7. * A. *nutans Roscoe;* foliis lanceolatis utrinque attenuatis brevi petiolatis nitentibus, racemis terminalibus nutantibus, labio obscure trilobo, (lobis lateralibus in tubum incurvis), capsulis sphaericis latere dehiscentibus, seminibus paucis, globosis, arillo albo, (nectariis quadratis truncatis). *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 354. A. nectario obsolete trilobato, margine involuto, foliis elliptico-lanceolatis, capsulâ membranaceâ lanuginosâ. *Roscoe in Linn. Transact.* VIII. p. 346. *Smith exot. bot.* 2. p. 93. t. 106. GLOBBA *nutans Willd. Spec.* I. p. 153. *Redouté Liliac.* I. t. 60.

RENEALMIA *nutans Andrew's's Reposit.* t. 360. *Edwards* T. 1. *Thornt. Illustr.* t. 13. *Trattin. Gartenpfl.* p. 67. n. 39. *Tabularium* t. 598. ZERUMBET *speciosum Wendland sert. Hannov.* t. 19. COSTUS *Zerumbet Persoon Synops.* I. p. 3. CATIMBIUM *Juss.* GLOBBA *sylvestris Rumph Amboin.* VI. t. 62.

Radix tuberosa. Caulis 13pedalis, superne foliosus; folia fere ensiformia, subsessilia, quadripedalia et amplius. Bracteae ventricosae, florem juniorem includentes. Flores rubelli, racemosi. Fructus magnitudine MOMORDICAE *elaterii.* In *India orientali.* In *Surinamo*? *Rodschied.* ♄.? ♃?

Obs. Cls. *Roxburgh*, qui omnino RENEALMIAM *nutantem Andr.* (GLOBBAM *nutantem Willd.*) huc ducit, de sua addit: „occurrit *in interioribus Bengaliae; ex Dinajpúr* misit W. *Carey* M. D. ubi 5-8-pedalis, caule crassitie digiti. Semina quidquam aromatica. Radix odora in Britanniam devehitur nomine *Galangae majoris.* Apex Antherae in hac bifidus. Stigma latum, labiis callosis pilosis."

8. * A.? *exaltata*, racemo subradicali erecto, labio concavo trilobo; foliis lanceolatis undulatis. RENEALMIA *exaltata Linn. Suppl.* p. 79. exclus. Synon. *Rumph. Willd. Spec.* I. p. 6.

Caulis 20pedalis; folia 5-6pedalia. Racemus e caule prodit prope radicem. Bracteae lanceolatae deciduae. In *Gujana*, *Surinamo.* ♃. Ulterius inquirenda an vere hujus generis sit. conf. *Smith exot. bot.* ad t. 106.

9. A. *mutica Roxb.*; foliis breviter petiolatis, anguste lanceolatis, utrinque attenuatis; nitentibus; racemis terminalibus erectis compositis; labio trilobo basi ecalcarato; capsulâ baccatâ; seminibus numerosis angulatis, arillo evanido. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 354.

Species elegans, media *nutantem* inter et *calcaratam.* *In sylvis Insulae Principis Walesiae. W. Roxb.*

10. A. *calcarata Roscoe;* foliis lanceolatis utrinque attenuatis nitentibus; spicis terminalibus erectis compositis; labio ovato-oblongo apice crispo bilobo. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 355. A. nectario ovato oblongo apice semibifido, foliis lanceolato-ensiformibus, capsulâ hirtâ. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 347. RENEALMIA *calcarata Andrews's Reposit.* t. 421. *Trattin. Gartenpfl.* n. 40. p. 72. *Tabular.* t. 599. GLOBBA *erecta Redouté Liliac.* III. t. 174.

Planta 3-4pedalis, caule folioso. Racemus erectus, foliis brevior. Flores albi, labello magno, emarginato, sanguineo-rubro. In *Coromandel, China.*

Obs. *Decandolle* de GLOBBA *erecta:* racemo terminali erecto, bracteis flore brevioribus, foliis subsessilibus, hac monet:

Radix fibrosa, repens; culmi plures herbacei recti simplices superne pubescentes, crassitie digiti minimi, bipedales circiter; folia alterna, vaginantia, demum plana, lanceolata, acuminata, basi in petiolum attenuata: vaginae foliorum inferiorum rufescentes, scariosae; flores terminales, racemosi; pedunculi breves, crassi, pubescentes, 2-3flori; bractea sub singulo pedicello parva fusca caduca, bracteis vero sub singulo flore ovarium involventibus albis diaphanis, caducis majoribus. Calyx albus, extus pubescens, basi tubulosus, brevis, latere fissus in lobos tres parum profundos. Corolla alba, calyce triplo longior, tubulosa, basi attenuata, ultra medium partita in lacinias quinque oblongas, obtusas, irregulares. Nectarium album, tubulosum, basi hirtellum, dilatatum in limbum ovatum, concavum, rubro flavoque varium, undulatum, apice in lobos duos breves divisum, basi cornubus duobus parvis subulatis. Glandula flava nectarifera in apice germinis. Stamen nectario affixum, latum, sulcatum, apice in annulum callosum medio fissum dilatatum, cui ad latus utrumque loculus linearis, polline farctus. Germen inferum, pubescens, globosum, subtrigonum. Stylus in fissura annuli staminis. Floruit in Hort. reg. Parisino, sub nomine RENEALMIAE *minoris*. *Patria ignota; fors India orientalis.*

11. A. *spicata* *Roxb.*; spicâ terminali oblongâ arcte imbricatâ bracteis anguste lanceolatis acutis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 356.

Minima generis. In *Sumatra*, *Bencoolen*. *W. Roxb.*

Haec sequuntur: p. 21. (n. 9.) 12. ALP. *aromatica*. p. 22. (n. 10.) 13. ALP. *Paco-Secora*. (n. 11.) 14. ALP. *maculata*.

P. 22. deleatur HELLENIA n. 2. *Allughas*, quae nunc sub ALPINIIS militat.

P. 23. lin 6. lege: *Retz obs.* VI. p. 18. Lin. 7. lege: *Lam. Enc. meth.* II. p. 587. Lin. 8. lege: *Retz Obs.* III. p. 64. Lin. 9. subjungatur sequens observatio:

* *Loureiro* l. c. AMOMUM suum *medium*, spicâ caulinâ ramosâ, fructu oblongo striato evalvi, sic describit: „Culmus perennis, rectus, simplex, „octopedalis, crassus, teres; folia magna oblonga subacuta glabra petio„lis amplexicaulibus. Spica longa terminalis. Recentem florem non „vidi. Pericarpium inferum oblongum obtusum subteres striatum cras„sum coriaceum evalve exsuccum triloculare polyspermum. Semina multa „angulata membranulis distincta fusca odorata ardentia. Suspicor eun„dem esse plantam quam *Bontius Jav.* l. 6. c. 37. p. 137. describit „sub nomine Cardamomi majoris. (Cf. AMOMUM *Cardamomum*) formâ „fructus valde convenit cum Cardamomo medio apud *Matthiolum* in *Diosc.* l. c 5. p. 28. *In parte occidentali Canton. Sinensium.*

P. 23, 24. Deleatur genus ZINGIBER. En emendatum:

ZINGIBER. *

a. *Spicis radicalibus.*

1. Z. *officinale* *Roscoe*; foliis lineari-lanceolatis, spicis compactis strobiliformibus elevatis, bracteis acutis, labio

* ZINGIBERA differunt ab AMOMIS praecipue caule herbaceo annuo nec bienni. *Roxb.*

trilobo. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 345. Z. bracteis ovato-lanceolatis, laciniis corollae revolutis, nectario trilobato. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 348. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 5. AMOMUM *Zingiber Willd. Spec.* I. p. 6. *Jacq. H. Vindob.* I. p. 31. t. 75. *Loureiro Fl. coch.* I. p. 2. *Fischer Comment. mosquens.* Vol. I. P. 1. p. 22. T. 11. f. D. *Trattin. Arch.* t. 202. *Rheed. malab.* XI. p. 21. t. 12. *Rumph Amb.* V. p. 156. t. 66. f. 1.

Radix repens, tuberibus palmatis compressis carnosis, demum fibrosis, fibrillis tenuibus, brevibus. Caules bi-tripedales; folia 6-7pollicaria, 1 1/2 poll. lata; scapus nudus; bracteae coloratae acuminatae; spica ovata; flores flavicantes; nectarium purpureo-fusco- et flavo varium. Semina multa, oblonga. *Ind. orient.* ♃. Colitur nunc etiam *in America.*

2. * Z. *Zerumbet Roscoe;* caulibus declinatis, foliis approximatis sessilibus utrinque attenuatis lanceolatis, spicis compactis strobiliformibus elevatissimis ovatis obtusis, bracteis late obovatis obtusis margine coloratis, labio trilobo. *Roxb.* l. c. p. 346. Z. bracteis ovatis, obtusis, laciniis corollae erectis acutis, nectario bilobato. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 384. *Smith exot. bot.* 2. p. 105. t. 112. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 5. *Lour. Fl. cochin.* I. p. 3. AMOMUM *Zerumbet Willd. Spec.* I. p. 6. *Jacq. Hort. Vindob.* III. p. 30. t. 54. *Murray Comment. Goetting.* 1775. p. 26. t. 2. *Ehret pict.* t. 14. *Trattin. Arch.* t. 203. AMOMUM *sylvestre Lam. Illustr.* T. II. f. 3. *Fischer Comment. mosq.* Vol. I. P. 1. p. 21. t. IV. f. F. ZINGIBER *spurium Koenig ap. Retz Obs.* III. p. 59. *Rheede malab.* XI. t. 13. *Rumph amb.* t. 64. f. 1. (fide *Roxburgh,* et *Lour.*, sed minime convenit cum *Rumph.*). Z. latifolium sylvestre. *Herm. lugd. Bat.* t. 637.

Rad. repens tuberibus teretibus tortuosis crassis ramosis horizontalibus carnosis pallidis; odore subaromatico, sapore non ardente. Caulis 4ped., perennis, simplicissimus rectus. Folia lanceolata magna glabra petiolata oblique adscendentia. Scapus pedalis, ruber ut bractea. Corolla pallida. Nectarium bilobum. Semina multa, ovata. *Lour.* In *India orientali, Cochinchina.* ♃.

3. Z. *Cassumunar Roxb.;* caulibus erectis, foliis sessilibus lineari-lanceolatis, spicis compactis strobiliformibus elevatis lanceolatis acutis, bracteis obovatis acuminatis, labio trilobo. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 347. t. 5. Z. caulibus erectis, foliis sessilibus lineari-lanceolatis, nervo vaginâque hirtis, spicis compactis strobiliformibus, nectario bilobo cristato. *Bot. Mag.* t. 1426. *Lewis Mat. med.* p. 193. ed. in 4to.

„Rad. recens odore camphorato, sapore calido aromatico amaro pollet, sicca debilior.“ *Roxb.* — Rad. extus flava, intus fulva, fibris copiosis, carnosis, ochroleucis. Folia pedalia et ultra, duos circiter pollices lata. Bracteae basi purpurascentes, margine albae. Labium albidum margine crenatâ ochroleucum. Capsula intus coccinea. In *India orientali*. ♃.

4. * Z. *Mioga*; laciniis corollae acutis concavis aequalibus, nectario ovato concavo. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 348. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 6. AMOMUM *Mioga*. *Willd. Spec.* I. p. 7. *Kaempf. amoen. acad.* V. p. 826. *Ejusd. Ic. selectae curâ Banks.* t. 1.

Scapus brevissimus. Folia spithamaea, ensiformia, acuta. *Nangasaki in Japonia.* ♃.

5. Z. *roseum Roscoe*; foliis brevi-petiolatis lanceolatis, spicis laxis ad medium usque immersis terrae, bracteis lanceolatis coloratis, labio integro. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 347. Z. bracteis lanceolatis coloratis, laciniis corollae revolutis, nectario ovato plano. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 348. AMOMUM *roseum Roxb. pl. of Corom.* II. t. 126.

Caules bi-tripedales, foliis elliptico-lanceolatis glabris. Scapi brevissimi. Spica oblonga, imbricata, bracteis roseis. Flores longe tubulosi, luteo rubelli. In *Coromandeliae vallibus subhumidis septentrionalium regionum* (*Circars*). ♃.

6. Z. *ligulatum Roxb.*; foliis approximatis sessilibus lanceolatis; spicis laxis obovatis apice horizontalibus, bracteis cuneiformibus, labio subhastato. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 348.

In *India orientali. Centario Hardwicke.*

7. Z. *rubens Roxb.*; foliis lanceolatis utrinque attenuatis, spicis laxis terrae ad medium usque immersis, bracteis lineari-lanceolatis strictis, labio anguste ovato integro. *Roxb.* l. c.

In *Rungpur Indiae orientalis. D. Buchanan.*

8. Z. *squarrosum Roxb.*; foliis lanceolatis utrinque attenuatis, spicis squarrosis terrae ad medium usque immersis, bracteis linearibus apice longo undulato subulato recurvatis, labio trilobo apice bifido. *Roxb.* l. c.

In *Pegu, et circa Rangoon. D. Fel. Carey.* ♃.

9. ZINGIBER? *dubium Afz.*; bracteis subrotundis, vaginis scapi truncatis; foliis lato-lanceolaribus acuminatis. *Afzel. remed. guineens. Collect.* II. p. 9.

„Radix, corolla, fructus nondum cogniti; habitus AMOMUM refert aut ZINGIBER. Totum acidum, inprimis caulis pars inferior. Caulis sterilis 8-10 ped., pollicem crassus, articulatus, vaginis

articulos tegentibus, inferioribus orificio obliquo apice rotundato, superioribus horizontali truncato, inferne glaber, ad dimidiam sui partem aphyllus, superne pilifer, foliatus. Folia paullum infra orificium vaginarum enata, brevissimo petiolata, angusto-oblonga, supra nervosa glabra, subtus avenia, sericea. Scapus spithamaeus et ultra, articulatus, vaginis truncatis turbinatis, sursum majoribus laxis glabris striatis. Flores plurimi in capitulum congesti, bracteis magnis subrotundis distincti." *Afzel.* In *montibus Sierrae Leonae et alibi per oram Guineae maritimam in altis sterilibus perquam vulgaris.*

10. *Z. purpureum Roscoe*; bracteis ovatis coloratis, laciniis corollae erectis, nectario bilobato. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 348. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 6. AMOMUM *montanum Koenig* apud *Retz Obs.* III. p. 32. hujus videtur loci.

In *India orient.* ♃. — An hujus sectionis?

b. *Spicis terminalibus.*

11. *Z. capitatum Roxb.*; foliis lineari-lanceolatis amplexicaulibus, bracteis exterioribus lanceolatis, interioribus ovatis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 348.

In *India orient. Centario Hardwicke.*

12. *Z. marginatum Roxb.*; foliis sessilibus lanceolatis; bracteis exterioribus obovatis margine latâ transparente membranaceâ. *Roxb.* l. c.

Patria ignota.

P. 24. dele COSTUM *speciosum*, qui sequentibus emendandus:

1. * *C. speciosus Smith*; foliis sessilibus spiraliter circumstantibus oblongis subtus villosis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 349. C. nectario obsolete trilobato undulato fimbriato, foliis subtus sericeo-villosis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 349. *Willd. Spec.* I. p. 11. *Smith* in *Linn. Transact.* I. p. 249. C. *arabicus Linn. Sp. Pl.* I. p. 2. *Fl. Zeyl.* p. 5. *Musa Cliffort.* p. 14. *Jacq. Ic. pl. rar.* I. t. 1. *Collectan.* I. p. 143. AMOMUM *hirsutum Lam. Illustr.* t. 3. HELLENIA *grandiflora Retz Obs.* VI. p. 18. BANKSEA *speciosa Koenig* ap. *Retz Obs.* III. p. 75. Tsjanakua *Rheede malab.* XI. t. 8. ex auct. *Roxb.*

Pars radicis tuberosa horizontaliter sub terra decurrit paucorum pollicum altitudine, et totidem saepe in diametro, annulata; fibrillae alte in solum descendunt; antiquiores radicis partes pallide flavae, juniores albae, texturâ firmâ, tenaci, fibrosâ: omnino inodora. Caules erecti alii stricti, alii quasi spirales, basi vaginis vestiti simplicibus pubescentibus, 4-6pedales, crassitie baculi. Folia cuspidata, 6-15 poll. longa. Spica unica, oblonga, firma, terminalis, bracteis imbricata numerosis: exte-

rioribus ovatis concavis duris nitentibus acuminatis unifloris permanentibus viridibus aut ferrugineis rubrisve, omnibus vero maturo semine rubris; interioribus carinatis, singulâ sub flore singulo, sinistram calycis trifidi partem amplexante, demum rubente. Corolla magna, candida, rore quasi ferrugineo inspersa, inodora; limbus corollae interior CONVOLVULI *sepium* refert corollam, sed recurvus et margine eleganter laciniato-dentatus. Filamentum supra medium limbi interioris incumbens dorso pilis longis mollibus albis, antherâ subtus in illius quasi centro affixâ. Stylus filamento brevior. Stigma latum, bilabiatum, apice attingens antheram. Capsula triquetra, glabra, dura, profunde rubra, calyce coronata permanente rigido colorato, lateribus dehiscens. Semina angulata, nigra, glabra. Perispermium conforme, candidum, cartilagineum. Vitellus tenuis, arcte, praeter basin embryonis, totum tegens semen. Embryo centralis, cylindricus, longitudine perispermii. Radicula truncata arcte umbilico approximata. *Ubique in Asia meridionali.* ♃. A COSTO *arabico* officinarum omnino diversum esse *ill. Jos. Banks. Roxb.*

P. 25. E Synonymis COSTI *arabici* deleantur: C. *glabratus Swartz*, et Tsiana-kua *Rheed.*

P. 26. C. *anachiri Jacq.* Sedulo conferendus erit quoad Synonyma aeque ac quoad differentiam specificam cum C. *spirali.*

P. 27. KAEMPFERIA.* Generi adde sequentem observationem:

* *Obs.* Kaempferiae omnes radice tuberosâ bienni, acaules, foliis radicalibus herbaceis, calyce superiore subcylindrico, fauce contractâ inaequaliter divisâ; corollae limbi interioris laciniâ infimâ, quae Nectario respondet, latâ, bilobâ, saturatius coloratâ; cristâ antherae latâ, bifidâ aut bidentatâ; corpusculis nectariformibus *Koenigii* subulatis, stigmate infundibuliformi. *Roxb. in asiat. Research.* XI. p. 327.

P. 27. K. *rotunda.* adde: K. foliis oblongis subtus coloratis, spicâ radicali ante folia emergente, laciniis superioribus limbi interioris corollae lanceolatis acutis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 327. *W. Jones ibid.* IV. p. 242. *Jacq. H. Schoenbrunn.* III. p. 37. t. 317. *Redoutei* figura anne potius ad K. *ovatam?*

2. K. *Galanga.* adde: K. foliis sessilibus subrotundis, spicâ centrali, laciniis superioribus limbi interioris corollae ovatis. *Roxb.* l. c. p. 327. *Rumph Amb.* V. t. 69. f. 2. ALPINIA *sessilis Koenig* ap. *Retz Obs.* III. p. 62.

Obs. Rumphii iconem a clo. *Roxburgh* laudatam minus propriam esse *Loureiro* l. c. contendit.

3. K. *angustifolia.* adde: KAEMPFERIA *angustifolia*, foliis radicalibus lanceolatis, spicâ centrali, laciniis duabus superioribus limbi interioris corollae lineari-oblongis obtusis.

Roxb. asiat. Research. XI. p. 328. hujus videtur loci, licet nullum hic adducat synonymon cls. *Roxburgh.*

4. K. *pandurata Roxb.*; foliis petiolatis late lanceolatis utrinque attenuatis; spicis centralibus, laciniis duabus superioribus limbi interioris corollae obovatis obtusis, inferiore panduriformi. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 328. t. 2. ZERUMBET *claviculatum Rumph Amb.* V. t. 69. f. 1.

„Huc ducere amarem fere *Manja-kua Rheed. malab.* XI. p. 19. t. 10. licet a *Linneo* ducatur ad CURCUMAM *rotundam*, *. quam, „nisi ipsissima haec sit, nuspiam vidi. A *Roscoe* ad KAEMPFERIAM „*ovatam* ducitur, quae a nostra differre videtur formâ foliorum „et nectarii s. labii." *Roxb.* l. c. Radix, quoad iconem, tuberoso-fibrosa; foliorum petioli squamis purpurascentibus basi vaginati; folia acuminata; corolla sordide alba, laciniâ inferiore basi intus miniatâ. In *Samatra.* ♃?

* *Obs.* CURCUMA *rotunda Linn.* foliis lanceolato-ovatis, nervis lateralibus rarissimis, *Willd. Spec.* I. p. 14. planta videtur recentiorum industriâ dubia facta. CURCUMA enim *Rumph. amb.* V. p. 162. t. 67., quae eum? adducitur in *Spec. Pl.* l. c. est, fide *Roxburgh*, CURCUMA longa. *Manja kua*, quae a *Willdenow* addita est CURCUMAE *rotundae Linn.* ex *Rheede H. mal.* XI. p. 19. t. 10. clo. *Roxburgh* sua videtur KAEMPFERIA *pandurata*, et Do. *Roscoe* CURCUMA *ovata*. Jam in sua *Florae cochinchin. Lour.* editione *Willdenow* p. 3. in nota ait, AMOMUM *zerumbeth Koenig* apud *Retz Obs.* III. p. 55. n. 6. omnino esse CURCUMAM *rotundam*; sed *Roxburgh* AMOMUM illud *Zerumbet Koenigii* CURCUMAM *Zerumbet* suam facit. *Loureiro* ad CURCUMAM suam *rotundam* citat pariter *Manja Kua Rheed. mal.* XI. t. 10., simulque, ex descriptione potius quam ex figura laudat *Zerumbet Tommon Bezaar Rumph* t. 68. quae CURCUMA *Zerumbet Roxburgh.* Haec vero *Loureiri*, qui plantam suam florentem non vidit, CURCUMA potius *Zerumbet Roxb.*, quam KAEMPFERIA *pandurata* videtur suadente ipso *Willdenow*, qui AMOMUM *Zerumbet Koenigii* idem esse eum illa dicit.

P. 28. AMOMUM. *

* *Obs.* AMOMIS radices articulatae repentes perennes tuberosae, fibrillis numerosis tuberosis alte in terram descendentibus; caules ad minimum biennes vaginis foliorum distichorum inclusi. Inflorescentia e spicis radicalibus uniformibus quidquam laxe imbricatis bracteis unifloris. Corniculum aut glandula quasi dilatata basin filamenti inter et insertionem labii ut in ALPINIIS plurimis. Semina recentia arillo molli, glutinoso, demum evanido. Embryo subclavatus perispermo et vitello praeditus. *Roxb.*

1. * A. *Cardamomum*; foliis breviter petiolatis lanceolatis utrinque attenuatis, spicis laxis horizontalibus, bracteis lanceolatis acutis, labii margine anteriore cristâque trilobis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 343. *Willd. Spec.* I. p. 8. *Lour. Fl. cochin.* I. p. 4. *Roscoe Linn. Transact.* VIII. p. 352. A. *Cardamomum javanicum Thunb. jap.* p. 15. A. *racemosum Lam. Illustr.* t. 2. f. 2. AMOMUM *compactum Botan.* ZINGIBER *minus Gaertn. de Sem.* I. p. 35.

t. 12. f. 1. *Petiver Gazophyl.* p. 375. t. 20. f. 2. Cardamomum minus. *Rumph Amb.* V. p. 122. t. 65. f. 1. *Bont. Hist. nat.* p. 126. c. ic. (excl. Capsulâ, quae CARDAMOMI *medii.*) Amomo legitimo degli antichi. *Pona Baldo* p. 50.

Caulis octo-duodecimpedalis, (2½ ped. *Loureiro.*) Folia 8-15 pollices long. 2-4 pollices lat. Flores albicantes, maculâ luteâ notati; bracteae alternae laxae. In *Ind. or. ins.*, *Malacc.*, *Cambodia. In hortis Bataviae, Javae culta.* ♃.

2. A. *angustifolium Sonnerat*; foliis late lanceolatis, spicis elevatis lineari-oblongis, bracteis oblongis fere acuminatis, labio obovato-cuneato integro, cristâ tridentatâ. *Roxburgh asiat. Research.* XI. p. 343. A. scapo nudo brevissimo, spicâ capitatâ, foliis lineari-lanceolatis. *Willd. Spec.* I. p. 8. A. *madagascariense Lam. Illustr.* t. 2. f. 1. *Sonnerat voy.* II. p. 240. t. 137. ZINGIBER *Meleguetta Gaertn.* I. p. 34. t. XII. f. 1.? CARDAMOMUM *majus officin.*?

Caulis 8-10pedalis, folia pedalia, angustissima; spica pauciflora. globosa, capsulae ovatae. — Flores aromatici; margo corollae exterior bracteaeque superiores rubrae, labium latum flavum. In *Madagascariae paludibus. Ex insula Mauritii in Indiam orientalem transtulit Tennent. Roxb.* l. c.

3. * A. *grana paradisi*; scapo ramoso laxo, foliis ovatis. *Willd. Spec.* I. p. 9. *Rheede Hort. mal.* XI. t. 6.? *Blackwell.* t. 385.

Scapus brevissimus. *Madagascar, Guinea, Zeylon.* Planta obscura, cujus et *Roxburgh* nullam fecit mentionem. ♃.

4. A. *villosum Lour.*; scapo brevi reclinato, bracteis linearibus, fructu villoso. *Lour. Cochin.* I. p. 4. GLOBBA *crispa Rumph Amb.* VI. c. 30. t. 61.

Cl. *Willdenow*, qui tamen plantam hancce non vidit, in *Spec.* I. p. 8. reformavit definitionem auctoris: dicens: scapo vaginato brevissimo, spicâ subrotundâ, bracteis lanceolatis flore longioribus, additque in editione sua *Fl. cochin. Lour.* p. 5. in nota: „*Rumphius* l. c. binas depinxit species valde diversas. Haec figurâ secundâ est expressa, altera a *Koenig* in *Retz obs. bot.* III. p. 50. n. 2. descripta. In hac scapi adsunt, in *Koenigiana* flores sunt sessiles. — Rad. horizontalis sublignosa repens, radiculis longissimis crassis odoratis. Culmus perennis, simplicissimus debilis erectus teres sexpedalis. Folia lanceolata enervia glabra petiolata amplexicaulia reflexa. Scapus quadripollicaris, tenuis. Spica subovata, bracteis linearibus! imbricatis. Cor. pallida infundibuliformis, tripartita: nectario petaliformi brevi obtuso. Pericarp. inferum subglobosum semipollicare rufum triloculare evalve, exterius villis multis crassis. Semina multa angulata fusca constricta membranulis interjacentibus. Sapor recentis fructus subdulcis, gratus. Tota aromatica. In *montibus Cochinchinae et Indiae.* ♃.

5. A. *uliginosum Koenig*; floribus pedunculatis, caulibus remotis, foliis acutis, capsulis globosis echinatis. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. n. 353. A. scapis erecto-curvatis, spathis ovatis, floribus singulis bibracteatis, foliis sessilibus. *Koenig* ap. *Retz Obs. bot.* III. p. 56.

Radices filiformes, ferrugineae, sub caule parum nodosae, vaginatae. Caules solitarii, erecti, basi clavati, vix crassitie digiti, tripedales et altiores. Folia sessilia, patentia, oblonga, utrinque laevia, nitida, vix pedalia. Florum fasciculi conferti, pedunculati, a caulibus remoti, floribus subpedicellatis, bracteatis. Flores albi, versus apicem flavo variegati, ad basin paulisper rosei. *Hab. in Indiae umbrosis minus frequens.*

6. A. *echinatum*; spicâ radicali sessili subglobosâ, capsulis sulcatis echinatis globosis. *Willd. Spec.* I. p. 8. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 353. *Rumph Amb.* VI. t. 61. f. 1. COSTUS *echinatus Pers. Syn.* I p. 3.

Planta obscura, cujus fructum baccam dicit *Rumph. Ind. or.* ♃.

7. A. *aculeatum Roxb.*; foliis subsessilibus cordato-lanceolatis; spicis obovatis horizontalibus; bracteis lanceolatis; cristâ amplâ trilobâ; capsulis ovatis echinatis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 344. t. 4.

„Capsula sulcis omnino destituta, hinc nec AMOMUM an GLOBBA *crispa Koenig*, nec *Rumphii* GLOBBA“ crispa viridis „ob corticem capsulae mollem carnosum, nec A. *echinatum Willd.* — Cornicula duo ut in ALPINIIS, utrinque unum labii insertiones inter et filamenti in fauce corollae.“ — Radix, quoad iconem, flavescens; caulis basi crassitie fere digiti, squamis latis, e viridi sordido-glaucescentibus. Folia fere pedalia, tres fere pollices lata. Labium flavum maculis purpureis. In *Archipelago malaccensi.* ♃.

8. A. *maximum Roxb.*; foliis petiolatis lanceolatis utrinque attenuatis subtus villosis; spicis ovatis horizontalibus, bracteis lanceolatis, cristâ integrâ semilunari, capsulis globosis, alis septem. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 344.

„Flores albidi medio labii flavicantes. Semina saporis calidi pungentis aromatici, similis CARDAMOMI, sed multo minus grati. Fructus GLOBBAE crispae rubrae *Rumph* VI. t. 60. D. huic quidem simillimus, sed capsula omnino glabra, hinc nequit esse A. *villosum Lour.*“ *Roxb.* l. c. In *Archipelago malaccensi.* ♃.

9. A. *Afzelii.*

10. A. *latifolium Afz.*; scapo subterraneo, floribus aggregatis, fructu ovali arciformi, caule sterili simplici, foliis lato-lanceolaribus. *Afzelius remed. guineensia Coll.* I. p. 5.

Totum glabrum. Caules plures tripedales, inferne squamosi, superne foliati. Folia petiolis longis vaginantibus dodrantalia; scapus 1 1/2 poll., squamosus, ex eadem cum caulibus radice repente. Flores 3-4 in ipsa superficie terrae, magni, nivei, squamis spathaceis, externis coriaceis, internis propriis membranaceis. Fructus 3-4 poll., interno latere ferme planus, externo convexus, castaneus, intus tripartitus dissepimentis membranaceis e columna media enatis, semina cingentibus numerosa quasi sacculo, seminibus VITIS *viniferae* et magnitudine et formâ et colore aemula. — Herba recens subaromatica; flores siccati suave aromatici, ut corium fructus. Cellulae fructus liquore scatent acido. Semina sapore *Cardamomi*, sed multum debiliore. In *Sierrae Leonae montium declivitatibus sylvosis*. An hujus generis?

P. 30. ad finem generis AMOMI adde sequentia:

Obs. „Ex viginti circiter Amomeis in herbario Bonplandii a me repertis „quatuor tantum cognitae sunt, reliquae novae, quas tamen non descripsi „ob florum corruptionem et cariem. *Hunth* in *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* p. 264."

P. 30. 31. Dele genus CURCUMA, quod sic emendandum:

16. CURCUMA.*

A. *Spicis lateralibus, ante vel cum floribus.*

1. C. *Zedoaria Roscoe*; bulbis parvis, tuberibus palmatis longis intus flavis, foliis late lanceolatis utrinque atte-

* CURCUMIS radix biennis, *bulbis, tuberibus, fibris* constans. *Bulbi* anno primo in centro baseos vaginarum foliorum delitescentes receptacula sistunt phyllophora: illis utrinque e regione adnascitur series verticalis gemmarum numero foliorum distichorum aequalium. E gemmis hisce emergunt *tubera* palmata, fere horizontalia, directione contraria, plus minus ramosa. *Fibrillae* radicis e basi bulbi nascuntur torosae, crassae, longae, tubulis capillaribus numerosis lateralibus, alte humo sese immergentes, et, in plurimis sane speciebus nisi in omnibus, partim terminatae tubere oblongo. Tubera haecce semper minus saturate colorata, minus fragrantia quam bulbi ovati tuberaque illa palmata, indeque ab Indis fecula paratur candidissima, qualis et ex MARANTA *arundinacea* obtineri solet. Ineunte tempore pluvio, hyeme jam jam ad finem vergente, gemmae illae ad latera bulbi, primo, quo natae sunt anno, non germinantes, et ad apicem (raro illae quae duplici serie supra et infra, in tuberibus palmatis occurrunt) turgescere et novas producere stirpes incipiunt, hyeme proximâ depereuntes. Tubera illa oblonga pendula ex fibrillis nunquam germinare a me visa sunt. *Folia* omnibus radicalia (horum enim vaginae tantum caulem mentiuntur) bifaria, herbacea, hyeme marcescentia. *Scapus* simplex, erectus, paucorum pollicum, spicâ subimbricatâ simplici subcylindricâ erectâ comosâ; coma e bracteis saturatius coloratis, sterilibus; *bracteae* vero floriferae marginibus infra junctae sunt dorso duarum interiorum superiorum proxime suppositarum, unde sacculi quasi nascuntur e quibus successive emergunt flores 3-5, in speciebus omnibus plus minus flavi, quibus bracteae minores propriae. *Corollae* laci-

nuatis subsessilibus ad vaginas subtus sericeis: tota viridis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 332. C. foliis ovatis acuminatis, bracteis emarginatis. *Rosc. Linn. Transact.* VIII. p. 354. C. foliis late lanceolatis subtus pubescentibus, antherae calcaribus incurvis. *Bot. Mag.* t. 1546. CURC. *aromatica Salisb. Parad. lond.* t. 96.? AMOMUM *Zedoaria Willd. Spec.* I. p. 7. (excl. synon.) *Judwar, Jedwar, Zedwar Arab.* (*Geiduar Avicenn.*) ZEDOARIA *rotunda offic. brit.*

„*In variis Indiae orientalis partibus* floret tempore calido, Aprili, Majo foliis destituta brevi post apparentibus." *Roxb.* His *Soc. Ind.* addit: „*van Rheede* et *Rumphius* a *Willdenow.* huc ducti cum sequenti *Zerumbet* conveniunt magis." In Bengalia *Banhaldi*, *Bunhaldi Jungli-haldi* audit.

2. C. *Zerumbet Roxb.*; bulbis parvis, tuberibus palmatis pallide stramineis, petiolis viridibus, foliis late lanceolatis nubeculâ purpurascente per medium decurrente, floribus bracteâ brevioribus. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 333. *Ind. pl.* 3. n. 201. AMOMUM *Zerumbeth Koenig* apud *Retz obs.* III. p. 55. AM. *latifolium Lam. Enc. meth.* I. p. 133? *Kua Rheed. malab.* XI. p. 13. t. 7. *Zerumbed Rumph amb.* V. t. 68. ZEDOARIA *officin.*

„Color radicis pallidus, coma rubro-Kermesina, macula foliorum purpurea facile hanc speciem distinguunt." *Roxb.* l. c. Floret ante folia *in India orientali.* ♃. Confer KAEMPFERIAM *panduratam* et *ovatam* in *Nota.*

3. C. *caesia Roxb.*; bulbis ovatis tuberibusque palmatis intus caesiis, foliis lanceolatis utrinque attenuatis petiola-

---

niae limbi interioris superiores duae, erectae vel quidquam incurvatae ab apice conico acuto laciniae superioris limbi exterioris, unde e tribus laciniis hisce fornix quasi supra antheram et stigma, et facies corollae ringentis oritur. *Labium* (seu lacinia inferior) latum, saturatius tinctum, plerumque emarginatum. *Filamentum* breve latum inter lacinias duas superiores limbi interioris. *Stylus* filiformis, corpusculis nectariferis basin amplexantibus subulatis. *Stigma* subbilabiatum, infundibuliforme, plerumque ciliatum. *Germen* superum, seminibus axi affixis, raro maturescentibus, vel spatio 21-28 dierum. *Capsula* ovata glabra, straminei coloris, tenuis, fere pellucida, non regulariter in valvas dehiscens, sed elasticitate axillorum apice varie fissa. *Semina* plerumque oblonga. *Arillus* ad basin usque fissus in segmenta varia, inaequalia, albida, carnosa, circa umbilicum semini adnata. *Integumentum* exterius spongiosum, superficie lucidâ laevissimâ, dilute fuscâ, interius membranaceum. *Perispermium* candidissimum, durum, sed friabile, in inferiore seminis parte dimidia. *Vitellus* minus candidus, durior, tenacior, magis fragrans, in superiore seminis parte. *Embryo* fere subclavatus, longitudinalis. *Radicula* truncata, supra umbilicum. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 329. 331.

tis, nubeculâ purpureo-ferrugineâ per medium decurrente, ad paginam inferiorem usque penetrante: caeterum tota viridis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 335. *Tomon itam Rumph amb.* V. p. 169.

Scapi laterales; bracteae fertiles ferrugineo-virides, coma intense vivideque purpurea ut limbus corollae exterior, interior flavus. Parva. In *Bengalia*, brevi post folia emersa florens. ♃.

4. C. *aeruginosa Roxb.*; bulbis ovatis numerosisque tuberibus palmatis incurvatis intus aeruginosis; foliis petiolatis, late lanceolatis utrinque attenuatis supra medium maculâ obscure purpurascente nec ad paginam inferiorem penetrante: caeterum tota viridis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 335.

Speciosa; tubera ovalia pendula numerosa intus colore pallide margaritaceo. Spica lateralis comosa ut in *caesia.* Corolla limbo exteriore pallide rosea, interiore saturate flava. Folia glabra 2-3ped., petiolis vaginisque pedum totidem. In *Pegu* brevi post folia florens.

5. C. *ferruginea Roxb.*; bulbis tuberibusque palmatis copiosis intus pallide flavicantibus, vaginis scapi foliisque rubro-ferrugineis maculâ dilute rubellâ in medio paginae superioris. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 336.

Radices fragrantissimae; folia glabra late-lanceolata utrinque attenuata, maculâ in foliis vetustioribus fere evanida. Flores rari, sed magni, limbo exteriore rubelli, interiore intense flavi. Bracteae fertiles ferrugineae, in coma paucae Kermesinae. Quadripedalis. In *Bengalia.* ♃.

6. C. *rubescens Roxb.*; bulbis ovato-lanceolatis tuberibusque palmatis intus margaritaceis, foliis late lanceolatis utrinque attenuatis petiolisque et costis saturate rubris, floribus bracteâ longioribus. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 336.

Radices valde aromaticae. Vaginae scapusque intense rubrae. In *Bengalia*, subinde e centro foliorum florens. ♃.

7. C. *comosa Roxb.*; bulbis latis ovatis intus pallide ochraceis, spicâ clavatâ, bracteis fertilibus pallide rubro-fuscis, comâ copiosâ roseâ, foliis petiolatis lanceolatis utrinque attenuatis: tota viridis. *Roxb. asiatic. Research.* XI. p. 337.

Magna, elegantissima. Tubera palmata nulla, plurima vero pendula, oblonga, intus alba, alte demersa. Folia lata, cum petiolis et vaginis 5-6pedalia, juniora, tum primum apparent cum floribus, medio nubeculâ ferrugineâ. Spicae solito majores et speciosae, floribus numerosis, limbo exteriore rubro-fuscis, interiore flavis. In *Pegu circa Rangoon.* ♃.

8. C. *leucorrhiza Roxb.*; bulbis ovatis, tuberibusque palmatis longis, late expansis, intus pallide stramineis; foliis

petiolatis, late lanceolatis, glabris, pure viridibus; spicis paucifloris, comâ longitudine spicae fertilis. *Roxb. asiatic. Research.* XI. p. 337. Tommon Poeti *Rumph Amb.* V. p. 169.

Tri-quinquepedalis. Tubera palmata horizontalia praelonga, alte demersa, pendula, numerosa, oblonga; intus margaritacea. Folia biped. Spicae laterales comâ roseâ. Flores longitudine bractearum, limbo exteriore obsolete rubro-fuscis, interiore flavis. In *sylvis Bahar Ind. orient.* ♃.

9. C. *angustifolia Roxb.*; bulbis tuberibusque pendulis oblongis palmatis nullis foliis petiolatis anguste lanceolatis utrinque attenuatis floribus bracteâ longioribus. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 338. t. 3.

Bulbi penduli, quoad iconem, dilute fuscescentes, intus albi; folia, quae cum floribus simul pullulant, subfalcata; squamae scapi inferiores dilute fuscescentes, bracteae fertiles virides margine fuscescente, comâ rubellâ, bracteis sterilibus margine purpurascentibus. Petala supra flava, subtus ochroleuca aut pallide rubra, supremum maculâ saturatiore. In *sylvis littoris a Sone ad Nagpur.* ♃.

B. *Spicis centralibus.*

10. * C. *longa*; bulbis parvis numerosisque tuberibus palmatis longis intus saturate aurantiacis, foliis longe petiolatis, late lanceolatis utrinque attenuatis totis viridibus. *Roxb. asiatic. Research.* XI. p. 340. quo teste: *Manjella kua Rheede mal.* XI. t. 11. (sed male). CURCUMA *Rumph amb.* V. p. 162. t. 67. C. foliis ovatis lanceolatis, bracteis spathulatis subreflexis. *Roscoe Linn. Transact.* VIII. p. 355. *Willd. Spec.* I. p. 14. C. spicâ oblongâ, squamis oblongis acutis, foliis ovato-oblongis acuminatis parallelo-venosis. *Ejusd. Enum. H. Berol.* I. p. 4. *Koenig* apud *Retz obs.* III. p. 72. *Trattin. tabul.* t. 201. AMOMUM *Curcuma Syst. Veg. ed. Murr. Pers.* p. 50. *Jacq. Hort. Vind.* III. p. 5. t. 4.

„Planta *Rheedii,* addit *Willd. Enum. H. Berol.* I. l. c. a. nostra, quae eadem cum Jacquiniana, diversa videtur.“ *Loureiro* ad CURCUMAM suam *longam*, quam Linnaei esse asserit, non contradicente *Willdenow* (*cochin.* I. p. 11.), citat *Rumph Amb.* l. 8. c. 16. t. 64. et addit: „*Habitat ubique culta et inculta in China et Cochinchina*;“ *Roxburgh* vero tantum coli ubique in Asia meridionali, et nescire se locum natalem ubi sponte nascatur.

Acaulis. Folia omnia radicalia, sesquipedalia, lanceolata; petiolis convolutis caulem mentientibus. Scapus e medio petiolorum; spica semipedalis, bracteis albo-purpureis; flores sessiles, albidi, flavescentes, nectario luteo.

11. C. *Amada Roxb.*; bulbis conicis tuberibusque palmatis intus pallide flavis; spicâ tenui rariflorâ, foliis longe petiolatis, late lanceolatis utrinque attenuatis: tota viridis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 341. Tommon manga *Rumph Amb.* V. p. 169.

In *Bengalia*, *ubi Amada* s. *Mango-Zingiber* ob saporem. ♂.

12. C. *viridiflora Roxb.*; bulbis oblongis tuberibusque palmatis intus saturate flavis; foliis oblongis longe petiolatis: tota viridis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 341. Tommon giring. *Rumph Amb.* V. p. 169.

In *Sumatra*. ♂.

13. C. *montana Roxb.* bulbis conicis, tuberibus palmatis pallide flavis, foliis oblongis brevi petiolatis, comâ roseâ; caeterum tota viridis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 342. *Coromand.* pl. 2. n. 151. C. foliis ovatis acuminatis, bracteis ovato-lanceolatis terminalibus undulatis apice coloratis. *Roscoe Linn. Trans.* VIII. p. 354.

Limbus corollae exterior pallide rubro-fuscus, laciniâ supremâ latâ obtusâ. In *montibus Circar.* ♂. Similis C. *longae*; habitu totius plantae, bracteis foliisque diversa. In *Coromandeliae montosis humidis.* ♃.

(CURCUMA *rotunda* v. KAEMPFERIA.)

14. C. *reclinata Roxb.*; bulbis fusiformibus, tuberibus palmatis fere nullis, pendulis numerosis oblongis ovatis stramineis, foliis petiolatis oblongis reclinatis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 342.

Minima generis; spica floresque purpurei maculâ flavidâ in medio labii. Vaginae foliorum rubrae. In *India* orientali.

Obs. Plures adhuc in hortis Indorum adesse species seu varietates, quarum altera radice aeruginosâ, ut 20 circiter species in hortis botanicis indo-britannicis. *Roxb.* l. c.

P. 31. GLOBBA. *

* *Obs.* „Globbae omnes herbaceae, plerumque humiles, raro ultra tripedales; folia lanceolata, utrinque attenuata vel basi tantum, fere glabra, longius acuminata quam in reliquis. Inflorescentia, exceptâ specie ultimâ, terminalis. Color florum maxima parte flavus, labio et filamenti alâ splendidissimâ. Stylus gracillimus, subinde sulcum in interiore antherae parte percurrens, subinde strictus, semper vero lobis antherae inclusus. Stigma filiforme. Capsula ovata, ut plurimum carnosa, tuberculata, apice dehiscens. Funiculus umbilicalis crassus, spongiosus, arillum parvum referens.“ *Roxb.*

1. * G. *marantina*; foliis lanceolatis utrinque attenuatis, spicis terminalibus subsessilibus strobiliformibus bulbiferis, antheris quadricornibus. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 358. G. filamenti appendiculo bilunato, spicâ foliis breviore, brac-

teis late-ellipticis calyce longioribus. *Roscoe* in *Linn. Transact.* VIII. p. 356. *Linn. Mant.* 2. p. 170. G. spicâ terminali erectâ, appendice filamenti quadrilobâ, divaricatâ. *Willd. Spec.* I. p. 153. *Fischer Comm. mosqu.* Vol. I. P. 1. p. 23. t. II. f. E. *Smith exot. bot.* 2. p. 85. t. 103. *Tratt. tabular.* t. 677. COLEBROOKIA *bulbifera Roxb. Donn. Hort. Cant.* 1.

„Bulbillus ovatus in axilla bracteae singulae, quo facilius quam seminibus, vix unquam in hortis Bengaliae maturis, propagatur planta.“ *Roxb.* l. c.

Caulis simplex, tripedalis, foliis ellipticis, acutis, alternis, petiolatis (Marantae), vaginis apice truncatis. Spica? floribus confertis, luteis, singulis involutis. Bractea ovata flore longiore. In *Ind. orient. Bengala.*

2. G. *bulbifera Roxb.*; caulibus bulbiferis, foliis oblongis, racemis terminalibus erectis folio brevioribus bulbiferis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 358. — GLOBBA *sessiliflora* appendiculo cordato, corollae laciniis lateralibus longioribus, spicâ subverticillatâ, bracteis lanceolatis marcescentibus. *Bot. Mag.* t. 1428? *Trattin. tabular.* 679.

„Descriptio deperdita, nec nisi icon imperfecta superest.“ *Roxb.* l. c. In *vallibus Indiae orientalis septentrionalis* (*northern Circars*.)

3. G. *orixensis Roxb.*; foliis oblongis, paniculâ terminali, antheris nudis, capsulâ verrucosâ. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 358. t. 6.

Specimen, *in icone* spithamaeum. Folia sessilia, majus spithamaeum, duas fere pollices latum, acuminatum. Bracteolae lineares acutae in paniculae ramis. Corollae flavae, labio sive alâ filamenti incurvi basi rubrâ. Laciniae tres limbi exterioris, ovatae obtusae ut et duae interioris. Cal. flavus tridentatus, corollae tubo incurvo triplo brevior. Labium s. ala filamenti biloba, lobis obtusis, denticulis duabus lobo utroque interjectis. Caps. ovata squamosa, dilute fuscescens, magnitudine fere Avellanae minoris. In *vallibus humidis montium Circars Indiae orientalis, in districtu Rangpur.* D. *Buchanan.*

4. G. *Hura Roxb.*; foliis ovato-oblongis, racemo terminali erecto, pedicellis ternis trifloris, antherâ coronulâ membranaceâ. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 359. G. *versicolor*, racemo subcorymboso, appendice filamenti quadrilobâ, divaricatâ. *Smith exot. bot.* t. 117. f. a-c partes floris. HURA *Siamensium Koenig* ap. *Retz Obs. bot.* III. p. 49.

Racemus brevis, s. corymbosus; corolla variegata luteo, albo et violaceo. Differt a GL. *marantina* et a sequenti labio versus medium filamenti corollam superante. In *graminosis umbrosis Ins. young Ceylon, et ad urbem Malaccae.* ♃.

5. G. *pendula* *Roxb.*; foliis lanceolatis, racemis terminalibus compositis folio multo longioribus pendulis, antheris bicalcaratis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 359.

In *sylvis Insulae Prince of Wales.* W. *Roxburgh.*

6. G. *radicalis** *Roxb.*; paniculâ radicali, antheris alatis. *Roxb. asiat. Research.* XI. p. 359.

Panicula, pedunculi, bracteae, corollaque, exceptâ alâ filamenti splendide fulvâ, e coeruleo vivide purpurascentes. In *sylvis Chittatong Indiae orientalis.* W. *Roxburgh.*

7. G. *racemosa* p. 32.

8. G. *japonica.*

9. G. *uviformis* p. 33.

* *Obs.* Hujus nobis videtur loci genus novum in *Bot. Mag.* t. 1320. nomine MANTISIAE propositum sequente charactere: *Anthera* duplex. *Filamentum* lineare longissimum, apice bilobum, basi utrinque appendiculatum, quod inflorescentiâ radicali a GLOBBA praesertim distinguitur. Sed genus ipsi auctori dubium in *Bot. Mag.* ubi MANTISIA *saltatoria* audit, quo nomine et in *Enc. meth. Suppl.* III. p. 585. recepta fuit a cl. *Poiret* sequente definitione: „foliis lanceolato-acuminatis, scapo radicali ramoso, bracteis petaloideis." Jam si, addit auctor in *Bot. Mag.* l. c. rationes nostrae non sufficere videntur ut separetur a genere GLOBBAE, erit nobis GLOBBA *mantifera*: filamento apice bilobo basi bicornuto, scapo radicali ramoso, bracteis petaloideis.

Radices e fibris pluribus simplicibus crassis carnosis elongatis, unde caules emergunt foliis alternis subpetiolatis basi rotundatis integerrimis cuspidato-acuminatis, et scapus rectus, caulibus brevior, basi spathis vaginatus oblongis ovatis acutis imbricatis, superne divisus in ramos alternos patentes basi munitos bracteis ovatis coloratis subcordatis, quales et sub floribus videmus. Flores terminales pedicellati, saepius plures aggregati. Spatha in singulo flore e foliolis tribus violaceis valde inaequalibus, fere ovatis, conniventibus; corolla distans a calyce, flava, monopetala, lobis tribus inaequalibus. Filamentum longissimum violaceum, basi appendicibus duabus longis subulatis patentibus. Stylus subulatus. In *India orientali.*

P. 41. dele SALICORN. *ambiguam* n. 18.

P. 45. n. 2. Synonymia emendata haec esto: *Linn. Hort. ups.* p. 2. n. 1. *Vahl Enum.* I. p. 16. *Willd. Spec.* I. p. 28. *Decand. Fl. fr.* n. 2278. *Pallas Fl. ross.* II. p. 112. t. 98. f. A. E. *Gmelin Sib.* III. p. 10. n. 3. *Lam. Illustr.* t. 5. *Gaertn. de Fruct.* I. p. 361. t. LXXV. f. 7. *Sibth. Fl. graec.* I. p. 1. t. 1.

Variat staminibus 1-5.

P. 46. n. 7. Synonyma sic emendanda: *Linn. Hort. ups.* p. 3. n. 2. *Vahl Enum.* I. p. 16. *Lam. Enc. meth.* II. p. 110. n. 2. *Gmel. Sib.* III. p. 10. n. 3. var. 1 et 2. C. *hyssopifolium* var. *Pall. Fl. ross.* II. p. 112.

t. 98. f. B. C. D. et It. I. app. p. 485. n. 97. Rhagrostis semine Pastinacae. *Buxb. Cent.* III. p. 30. t. 55. Huc cl. *Schweigger* C. *hyssopifolium* W. ducit.

Frequens ad Borysthenem, circa oppidum Berislaw.

Inter n. 7-8 inseratur:

C. *patens nob.* spicis terminalibus axillaribusque, floribus confertis imbricatis, foliis enerviis bracteisque mucronatis subpungentibus, caule ramosissimo ramis patentibus, elongatis, subdistichis.

Dodrantale et spithamaeum cum radice tertiam caulis partem longitudine superante, subsimplici, albâ, tortâ. Caulis angulatus, rufus, albido-lineatus, superne pubescens. Rami inferiores oppositi, saepe longitudine caulis, superiores alterni. Folia linearia, fere lineari-lanceolata, unum sub singulo ramo spicâque singulâ, longiora pollicaria, lineam vel sesquilineam lata, saepe rubra, plana, carinata. Spicae unguiculares et pollicares, axillares, subsessiles, terminales in ramis pedunculatae, villis brevibus raris. Flores infimi parum remoti, reliqui conferti. Bracteae infimae lineari-lanceolatae, semine 2-3plo longiores, superiores ovato-lanceolatae apice patentes, margine membranaceae, uti folia mucrone brevi flavescente terminatae. Semina ovalia, margine lato membranaceo undulato. Maxima cum *squarroso* affinitas, sed habitus diversus. In *Sibiriâ*. Habuimus ab amiciss. D. *Fischer* Gorinkensi. ⊙.

N. 8. (nunc 9). C. *pungentis* Synonyma: *Vahl Enum.* I. p. 17. C. *squarrosum Willd. Spec.* I. p. 28. *Pall. Fl. ross.* II. p. 113. t. 99. et *Iter* I. p. 485. n. 98. Rhagrostis foliis arundinaceis. *Buxb. Cent.* III. p. 30. t. 55.

Obs. Species hujus generis nondum satis firmae, nec Synonymiae extra omne dubium positae. Supersunt quoque species aliquot nobis quidem notae, sed non satis cognitae, ex. gr. C. *pilosum Cav.*, *marginatum*.

P. 46. CALLITRICHE's *vernae* variet. δ. est: C. *stellata Hoppe Taschenb.* 1792. p. 158. *Hoffm. germ.* I. p. 2. *Schkuhr Handb.* I. Tab. 1. f. a. C. *aestivalis*, foliis petiolatis subrotundis, fructu tetragono. *Thuill. Fl. paris.* p. 2. *Vaillant Bot. par.* t. 32. f. 10. *Pers. Syn.* I. p. 5. — Hinc delenda C. *aestivalis* nostra p. 47. n. 5.

P. 48. n. 9. CALLITRICHI *dioicae* adde: *Tenore Prodr. Fl. neap.* p. 5.

P. 49. lin. 18-19. adde:

41. bis. ASPICARPA.

1. A. *urens. Lagasca Nov. gen.* et *spec. diagn.* p. 1. n. 5. A. *hirtella Rich. Mem. du Mus.* II. p. 396. Tab. XIII.

Planta herbacea, perennis, volubilis. Caulis pilis urentibus (bisacutis *Rich.*) hispidus. Folia opposita, breviter petiolata, cordato-ovata, integerrima, subtus praecipue pubescentia. Pe-

dunculi axillares, trifidi, triflori, bracteati. Germen liberum, semifissum, Stylus minutissimus, Stigma emarginato-bilobulatum. *Hab. in nova Hispania.* ♃.

P. 60. n. 110. SUFFRENIAE adde:

Obs. Capsula, monente *Jaume St. Hilaire* in *Mem. du Mus.* II. p. 376., non uni- sed bilocularis, dissepimento apice fragili. Placenta non centralis.

P. 69. n. 2. OL. *cajetanae* adde: *Tenore Prodr. Fl. neapol.* p. 6.

P. 84. n. 31. Synon. adde: *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 394. *Environs de Grasse en Provence ou il a été observé* (NB. spontaneum) par Mr. *Jauvy*.

Ad p. 85. n. 32-32 a. I. *noctiflorum Afzel;* foliis ternis simplicibus oblongis ovatisque acuminatis utrinque glabris. *Afzel. remed. guineens. Coll.* IV. p. 25.

Frutex magnus, ramis ramulisque brachiatis rarius ternis, teretibus patentibus glabris. Folia petiolata patentissima, subtus trinervia pallidiora integerrima undata, in ramulo infimo acuta, reliqua acuminata, sursum magnitudine crescentia magisque semper oblonga. Inflorescentia terminalis, pedunculis communibus 1-4, sed propriis semper ternis trifloris. Cal. inferus 6-7 denticulatus. Cor. alba; tubus calyce quadruplo longior; laciniae 6-8 tubo breviores, lato-lanceolatae acutae. Filamenta filiformia, medio corollae tubo inserta. Antherae lanceolatae erectae, vix attingentes orificium tubi. Fructus dicoccus, cocculis divaricatis ovalibus arillatis, arillo semen oblongum includente. Sapor foliorum quidquam acris. Frequens in montibus *Sierrae Leonae* noctu florens et odorem suavem spirans. ♄.

P. 86. lin. 11. loco 103. lege 104.
12. — 104-112. lege 105-113.
13. — 113-133. — 114-134.
14. — 134. — 135, 136.

P. 111. n. 82. Varietatis γ. Synonymiae adde: *Desvaux Journ.* II. p. 52. *Loisel. notice* 2. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 387.

P. 118. inter n. 104 et 105. adde: c. * *Minus cognitae hujus sectionis.*

P. 119. n. 141. VERONICAE *labiatae* adde: *Bot. Mag.* t. 1660.

P. 126. n. 131. Huc quoque pertinere videtur V. *pulchella Batard Fl. de Maine et Loire* p. 414. (excl. syn. V. *persicae*). *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 388. Corollae albae.

P. 137. Gratiolis adde: 43. G. *crassifolia*, foliis lanceolatis integerrimis crassis, pedunculis unifloris, caule erecto. *Lagasca nov. gen.* et *spec. diagn.* p. 1. n. 6.

Caulis inferne radicans. Stigma bilamellatum. In *locis udis circa Salmanticam.* ♃.

P. 167. n. 118. I. *tunicata Afzel.;* spicis terminalibus axillaribusque, bracteis foliolisque calycinis subulatis, foliis brachiatis lanceolaribus, venis adscendentibus. *Afzel. remed. guineens. Coll.* III. p. 17.

Pedalis erecta simplex, rarissime ramulo uno alterove, radice subramosâ, forte annuâ. Caulis teres hirtus nigricans, epidermide in tunicam s. corticem quemdam exteriorem xerampelinum tandem dirumpentem deciduum passim extumente; folia petiolis brevibus hirtis, plus minus acuminata utrinque glabra, subtus nervo medio hirto. Flores numerosi in spica longa hirta oppositi remoti. Cal. laciniis 5, bracteisque 2, ut videtur, hirtis et interdum glandulosis. Cor. alba, sublabiata, labio altero tripartito, altero trifido. Tubus gracilis longissimus; laciniae plusquam dimidio breviores ovales planae. Filamenta monanthera, antheris erectis subexsertis. *Afzel.* In petrosis planis *Sierrae Leonae.*

P. 190. n. 5. Synon. adde: *LaPeyr. Abr.* p. 11. (*Pyrénées occidentales. A la montagne de Larhuns.*) *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 405. n. 2621. a. Pinc. *alpina Berg. Fl. bass. pyr.* I. p. 17. *Thore Chl. Land.* p. 12.

P. 195. n. 13. Synon. adde: *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 404. n. 2617 a.

P. 197. deleatur Utric. n. 20. *setacea Mich.* quippe quae eadem cum U. n. 39. *subulata Gron.*

P. 214. adde: 15. Monarda *citriodora Cervantes;* foliis rameis lanceolatis concavo-carinatis reflexis, floribus verticillatis, calycibus quinque-aristatis fauce barbatis. *Lagasca nov. gen.* et *spec. diagn.* p. 2. n. 14.

Herbacea, villo brevissimo pulverulento. Folia primordialia ovata, subcordata, obtusiuscula, late crenata, longe petiolata, caulina inferiora elliptica. Bracteae numerosae. Corolla laete carnea. *Hab. in nova Hispania.*

P. 220. n. 18. Salviae *Hablitzianae* adde: *Bot. Mag.* t. 1429.

P. 221. n. 20. S. *lanceolata.*

Obs. Lagasca in *nov. gen.* et *spec. diagn.* p. 2. n. 13. Salv. habet *lanceolatam*, foliis lanceolatis remote obsoleteque crenatis reflexis, spicis terminalibus secundis brevibus, bracteis lanceolatis pedicello longioribus, calycibus fructiferis superne compressis . . . quae eadem esse videtur cum S. *lanceolata Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 31. (olim *reflexa* et nostra. Corolla coerulea. *Hab. in nov. Hispania.*

P. 230. post SALV. *polystachyam*. N. 55-56. S. *lineatifolia*; foliis cordato-ovatis acuminatis, lineatis serratis, subtus tomentosis, spicis numerosis axillaribus terminalibusque densissimis. *Lagasca gen.* et *spec. nov. diagn.* p. 2. n. 10.

Folia rugosa, nonnunquam suborbiculata, subtus albicantia, mollissima. Spicae breves, pyramidatae, truncatae. Corolla pallide coerulea, minor quam in S. *polystachya*. Galea et calyx pubescunt. In Hort. matritensi ex seminibus a D. *Vicentio Cervantes* S. *eremiticae* nomine e *Mexico* missis. ♄.

N. 56-57. S. *melissodora*; foliis cordatis ovatis obtusis rugosissimis subtus villosis, spicis terminalibus, verticillis multifloris tomentoso-viscidis subsecundis. *Lagasca gen.* et *spec. diagn.* p. 2. n. 11.

Hort. matrit., ex sem. a DD. *Sessé* et *Mozinno ex nov. Hisp.* allatis.

P. 232. n. 63-64. S. *agglutinans*; foliis cordatis, ovato-lanceolatis acutis serratis subtus candicantibus, corollis pubescentibus calyce inflato quadruplo longioribus, caule hirto viscoso. *Lagasca gen.* et *spec. nov. diagn.* p. 2. n. 12. An S. *amethystina Smith?*

Folia, supra praecipue, et praesertim juniora, villoso-viscosa. Verticilli subsexflori, bracteati. Bracteae ovatae, acuminatae, concavae, calyce breviores, deciduae. Corolla coccinea fulgentissima. Stylus superne compressus, ibidemque utrinque barbatus. Stigma glabrum, galeâ longius. *Hab. in nov. Hispania.* Semina miserunt D. *Sessé*, *Mozinno* et *Cervantes* sub S. *fruticosae* nomine.

P. 238. post n. 87. adde: 87-88. S. *Hispanorum*, albido-tomentosa, foliis lanceolatis crenulatis rugosissimis, calycibus cylindraceis acutis. *Lagasca gen.* et *spec. nov. diagn.* p. 1. n. 7. Salvia cretica angustifolia *Clus. Hist.* I. p. 343. plantam sat bene-repraesentat.

Abunde in collibus aridis mediocris altitudinis in Hispania. ♄. *Salvia*, *Salvia fina*, *Selvia* et *Madriselva* vulgo ab Hispanis nuncupatur.

P. 243. n. 102. adde: S. foliis ovato-oblongis subcordatis acuminatis erosis rugosissimis subtus niveo-tomentosis, caule superne paniculato. *Lagasca gen.* et *spec. nov. diagn.* p. 1. n. 8.

P. 247. n. 118. *S. parviflora*, adde: *Lagasca gen.* et *spec. nov. diagn.* p. 1. n. 9. (Corollam minime viscosam, purpuream; stamina longitudine faucis esse.)

P. 269. post n. 9. adde: 9ª. A. *sericea Jacq.*; foliolis obovatis inciso-dentatis pubescentibus dorso sericeis, spicis globosis, caule decumbente. *Jacq. Eclog.* p. 81. t. 55.

Hab. in nova Hispania. ♃.

Obs. ANCISTRUM *acaena H. R. matr.*, foliolis obovato-cuneatis sericeis serrato-incisis, interioribus decrescendo brevioribus, spicis capitatis, caulibus adscendentibus, *Elench. H. R. Matrit.* 1803. *Lagasc. gen. et spec. nov. diagn.* p. 7. n. 100., de qua *Lagasca* addit: Similis ACAENAE *trifidae Fl. peruv.*, et quae in nova Hispania occurrit, fide speciminis ex H. Valentino eadem omnino est species cum A. *sericea Jacq.*; differt tantum valentina a vindobonensi pube magis sericeâ, staturâ humiliore, et capitulis paucioribus.

P. 269. n. 12. Ac. *adscendens*, adde: ANCISTRUM *laevigatum Lagasca gen.* et *spec. nov. diagn.* p. 7. n. 101.

Stamina 1-4, plerumque 2-3. Antherae atropurpureae. In *nov. Hisp. Lag.*

P. 288. lin. 9. lege A. *amarum*, loco *marum*.

P. 289. ANTHOXANTHIS adde: 6. A. *ovatum*; spicâ ovatâ densâ, vaginis glabris, foliis ciliatis. *Lagasca nov. gen.* et *spec. diagn.* p. 2. n. 15.

Hab. circa Gades. Conferendum cum A. *gracili Biv.*

P. 315. post n. 116. adde: P. *sarmentosum Roxb.*; erectum, ramosum apice, sarmentosum; foliis late cordatis oblongisque glabris subquinquenerviis, superioribus subsessilibus; amentis folio oppositis, breviter pedunculatis. *Hunter asiat. Research.* XI. Appendix. P. *latifolium Hunt. Linn. Transact.* IX. p. 392.

Obs. *Hunter asiat. Research.* IX. descripsit PIPERA in insula *Prince of Wales*, PIPERque ab illo *latifolium* dictum serius vidit esse *latifolium H. Calcutt. Roxb.* — Caules 6-18poll., articulati, glabri, basi sarmentis longissimis. Folia alterna, inferiora late cordata, superiora oblique oblonga: utraque supra nitentia. Amenta solitaria, oblonga, parva, vix 1/4pollicis. *Gadu*, *Caudo*, *Malaccensium. In Ins. Prince of Wales.* — Nos volumen IX. *Linn. Transact.* non vidimus.

P. 320. lin. 12. ab infra, adde: P. herbaceum, caule radicante, foliis ovato-acuminatis peltatis, pedunculis oppositifoliis solitariis articulatis. *Thompson* in *Linn. Transact.* IX. p. 203.

Hab. in insulis caribaeis.

P. 322. adde: n. 152-153. P. *bracteatum*; caule filiformi radicante, foliis cordato-orbiculatis acuminatis obtusiusculis, pedunculis axillaribus solitariis bracteatis, spinis brevibus. *Thompson* in *Linn. Transact.* IX. p. 203. tab. 21. f. 2.

Hab. in Insula S. Vincentii.

P. 333. adde: n. 201-202. P. *quadrangulare*; herbaceum, caule quadrangulari radicante, foliis oppositis rhombeis, pe-

dunculis axillaribus solitariis, spicis binatis. *Thompson* in *Linn. Transact.* IX. p. 202. tab. 21. f. 1.

Habitat in insula Trinitatis.

P. 338. post n. 225. 226. P. *fasciculare;* foliis ovatis utrinque laevibus, spicis brevissimis fasciculatis, bracteis suborbicularibus. *Rudge Gujan.* p. 9. t. 4.

Folia alterna, densa, bi - tri - uncialia, integerrima, utrinque laevia; spicae quasi axillares. In *Gujana.*

Obs. Obscura, et forsan ipsa LACISTEMA *myricoides Sw.*

P. 346. lin. 14. adde: PHILYDRUM. BURMANNIA. SOWERBOEA. CAULINIA.

P. 426. n. 62. sequenti modo corrigatur: 62. G. *viperatus Gawl.;* corollae laciniâ supremâ obovatâ recurvâ; lateralibus rhombeo - ovatis patentibus; inferioribus spatulatis acuminatis dependentibus. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 97. GL. *alatus Jacq. Andr. Repos.* t. 8.

In *promont. b. spei.* ♃.

P. 474. lin. 12. ab infra. adde: *Bot. Mag.* t. 1393. obs.

P. 538. n. 47. post *Roth Mss.* adde: ANEILEMA *acuminata;* caule adscendente foliis lanceolatis breviter acuminatis, supra laevibus margine scabris; superioribus similibus confertis, paniculae ramis apice paucifloris infra bracteolatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 270. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 324.

P. 541. lege: I. *Involucrum conduplicatum.*
60. C. *cyanea.*
61. C. *lanceolata.*

P. 542. dele n. 66. C. *acuminatam Poir.* jam pag. 538. sub C. *tenui Roth* citatam.

P. 547. adde post OLACEM *Psittacorum.*

4. O. *Phyllanthi R. Br.;* foliis ovalibus retusis, pedunculis unifloris. *R. Brown Prodr.* I. p. 358. SPERMAXYRUM *Phyllanthi Labillard. nov. Holl.* II. p. 84. t. 233.

In *littore meridionali nov. Holland.*

5. O. *stricta R. Br.*; foliis oblongo - linearibus mucronulatis, pedunculis unifloribus. *R. Brown* l. c.

Circa portum Jackson.

6. O. *aphylla R. Br.;* aphylla, spicis polygamis. *R. Brown* l. c.

In *nova Hollandia intra Tropicos.*

Obs. Neque cls. *Brown* de genere hocce, quod ad calcem SANTALACEORUM, ut eisdem affine, diversum vero integumento florali duplici et ova-

rio libero, posuit, dubium omne solvit, sequentia proferens: „*Calyx?* integer ad anthesin abbreviatus. *Corolla?* 5-6 petala, petalis per paria mediantibus filamentis connexa, quinto libero. *Stamina antherifera* 3, petala connectentia; *sterilia* 5-6 iisdem opposita. *Ovarium* liberum, uniloculare, trispermum, ovulis ab apice columnae centralis filiformis pendentibus. *Stylus* 1. *Stigma* subtrilobum. Drupa exsucca, calyce aucto nunc baccato velata: putamine crustaceo, monospermo. *Albumen* semini conforme carnosum. *Embryo* axillis teretiusculus, radiculâ superâ. — Arbores vel frutices glabri. Folia alterna petiolata exstipulata integerrima cum ramulo articulata, decidua (v. sempervirentia *Juss.*) v. nulla. Flores axillares spicati vel solitarii, parvi, albicantes, saepe polygami. Corollae aestivatio valvata. OLAX *zeylanica* et *scandens* a plantis novae Hollandiae diversae filamentis sterilibus bifidis nec indivisis, petalisque saepe 6 in tribus paribus junctis, nec quinque quinto libero, et forsan calyce fructifero baccato.

P. 543. post XYRIN *operculatam* adde: Praeter species hic enarratas sequentes adhuc addidit cls. *R. Brown*, quas in duas dividit sectiones, quarum

I. *Capsulae unilolulares, placentis basi distinctis:*

14. XYRIS *complanata;* culmo plano-compresso (sesquilineam lato) strictiusculo; marginibus cartilagineis scabris, quadruplo longiore foliis ensiformibus strictis marginatis scabriusculis, spicâ oblongâ vel cylindraceâ, squamis orbiculatis ventricosis. *R. Brown Prodr.* I. p. 256.

In *littoribus nov. Holland. intra tropicos.*

15. X. *scabra;* culmo ancipiti tortili (vix lineam lato): angulis acutioribus scabris, foliis linearibus scabriusculis, capitulo ovato vel oblongo. *R. Brown* l. c.

Cum praecedente.

16. X. *laevis;* culmo ancipiti (15-18poll.): foliisque laevibus angusto-linearibus, capitulo subovato, squamis undique imbricatis, glumarum carinâ ciliatâ. *R. Brown* l. c.

Cum praecedente et circa port. Jackson.

17. X. *pusilla;* culmo ancipiti (2 6poll.) foliisque laevibus, ensiformibus, abbreviatis; capitulo subgloboso-ancipiti paucifloro, squamis nitidis. *R. Brown* l. c.

In *littoribus novae Hollandiae intra tropicos.*

18. X. *denticulata;* culmo teretiusculo laevi (2-6poll.), foliis abbreviatis linearibus margine denticulato-scabris, capitulo globoso, squamis subrotundis nitentibus. *R. Br.* l. c.

Cum praecedente. Banks.

19. X. *paludosa;* culmo teretiusculo laevi supra angulato, foliis subfistulosis: caulino vaginâ longiore, capitulo sub-

globoso, squamis undique imbricatis orbiculatis nitidis. *R. Brown* l. c.

Cum praecedente. Banks.

20. X. *bracteata;* culmo (sesquipedali) trigono, angulo acutiore scabriusculo, foliis linearibus marginibus carinâque baseos scabris, capitulo subgloboso, squamis medio discoloribus: extimis vacuis longioribus scariosis. *R. Brown* l. c.

Circa portum Jackson.

21. X. *juncea;* culmo (8-10 poll.) tereti compresso subflexuoso foliisque laevibus subulatis, capitulo globoso, squamis undique imbricatis ovatis integris: disco concolori, stigmatibus multifidis. *R. Brown* l. c.

Cum praec.

22. X *gracilis;* culmo (sesquipedali) filiformi laevi parum tortili, foliis angusto-linearibus strictis margine scabris, capitulo ovali paucifloro, squamis undique imbricatis: centro discolori, stigmatibus indivisis. *R. Brown* l. c.

In *littore meridionali nov Holl. et in ins. van Diemen.*

23. X. *flexifolia;* culmo (6-12 poll.) filiformi tortili foliisque laevibus flexuosis compresso-filiformibus, capitulo ovali paucifloro, stigmatibus indivisis. *R. Brown* l. c.

In *littore meridionali nov. Holl.*

24. X. *teretifolia;* culmo (sesquipedali) foliisque teretibus strictis scabriusculis, capitulo ovato multifloro, squamis undique imbricatis lacero-multifidis. *R. Brown* l. c.

Cum praec.

25. X. *lacera;* culmo tereti laevi, capitulo subgloboso multifloro, squamis undique imbricatis, lacero-multifidis. *R. Brown* l. c. p. 257.

Cum praec.

II. *Capsulae semitriloculares, placentis basi unitis.*

26. X. *lanata;* culmo tereti laevi, foliis angusto-linearibus, capitulo subgloboso, squamis quinquefariis apice lanatis: inferioribus vacuis sensim minoribus. *R. Brown* l. c.

Cum praec.

Obs. Huic sectioni inseruit cls. *R. Brown:* X. *operculatam Labill.* sequente definitione: culmo tereti, foliis filiformibus, capitulo obovato, squamis quinquefariis imberbibus: inferioribus vacuis sensim minoribus; et praecedenti Categoriae: X. *paucifloram Willd.* definitione sequente: culmo tetragono scabriusculo (1-5 poll.) foliis linearibus margine denticulato-scabris, capitulo subgloboso paucifloro, squamis subrotundis.

Corrigenda.

Pag. 33. lin. 5. ab infra. *loco* purpurea *lege* purpureo.
— 35. — 4. *l.* coroll *l.* corollâ.
— 37. UST. *guineensis* est ♄.
— — — 13. ab inf. *l.* Sandri *l.* pentandri.
— 39. — 16. *post* descripsere *pone:* comma.
— 43. — 8. ab inf. *l.* epaleaceo *l.* paleaceo.
— 46. — 1. *l.* priore *l.* *nitido.*
— 47. — 10. *l.* ea *l.* haec.
— 48. — 18. *pone* Vahlii synonymon *post Linn. Suppl.*
— — — 17. ab infra. *loco* 42. *lege* 40.
— 49. — 11. ab inf. *l.* hanc *l.* hunc.
— 52. — 7. — — *post* quinquedentatus *pone:* vel.
— 56. — 27. *post Smith dele* punctum.
— — — 7. ab inf. *ante* CALCEOLARIA *scribe:* 86.
— 57. *ante* LYCOPUS *n.* 90. *pone:*
bb. *Flores inferi monopetali irregulares. Fructus gymnospermi.*
— 59. — 2. *l.* connextentes *l.* connectentes.
— 64. — 21. *l.* diffusâ *l.* diffusam.
— 66. — 14. *post* albidis *pone* comma.
— 69. — 1. *l.* *Vahl* p. 44. *l.* 39.
— 70. — 9. *l.* N. 1. *l.* N. 2.
— 71. — 16. deleatur Synonymon *Andrewsii.*
— 72. — 20. *l* montanus *leg.* montana.
— 73. — 4. *l.* carol. omisso *l.* carolinianâ omissâ.
— 83. — 16. *l.* trichomotis *l.* trichotomis.
— — — 25. *l.* pertiales *l.* partiales.
— 84. — — Species sic disponantur: 28. I. *fruticans.* 29. *humile.* 30. *odoratissimum.* Minus cognitae: 31. *divaricatum.* 32. *lineare.*
— 93. — 25. *dele: nob.*
— — — 28. *post* pilosis *leg. nob. Linn. Sp. Pl. p.* 14.
— 96. — 15. *lege:* pubescentes, (nec:;)
— 101. — 5. ab infr. *loc.* capsula *leg.* capsulae.
— 102. — 9. *lege:* ascendens. Flos non raro unicus in pedunculo etc.
— 103. — 15. *l. Ruiz* et *Pav. l. Vahl.*
— 106. — 3. ab infra *post* caulis, *adde:* pedunculis.
— 109. — 13. — — *l.* Silbesiâ *l.* *Silesia.*
— 110. — 10. *l.* in America *l.* in *Iberia.*
— 113. — 22. *lege:* Haec sola ut species nova.

Pag. 113. lin. 15. ab infra. *l.* V. *l.* *y*.
— 114. — — ultima. *l.* paniculatu *l.* paniculatam.
— 120. — 7. *l.* intermedio *l.* intermediâ.
— 124. — 19. *post* 37. *pone:* *β*.
— 128. — 2. *post* citatum e *Willd. Spec. pone*: *Vahl Enum.* I. *p.* 100.
— 131. — 2. *l.* orbiculari. *l.* orbiculari,
— 135. — 17. *l.* p. 98. *l.* 105.
— 138. — 6. *l.* CURANIA *l.* CURANGA.
— 141. — 9. *leg.* supremâ longiore.
— — — 14. ab infra. *l.* *p.* 8. *l.* *p.* 81.
— 145. — 13. *loc.* Herbarii *leg.* Herbaria.
— 147. — 14. ab infra. *l.* p. 18. *l.* p. 19.
— 158. — 5. — — *l.* *Pers. Syn.* I. *p.* 22. *l.* p. 23.
— — — 4. — — *l.* *Pers. Syn.* I. *p.* 2. *l.* p. 22.
— 167. — 20. *l.* brachiides, *l.* *brachioides*.
— — — — ultima. *adde:* cf. DICLIPTERAM *resupinatam*.
— 170. no. 10. deleatur I. *verticillaris*, quum eadem sit cum HYPOESTE *verticillari* p. 140.
— 176. — 2. ab infra *l.* JUST. *sinuata l. longifolia*.
— 177. — 10. *loc.* E. *spinosum Lour. l.* E. *acanthophorum*.
— — — 11. *post* solitariis *adde:* E. *spinosum*.
— 178. — 4. *l. Zachinelli l. Zannichelli*.
— 181. no. 11. ita corrigatur: C. *corymbosa Ruiz* et *Pav.*; foliis etc. *Flor. Peruv.* I. *p.* 14. *t.* XX. *f.* b. *Vahl Enum.* I. *p.* 176.
— — — 19. ab infra *adde: Vahl Enum.* I. *p.* 177.
— — — 3. — — *adde Vahl Enum.* I. *p.* 178.
— 186. — 11. *l.* Villii *lege:* Villi.
— 207. no. 7. LYCOPUS *australis*. dele.
— 211. — 9. *l. Sim l. Sims.*
— 212. no. 5. Deleatur descriptio ex *Vahlio* desumpta, quippe quae ex autoptae *Purshii* auctoritate ad *M. n.* 7. *purpuream* pertineat.
— 214. — 23. *loc.* maculis a coccineis *leg.* maculis coccineis.
— 216. — 2. *l.* frugifera *l.* fragifera.
— 221. — 16. ab infra. *loc.* elata *leg.* elatae.
— 223. — 13. *l. acuminatissima l. acuminata.*
— — — 22. *l.* duo quatuor *l.* bi-quadri.
— 229. — 22. *l.* Just. *l.* deest.
— 230. — 10. *post* foliosis *pone* comma.
— 231. — 6. ab infra. *l.* acuminatae *l.* acuminatis.
— 236. — 15. — — *post* aegyptiaca pone;
— 241. — 12. — — *post* sex pinge:;
— 242. — 6. *l.* olinterdum *l.* interdum.
— 244. — 10. *post* cum pone: ?
— — — 11. ab infra. *post* angulati *dele:;*
— 245. — 18. — — *l.* rarissima *l.* rarissimae.
— 246. — 6. *l.* quarit *leg.* quaerit.
— 247. — 3. ab infra loc. duobus *l.* duabus.
— 248. n. 124. deleantur in descriptione quae a verbis „quum vero Vahl“ incipiunt, usque ad: „sequi agnatam.“

Pag. 251. lin. 7. *post*: 10. *adde*: et γ.
— 253. — 15. *l.* acuminate *l.* acuminatae.
— 256. — 16. ab infra. *l.* staminàm *l.* staminum.
— 259. — 28. loc. *praecedentis* leg. *verticillatae*.
— 261. — 4. ab infra *post* bona *loco* commatis *pone* punctum.
— — — 2. — — *dele* linam integram.
— — — 1. — — *dele verba*: „ajunt, varietates?
— 268. — 25. *loco* aristae 24 *lege*: aristae 4.
— 274. — 4. ab infra. *l.* Gnidea *l.* Gnidia.
— 278. — 11. *l.* americani *l.* americanae.
— 280. — 7. *l.* *Willd. Spec.* I. *l.* IV.
— 286. — 18. *l.* testt. *l.* teste.
— 293. — 22. *l.* frutiferae *l.* fructiferae.
— 296. — 12. *l.* 12pedalis *l.* 12pedale.
— 308. — 14. *l.* qraduplo *l.* quadruplo.
— 314. — 21. *ante*: 4. *pone*: praeter.
— 315. — 5. *l.* S. *l.* seu.
— — — 7. *l.* var. *l.* rar.
— 321. — 20. *l.* affinem *l.* affine.
— 328. — 5. ab infra. *loc.* hirsuta *leg.* hirsuti.
— 331. — 11. — — *l.* eum *l.* cum.
— 334. — 19. *l.* foiia *l.* folia.
— 340. — 14. *ante*: partita *pone*: 6.
— 344. — 15. *l.* polyspera *l.* polysperma.
— 347. — 12. *l.* *Liun.* *l.* *Linn.*
— 348. — 6. ab infra *l.* FAGACA *l.* FAGARA.
— 351. — 10. — — *l.* Europe *l.* Europae.
— 357. — 12. — — *l.* crassiusculâ *l.* crassiuscula.
— — — 10. — — *l.* duo *l.* duae.
— 361. — 2. *l.* Enum. II. *l.* Enum. I.
— 368. — 15. ab infra. *loc.* 6. *leg.* b.
— — — 9. — — *l.* *Roff.* *l.* Ross.
— 373. — 7. *post* cum? *dele*: ad.
— — — 32. *l.* TRICHONEMA *chloroleucum* *l.* IXIA (*Romulea*) *chloroleuca*.
— 379. — 25. *l.* ε. *l.* e.
— 381. — 22. *l.* 291. *l.* 292.
— — — 10. ab infra. *l.* 268. *l.* 292.
— 398. — 1. *l.* quoqne *l.* quoque.
— — — 22. *l.* ε. *l.* E.
— 406. — 5. *l.* rufſici *l.* rossici.
— 407. — 18. ab infra. *l.* teretiusculà *l.* teretiusculo.
— 410. — 10. *l.* sesuncialis *l.* sesquiuncialis.
— 415. — 17. ab infra. *l.* brevifolia *l.* brevifolio.
— 417. — 16. — — *l.* et *l.* ut.
— 418. — 13. *dele*: *Curt. Mag. t.* 86.
— 420. — 8. *l.* sesquipollicares *l.* sesquipollicaris.
— 421. — 18. dele: *Linn.* et *Thunb.*)
— 429. — 11. *l.* erederit *l.* crederet.
— 441. — 4. ab infra. *l.* t. 239. *l.* t. 253.
— 454. — 22. *dele*: Synon. ex *Pers.* et *lege*: IRIS *orientalis* *Thunb. diss. n.* 18. *Till. Pison. p.* 89. *t.* 33. *Persoon Syn.* I. *p.* 52.

Pag. 457. lin. 7. ab infra. *l.* sesquipollices *lege:* sesquipollicem.
— 462. — 2. *post: t.* 870. *adde:* (*Decand.* ap. *Redouté.*)
— — — 6. ab infra. *l.* Ix. *l.* Ir.
— 467. — 5. *ante:* tripedalis *pone:* caulis.
— 469. — 16. ab infra. *l.* stenogyna *l.* stenogynae.
— 470. — 15. — — *adde:* *β.* ochroleuca.
— 475. — 14. *l.* venosa *l.* venosae.
— 477. — 12. *l.* odores *l.* odore.
— — — 11. *l.* ampliu *l.* amplius.
— 486. — — conjungantur *n.* 4 et 6.
— — — 24. *l.* hirsutis *l.* hirsuta.
— — — 6. ab infra. *l.* bevior *l.* brevior.
— 487. — 9. — — *l.* 33. *l.* 32.
— 488. — 17. *l.* heterophyllae *l.* heterophylli.
— 489. — 5. ab infra. *l.* 5pedalis. *l.* 5pedali.
— 490. — 18. — — *lege:* junxisse auctores queritur.
— 508. — 16. *l.* tomentosum *l.* tomentosam.
— 512. — 12. *l.* pollicares *l.* pollicaria.
— 517. — 2. ab infra. *l.* vit *l.* viunt.
— 519. — 19. *l.* serratâ scaberrimâ *l.* serrata, scaberrima.
— 524. — 14. ab infra. *l.* bipollicares *l.* bipollicaria.
— 538. — 9. *l.* ANCILEMA *l.* ANEILEMA.
— 542 n. 66. deleatur.
— 547. — 12. *l.* subjunxit. Fruticem. *l.* subjunxit fruticem.
— 550. — 17. ab infra. *post* solitariis *pinge:* ,
— 553. — 12. *l.* Affinis. *l.* affinis.
— 555. — 2. *l.* prelio l. prelo.

Index
generum et specierum.

ABOLBODA 553
imberbis 554
pulchella 553

ACAENA 59
adscendens 269. 583
argentea 268
cylindristachya 269
elongata 267
laevigata 269
lappacea 267
latebrosa 267
lucida 268
magellanica 269
ovalifolia 268
pinnatifida 268
pumila 270
sanguisorbae 268
sericea 582
trifida 269

ALEPYRUM 7
muticum 44
polygonum 44
pumilio 44

ALPINIA 2. 556. 560
Allughas 562
Antillarum 20
aromatica 21
calcarata 21. 563
exaltata 21. 563
Galanga 20. 561
maculata 22
malaccensis 22. 562
mutica 563
nutans 20. 562
occidendatis 20. 561
Paco Secora 22
racemosa 19
spicata 563

AMETHYSTEA 57
coerulea 207

AMOMUM 3
aculeatum 571
Afzelii 29

AMOMUM 556. 569
angustifolium 28. 570
arboreum 30
cardamomum 569
compactum 28
echinatum 29
globosum 30
grandiflorum 29
granum paradisi 28. 570
hirsutum 30
Koenigii 30
latifolium 29. 571
littorale 30
maximum 571
montanum 30
racemosum 29
spurium 30
sylvestre 29
thyrsoideum 30
uliginosum 28. 571
villosum 28. 570

ANTHOLYZA 342
aethiopica 446
caryophyllacea 448
Cunonia 447
cyanea 448
Lucidor 448
nervosa 448
plicata 447
praealta 446
ringens 447
spiralis 448

ANTHOXANTHUM 61
amarum 288
avenaceum 288
crinitum 288
gracile 288
odoratum 287
ovatum 583

APHELIA 6
cyperoides 43
ARISTEA 342
caerulea 449
ASPICARPA 537
urens 579
AXIA 340
cochinchinensis . . . 366
BAEA 56
magellanica 179
BLITUM 7
capitatum 48
chenopodioides . . . 49
virgatum 48
BOERHAAVIA 46
adscendens 64
africana 67
angustifolia 68
arborea 66
chaerophylloides . . . 68
decumbens 64
dichotoma 67
diffusa 64
erecta 63
excelsa 66
glutinosa 66
hirsuta 65
paniculata 65
patula 65
periplocaefolia . . . 67
plumbaginea 65
pulverulenta 67
repanda 67
repens 67
scandens 66
tetrandra 64
tuberosa 66
verticillata 68
viscosa 66
vulvariaefolia . . . 68
BOLDOA 345
lanceolata 522
ovatifolia 522
purpurascens 522
BRODIAEA 344
congesta 487
grandiflora 486
CALCEOLARIA 56
alba 188
alternifolia 188
angustiflora 182
bicolor 184
bicrenata 185
cana 180
corymbosa 181
crenata 185
crenatiflora 180
cuneiformis 183
deflexa 182
dentata 184
ericoïdes 189
flexuosa 186
Fothergillii 179
gemelliflora 182
glauca 187
heterophylla 185
involuta 185
lanceolata 188
linearis 188
lobata 186
montana 180
multiflora 183
nana 179
oblonga 181
ovata 184
panicea 181
paralia 180
perfoliata 186
petiolaris 186
pinifolia 180
pinnata 187
plantaginea 179
polyrrhiza 179
pulverulenta 181
punctata 181
racemosa 180
rosmarinifolia . . . 188
rugosa 188
salicifolia 182
scabiosaefolia . . . 187
scabra 181
serrata 184
sessilis 187
terniflora 182
tomentosa 186
triandra 183
trifida 185
tripartita 187
uniflora 184

CALCEOLARIA.
verticillata 186
violacea 183
virgata 183
viscosa 182
CALLISIA 346
ciliata 528
repens 527
umbellata . . . 528
CALLITRICHE 7
aestivalis (deleatur) 47. 579
autumnalis 47
brevifolia 47
brutia 47
dioica . . . 48. 579
pedunculata . . . 47
tenuifolia 47
terrestris . . . 47
verna . . . 46. 579
CANNA 1. 555
angustifolia . . . 13
coccinea 11
crocea 11
flaccida 13
gigantea 12
glauca . . . 13. 557
indica 11. 557
iridiflora 13
juncea 13
lutea 12
paniculata 13
patens 12
CENTRANTHUS 5
angustifolius . . . 35
Calcitrapa 35
orbiculatus 35
ruber 35
CENTROLEPIS 6
aristata 44
Banksii 44
fascicularis 43
exserta 44
Patersoni 43
pulvinata 43
pusilla 44
strigosa 43
tenuior 43
CERATANTHERA 4
amomoides 33
CHAETOCHILUS 53
lateriflorus 128
CHIONANTHUS 51
axillaris 72
incrassata 72
virginica 72
CIRCAEA 59
alpina 271
intermedia 271
lutetiana 270
CLADIUM 60
articulatam 284
decompositum . . . 285
deustum 285
filum 285
germanicum 284
glomeratum 284
junceum 284
lanigerum 285
medium 285
occidentale 284
pauciflorum 285
radula 285
schoenoides 286
teretifolium 284
CNEORUM 348
pulverulentum . . . 549
tricoccon 549
CODARIUM 51
nitidum 63
obtusifolium 63
COLLINSONIA . . . 58
anisata 265
canadensis 264
ovalis 264
praecox 265
scabriuscula 264
serotina 264
COLUMELLA 59
oblonga 270
obovata 270
COMMELINA 346
acuminata 539
acuminata (delenda) . 542
aequinoctialis . . . 538
affinis 542
africana 530
ambigua 538
angustifolia 528
anthericoides . . . 542
attenuata 531
barbata 535
benghalensis 535

COMMELINA.
Beniniensis . . . 541
biflora 541
cajennensis . . . 531
canescens . . . 535
caripensis . . . 540
caroliniana . . . 532
coelestis . . . 533
communis . . . 532
crispata . . . 542
cyanea 541
dianthifolia . . . 528
diffusa 531
divaricata . . . 531
dubia 533
elata 537
elegans 540
elliptica . . . 540
ensifolia . . . 541
erecta 534
fasciculata . . . 530
floribunda . . . 540
Forskalii . . . 534
gigantea . . . 537
gracilis 535
graminea . . . 542
graminifolia . . . 539
hirtella . . . 529
hispida 531
japonica . . . 537
lanceolata . . . 541
laxa 542
longicaulis . . . 529
longifolia . . . 529
macrophylla . . . 542
media 536
micrantha . . . 537
mollis 534
nervosa 529
nudicaulis . . . 536
nudiflora . . . 536
obliqua . . . 534
obtusifolia . . . 531
pacifica . . . 531
pallida 533
paniculata . . . 538
pilulosa . . . 530
polygama . . . 532
prostrata . . . 539
serrulata . . . 537
siliculosa . . . 541
simplex . . . 537

COMMELINA.
spirata 536
subulata . . . 530
tenuis 538
truncata . . . 528
tuberosa . . . 532
turbinata . . . 534
umbrosa . . . 538
undulata . . . 541
vaginata . . . 536
virginica . . . 530

COMOCLADIA . . . 348
brasiliastrum . . . 548
dentata 548
ilicifolia . . . 548
integrifolia . . . 547

CORISPERMUM . . . 7
canescens . . . 45
hyssopifolium . . . 45. 578
intermedium . . . 46
nitidum 45
orientale . . . 45
patens 579
pungens . . . 46. 579
Redowski . . . 45
squarrosum . . . 46. 578

COSTUS 3. 556
anachiri . . . 26. 568
arabicus . . . 25. 568
argenteus . . . 27
cernuus 25
comosus . . . 25
cylindricus . . . 26
laevis 26
niveo-purpureus . . . 26
scaber 26
speciosus . . . 24. 567
spicatus . . . 25
spiralis 25
villosissimus . . . 26

CROCUS 340
albiflorus . . . 367
autumnalis . . . 369
biflorus 367
byzanthinus . . . 370
luteus 368
minimus . . . 367
nudiflorus . . . 369
reticulatus . . . 368
sativus 369
serotinus . . . 369

CROCUS.
sulphureus . . . 368
susianus . . . 368
vernus . . . 367
versicolor . . . 367
CUCULLARIA . . . 5
emarginata . . . 36
excelsa . . . 36
racemosa . . . 36
CURANGA . . . 54
amara . . . 138
CURCUMA . . . 5. 556
aeruginosa . . . 574
Amada . . . 576
angustifolia . . . 575
caesia . . . 573
comosa . . . 574
ferruginea . . . 574
leucorrhiza . . . 574
longa . . . 31. 575
montana . . . 31. 576
pallida . . . 31
reclinata . . . 576
rubescens . . . 574
viridiflora . . . 576
Zedoaria . . . 30. 572
Zerumbet . . . 573
CYPSELEA . . . 60
humifusa . . . 282
CYRTANDRA . . . 55
biflora . . . 138
cymosa . . . 138
staminea . . . 138
DEBRAEA . . . 4
floribunda . . . 34
DIALIUM . . . 60
divaricatum . . . 282
indum . . . 282
DIARRHENA . . . 61
americana . . . 289
? setacea . . . 289
DIASIA . . . 341
graminifolia . . . 405
iridiflora . . . 404
DICLIPTERA . . . 55
acuminata . . . 170
assurgens . . . 172
bivalvis . . . 168
chinensis . . . 168
DICLIPTERA.
ciliaris . . . 168
clavata . . . 172
frondosa . . . 172
laevigata . . . 169
martinicensis . . . 169
multiflora . . . 169
ocymoides . . . 170
pectinata . . . 171
peruviana . . . 169
pubescens . . . 172
repens . . . 171
resupinata . . . 170
retusa . . . 169
scorpioides . . . 171
sexangularis . . . 171
trinervia . . . 171
umbellata . . . 170
verticillaris . . . 170
DILATRIS . . . 343
Heritiera . . . 483
paniculata . . . 484
umbellata . . . 483
viscosa . . . 483
DUFOUREA . . . 8
alternifolia . . . 50
trifaria . . . 49
ELETTARIA . . . 2. 556
Cardamomum . . . 22
ELYTRARIA . . . 55
crenata . . . 139
lyrata . . . 139
marginata . . . 140
tridentata . . . 139
virgata . . . 139
ENDIANDRA . . . 343
glauca . . . 484
ERANTHEMUM . . . 56
aciculare . . . 177
armatum . . . 176
capense . . . 173
elegans . . . 174
fastigiatum . . . 175
hypocrateriforme . . . 173
microphyllum . . . 176
nervosum . . . 174
repandum . . . 175
roseum . . . 175
sinuatum . . . 175
spinosum . . . 176. 177
variabile . . . 174
vincoides . . . 176

FEDIA 339
auricula 363
carinata 361
chenopodifolia . . . 365
cornucopiae . . . 360
coronata 362
dasycarpa 365
dentata 361
discoidea 362
echinata 361
eriocarpa 364
exscapa 366
hamata 362
laxiflora 363
maxima 366
mixta 364
muricata 366
olitoria 361
platyloba 365
pumila 363
radiata 363
rugulosa 365
scorpioides . . . 360
striata 366
tridentata 366
uncinata 365
vesicaria 362
FERRARIA 345
Ferrariola 496
ixioides 496
undulata 495
FICUS 345
aggregata 507
alnifolia 514
americana 504
Ampelos 503
aspera 517
auriculata 513
benghalensis . . . 504
benjamina 503
callosa 504
calyculata 511
calyptrata 502
cannabina 519
capensis 514
Carica 520
castaneaefolia . . . 513
Chanas 499
citrifolia 500
clethraefolia . . . 510
comosa 506
cordata 499
FICUS
Coriacea 509
costata 500
cotoneaefolia . . . 505
crassinervia . . . 499
Daemonum 516
denticulata 518
difformis 517
drupacea 510
erecta 509
exasperata 515
excelsa 511
falcata 510
Forskåli. 513
glaucophylla . . . 509
glomerata 506
granatum 502
grisea 511
grossularioides . . . 514
heterophylla . . . 519
hirta 518
hispida 515
indica 512
insipida 510
laevigata 500
lateriflora 514
laurifolia 511
lentiginosa 500
leucatoma 501
lucida 500
lutea 502
macrophylla . . . 509
maculata 515
mauritiana 513
microcarpa 504
mollis 508
montana 516
morifolia 520
mysorensis 508
nervosa 513
nitida 506
nymphaeifolia . . . 499
obliqua 512
ovata 502
pallida 511
palmata 518
parasitica 504
pedunculata . . . 501
pertusa 505
polita 499
politoria 507
populifolia 498

FICUS.
populnea 509
prinoïdes 512
prolixa 510
pubescens 512
pumila 506
punctata 505
pyrifolia 503
racemosa 505
radula 503
reflexa 506
religiosa 498
repens 519
reticulata 516
retusa 510
rhomboïdalis 516
rostrata 517
rubiginosa 499
rubra 507
rufescens 519
sagittata 501
salicifolia 512
scabra 500
scandens 500
septica 503
serrata 518
simplicissima 510
sinuata 517
stipulata 501
striata 507
Sur 517
Sycomorus 516
symphytifolia 515
Taab 503
terebrata 505
terminalis 513
tinctoria 502
Toka 505
toxicaria 519
trigona 506
truncata 518
umbellata 499
velutina 509
venosa 501
verrucosa 508
FONTANESIA 58
phillyraeoides 265
FORSYTHIA 52
suspensa 77
FRAXINUS 60
acuminata 277
angustifolia 280

FRAXINUS.
argentea 281
caroliniana 279
epiptera 278
excelsior 280
expansa 279
heterophylla 281
juglandifolia 278
nana 281
Ornus 277
oxycarpa 280
parvifolia 280
platycarpa 278
polemonifolia 281
pubescens 279
quadrangulata 278
rotundifolia 277
sambucifolia 279
tamariscifolia 280
GALIPEA 53
trifoliata 128
GALAXIA 345
ciliata 496
graminea 497
ixiaeflora 497
narcissoides 497
obscura 498
ovata 496
ramosa 497
GLADIOLUS 342
alatus 416
alatus (viperatus) 426
aletroides 422
alopecuroides 425
ambiguus 446
anceps 433
angustus 428
bicolor 432
biflorus 423
blandus 428
bracteatus 433
brevifolius 409
byzantinus 417
campanulatus 440
cardinalis 420
carneus 419
communis 418
crispus 423
cuspidatus 412
dichotomus 431
distichus 440
elatus 407

GLADIOLUS.
elongatus . . . 409
equitans 419
excisus . . . 442
exscapus . . . 409
Fabricii . . . 433
falcatus . . . 423
fasciatus . . . 429
fissifolius . . . 432
flavus . . . 435
flexuosus . . . 408
floribundus . . 437
fragrans . . . 442
galeatus . . . 416
glumaceus . . . 430
gracilis . . . 410
gramineus . . . 425
grandis . . . 414
hastatus . . . 413
hirsutus . . . 415
hyalinus . . . 415
imbricatus . . . 407
inflatus . . . 415
involutus . . . 427
iridifolius . . . 419
junceus . . . 429
ixioides . . . 437
laccatus . . . 421
laceratus . . . 445
laevis . . . 410
Lamarckii . . . 445
latifolius . . . 443
liliaceus . . . 445
lineatus . . . 434
longiflorus . . . 436
luteus . . . 434
marginatus . . . 429
Merianellus . . . 422
Merianus . . . 422
Milleri . . . 416
mollis . . . 445
montanus . . . 405
mucronatus . . . 439
namaquensis . . 417
nanus . . . 439
neglectus . . . 418
orobanche . . . 446
paleaceus . . . 443
paniculatus . . . 423
papilionaceus . . 408
parviflorus . . . 408
permeabilis . . . 426
plicatus . . . 441

GLADIOLUS.
punctatus . . . 425
purpureus . . . 438
pyramidalis . . . 445
quadrangularis . . 411
reflexus . . . 439
refractus . . . 434
ringens . . . 414
roseo-albus . . . 420
roseus . . . 435
rubens . . . 424
rubro-cyaneus . . 424
rudis . . . 408
sambucinus . . . 442
secundus . . . 443
securiger . . . 435
segetum . . . 419
setifolius . . . 426
silenoides . . . 432
spathaceus . . . 443
speciosus . . . 426
spicatus . . . 406
striatus . . . 416
strictiflorus . . . 430
strictus . . . 443
subulatus . . . 424
sulphureus . . . 425
tenellus . . . 409
testaceus . . . 431
trichonemifolius . . 412
trimaculatus . . 413
tristis . . . 411
triticeus . . . 407
tubatus . . . 438
tubiflorus . . . 438
undulatus . . . 427
venosus . . . 412
versicolor . . . 412
villosulus . . . 444
villosus . . . 440
viperatus . . 426. n. 62
viridis . . . 423
vittatus . . . 427
Watsonius . . . 421
xanthospilus . . . 442
GLOBBA . . . 3. 556
bulbifera . . . 577
erecta . . . 32
Hura . . . 577
japonica . . . 32
marantina . . . 31. 576
orixensis . . . 577
pendula . . . 578

GLOBBA.
racemosa 32
radicalis 578
uviformis 33
versicolor 32
GRATIOLA 64
acuminata 131
aphylla 136
aspera 137
aurea 129
chamaedryfolia . . . 131
Chamaedrys 137
ciliata 135
cordifolia 134
crassifolia 581
grandiflora 135
hispidula 133
hyssopioides 132
inundata 129
juncea 131. 132
latifolia 136
linifolia 130
lobelioides 131
lucida 133
marginata 135
minima 136
nudicaulis 132
ocymifolia 134
officinalis 129
oppositifolia 132
origanifolia 136
pedunculata 136
peruviana 130
pilosa 133
pubescens 136
pulegiifolia 135
punctata 130
pusilla 133
quadridentata . . . 131
racemosa 136
rotundifolia 133
ruellioides 136
rugosa 134
stricta 134
tenuifolia 134
trifida 130
verbenaefolia . . . 134
veronicaefolia . . . 135
virginica 130
GUNNERA 61
perpensa 286
plicata 286
scabra 286
HAEMODORUM 343
coccineum 484
corymbosum 484
laxum 484
planifolium 484
spicatum 484
teretifolium 484
HEDYCHIUM 2. 555
coronarium . . . 19. 560
HEDYCREA 345
incana 498
HELLENIA 2
alba 23
Allughas . . . 22. 564
aquatica 23
chinensis 23
coerulea 22
HETERANTHERA . . . 344
cordata 488
diversifolia 488
graminea 488
limosa 488
pubescens 488
reniformis 487
HIPPOCRATEA 347
comosa 545
disperma 544
emarginata 545
laevigata 544
macrophylla 544
malpighiaefolia . . . 545
obcordata 543
paniculata 544
viridis 544
volubilis 543
HIPPURIS 6
maritima 42
vulgaris 41
α. palustris.
β. fluviatilis.
HOPEA 5
dichotoma 35
HORNSTEDTIA 4
Leonurus 33
Scyphus 32
HOSLUNDA 57
opposita 207
verticillata 208
HYPOESTES . . . .
aristata 140
fastuosa 140
floribunda 141
Forskåli 140

HYPOESTES.
involucrata 141
purpurea 140
serpens 141
triflora 141
verticillaris 140
JARAVA 8
usitata 49
JASMINUM 52
acuminatum 82
aemulum 83
angustifolium 82
auriculatum 83
azoricum 83
capense 83
cuspidatum 78
dichotomum 79
didymum 84
divaricatum 84
elongatum 81
flexile 83
fruticans 84
glaucum 82
gracile 78
grandiflorum 85
hirsutum 79
humile 84. 580
lanceolatum 81
lineare 84
molle 82
montanum 80
multiflorum 81
nervosum 85
noctiflorum 580
oblongum 82
odoratissimum 84
officinale 85
Sambac 78
scandens 80
simplicifolium 80
tortuosum 83
trinerve 81
undulatum 79
volubile 79
IRIS 343
acuta 481
amoena 465
angusta 473
arenaria 463
biflora 462
biglumis 477
bituminosa 478
bohemica 466
IRIS.
capensis 480
caucasica 480
chinensis 463
ciliata 465
compressa 464
crispa 480
cristata 462
cuprea 468
curtopetala 474
dichotoma 464
elegans 481
ensata 476
flavescens 458
flavissima 464
flexuosa 461
florentina 457
foetidissima 467
furcata 462
germanica 457
gracilis 477
graminea 476
Güldenstädtii 470
halophila 470
hirsuta 478
humilis 476
hungarica 465
japonica 460
iberica 481
juncea 472
longifolia 477
lurida 459
lusitanica 473
lutescens 464
martinicensis 475
minuta 465
Monnierii 467
mutila 477
neglecta 461
nudicaulis 463
ochroleuca 469
odorata 481
orientalis 459
pallida 468
papilionacea 479
persica 473
plicata 461
polystachya 478
prismatica 476
Pseud - Acorus 466
pumila 464
ramosa 479
ramosissima 470

IRIS.
reticulata 480
ruthenica 476
sambucina 459
sanguinea 475
scorpioides 471
setifolia 473
sibirica 475
Sisyrinchium 472
sordida 481
spathacea 471
spathulata 482
spuria 468
squalens 459
stenogyna 469
subbiflora 462
susiana 456
Swertii 461
tenuifolia 473
tridentata 468
tripetala 480
tristis 479
tuberosa 480
unguicularis 471
variegata 460
ventricosa 474
verna 474
versicolor 467
virescens 481
virginica 468
viscaria 478
xiphioides 472
xiphium 471
JUSTICIA 55
Adhatoda 159
adscendens 161
alata 154
appendiculata 162
arborea 167
Betonica 160
bicalyculata 143
biflora 158
brachiata 167
brachiides 167
bracteolata 148
canescens 145
capensis 165
caracasana 159
cartagenensis 153
coccinea 145
ciliaris 151
comata 155
comosa 160
JUSTICIA.
crinita 143
cuneata 166
cuspidata 158
debilis 152
diffusa 154
divaricata 163
Ecbolium 144
echioïdes 146
elongata 149
eustachiana 156
formosa 161
fruticosa 167
furcata 157
gangetica 150
Gendarussa 152
glandulosa 167
glauca 165
hispida 143
humifusa 162
humilis 155
hyssopifolia 164
jalappaefolia 163
japonica 166
inficiens 163
infracta 159
juncea 160
laete virens 144
lancea 143
lapathifolia 148
latifolia 147
ligustrina 144
lineolata 147
lithospermifolia 158
longifolia 146
longistaminea 148
lucida 152
media 161
moretiana 164
mucronata 166
nasuta 156
nemorosa 153
nigricans 147
nitida 148
nutans 150
obscura 166
odora 165
opaca 151
orchioïdes 165
paniculata 150
patula 164
pectoralis 166
pedunculosa 154

JUSTICIA.
periplocaefolia . . 157
picta 149
plicata 161
plumbaginifolia . . 160
polystachia . . . 153
procumbens . . 154
pseudo-Betonica . . 160
pubescens . . . 149
punctata . . . 155
quadrifida . . . 146
racemosa . . . 162
radicans . . . 153
reflexiflora . . . 161
reptans . . . 155
reticulata . . . 161
retorta . . . 158
Rohrii 152
rubra 149
Ryani 157
salicina . . . 151
sanguinolenta . . 159
scandens . . . 150
secunda 151
secundiflora . . . 162
sericea 145
serpyllifolia . . . 165
sessilis 158
sphaerosperma . . 146
spicata 145
strobilifera . . . 144
sulcata 142
sylvatica . . . 156
syringaefolia . . . 144
tenuiflora . . . 147
tetragona . . . 145
tinctoria . . . 151
tomentosa . . . 163
tranquebariensis . . 165
trifoliata 166
trisulca 164
tunicata 581
undulata 156
Vandellii 166
variegata 147
Vellozii 166
violacea 153
volubilis 166
IXIA 341
acuta 383
anemoneflora . . . 382
angusta 382
arcuata 403

IXIA.
aristata 395
bicolor 398
bulbifera 398
Bulbocodium . . . 373
capillaris 385
caryophyllacea . . . 403
chloroleuca . . . 373
cinnamomea . . . 380
coccinea 391
coelestina 382
corymbosa 380
crispa 380
crocata 400
cruciata 376
deusta 401
dubia 389
elliptica 391
elongata 375
emarginata . . . 395
erecta 390
excisa 394
falcata 394
filifolia 375
filiformis 387
flabellularis . . . 393
flexuosa 382
fragrans 377
fucata 386
fugax 375
fusco-citrina . . . 390
Gawleri 395
geminata 393
grandiflora . . . 396
heterophylla . . . 381
hirta 378
humilis 377
hyalina 402
imbricata 386
incarnata 386
lancea 387
La Rochei 379
leucantha 388
linearis 386
maculata 388
minuta 372
monanthos 398
ornithogaloides . . . 376
patens 397
pectinata 387
pendula 392
phalangioidea . . . 385
phlogiflora 383

IXIA.
pilosa 378
plicata 403
pudica 377
purpurea 402
pygmaea 403
pyramidalis . . . 377
quadrangula . . . 376
radians 374
radiata 393
rapunculoides . . . 383
recurva 382
recurvifolia . . . 375
rosea 373
scariosa 391
scillaris 384
secunda 379
setacea 393
speciosa 391
spicata 403
squalida 399
striata 392
tenuiflora 392
tenuifolia 387
Thunbergii . . . 391
tortuosa 375
tricolor 400
triticea 402
tubulosa 403
virgata 384
viridiflora 389
KAEMPFERIA 556
angustifolia . . . 27. 568
Galanga 27. 568
latifolia 28
ovata 27
pandurata 569
rotunda 27. 568
LACISTEMA 8
myricoides 49
LEMNA 60
arrhiza 283
gibba 283
minor 283
obcordata 283
orbicularis 283
polyrrhiza 283
trisulca 282
LIGUSTRUM 52
japonicum 76
lucidum 76
sinense 75
vulgare 73
LINOCIERA 59
compacta 266
cotinifolia 266
flavicans 267
latifolia 266
ligustrina 265
purpurea 266
tetrandra 267
LITHOPHILA 58
muscoides 265
LOEFFLINGIA 346
hispanica 527
pentandra 527
? renifolia 527
LOPEZIA 4
cordata 33
coronata 34
frutescens 34
hirsuta 34
mexicana 33
LYCOPUS 57
australis 206
europaeus 206
exaltatus 206
obtusifolius . . . 207
pumilus 207
virginicus 207
MACROLOBIUM 347
hymenaeoides . . . 543
sphaerocarpum . . 545
MANGIFERA 5
axillaris 37
foetida 37
indica 37
laxiflora 37
MARANTA 1
Allouya 15
Arouma 14
arundinacea . . . 14
Cachibou 17. 558
capitata 15
Casupito 17
Casupo 16
comosa 15
gracilis 16
humilis 16
Jacquini 558
indica 14
lateralis 15
lutea 14. 558
malaccensis . . . 15. 558
obliqua 16
petiolata 16

MARANTA.
spicata 16
Tonchat 14
MARGYRICARPUS . . 60
setosus 277
MARICA 342
californica 449
graminea 450
humilis 450
paludosa 449
MAYTENUS 51
boaria 68
MENODORA 53
helianthemoides . . . 85
MICRANTHEMUM . . . 53
orbiculatum 127
MICROCARPAEA . . . 54
muscosa 137
MITHRIDATEA . . . 7
quadrifida 44
MNIARUM 7
biflorum 48
fasciculatum . . . 48
cannaeformis 18
MONARDA 58
altissima 213
ciliata 214
citriodora 581
clinopodia 212
didyma 213
fistulosa 211
gracilis 212
hirsuta 214
Kalmiana 213
media 211
mollis 212
oblongata 212
persica 270
punctata 214
purpurea 212
rugosa 213
MORAEA 342
acorifolia 452
alata 451
aphylla 452
chimboracensis . . . 452
chinensis 455
crispa 453
dichotoma 451
filiformis 452
flexuosa 453
foliosa 452
gladiata 451
MORAEA.
gladioloides 456
iridioides 454
iriopetala 454
linearis 455
longiflora 455
melaleuca 450
Northiana 451
ovata 454
pilosa 454
plicata 455
polyanthos 453
pusilla 451
spathacea 453
spicata 456
umbellata 453
MORINA 59
persica 270
MYROSMA 1
cannaeformis 18
NELSONIA 56
campestris 173
hirsuta 173
nummularifolia . . . 173
origanoides 173
rotundifolia 173
NORONHIA 51
Binia 72
NOTELAEA 52
ligustina 73
longifolia 74
microcarpa 75
ovata 75
punctata 75
rigida 75
NYCTANTHES 52
arbor tristis 77
OLAX 347
aphylla 584
Phyllanthi 584
Psittacorum 547
scandens 547
stricta 584
zeylanica 547
OLEA 51
americana 70
apetala 71
capensis 70
cernua 71
emarginata 70
excelsa 70
fragrans 71
lancea 70

OLEA.
microcarpa . . . 71
Oleaster . . . 68
paniculata . . . 71
sativa . . . 69
OLIGARRHENA . . . 54
micrantha . . . 137
ORTEGIA . . . 346
dichotoma . . . 522
hispanica . . . 522
OUTEA . . . 347
guianensis . . . 543
OXYBAPHUS . . . 348
aggregatus . . . 550
expansus . . . 550
glabrifolius . . . 549
ovatus . . . 550
prostratus . . . 550
viscosus . . . 549
PAEDEROTA . . . 56
Ageria . . . 177
Bonarota . . . 178
chamaedryfolia . . . 178
Zanichelli . . . 178
PATERSONIA . . . 341
glabrata . . . 404
glauca . . . 404
lanata . . . 404
longifolia . . . 404
media . . . 404
occidentalis . . . 404
sericea . . . 403
PERONIA . . . 2
stricta . . . 18
PHILLYREA . . . 52
angustifolia . . . 73
laevis . . . 74
latifolia . . . 74
ligustrifolia . . . 73
media . . . 73
obliqua . . . 74
oleaefolia . . . 74
pendula . . . 73
spinosa . . . 74
PHILYDRUM . . . 6
lanuginosum . . . 38
pygmaeum . . . 38
PHRYNIUM . . . 1. 556
capitatum . . . 18. 560
dichotomum . . . 559
virgatum . . . 559
PIMELEA . . . 59
angustifolia . . . 272
PIMELEA.
argentea . . . 276
brevifolia . . . 272
cernua . . . 272
cinerea . . . 275
clavata . . . 276
collina . . . 272
cornucopiae . . . 271
curviflora . . . 276
decussata . . . 273
drupacea . . . 275
filamentosa . . . 273
flava . . . 274
glauca . . . 273
gnidia . . . 274
gracilis . . . 276
hispida . . . 273
humilis . . . 274
imbricata . . . 275
incana . . . 276
lanata . . . 273
latifolia . . . 276
ligustrina . . . 273
linifolia . . . 272
longiflora . . . 275
microcephala . . . 274
nivea . . . 276
octophylla . . . 276
paludosa . . . 272
pauciflora . . . 274
pilosa . . . 275
prostrata . . . 274
punicea . . . 272
rosea . . . 273
sericea . . . 275
serpyllifolia . . . 274
spicata . . . 276
sylvestris . . . 274
virgata . . . 275
PINGUICULA . . . 56
acutifolia . . . 191
alpina . . . 191
antarctica . . . 190
crystallina . . . 191
elatior . . . 190
grandiflora . . . 189
hirtiflora . . . 192
involuta . . . 190
longifolia . . . 192
lusitanica . . . 190. 581
lutea . . . 191
pumila . . . 191
spathulata . . . 192

PINGUICULA.
villosa 190
vulgaris 189
PIPER 62
acuminatum . . . 319
acutifolium 305
aduncum 296
aequale 293
alatum 318
albidum 306
album 313
alpinum 318
alsinoides 327
Amalago 306
amplexicaule 316
andicola 306
angulatum 332
angustatum 334
angustifolium . . . 290
anisatum 310
aristoloChioïdes . . . 305
asperifolium 297
asperiusculum . . . 297
augustum 301
auritum 303
barbatum 306
basellaefolium . . . 333
Betle 307
biunciale 322
blandum 319
botrytes 298
brachyphyllum . . . 316
brachystachyon . . . 331
bracteatum 583
bullatum 293
callosum 295
capense 308
caripense 295
carpynia 304
catalpaefolium . . . 310
caudatum 313
ceanothifolium . . . 307
celtidifolium 294
chelseanum 337
churumaya 304
ciliatum 333
citrifolium 296
coloratum 319
concavum 328
congestum 334
conjugatum 326
cordifolium 321
coriaceum 293
PIPER.
cornifolium 299
coruscans 300
crassinervium . . . 295
crocatum 296
crystallinum 318
Cubeba 312
cumanense 291
cuneifolium 317
curvatum 292
decumanum 310
dependens 316
dichotomum 294
diffusum 312
dilatatum 298
discolor 308
dissimile 333
distachyon 320
diversifolium . . . 322
dolabriforme 324
dumosum 300
ellipticum 328
elongatum 290
emarginatum 317
eucalyptifolium . . . 301
exasperatum 300
excavatum 296
excelsum 313
extensum 325
fallax 313
filiforme 329
flagellare 303
flexuosum 300
foliiflorum 332
foliosum 326
fontinale 335
galioides 335
geniculatum 301
glabellum 321
glabrum 337
gracile 294
grande 298
grandifolium 301
granulosum 291
hernandifolium . . . 320
heterophyllum . . . 296
hirsutum 302
hispidulum 323
hispidum 302
humile 327
javitense 303
inaequalifolium . . . 332
lacunosum 299

PIPER.
laeve 312
laevigatum 308
lanceaefolium . . . 292
lanceolatum . . . 292
latifolium . . . 314
latum 309
laurifolium . . . 337
laurinum . . . 291
laxiflorum . . . 326
laxum 305
lineatum . . . 294
longifolium . . 296
longum 312
loxense . . . 335
macrophyllum . . 301
macrorrhizon . . 336
macrostachyon . . 318
macrourum . . 303
maculosum . . . 320
magnoliaefolium . 317
Malamiri . . . 306
maypurense . . 332
methysticum . . . 313
microphyllum . . 334
microstachyon . . 294
Milleri 337
mite 304
molle 326
monostachyon . . 320
murinum . . . 325
myosuroides . . . 321
myrtifolium . . 318
nemorosum . . . 318
nigrum 307
nitidum 293
nummularifolium . 323
obesum 298
obliquum . . . 304
oblongum . . . 299
obovatum . . . 298
obtusifolium . . . 317
obversum . . . 331
orbiculatum . . . 330
ovatum 304
pallens 334
pallidum . . . 320
pellucidum . . . 321
peltatum . . . 314
peltoideum . . . 324
peploides . . . 335
pereskiaefolium . . 329
pilosum 316

PIPER.
piluliferum . . . 300
pinnatum 337
plantagineum . . 309
polybotryum . . . 324
polystachyon . . . 330
portulacaefolium . 331
portulacoïdes . . 328
pruinosum . . . 315
psilostachyum . . 302
pubescens . . . 327
punctatum . . . 295
purpureum . . . 320
pyrifolium . . . 305
quadrangulare . . 583
quadrifolium . . . 331
racemosum . . . 315
radicans 312
Radula 292
reflexum 330
reniforme . . . 316
repens 322
reticulatum . . . 309
retrofractum . . . 293
retusum 321
rhombeum . . . 330
rhomboidale . . . 338
riparium 291
rotundatum . . . 333
rotundifolium . . . 323
rubioides 335
rude 292
rupestre 325
ruscifolium . . . 326
salicifolium . . . 290
salignum 325
saxicolum . . . 327
scandens 322
scutellaefolium . . 336
secundum . . . 295
septemnerve . . . 327
serpens 323
serpyllifolium . . 328
Siriboa 301
smilacifolium . . 309
speciosum . . . 314
Staphyle 337
stellatum 332
stoloniferum . . . 336
striatum 319
subpeltatum . . . 315
sylvestre 305
syringaefolium . . 307

PIPER.
talinifolium 325
tenellum 320
tenue 308
terminale 311
tetragonum 327
thermale 307
tithymaloïdes . . . 317
tomentosum . . . 328
trifolium 329
trinerve 319
tristachyum 324
tuberculatum . . . 302
tumidum 298
umbellatum 314
umbilicatum 336
umbrosum 297
unguiculatum . . . 311
variegatum . . . 291
velutinum 299
verrucosum 304
verticillatum 330
POLLICHIA 5. 556
campestris 38
POLYCNEMUM 346
arvense 523
crassifolium . . . 526
erinaceum 523
glaucum 525
juniperinum 527
malacophyllum . . . 526
monandrum 524
oppositifolium . . . 525
recurvum 523
salsum 524
sclerospermum . . . 526
sibiricum 524
QUALEA 5
coerulea 87
rosea 36
RAPUTIA 55
aromatica 138
REIMARIA 61
acuta 289
ROEMERIA 61
Zeae 287
ROSCOEA 2
purpurea 19
ROSMARINUS 58
chilensis 215
officinalis 214
ROTALA 345
verticillata . . . 521
ROTTLERA 54
incana 129
RUMPHIA 248
amboinensis 548
SALMONEA 5
cantoniensis 87
SALICORNIA 6
ambigua 39
(Lapsu calami eadem species de novo irrepsit p. 41.)
amplexicaulis . . . 41
arabica 40
arbuscula 41
caspica 40
cruciata 40
foliosa 41
fruticosa 40
herbacea α-δ . . . 38
indica 39
perennans 40
perfoliata 41
procumbens 39
prostrata 39
pygmaea 39
radicans 39
strobilacea 40
virginica 40
SALVIA 58
abyssinica 257
acaulis 240
acetabulosa 219
acuminata 234
acutifolia 233
aegyptiaca 236
Aethiopis 253
africana 237
agglutinans 582
Algeriensis 239
amarissima 234
amethystina 232
amplexicaulis . . . 247
angustifolia 222
applanata 254
argentea 253
aurea 217
aurita 259
austriaca 247
azurea 223
barbata 238
Barrelieri 260
betonicaefolia . . . 246
bicolor 259
biflora 233

SALVIA.
Boosiana 224
bracteata . . . 263
caduca 249
caesia 226
calaminthaefolia . 225
calycina 216
campestris . . . 249
canariensis . . . 216
candidissima . . . 242
ceratophylla . . . 262
ceratophylloides . . 263
chamaedryoides . . 226
clandestina . . . 261
coarctata 253
coccinea 231
colorata 237
compressa 243
corrugata 228
crassifolia . . 244. 263
cretica 236
cuspidata 233
dentata 217
dianthera 263
disermas 246
dominica 229
elegans 240
elongata 245
excisa 233
Forskålei 259
fulgens 231
galeata 217
glandulifera . . . 217
glutinosa 235
grandiflora . . . 243
graveolens . . . 235
Habliziana . . 220. 581
haematodes . . . 244
hastata 248
hirsuta 221
hirtella 227
hispanica 228
Hispanorum . . . 582
Horminum 254
japonica 263
inamoena 247
incarnata 218
indica 241
integrifolia . . . 227
interrupta 218
involucrata . . 226. 282
laciniata 260
lamiifolia 230

SALVIA.
lanceolata . . . 221. 581
latifolia 228
lavandulaefolia . . 237
leonuroïdes . . . 231
leucantha 222
lineatifolia . . . 582
longiflora 234
lusitanica 241
lyrata 257
marrubioides . . . 248
melissodora . . . 582
mexicana 225
micrantha 230
mitis 224
mollis 243
multicaulis . . . 216
multifida 262
napifolia 259
nemorosa 251
nilotica 258
nivea 238
nubia 249
nudicaulis 240
nutans 246
oblongata 256
obtusata 260
occidentalis . . . 223
odorata . . . 243. 582
officinalis 238
oppositiflora . . . 224
paniculata 237
papilionacea . . . 225
parviflora . . . 247. 582
patens 235
patula 251
pendula 246
phlomoïdes . . . 239
pilosa 233
pinnata 218
plebeia 264
plumosa 235
polymorpha . . . 261
polystachya . . . 230
pomifera 215
praecox 229
pratensis 244
prismatica 264
procumbens . . . 227
Pseudococcinea . . 224
pulchella 252
punctata 218
purpurea 226

SALVIA.
pyramidalis . . . 255
pyrenaica . . . 245
racemosa . . . 235
Regla . . . 217
revoluta . . . 222
rhombifolia . . . 227
ringens . . . 219
rosaefolia . . . 219
rosea . . . 224
rugosa . . . 241
runcinata . . . 260
sagittata . . . 236
scabiosaefolia . . 219
Sclarea . . . 252
serotina . . . 229
Sibthorpii . . . 256
Spielmanni . . . 238
spinosa . . . 252
subtriflora . . . 232
sylvestris . . . 249
syriaca . . . 248
tenella . . . 229
Tenorii . . . 242
tiliaefolia . . . 230
tingitana . . . 252
triangularis . . . 228
trichostemmoides . . 223
triloba . . . 256
tubifera . . . 225
urticifolia . . . 240
valentina . . . 251
varia . . . 248
variegata . . . 244
verbascifolia . . . 242
Verbenacea . . . 255
verticillata . . . 241
violacea . . . 226
virgata . . . 249
viridis . . . 254
viscosa . . . 245
vulnerariaefolia . . 221
SANCHEZIA . . . 53
oblonga . . . 128
ovata . . . 128
SARMIENTA . . . 52
repens . . . 77
SCHIZANTHUS . . . 54
pinnatus . . . 137
SCHREBERA . . . 52
Swietenioides . . . 76
SCHWENCKIA . . . 54
americana . . . 128
SISYRINCHIUM . . . 344
anceps . . . 493
aurantiacum . . . 492
Bermudiana . . . 492
bogotense . . . 494
collinum . . . 492
convolutum . . . 493
elegans . . . 491
grandiflorum . . . 492
iridifolium . . . 495
micranthum . . . 493
mucronatum . . . 494
palmifolium . . . 493
pusillum . . . 494
striatum . . . 493
tenuifolium . . . 493
tinctorium . . . 494
SOPHRONIA . . . 343
caespitosa . . . 482
STACHYTARPHETA . . . 57
angustifolia . . . 203
aristata . . . 203
cajanensis . . . 204
dichotoma . . . 204
jamaicensis . . . 203
indica . . . 203
marginata . . . 204
mutabilis . . . 204
orubica . . . 204
prismatica . . . 205
squamosa . . . 205
strigosa . . . 204
Zuccagni . . . 205
STRIGA . . . 53
lutea . . . 85
SUFFRENIA . . . 60. 580
filiformis . . . 282
SYENA . . . 346
fluviatilis . . . 542
SYRINGA . . . 52
chinensis . . . 76
persica . . . 77
villosa . . . 77
vulgaris . . . 76
THALIA . . . 1
dealbata . . . 18. 559
geniculata . . . 17
TIGRIDIA . . . 344
Pavonia . . . 495
TONSELLA . . . 347
africana . . . 546
decussata . . . 546
madagascariensis . . 546

TONSELLA.
multiflora 547
prinoides 547
scabra 545
senegalensis 546
TRIPTERELLA . . . 340
capitata 366
URCEOLARIA 52
chilensis 77
USTERIA 5
guineensis 37
UTRICULARIA 57
albiflora 202
alpina 193
angulosa 198
aphylla 199
aurea 198
australis 200
barbata 202
Baueri 201
bifida 198
biflora 196
biloba 202
caerulea 197
capillacea 199
ceratophylla 194
chrysantha 203
compressa 202
cornuta 197
cyanea 202
dichotoma 195
exoleta 200
fibrosa 196
filiformis 199
flava 202
flexuosa 195
foliosa 194
gibba 199
graminifolia 193
hispida 193
humilis 199
hydrocarpa 196
inflexa 194
intermedia . . . 195. 581
juncea 198
lateriflora 201
limosa 202
Menziesii 201
minor 196
minutissima 200
montana 193
multifida 203
nivea 199

UTRICULARIA.
obtusa 196
oppositiflora 200
parviflora 201
purpurea 197
pusilla 198
pygmaea 202
ramosa 199
recurva 196
reticulata 197
setacea *Mich.* p. 197. deleatur; redit nempe pag. 200. n. 39. sub nomine UTRIC. *subulatae*.
simplex 201
speciosa 195
stellaris 194
subulata . . . 200. 581
tenella 202
uliginosa 198
uniflora 201
violacea 201
volubilis 200
vulgaris 195
VALERIANA 339
alliariaefolia 355
asarifolia 356
capensis 352
carnosa 356
celtica 358
coarctata 359
connata 359
crispa 350
decussata 353
dioïca 349
Dioscoridis 352
elongata 357
globifera 350
heterophylla 354
hyalinorrhiza 349
intermedia 355
interrupta 350
italica 352
lapathifolia 356
lyrata 350
monorrhiza 356
montana 354
oblongifolia 349
officinalis 351
paniculata 353
pauciflora 351
Phu 349
pilosa 359

VALERIANA.
pinnatifida 350
polystachya 351
pyrenaica 355
rigida 360
salicariaefolia . . . 359
saliunca 358
sambucifolia . . . 351
sanguisorbaefolia . . . 353
saxatilis 357
scandens 353
serrata 359
sisymbrifolia . . . 352
spathulata 358
spica 357
supina 357
tenuifolia 360
tripteris 355
tuberosa 356
virgata 353
VERONICA 53
acinifolia 124
acuta 90
acutiflora 112
agrestis 125
Allioni 110
alpina 100
ambigua 92
amethystina 89
amoena 123
Anagallis 105
aphylla 104
arguta 90
arvensis 125
australis 91
austriaca 109
Barrelieri 94
Baumgartenii 100
Beccabunga 105
bellidioides 99
Billardieri 107
biloba 123
Brownei 118
calycina 119
caroliniana 105
catarractae 104
caucasica 109
Chamaedrys 116
Clusii 94
complicata 89
confusa 95
crassifolia 96
crenulata 87

VERONICA.
crinita 114
crista galli 124
Cymbalaria 121
decussata 104
dentata 114
depauperata 101
depressa 122
didyma 127
digitata 120
distans 118
elatior 89
elegans 93
elliptica 104
falcata 90
filiformis 122
foliosa 87
formosa 119
fruticulosa 99
gentianoides 98
glabra 89
glauca 122
gracilis 119
grossa 92
hederifolia 121
hybrida 95
Jacquini 108
incana 92
incisa 97
Koeleri 127
labiata 119. 580
laciniata 98
lamiifolia 117
latifolia 115
longiflora 95
longifolia 91
macrocarpa 103
macrostachya 107
maritima 87
maxima 117
media 90
melissaefolia 117
menthaefolia 94
Michauxi 104
micrantha 113
microphylla 103
mollis 112
montana 118
multifida 110
neglecta 92
novae Hollandiae . . . 117
nummularia 100
officinalis 110

Veronica.
orchidea 94
orientalis 107
pallida 98
paniculata 88
Parmularia . . . 106
parviflora 103
parvifolia 108
pectinata 107
peduncularis . . . 115
peregrina 122
perfoliata 119
persica 126
petraea 115
pilosa 112
pinata 97
plebeia 118
polymorpha 119
Ponae 96
praecox 124
prostrata . . . 111. 580
pulchella . . . 126. 580
reniformis 127
repens 127
rigens 93
rosea 108
rotundifolia 123
ruderalis 103
Rudolphiana 117
ruthenica 96
salicifolia 103
saxatilis 99
Schmidtii 115
scutellata 106
serpyllifolia 102
sibirica 86
spicata 93
spuria 88
syriaca 116
telephiifolia . . . 103
tenella 102
tenuifolia 109
Teucrium 114
thymifolia 107
Tournefortii 111
triphyllos 120
umbrosa 116
urticaefolia . . . 118
verna 119
villosa 97
virginica 86
Wormskjoldi . . . 101

Vieusseuxia 344
aristata 490
fugax 489
glaucopis 490
pavonia 489
spiralis 490
tenuis 491
tripetaloides . . . 489
unguicularis . . . 491
Wachendorfia . . . 344
brevifolia 486
graminifolia 486
hirsuta 485
paniculata 485
tenella 486
thyrsiflora 485
Willichia 346
repens 527
Witsenia 341
corymbosa 371
maura 370
pumila 371
ramosa 371
Wulfenia 56
carinthiaca 177
Xiphidium 344
floribundum 487
Xyris 348
americana 551
anceps 551
bracteata 585
brevifolia 552
capensis 552
caroliniana 551
complanata 585
denticulata 585
filiformis 552
flexifolia 586
gracilis 586
indica 550
juncea 586
lacera 586
laevis 585
lanata 586
macrocephala . . . 551
operculata 553
paludosa 585
pauciflora 552
platycaulis 551
pusilla 585
scabra 585
subulata 552

XYRIS,
teretifolia 586
vivipara . . . 552
ZINGIBER . . . 3. 556
capitatum . . . 567
Cassumunar . . . 565
dubium . . . 24. 566
ligulatum . . . 566
marginatum . . 567
Mioga . . . 24. 566
officinale . . . 23. 564
purpureum . . . 24. 567
roseum . . . 24. 566
rubens 566
squarrosum . 566
Zerumbet . . . 23. 565
ZIZIPHORA
capitata 209
ZIZIPHORA.
clinopodioides . . . 208
dasyantha . . . 211
glabella . . . 209
hispanica . . . 210
mariana . . . 208
pulegioides . . . 209
serpyllacea . . . 210
spicata 210
taurica . . . 210
tenuior 210
thymoides . . . 209
ZOSTERA
ciliata . . . 42
marina 42
mediterranea . . 42
stipulacea . . . 43
uninervis . . . 42

Index Synonymorum.

Abty-Alu *Rheed.* 505
Acaena
  trifida 583
Adhatoda
  arborea 167
  jalappaefolia 170
  spicata 171
Aethiopis tota argentea cretica lanuginosa 253
Aglaea 405. 406
Agrimonia
  decumbens 267
Aguaxima *Piso.* 314
Allougas 562
  foliis Cannacori, radicibus tuberosis 16
Alpinia
  alba 23
  Allughas 22
  caribaea 19
  chinensis 23
  comosa 25
  jamaicensis 20
  multicaulis 20. 21
  racemosa 20
  racemosa alba, cannacori foliis 19
  sessilis 560. 568
  spicata 25
  spiralis 25
Alyssum *Columna.* 125
Amacoztic *Hernand.* 500
Ambora
  quadrifida 44
  sempervirens 44
  Tambourissa 44
Amethystea
  corymbosa 207
Amethystina *Hall.* 207
Amolago *Rheed.* 306
Amomum
  Alpinia 19
  Cardamomum 28

Amomum.
  Cardamomum javanicum 28
  Curcuma 31. 575
  echinatum 571
  exscapum 29
  Galanga 20. 561
  hirsutum 24. 567
  latifolium 31. 573
  Leonurus 33
  madagascariense 28. 570
  medium 23. 564
  minus 20
  Mioga 24. 566
  montanum 24. 567
  petiolatum 25
  pyramidale 19
  racemosum 28
  repens 22
  roseum 24. 566
  scyphiferum 33
  sylvestre 23. 565
  verum 28
  Zedoaria 31. 562. 573
  Zerumbet 23. 31. 565. 573
  Zingiber 23. 565
Anabasis
  oppositifolia 525
  triandra 524
Anamotheca 429
  juncea 429
Ancistrum
  acaena 583
  anserinaefolium 268
  barbatum 277
  decumbens 267
  diandrum 268
  humile 269
  laevigatum 583
  latebrosum 267
  lucidum 269
  magellanicum 269
  magellanicum β. 269

ANCISTRUM.
repens 268
sanguisorbae . . . 268
ANEILEMA . . . 347. 541
acuminata . . 538. 542
affinis 542
anthericoides . . . 542
biflora 541
crispata . . . 542
gigantea . . . 537
graminea . . . 542
laxa 542
macrophylla . . 542
siliculosa . . . 541
ANONYMOS
aquatica graminifolia 488
capitatus . . . 366
caroliniensis . . . 159
tinctoria . . . 483
umbrosa . . . 127
ANTHODON . . . 546
decussatum . . . 546
ANTHOLYZA
abbreviata . . . 411
aethiopica . . . 445
aletroides . . . 422
caryophyllacea . . 430
caryophyllea . . 431
fulgens 420
hirsuta 445
Lucidor 402
maura 370
meriana 422
Merianella . . 415. 422
montana . . . 406
plicata . . 441. 445
quadrangularis . . 411
revoluta . . . 421
ringens 446
spicata . . . 416. 431
tubulosa . . . 425
ANTHOXANTHUM
giganteum . . . 289
glaucum . . . 288
indicum . . . 289
ANTIRRHINUM
hexandrum . . . 133
APERA 288
AREALU *Rheede* . . 498
ARGOLASIA . . . 483
ARISTEA
bracteata . . . 449
capitata . . . 449
ARISTEA.
coerulea . . . 449
eriophora . . . 448
fruticosa . . . 371
major 449
melaleuca . . . 450
pusilla 451
spicata . . . 449
ARUNA
guianensis . . . 282
ARUNDASTRUM Tonckat Seytan *Rumph.* . . 556
ASPHODELUS
foliis planis, caule ramoso, floribus sparsis *Miller* . . . 405
latifolius . . . 485
ASPICARPA
hirtella 579
ASTREPHIA . . . 359
carnosa 356
coarctata . . . 359
crispa 350
hyalinorrhiza . . 350
interrupta . . . 350
laciniata . . . 68
oblongifolia . . . 349
polystachya . . . 351
serrata 359
sinensis . . . 67
ATRIPLEX
sylvestris lappulas habens *Moris.* . . . 48
ATTI-meer-alou *Rheed.* 511
AVENA
diantha . . . 287
BABIANA 441
crispa 423
disticha 441
fragrans 442
mucronata . . . 441
obtusifolia . . . 442
plicata 441
purpurea . . . 442. 444
ringens . . . 441. 447
rubro-cyanea . . 424. 442
sambucina . . . 441. 442
spathacea . . . 441. 443
stricta . . . 442. 443. 444
sulphurea . . . 425. 441
Thunbergii . . . 441. 447
tubiflora . . . 438. 441

BABIANA
tubiflora β. . . 438
villosa . . 439. 440. 442
BAEA
alata 186
plantaginea . . . 179
Praliniana 179
punctata . . . 181
triandra . . . 183
violacea 183
BANKSEA
speciosa . . . 42. 567
BANKSIA
gnidia 274
pilosa . . . 275
prostrata . . . 274
tomentosa . . . 275
BELAMCANDA . . 396. 455
chinensis . . . 455
semiflexuosa . . . 396
BEM Curini *Rheede* . 160
BERMUDIANA
amplissimo Cannacori folio Plum. 558
amplissimo folio . 17
juncea caule altissimo . 14
BESLERIA
biflora 138
cymosa 138
BIASLIA
Vandelli . . . 542
BOBARTIA
indica 453
BOERHAAVIA
arborescens . . 66
coccinea . . . 65
diandra . . . 65
erecta 66
hirsuta . . . 64
laxa 64
nubica minor *Vaill.* 67
obtusifolia . . . 64
paniculata . . . 64
peruviana . . . 66
polymorpha . . . 65
repens 64
scandens . . . 67
BONAROTA
chamaedrifolia . . 177
montana italica, chamaedryos folio, minus crenata, spicâ luteâ. *Micheli* 178
BONGUM *Rumph.* . . 140
BRESILLOT *Enc. meth.* . 548
BULBOCODIUM
pedunculis nudis unifloris foliis subulatis linearibus. *Mill.* . . 375
CALCEOLARIA
angustiflora . . . 182
anomala 180
biflora . . . 179. 184
Cavanillesii . . . 179
dichotoma . . . 184
ferruginea . . . 188
foliis Scabiosae vulgaris *Feuillée.* . . . 187
glauca 182
heterophylla . . . 187
inflexa 184
integrifolia . 184 bis. 188
nana 179
salviaefolia . . . 188
uniflora . . . 179
CALLISIA
repens 527
CALLITRICHE
aestivalis . . . 579
aquatica 46
autumnalis . . . 47
cespitosa . . . 46
dubia 46
fontana 48
heterophylla . . . 46
intermedia . . . 46
latifolia . . . 47
linearis 47
minima 46
sessilis 46
CALYMENIA
corymbosa . . . 549
CALYPSO 545
salacioides . . . 546
CALYXHYMENIA
aggregata . . . 550
expansa . . . 550
glabrifolia . . . 549
ovata 550
prostrata . . . 550
viscosa 549
CAMPHOROSMA
acuta 523
maxima . . . 524
CANNA
angustifolia . . . 13

CANNA
chinensis 12
flava 13
glauca β. flaccida . 13
indica α. rubra . . 11
indica β. lutea . . 12
indica γ. coccinea . . 11
indica δ. patens . 12
rubra 11
speciosa 11
thyrsiflora 12
variabilis . . . 11
CAPRARIA
crustacea . . . 133
CARANGA .
amara 138
CARDAMOMUM
cum siliquis s. thecis brevibus 22
Ensal dictum . . 22
majus 564. 570
minus 22. 570
minus *Rumph.* . . 28
verum 22
CARYOPHYLLUS monomotapensis, nervosis Bupleuri foliis, intus cavis, flore coeruleo. *Plukn.* 381
CASTANEA
pumila 513
CATIMBIUM . . . 563
CELASTRUS
maytenus 68
CENTRANTHUS . . 339
latifolius 35
CENTROLEPIS
aemula 43
Billardieri . . . 44
cuspidigera . . . 44
CERANTHUS
Schreberi 266
CHAMAEDRYS
austriaca, foliis tenuissime laciniatis. *C. Bauh.* 109
spuria major angustifolia. *C. Bauh.* . . . 114
spuria tenuissime laciniata. *J. Bauh.* . . . 109
CHAMAEIRIS
latifolia minor flore purpureo-coeruleo *Bauh.* 464
perpusilla saxatilis *Lob.* 464
saxatilis gallica *Bauh.* 464
CHAMELAEA .
tricoccos 549
CHELIDURUS
ignotus 346
CHIONANTHUS
caribaea 266
caroliniana 73
compacta 266
cotinifolia 266
domingensis . . . 266
ghaeri 73
incrassata 267
Mayepea 267
purpurea 266
tetrandra 267
trifida 72
zeylanica . . . 266 bis.
CIPURA 342
graminea 450
humilis 450
martinicensis . . . 475
paludosa . . . 449. 450
CIRCAEA
alpina β. major . . 271
canadensis latifolia flore albo *Tournef.* . . 271
intermedia 271
lutetiana 271
CLADIUM
Mariscus 284
CLINOPODIUM
angustifolium non ramosum, flore caeruleo. *Plukn.* 214
incanum 212
CODARIUM
acutifolium . . . 63
COLEBROOKIA
bulbifera . . . 51. 577
COLLINSONIA
scabra 264
tuberosa 264
COLUMELLIA
arborescens . . . 270
frutescens 270
COMMELINA .
africana 530
angustifolia . . 528. 529
attenuata 530
benghalensis . . 531. 535
bracteolata . . . 536
canescens 535
caroliniana . . . 532

COMMELINA
commelinoides . . 538
communis . . . 532
communis β. . . 532
cucullata . . . 535
dubia 488
erecta . . . 534
hirtella 529
longicaulis . . . 535
longifolia . . . 529
lutea 530
mollis 534
nervosa . . . 535
nudiflora . . . 536
pilosa 530
rubens . . . 533
tuberosa . . 533. 538
virginica . . 528. 531
COMOCLADIA
angulosa . . 548 bis.
ilicifolia . . . 548
tricuspidata . . 548
COOKIA
gnidia 274
pilosa 275
prostrata . . . 274
CORISPERMUM
hyssopifolium Var. . 578
marginatum . . . 579
pilosum 579
squarrosum . . . 579
COSTUS
arabicus . . 24. 25. 567
echinatus . . 29. 571
glabratus . . . 24
malaccensis . . 15. 20. 562
quartus *Aubl.* . . 26
quintus *Aubl.* . . 26
secundus . . . 22
septimus *Aubl.* . . 26
sextus *Aubl.* . . 26
Zerumbet . . 21. 563
CROCUS
alpinus autumnalis *C. Bauh.* . . . 369
aureus 368
autumnalis . . . 370
autumnalis, sativo similis, florum capillamentis tenuissimis, minus odoris, flore candidissimo *Tourn.* . . . 370
CROCUS
autumnalis violaceus amplo flore belgarum *H. R. P.* . . . 370
Bulbocodium . . . 368
byzanthinus argenteus. *Parkins.* . . . 370
capensis 373
lagenaeflorus . . . 368
maesiacus 368
medius 370
montanus L. . . 369. 370
montanus autumnalis *Parkins.* . . . 369
multifidus . . . 369
officinalis 369
officinalis β. . . . 367
orientalis autumnalis, flore magno albo, capillamentis albidis inodoris *Tourn.* . . . 370
orientalis vernus, flore flavo, externe spadiceo obscure purpurascente *Tournef.* . . . 368
orientalis vernus flore subcaeruleo, externe spadiceo rubente *Tourn.* 369
sativus 368
sativus β. . . . 367
sativus autumnalis . . 369
speciosus 370
vernus 368
vernus albus polyanthos versicolor *Parkins.* 367
vern. angustif. 1. *Clus.* 374
vern. angustif. 2. *Clus.* 374
vern. angustifol. violaceo flore *Clus.* . . 374
CUNILA
capitata 208
glabella 209
mariana 208
pulegioides . . . 209
thymoides 209
CUNONIA
Antholyza 447
CURCUMA
americana 15
aromatica 573
longa 575
rotunda . . . 28. 569

CYMBURUS
mutabilis 205
urticaefolius 204
DIALIUM
guineense 63
javanicum 282
DIANTHERA 1
acuminata 170
americana 154
americana β. alba . . 155
appendiculata . . . 162
bicalyculata 143
ciliata 153
coerulea 172
comata 155
debilis 152
ensiformis 154
eustachiana . . . 156
hirsuta 163
hyssopifolia 156
japonica 143
malabarica 143
martinicensis 169
mucronata 169
multiflora 169
odora 165
ovata 155
paniculata 143
pectoralis 156
punctata 155
repens 163
secundiflora 162
sulcata 142
trisulca 164
verticillata 158
violacea 153
DIASIA
graminea 406
graminifolia . . . 405
iridifolia . . . 405. 471
DILATRIS
caroliniana . . . 484
corymbosa 483
Heritiera 483
ixioides 483
DITOCA
muscosa 48
DODONAEA
aquifolii folio anguloso non aculeato *Plum.* 548
aquifolio tricuspidato *Plum.* . . . 548
DONAX
Arundinastrum . . 14. 559
ELETTARI 22
ELYTRARIA
caroliniensis . . . 139
indica 139
EMPETRUM
pinnatum 277
ENDIANDRA
glauca 485
EPHEMERUM
phalangioides virginianum majus erectum *Plukn.* 530
EQUISETUM
palustre Linariae Scopariae folio. *C. Bauh.* 42
ERANTHEMUM
pulchellum . . 174 bis.
ERISMA
floribundum . . . 34
EUPHRASIA alsines angustiore folio, Rubiae modo spicata, golcondea. *Plukn.* . . . 154
FAGELIA
flavicans 187
FEDIA 340
Auricula 364
cornucopiae 360
dentata 364
graeca 360
incrassata 361
lasiocarpa 366
Morisonii 364
olitoria . . . 362. 366
olitoria dentata . . . 361
striata 361
turgida 366
FERRARIA
antherosa 496
elegans 451
minor 496
parviflora 455
Pavonia 495
punctata 495
Tigridia 495
tricuspis 491
viridiflora 496
FESTUCA
diandra 289
setacea 280

FICUS
alia, foliis lauri fructu minore *Plum.* . . 504
americana . . 504. 515
aquatica . . 518. 519
arbutifolia . . . 505
australis 499
benghalensis . . . 504
citrifolia 501
communis 520
coriacea . . . 509
cypria *Rauwolf* . . 516
Daemonum . . 515
glauca 509
heterophylla . . 519 bis.
hispida . . . 516 bis.
humilis *C. Bauh.* . 520
indica . . 505. 512 bis.
indica β . . . 512
indica foliis et fructu minoribus *Plum.* . . 505
indica sylvestris *Ray.* 517
infectoria . . . 501
lancifolia 512
martinicensis . . 511
microcarpa . . . 503
mollis . . 508. 515. 516
morifolia . . 513. 514
nitida 507
oppositifolia . 515. 516 bis.
Padana 519
parasitica . . . 504
pertusa . . 505. 506. 507
politoria . . . 503. 504
punctata 507
pyrifolia . . . 507. 508
religiosa 498
repens 519
rubra 507
rudis 508
rufescens 519
salicifolia . . . 503
scabra . . . 515 bis. 516
septica 509
symphytifolia . . 515
Taab 512
terragena 514
tomentosa 508
turbinata 500
vasta 504
velutina 510
venosa 501
virens 511

FISSILIA 547
psittacorum . . . 547
FRAXINUS
alba 282
americana 277
appendiculata . . . 281
atrovirens 281
canadensis 275
caroliniana . 278 bis. 280
concolor 278
discolor 278
elliptica 282
excelsior . 279. 280. 281
florifera 277
lancea 282
lanceolata 279
lentiscifolia . . . 280
longifolia 282
microphylla . . . 282
monophylla . . . 281
nana 281
nigra 279
novae Angliae . . 278
ornus . . . . 280 ter.
ovalis 282
oxyphylla 280
pallida 282
paniculata 277
pannosa 282
parvifolia 280
pensylvanica . . . 282
polycarpa 282
Richardi 282
serratifolia . . . 279
simplicifolia . . . 281
subpubescens . . . 279
subvillosa 279
tetragona . . . 278. 282
tomentosa 279
viridis 282

GALANGA
major 563
malaccensis . . . 20. 562

GALAXIA
grandiflora 496
ixiaeflora 497
obscura 371
ovata 496
plicata . . . 381 bis.

GANDASULIUM . . . 19
GARCIANA
cochinchinensis . . . 58

GENOSIRIS 341
fragilis 404
GEISSORRHIZA . . . 379
excisa 394
hirta 378
humilis 377
imbricata 387
obtusata 379
rochensis 379
secunda 379
setacea . . . 379. 393
setacea α. 374
setacea γ. 393
sublutea 377
GETHYRA
occidentalis . . . 561
GLADIOLUS
abbreviatus 411
affinis 406
alatus 406. 426
albidus 428
aletroides 415. 422
alopecuroides 402. 406. 424. 426
alopecuroideus . . . 407
amabilis 395
amoenus 409. 435
anceps . . . 377. 406. 433
angusto cordatus . . . 413
angustus . . 406. 413. 427
Antholyza 448
bicolor . . 396. 406. 432
biflorus 410. 416
bimaculatus 427
blandus 429
blandus γ. 428
bracteolatus 424
brevifolius 406. 409. 415. 445
campanulatus . . . 428. 429
capitatus 449
carinatus 406. 414
carneo-albescens . . . 428
carneus 406 bis. 409. 415. 429
carneus β. 428
caryophylleus 431
caerulescens 440
communis 406. 407. 417. 419
communis β tenuis . . . 418
concolor 411
cordatus 413
crispus 372. 406
crocatus 400
Cunonia 447
GLADIOLUS
cuspidatus 406. 413. 415. 419. 427.
denticulatus . . . 381. 433
elongatus 406
equitans 417. 420
fissifolius 406
fistulosus . . . . 407 bis.
flavus 406
flexuosus 406. 409
floribundus 406. 429
floribus uno versu dispositis, major et procerior, flore purpureo-rubente *Tournef.* . 419
foliis ensiformibus, floribus alternis patentibus *Mill.* 427
foliis linearibus sulcatis, floribus uno versu dispositis tubo floris longiore *Miller.* . . 414
formosus 416
fragrans 441
galeatus 406. 417
galiciensis 418
gracilis 406
gracilis var. 410
gramineus 405
grandiflorus 437
hastatus 428
hirsutus . . 409. 415 bis. 422
hirsutus roseus 415
hyalinus 406
imbricatus . . . 406. 408
inclinatus 438
involutus 406
iridifolius . . . 420. 431 bis.
iridifolius var. speciosa 430
italicus utrinque floridus *Lobel.* 418
junceus 396. 406
laceratus 399. 423
laevis 410
latifolius 442. 443
Lemonia 440
liliaceus 428
longiflorus 341. 406. 435. 436. 437.
major byzantinus . . . 418
marginatus . . 420. 426. 430
marginatus purpureus . 430
marginatus var. β. . . 431

GLADIOLUS
marmoratus . . . 429
Marschalli . . . 418
maximus . . . 431
Merianellus . . 415
meriani varietas . . 422
merianus . . 422. 430
mollis 441
monostachyus . . 413
montanus . . . 406
mucronatus . 439. 440. 446
namaquensis . . . 417
nervosus . . 406. 444 bis.
niveus laccato - emarcescens 428
odorus . . . 414
orchidiflorus . . 406. 426
paleaceus . . . 441
paniculatus . . . 406
parviflorus . 406. 407
pectinatus . . . 372
permeabilis . 417 bis. 426
plantagineus . . 407. 425
plicatus 403. 406. 424. 425. 439. 440 bis. 441 bis. 444
plicatus var. punicea . 439
plicatus varietas purpurea *Thunb.* . . . 440
polystachyus 396. 423. 429. 438. 441.
praecox . . . 421
pterophyllus . . . 409
punctatus . 410. 414. 426
puniceus 396. 406. 442. 445
purpureus . 396. 440. 444
purpureus *α. β.* . 424
pygmaeus . . . 441
pyramidalis . 420. 446
pyramidatus . . . 430
ramosus . . . 470
recurvus 372. 393. 410. 412. 414. 421
refractus . . . 406
resupinatus . . 434
ringens . . 414. 425. 439
roseus . 372. 395. 399. 415
rossicus . . . 406. 407
rubro - cyaneus . 396. 440
rubro - marginatus . 415. 416
sambucinus . . 424
secundus . . . 442
securiger . . . 406
segetum . . . 418
GLADIOLUS
setifolius . . . 410
silenoides . . . 406
spathaceus . . 406. 445
spicatus 406. 407 bis. 408. 424
spiralis 412
striatus . 372. 406. 435
strictus 406. 415. 440. 443. 444
strictus *δ.* . . . 444
sulcatus . . . 445
tabularis . . . 406
tenellus . . . 406
tenellus *β.* . . . 426
tenuis . . . 418
testaceus . . . 431
trimaculatus . 406. 413. 428
triphyllus . . . 418
tristis . . 409 bis. 410. 421
tristis *α. β.* . . 406
tristis *a* odorus *Thunb.* 412
tristis grandis . . 414
tristis hastatus . . 413
tristis inodorus . . 410
tristis minor *Soland.* 412
tristis violaceus . 415
tubatus . 403. 406. 438. 441
tubiflorus . . 406. 441
tubulosus . . 407. 422
undulatus . . 413. 427
ventricosus . . . 419
versicolor . . 412. 414
villosiusculus . . 409
villosus . . . 396
violaceus . . . 414
viperatus . . 417. 426
virescens . . . 417
vittatus . . . 429
Watsonius . . . 410
GLOBBA
crispa *Rumph.* . 570. 571
crispa rubra *Rumph.* . 571
erecta . . . 21. 563
mantifera . . . 578
nutans . . . 21. 562
sessiliflora . . . 577
sylvestris . . . 21. 563
versicolor . . . 577
GLOBIFERA
umbrosa . . . 127
GRATIOLA
acuminata . . . 130
affinis floridana, florib. et caps. in spicâ brevi,

GRATIOLA
long. pedic. ex foliorum alis prodeuntibus. *Plukn.* . . . 154
aromatica . . . 136
caroliniensis . . . 129
foliis lanceolatis obtusis subdentatis *Gron.* . 130
Monnieria . . . 136
montana . . . 129
officinalis . . 129. 130
peruviana . . . 133
ramosa . . . 131
repens 136
trifida β. integrifolia 131
virginica . . . 131
GUETTARDA
speciosa . . . 79
GUNNERA
chilensis . . . 286
magellanica . . . 286
HANDUR-ALII *Rheed.* . 503
HAPALANTHUS
repens 527
HEBE
magellanica . . 104
HEBEA 406
HEDEOMA
glabrum . . . 209
pulegioides . . . 209
thymoides . . . 209
HEDWIGIA
africana . . . 530
HELLENIA
Alloughas . . . 562
grandiflora . . 24. 567
HERITIERA
alba 23
Alloughas . . 22. 562
aquatica . . . 23
chinensis . . . 23
Gmelini . . . 483
tinctorum . . . 483
HESPERANTHA . . 380
angusta . . . 380. 382
cinnamomea . . 380
falcata . . . 380. 394
pilosa . . . 378. 380
radiata . . 380. 382. 393
radiata β. . . . 393
virginea 380
HETERANTHERA
acuta . . . 487. 488
HEXAGLOTTIS . . . 437
HIPPOCRATEA
Anthodon . . . 546
aspera 545
evonymoides . : 544
indica . . . 544
madagascariensis 545. 546
obovata . . . 547
scandens . . . 543
senegalensis . . 546
verticillata α. senegalensis 546
verticillata β. madagascariensis . . . 546
volubilis . . . 543
HIPPURIS
alopecurus . . . 42
lanceolata . . . 42
tetraphylla . . . 42
HOMERIA *Vent.* . . 492
HOOKERA
coronaria . . . 486
HORMINUM
arabicum alatis foliis, flore rubello. *Plukn.* . 263
flore luteo. *Rivin.* . 235
majus hastata s. Lapathi unctuosi foliis. *Moris.* 260
minus, betonicae folio, flore purpureo. *Barrel.* . . . 241. 245
orientale annuum sativo simile, comâ carens, flore violaceo. *Tournef.* 254
orient., betonicae folio acutissimo, flore coeruleo. *Tournef.* . . 251
orientale foliis Sclareae, flore albo. *Tournef.* 247
sanguineum asphodeli radice. *Triumf.* . 244
spurium. *Rivin.* . . 241
subrotundo folio, flore caesio *Barrel.* . 242
sylvestre, inciso folio, flore caesio, italicum. *Barrel.* . . 261. 262
sylvestre majus . . 242
sylvestre majus, hastato folio, flore caesio hispido. *Barrel.* . . 260
tingitanum . . . 252
virginicum . . . 257

HOTTONIA
indica 130
HOUTTUYNIA
capensis . . . 435
HURA
Koenigii . . . 20
Siamensium . . 32. 577
HYPOESTES
purpurea . . . 141
JABORANDI *Marcgr.* . 309
JARAVA
Ichu 49
JASMINUM
acuminatum . . 81
africanum foliis solitariis, floribus vulgatiori similibus *Commel.* . . 82
australe . . . 81
didymum . . . 84
flexile 83
geniculatum . . . 79
hispanicum flore majore *Knorr.* . . . 85
ligustrifolium . . 82
lucidum . . . 79
mauritianum . . . 83
multiflorum . . . 79
pubescens . . . 79
simplicifolium . . 82
triflorum . . . 82
trifoliatum . . . 83
undulatum . . . 78
vimineum . . . 82
ILEX
Dodonaea . . . 548
JOVELLANA
punctata . . . 181
scapiflora . . . 179
triandra . . . 183
IRIS
alata 471
alba 457
alpina 476
amoena 466
angusta 450
angustifolia . . . 464
angustifolia prunum redolens major *Bauh.* . 476
angustifolia VI. *Clus.* 476
aphylla . . . 461. 463
aphylla γ. . . . 462
biflora . . . 462. 466
bituminosa . . . 450
IRIS
bulbosa latifolia lusitanica prima Clusii. *Merian.* 471
ciliata 450
compressa 454
crispa 450
desertorum . . 461. 469
dubia 470
edulis . . . 450. 489
extrafoliacea . . . 466
fimbriata . . . 465
flava 481
flavissima . . . 463
flore luteo et pallide luteo *Bauh.* . . . 464
flore luteo violaceo mixto. *Besl.* . . . 472
florentina . . . 459
foetida . . . 467
fugax . . . 472. 490
fulva 468
Gawleri 469
germanica . 457. 458. 459 bis.
graminea . . . 476
Güldenstädtii . . 469. 470
halophila . . 468 bis. 469
hexagona 468
hortensis pallide coerulea involucro albo minor. *Tournef.* . . 458
humilis 476
hungarica . . . 466
hybrida 482
lacera 478
lactea 477
limbata 460
livida 456
longifolia . . . 489
lutea 467
lutescens . . . 463
maritima . . 468. 469
mauritanica . . . 473
microptera . . . 471
minuta 450
Northiana . . . 451
ochroleuca . . . 469 bis.
odoratissima . . . 458
orientalis . . 454. 469
pallida 459
pallide coerulea . . 458
papilionacea . . 450. 478
pavonia . 450. 489. 490. 491
plicata 459

IRIS
plumaria 454
polystachya 450
pratensis . . . . 475.
pseudacorus 467
Pseudacorus (paludosa) 467
ramosa . . . 450. 470
ruthenica α. . . 476
sambucina . 459 bis. 460 bis.
setacea . . 450. 473
sibirica . . . 459. 481
Sisyrinchium . 472. 477
sordida 481
spathacea . . 450. 468
spathulata . 468. 469. 471
spuria . 468 bis. 469 bis. 477
spuria δ. halophila . 470
spuria var. γ. . . 470
squalens . 459. 460 bis.
stylosa 471
Swertii 459
sylvatica 476
transtagana 471
tricuspis . . 450. 490. 491
tricuspis var. floribus minoribus *Jacq.* . 491
tripetala 450. 468. 477. 489
tristis . . 450. 454. 479
unguiculata 450
variabilis 472
villosa. . . . 450. 490
viscaria 450
xyphium 472
xyphium β. . . . 472
ISIS
fimbriata 463
fulva 468
ruthenica 477
JUNGIA *Heister* . . 225
JUNO
persica 474
scorpioides . . . 471
JUSTICIA
acaulis 139
acaulis β. . . . 139 bis.
acicularis 177
americana 154
annua 171
aristata 141
armata 176
Betonica 160
biflora 157
brachiata . . 148. 167. 170
JUSTICIA
brunelloides. . . . 172
capensis . . . 164. 173
ciliata 152
coccinea . . . 145. 146
dichotoma 150
elegans 174
falcata 169
fastigiata 175
fastuosa 140
foetida 168
Forskôli 140
hexangularis . . . 168
hirsuta 172
hypocrateriformis . . 175
infundibuliformis . . 174
involucrata 141
ladanoides 158
ligulata 143
linearifolia 154
lineata 147
malabarica 143
membranacea 153
microphylla 176
mirabiloides . . . 153
nervosa 174
nummularifolia . . . 173
origanoides 173
paniculata 140
parasitica 138
parviflora 171
parvifolia 165
pauciflora 158
peruviana . . . 157 bis.
pubescens 157
pulchella 174
pulcherrima 145
purpurea 140
repanda 175
rivularis 82
rosea 175
serpens 141
serpyllifolia . . . 174
sexangularis . . . 170. 171
sinuata 175
spinosa 176
squamosa 139
staminea 148
stricta 149
superba 146
trankenbariensis . . 165
triflora 141
variabilis 157

JUSTICIA
verticillaris . . 140. 170
vincoides . . . 176
virgularis . . . 146
viridis . . . 144

IXIA
abbreviata . . . 389
africana . . 402. 424. 448
albida 406
alopecuroidea . . 406
americana . . . 455
anemonaeflora . . 372
angusta . . . 372. 393
aristata 372 bis. 387. 388. 396. 397 bis.
aristata γ. . . 498
aulica . . . 372. 385
azurea . . . 379
bicolor 432
biflora . . . 406
bulbifera . 396 bis. 432 bis.
bulbocodioides . 373. 377
bulbocodium 373 bis. 374 bis.
Bulbocoidea . . 377
campanulata . 373. 391. 406
candida . . . 388
capensis . . . 489
capillaris . 372. 385. 386 bis.
capitata . . . 390
capitata var. flore aurantiaco *Andr.* . . 388
capitata var. ovata *Andr.* 388
capitata var. stellata . 383
cartilaginea . . 430
cepacea 406
chinensis . . . 455
chloroleuca 373
ciliaris . . 371. 372
cinnamomea . . 372. 394
columellaris . 372. 497
columnaris . . . 497
columnaris var. angustifolia . . . 498
concolor . . . 397
conica . 372. 388. 389. 397
corymbosa . . 381. 387
crateroides . 372. 391
crispa 372
crispifolia . . . 381
crocata 399 bis. 401. 402. 406
crocata β. . . . 402
crocata var. c. . . 402

IXIA
crocata var. nigro-maculata 401
crocea . . 374. 402
cruciata . . 373. 376
curta 497
cyanea 424
deusta . 396. 399. 400. 401
dichotoma . . . 406
disticha . . . 370
dubia 390
erecta . . 372. 389
erecta var. violacea . 383
excisa . 372. 379. 394. 396
Fabricii . . 381. 433
falcata . 372. 380. 394. 406
fastigiata . . 381 bis.
fenestrata . . 399. 402
filiformis . . 388. 397
fimbriata . . . 396
fistulosa . . . 393. 406
flabellifolia . . 441
flabelliformis . 439. 440
flabellularis . 399. 400
flaccida 397
flava . . . 373. 377
flexuosa 372. 378. 388. 389
foliis linearibus, floribus alaribus et terminalibus *Mill.* . . . 390
foliis linearibus, floribus spicatis sessilibus *Mill.* 388
fragrans . . . 432
fruticosa 371
fugacissima . . 497
fuscocitrina . . . 388
Galaxia . . . 496
geminata . . . 379
gibba 401
gladiata 451
gladiolaris . 399. 401. 435
gracilis 385
grandiflora 388. 396. 397. 398 406. 432. 498.
heterophylla . . 381
hirsuta 483
hirta 372
holosericea . . 396. 398
humilis . . . 373 bis.
hyalina . . 389. 399 bis. 400
hybrida . . . 389
incarnata . . 372. 386
inflexa . . . 378

IXIA
iridifolia 400
Kermesina 397
lacera . . . 398. 432
lancea . 372. 385. 399
La Peyrousia . . . 433
La Rochei 379
leucantha 397
leucanthema . . . 398
Liliago 397
linearis 372. 382. 385. 387. 393
longiflora 372
longiflora α. . . 399. 436
longifolia 453
maculata 372. 382. 383. 389
maculata β. viridis . 389
magellanica . . . 371
marginata 430
Milleri . . 388. 400
miniata . . . 400. 401
miniata β. 401
miniata nigro-maculata 400. 401
monadelpha 497
monanthos 398
mucronata 406
nana 406
nervosa 389
obtusata 372
ochroleuca 373
ovata 395
paniculata 437
patens . 372. 388. 395. 397
pendula 432
pentandra 384. 385 bis 387
pilosa 372
planifolia 400
plantaginea . . . 425
plicata 444
polystachya 382. 383. 384. 385. 390.
polystachyae var. . . 385
polystachya var. incarnata 385
pudica 373
pumila 371
punctata . . . 424. 425
punicea 424. 439. 440. 442. 444
purpurea 402 bis. 424. 439. 444
pusilla 378
pyramidalis . . . 381. 433
radiata . . 372. 382. 393
radians 374. 379
ramosa . . . 372. 385
recurva 375. 394
reflexa . . 374. 384. 385
retusa . . . 384. 385
rochensis . . . 372. 379
rosea 373
rosea β. 376
rotata 384
rubro-cyanea . . . 424
sceptrum 430
scillaris 372. 378. 384. 385 bis. 387. 394. 444.
secunda . . 372. 378. 379
serotina 390
setacea 372
similis 399
spathacea 411
speciosa 373
spectabilis var. amoena *Salisb.* . . . 389
spicata . . . 396. 406
spicata var. viridi-nigra 388. 389
squalida 387. 391. 396. 399. 400. 434.
squalida β. . . 399. 434
stellata tricolor . . 401
stricta 399
sublutea 377
sulphurea 406
tenuiflora 437
teretifolia 406
thyrsiflora . . . 390. 449
tricolor . . . 396. 432
triticea 425
tubiflora 438
undulata 380
uniflora 396
versicolor 406
villosa 424 bis. 439. 440 bis. 442. 444 bis.
villosula 445
violacea 379
viridis 390
xiphidium 487
KAEMPFERIA
Hedychium 19
longa 27
ovata 569
rotunda 28
KALI
folio gramineo *Loer.* . 46
KATOU-ALOU *Rheed.* . 505
karivi *Rheede* . . 147
pitsjegam-mulla *Rheede* 82

KOO Seki *Kaempf.* . 532
KUA *Rheed.* . . 31. 573
KUDDA
mulla *Rheed.* . . 78
LAMPIGENY . . . 30
LANARIA . . . 484
LANGUAS
aquaticum . . . 23
chinensis . . . 23
vulgare 23
LAPEYROUSIA . . . 381
anceps . . . 377. 381
bracteata . . 381. 433
compressa . . 381. 433
corymbosa . . 381 bis.
Fabricii 381
falcata . . . 381. 423
fasciculata . . 381 bis.
fissifolia . . 381. 432
juncea . . . 395. 429
silenoides . . 381. 432
LAURUS
triandra . . . 485
LEMONIA . . . 406
LEPTANTHUS . . . 344
graminea . . . 488
ovalis 488
peruviana . . . 487
reniformis . . . 487
virginica . . . 487
LICANIA 345
incana . . . 498
LIGUSTRUM
latifolium . . . 76
sinense . . . 77
LILIACUM
perpensa . . . 77
rothomagense . . 76
LOEFFLINGIA
caspica 527
indica . . . 527
LOMBA *Rumph.* . . 315
LOPEZIA
axillaris . . . 34
miniata 34
minuta . . . 34
racemosa . . . 33
LYCOPUS
pinnatifidus . . 206
uniflorus . . . 207
MACROLOBIUM . . . 347
bifolium . . . 543
pinnatum . . . 543
MACROLOBIUM
Simira 543
Utea 543
Vuapa 543
MANGIFERA
sativa 37
MANJA-PUMERAN *Rheede* 78
MANJELLA
kua *Rheed.* . . . 575
MANJU-KUA *Rheed.* . 569
MANTISIA
saltatoria . . . 578
MARANTA
arundinacea β. . . 14
Cachibou 558
disticha 558
Galanga . . . 20. 561
Galanga α. β. . . 23
juncea 14
lutea 558
malaccensis . . 20. 562
sylvatica 16
tonckat 557
MARAVILLA . . . 495
MARICA
Cipura 449
fugax 376
gladiata 451
martinicensis . . 475
Northiana . . . 451
palmifolia . . . 493
plicata 455
striata 494
MARRUBIUM
palustre hirsutum tenuius laciniatum *Bauh.* . 206
MARUM
aegyptiacum . . 253
MAYACA
Aubleti 542
fluviatilis . . . 542
MAYEPEA
gujanensis . . . 267
MEERBURGIA . . . 557
MELAMIRIS . . . 306
MELASPHAERULA . . 342
graminea . . . 405
MELISSA
perennis 236
pulegioides . . . 209
MICRANTHUS . . . 406
MIRABILIS
aggregata . . . 650

MIRABILIS
corymbosa 549
triandra 549
viscosa 549
MISANDRA
magellanica 286
MNIARUM
pedunculatum . . . 48
MOGORIUM
acuminatum 81
dichotomum . . . 79
gimea 78
goaense 78
hirsutum 79
multiflorum 80
myrtifolium 82
Sambac 78
scandens 80
triflorum 82
trifoliatum 83
MONARDA
alophylla 212
ciliata 214
clinopodia 213
coccinea 214
fistulosa β. 212
fistulosa var. crimson . 213
glabra 213
longifolia 212
lutea 214
purpurea 214
MONBRETIA 435
securigera 435
MONODYNAMIS
Iserti 37
MORAEA
africana 448
angusta 473
aristea 448
bermudiana 492
bituminosa 478
bulbifera 398
caerulea 449
chimboracensis . . . 456
ciliata 465
collina 450. 492
chinensis 396
corniculata 453
crispa 480
edulis 489
elegans 450. 492
Ferrariola 496
fugax 489. 490
MORAEA
grandiflora 492
iridioides 465
iriopetala 450
iriopetala α. 492
iriopetala β. . . . 479
juncea 450. 492
lugens 450
magellanica 371
miniata 492
minuta 465
odora 454
palmifolia . . . 455. 493
papilionacea 479
Pavonia 489. 495
polystachya 478
ramosa 471. 479
sertata 494
setacea 473
Sisyrinchium 472
sordescens 479
spathacea . . . 453. 471
spiralis 448
tenuis 490. 491
tricolor 479
tricuspis 491
tripetala 489
tristis . . . . . 479 bis.
undulata 495
unguicularis 491
unguiculata 491
vaginata 451
vegeta . 450. 454. 479 bis. 489
virgata 384
viscaria 478
MOSKEI 71
NALLA
mulla *Rheede* . . . 78
NARDUS
montana longius radicata
Camerar. . . . 357
montana *Matth.* . . . 356
NECKERIA 557
campestris 38
NELIPU *Rheed.* 197
NEMATOSPERMUM
laevigatum 49
NERIUM
coronarium 81
NHANDI *Piso* 313
NYCTANTHES
acuminata 81
angustifolia 82

NYCTANTHES
elongata . . . 81
glauca . . . 82
grandiflora . . . 78
hirsuta . . . 79
multiflora . . 79. 80
pubescens . . . 79
Sambac 78
scandens . . . 80
triflora 82
trifoliata . . . 78
undulata . . 79. 80
viminea . . . 82
NYSIMI Motsi *Haempf.* . 75
OLAX
Psittacorum . . 547
OLEA
apetala 74
cajetana . . . 69. 580
europaea . . 68. 69
exasperata . . . 71
laurifolia . . . 70
obtusifolia . . . 71
rigida 72
undulata . . . 70
ORIGANUM
spurium 211
ORNUS
europaea . . . 277
mannifera . . . 277
OSMANTHUS
fragrans . . . 71
PACO
Coatinga caule spirali minor *Plum.* . . 26
Coatinga clavâ rubente major *Plum.* . 25. 31
Coatinga floribus amplioribus niveis et purpureis *Plum.* . . . 26
Coatinga villosissima flore luteo *Plum.* . . 26
Secora minor, multicaulis 21
PAEDEROTA
Ageria 177
Bonarota . . 177. 178
caerulea . . . 178.
chamaedryfolia . . 178
lutea 177
minima . . . 137
nudicaulis . . . 177
urticaefolia . . 177
Zanichelli . . . 178
PANKE
acaulis . . . 286
tinctoria . . . 286
PARDANTHUS
chinensis . . . 455
PARILIUM *Gaertn.* . . 78
PARIVOA
grandiflora . . 543
PASSERINA
gnidia 274
pilosa . . . 275
prostrata . . . 274
PATRINIA . . . 340
PEE - TJANGA - pulpam *Rheed.* . . . 135
PEPEROMIA
acuminata . . . 318
alata 319
angulata . . . 332
angustata . . . 334
basellaefolia . . 333
biuncialis . . . 322
blanda . . . 329
ciliata 333
colorata . . . 319
concava 328
congesta . . . 334
conjugata . . . 326
crystallina . . . 318
dependens . . . 316
dissimilis . . . 333
diversifolia . . . 322
dolabriformis . . 324
elongata . . . 325
emarginata . . . 317
filiformis . . . 331
foliiflora . . . 332
foliosa 326
galioides . . . 335
inaequalifolia . . 332
laxiflora . . . 326
loxensis 335
macrorrhiza . . . 336
maypurensis . . . 332
microphylla . . . 334
mollis 327
monostachya . . . 320
nummularifolia . . 323
obliqua . . . 319. 333
pallens 334
pellucida . . . 321
peltoidea . . . 324
peploides . . . 335

PEPEROMIA
pereskiaefolia . . 329
pilosa . . . 316
polybotrya . . . 324
portulacaefolia . . 331
pubescens . . . 327
purpurea . . . 320
pyrifolia . . . 325
quadrifolia . . 331
reflexa 335
repens . . . 322
rhombea . . . 350
rotundata . . . 333
rotundifolia . . . 323
rubioides . . . 335
rupestris . . . 325
ruscifolia . . . 326
saligna 325
scandens . . . 322
scutellaefolia . . 336
secunda . . . 316
septemnervis . . . 327
stolonifera . . . 336
striata 319
talinifolia . . . 325
tetragona . . . 327
trinervis . . . 319
tristachya . . . 324
umbilicata . . . 336
variegata . . . 320
PERIM
Teregam *Rheed.* 515 bis.
PEROTIS
latifolia . . . 289
PERPENSUM
blitispermum . . 286
PEYROUSIA . . . 406
PHALANGIUM
ramosum . . . 405
spicatum . . . 425
PHILLYREA
buxifolia 73
ilicifolia . . . 74
indica 71
latifolia β. spinosa . 74
virgata 73
PHRYNIUM
dichotomum . . 558
PHUCAGROSTIS
major 42
minor 42
PHYLLACTIS . . . 340
rigida 360
PHYLLACTIS
spathulata . . . 358
tenuifolia . . . 360
PHYLLODES
placentaria . . 18. 560
PICRAMNIA
antidesma . . . 548
PIMELEA
ferruginea . . . 273
spathulata . . . 272
PINGUICULA
alba 191
alpestris . . . 191
alpina . . 189. 191. 581
alpina β alba . . 191
campanulata . . . 191
coerulea . . . 190
flavescens . . . 191
purpurea . . . 191
villosa . . . 189. 190
PIPER
acuminatum . . 319. 321
aduncum . . . 291. 298
aggregatum . . . 49
Amalugo . . . 309
amplexicaule . . 316
andicola . . . 306
arborescens . . 295
arboreum . . 301. 304
aristolochioïdes . . 313
aromaticum . . . 307
asperifolium . . 297. 302
asperum . . . 298
Carpupija . . . 304
catalpaefolium . . 310
caudatum . . . 310
clusiaefolium . . 317
crassifolium . . 338
crocatum . . . 293
decumanum . . . 310
diffusum . . . 312
extensum . . . 326
fruticosum . . . 297
glaucescens . . 311
globosum . . . 336
granulosum . . 291
herbaceum . . . 338
heteromallum . . 295
hirsutum . . . 297
hispidum . . . 302
humile . . . 337 bis.
latifolium . . . 315
laurifolium . . . 291

PIPER
lineatum . . 292. 294
longifolium . . . 296
longum . . 305. 312
longum arboreum altius *Sloane* . . . 306
longum humilius, fructu e summitate caulis prodeunte. *Sloane* . . 337
macrophyllum . . 304
marginatum . 310. 311
medium 309
methysticum . 313. 314
mite 313
Nhandi . . . 313
nummulariaefolium . 323
nummularium . . 328
obesum 300
obliquum . . 301. 319
obovatum . . . 331
obtusifolium . 328. 330
ovatum 296
Portoricense . . 338
peltatum . . . 314
peltatum β. reniforme 314
planifolium . . 318
plantagineum . . 306
polystachyon . . 320
portulacoides . . 330
pulchellum . . 331
punctatum . . . 295
praemorsum . . 293
quadrangulum . . 333
quadrifolium . . 331
racemosum . . . 337
radicans . . . 312
reflexum . . . 330
reticulatum . 310. 313
rotundatum . . . 333
rotundifolium . . 323
rugosum . . 293. 296
saxicola . . . 330
scabrum . 297 bis. 298
scandens . . . 321
scutellatum . . . 336
secundum . . . 315
Siriboa 312
subpeltatum . . 314
sylvestre . . . 305
tenellum . . . 327
tetraphyllum . . . 330

PIPER
thymifolium . . . 323
tomentosum . . . 337
tuberculatum . . 303
umbellatum . . . 413
unguiculatum . . . 311
variegatum . . . 291
verticillatum . 329. 332

PISAURA
automorpha . . . 53

POLYCNEMUM
alternifolium . . 525
brachiatum . . 525 bis.
inundatum . . . 523
oppositifolium . . 525
triandrum . . 523. 524
viaticum . . . 523
Volvox . . . 524

POLYSTACHYA . . . 384

PONTEDERIA *Loeffl.* . 488
limosa 488
ovata . . . 18. 560

POTERIUM *Hort. paris.* . 269

PRUNUS
racemosa *Sloane* . 548

PSEUDALEIA . . . 348

PSEUDOBRASILIUM . . 548

PSEUDOVALERIANA annua, semine coronato, major lusitanica *Moris.* . 362

RENEALMIA
calcarata . . . 21. 563
exaltata . . . 21. 563
minor . . . 32. 564
nutans . . . 21. 563

RHAGROSTIS
foliis arundinaceis *Buxb.* 579
semine Pastinacae *Buxb.* 579

RUELLIA
antipoda . . . 135
varians . . . 174

RUMPHIA
tiliaefolia . . . 548

SALACIA
cochinchinensis . . 645

SALICORNIA
acetaria 38
annua 38
biennis 39
erecta, foliis brevibus cupressiformibus *Dill.* 39
europaea β. 39
foliosa α. 41
herbacea 39
herbacea β. . . . 39. 40
SALPIANTHUS 345
arenarius 522
SALSOLA
brachiata 525
oppositifolia . . . 524
SALVIA
abyssinica 258
acuminata 223
acuminatissima . . . 223
acutifolia 246
aegyptiaca 252
aethiopis 251
africana frutescens Scorodoniae foliis flore violaceo *Commel.* . 237
africana praecox. *Tournef* . . . 229
agrestis . . . 244. 262
albida 243
algeriensis . . . 228
amara 234
amarissima . . . 234
amethystina . . . 582
americana flore coccineo. *Moris.* 231
angustifolia . . 221. 223
aphylla 257
atlantica 251
auriculata 256
aurita 238
aurea . . 221. 223. 224
baccifera 256
Barrelieri 242
betonicaefolia . . 246. 256
bifida 259
Boosii 224
bracteata . . . 219. 221
bullata . . 231. 241. 261
campestris 249
candidissima . . . 242

SALVIA
chamaedrifolia . . . 226
chamaedrys 226
chamaeelaeagnea . . . 237
ciliata 221. 222
circinnata 234
clandestina . . . 255. 257
Clusii 256. 257
coarctata 243
coccifera 257
coccinea 232
caerulea 224
conferta 253
crassifolia . . . 242. 244
cretica angustifolia *Clus.* 582
cretica frutescens pomifera, foliis longioribus incanis et crispis. *Tournef.* 215
cretica non pomifera. *Clus.* 256
cretica pomifera flore albo *Tournef.* 257
cryptanthos 221
cuspidata 224
cyanea 224
deltoidea 217
disermas 246
elata 221. 223
elongata 241
exasperata 262
flore magno. *Rivin.* . . 243
foetida 252
foliis cordato ovatis serratis rugosis. *Arduin.* 228
formosa 231
fragifera 216
fulgens 232
grandiflora . . . 235. 247
grata 224
Habliziana 220
hastata 246
hirsuta 222
haematodes 245
hyemalis 224
illyrica 256
incarnata . . . 219. 240
indica 263
integerrima 237
intermedia 259
lamiifolia 230

Salvia
lanceolata 238
latifolia serrata. *Moris.* 243
longiflora 225
lusitanica . . . 241. 251
lusitanica glutinosa, amplissimo folio. *Tourn.* 251
merjamie 240
mexicana 223
micrantha 256
microculis 240
minor. *Fuchs.* . . . 238
minor. *Rivin.* . . . 256
nemorosa . 248. 250. 251
nilotica 258
nitidifolia 225
nodosa 231
oblongata 239
occidentalis . . . 223
officinalis tenuior. *Desfont.* 237
orientalis 253
orientalis foliis alatis majoribus et serratis *Tournef.* 219
orientalis foliis alatis non crenatis odore Mari *Tournef.* . . . 221
orientalis frutescens foliis circinnatis, acetabulis Moluccae. *Tournef.* 216
orientalis odore Mari *Tournef.* 219
ovata 257
parviflora? 248
pendula . . . 246. 248
peregrina 216
peregrina Rauwolfii. *Gessn.* 216
phlomoides 221
pinifolia 220
polymorpha var. β. parviflora 241
polystachya 230
pomifera 257
praecox . . . 222. 253
pratensis minor . . . 261
pratensis γ praecox . 262
procumbens 223
pseudococcinea . . . 232
pyrifolia 231
radicans 227

Salvia
reflexa 221
regla 232
reptans 222
rhombifolia 233
rigida 217
rosaefolia 218
Scabiosae 220
scabiosaefolia . . . 220
scabra 260
sclareoides 261
serotina 229
sideritidis 221
Spielmanni 239
Spielmanniana . . . 239
sylvestris 250
sypilea . . . 256. 257
taurica 220
tenuifolia 236
tenuior 238
tetragona . . . 222. 228
thymiflora 221
tiliaefolia 230
tingitana 246
tomentosa 243
triloba 257
truncata 255
verbenaca 239
verbenacoides . . . 261
violacea 224
virgata 222

Saringa *Rumph.* . . . 505

Satureja
origanoides 208

Saururus
arborescens, foliis amplis rotundis et umbilicatis. *Plum.* 314
arborescens latifolia villosa, fructu gracili. *Houst.* 337
frutescens, laurocerasi folio, fructu breviore et crassiore. *Houst.* . 337
minor procumbens botryitis, folio crasso cordato. *Plum.* . . . 321
racemosus s. botryoites major. *Plum.* . . . 337

SAURURUS
racemosus s. botryoitis minor. *Plum.* . . 337

SCABRITA
scabra 78
triflora 77

SCHOENUS
acutus 286
cephalotes 284
Cladium 284
filum 285
Mariscus 284

SCHOLLERA
graminifolia . . . 488

SCIURIS
aromatica 138

SCIZANTHUS
pinnatus 137

SCLAREA
aegyptiaca fruticans foetidissima. *Herb. Juss.* 235
africana praecox alba. *Herb. Vaill.* . . 239
folio subrotundo ampliori, in rotundas lacinias inciso, ac aestivo tempore viridi, brumali vero purpurascente. *Mich.* . . . 255
folio triangulari dentato. *Tournef.* . . . 247
italica pratensis, foliis in profundas lacinias et crenas incisis, flore caeruleo. *Mich.* . 255
major foliis in profundas lacinias incisis. *Tournef.* 244
minor angustifolia, Verbenae laciniis, flore coeruleo dilutiore. *Mich.* . . . 261
orientalis foliis rotundioribus candidissimis. *Tournef.* . . . 242

SCLAREA
orientalis, foliis Salviae, flore partim albo, partim flavo. *Tournef.* 247. 248
orientalis Verbasci folio, flore partim albo, partim flavo. *Tournef.* 242
pyrenaica glutinosa, foliis sinuatis. *Tournef.* . 245
tingitana annua latifolia. *Herb. Juss.* . . 228

SCUTELLARIA
indica 54

SERPYLLUM
orientale folio Pulegii cervini *Tournef.* . 211
orientale folio Pulegii vulgaris. *Tournef.* . 210

SERRATULA
amara 138

SHERARDIA urticae folio subtus incano floribus violaceis *Ehret.* . . 206

SISYRINCHIUM
africanum ramosum, foliis nervosis, floribus longis tubo donatis. *Herrm.* . . 437
angustifolium 493
Bermudiana α. . . . 493
capitatum 455
elegans . . . . . 492.
gramineum 493
graminifolium . . . 493
iridioides 492
ixioides 496
latifolium 455
majus latifolium *Commel.* 432
narcissoides . . . 497
palmifolium . . 451. 455
racemosum 493
ramosum aethiopicum *Breyn.* 486
reticulatum 494
spathaceum 453
spicatum 494

SISYRINCHIUM
Theophrasti . . . 472
viperatum . . . 426

SOPHRONIA . . . 482

SPARAXIS . . . 396. 432
bicolor . . . 432
bulbifera . . . 398
grandiflora . . . 396. 397
tricolor . . . 400 bis.

SPHAEROCARPOS
Hura . . . 20

SPICA
nardus . . . 357

SPONDIAS
simplicifolia . . . 37

STIPA
Jarava . . . 49

SYENA
Mayaca . . . 542

SYRINGA
capitata . . . 77
media . . . 76
rothomagensis . . . 77
suspensa . . . 77

TALA-Dama *Rheed.* . . . 66

TAMBOURISSA
quadrifida . . . 44

TAPEINA . . . 341
magellanica . . . 371

TARACA . . . 562

TEREGAM *Rheed.* . . . 503

TEUCRIUM
quartum, tertia species. *Clus.* . . . 114

THALASSIA
ciliata . . . 42
stipulacea . . . 43

THALIA
cannaeformis . . . 18. 559
geniculata . . . 559

THOUINIA
ligustrina . . . 266

THOUINIA
nutans . . . 266

THYMBRA
spicata . . . 210

THYMUS
lucidus . . . 208
pulegioides . . . 209
punctatus . . . 208

TIGRIDIA
grandiflora . . . 495

TOMMON
Giring *Rumph.* . . . 576
itam *Rumph.* . . . 574
manga *Rumph.* . . . 576
Pocti *Rumph.* . . . 575

TONSELLA
scandens . . . 545

TONTELEA
scandens . . . 545

TRADESCANTIA
malabarica . . . 536

TRICHONEMA . . . 373
Bulbocodium . . . 374
caulescens . . . 377
chloroleucum . . . 375
cruciatum . . . 376
elongatum . . . 375
filifolium . . . 375
humile . . . 377
pudica . . . 378
recurvifolium . . . 375
roseum . . . 373
speciosa . . . 374

TRIMEZIA
lurida . . . 475

TRISTICHA
alternifolia . . . 50

TRITONIA . . . 399
capensis . . . 399. 436. 437
capensis a . . . 435
crispa . . . 399. 423. 445
crocata . . . 399. 400
deusta . . . 399. 401
fenestrata . . . 399. 402
flava . . . 399. 435

TRITONIA
lineata . 393. 399. 400. 434
longiflora . . 399. 436
longiflora β . . . 392
miniata . . 399. 401
pallida . . . 399. 436
pectinata . . 387. 399
purpurea . . 399. 402
refracta . . 399. 434
Rochensis . . . 437
securigera . . 399. 435
squalida . . 399 bis.
striata . . . 399. 416
tenuiflora . . . 437
viridis . . . 399. 423

TSJAKELA *Rheed.* . 501

TSJANA-kua *Rheed.* 25. 567

TSJANGA Paspam *Rheed.* 134

TSJERA-manga nari *Rheede* 131

TSJELA *Rheed.* . . 512

TSJERON-meer-alou *Rheed.* 506

TSJIREGAM mulla *Rheede* 80

TSJUDE-maram *Rheede* . 149

TSJUNDA Tsjera *Rheede* 130

TUBLIFLORA
caroliensis . . . 139

UTRICULARIA
capillacea 200
capillaris 199
coerulea 193
crenata 199
cyanea 198
dichotoma 195
furcata 199
graminifolia 198
grandiflora . . . 193
inflata 194
inflexa 194
major 196
media 195
microcarpa . . . 198
montana 193
nectario subulato. *Gronov.* 200
pumila 196
reticulata 198

UTRICULARIA
setacea . . 196. 200
tenuis . . . 199 bis.
uliginosa . . . 193
unifolia . . . 193
VALERIANA . . . 339
altissima . . 351. 352
angustifolia . . 35
brachiata . . . 350
bulbosa . . . 356
Calcitrapa . . . 35
Cardamines . . . 352
celtica 358
chaerophylla . . . 68
chinensis . . . 67
cornucopiae . . . 360
coronata . . . 363
cretica filipendulae radice *Tournef.* . . 357
dentata . . 361. 364. 365.
discoidea . . . 362
Dioscoridis . . . 351
echinata . . . 361
elongata . . . 355
eriocarpa . . . 364 bis.
foliis caulinis simplicibus cordatis *Plukn.* . 355
glauca . . . 354
globulariaefolia . . 354
graeca . . . 340
heterophylla . . . 355
Jatamansi . . . 357
intermedia . . . 354
laciniata . . . 68
Locusta . . . 361
Locusta coronata . . 362
Locusta dentata . 361 bis.
Locusta discoidea . . 362
Locusta mutica . . 363
Locusta olitaria . . 361
Locusta radiata . . 363
Locusta vesicaria . . 362
lucida 351
macrophylla . . . 356
magellanica . . . 356
marina 35
marina angustifolia s. minor alba *Tournef.* . 35
mar. angustif. s. minor rubra *Tournef.* . 35
microcarpa *Lois.* . . 364
mixta 364

VALERIANA
monandra 35
montana . . . 349. 355
multifida 363
olitoria 361
orbiculata 35
pumila 363
radiata 363
rotundifolia . . 35. 354
rubra α. β. . . . 35
rupicola 354
saliunca 357
sanguisorbae . . . 353
sanguisorbifolia . . 351
saxatilis 358
supina 358
sylvatica 349
tuberosa 356
vesicaria 362
virginiana, pedis anserinae folio *Petiv.* . . 365

VALERIANELLA . . . 340
altera tenuifolia, semine Scabiosae stellato *Columm.* 362
auricula 363
carinata 361
coronata 363
dasycarpa 365
dentata 362
discoidea 362
echinata 361
eriocarpa 364
exscapa 366
hamata 362
laxiflora 363
major, semine umbilicato hirsuto. *Moris.* . . 364
membranacea . . . 363
microcarpa . . . 364
minor semine umbilicato hirsuto *Moris.* . . 364
mixta 364
platyloba 365
pumila 363
radiata 363
rimosa 365
semine umbilicato hirsuto minore *Moris.* . . 364
serotina, elatior, semine turgidiore *Moris.* 363

VALERIANELLA
uncinata 365
vesicaria 362

VALLIT eregam *Rheed.* 514

VARINGA
latifolia *Rumph.* . . 512
parvifolia humilis *Rumph.* 503
rubra *Rumph.* . . . 507

VERBENA
angustifolia . . . 203
aristata 203
jamaicensis . . . 203
indica . . . . 203 bis.
mutabilis . . . . 205 bis.
orubica 204. 205
prismatica 205
squamosa 205

VERONICA
acinifolia . . . 124. 125
agrestis byzantina . . 126
Allioni 111
alpina 101
angustifolia floribus paniculatis *Amm.* . . . 88
aphylla β 102
arguta 118
atlantica 108
austriaca . . . 108. 109
austriaca β 107
austriaca, foliis tenuissime laciniatis. *Tourn.* . 109
Bellardi . . . . 120 bis.
brevifolia 87
Buxbaumii 126
canescens . . . 92. 111
carnosula 122
Caroliniana . . . 106. 122
chamaepityoides . . . 120
condensata 89
Crantzii 94
crassifolia 94
crenulata 97
cristata 91
cymbalariaefolia . . 121. 126
dentata 88. 115
Derwentia 119
digitata 121
Dillenii 120
dubia 111

VERONICA
filiformis . . 123. 126
florida . . . 114
frutescens . . . 99
fructiculosa . . 100
galeopsifolia . . . 118
grandiflora . . . 104
hederifolia β . . . 121
heterophylla . . 107
hispanica . . . 97
hybrida . . . 94. bis.
incana . . . 91. 92
integrifolia . . . 101
irregularis . . . 100
kamtchatica . . 104
laevis 122
Lappago . . . 121
latifolia . . . 118
latifolia β . . . 114
longifolia . . 90. 91
longifolia β. petiolaris . 92
major frutescens, seu chamaedrys spuria latifolia. *Weinm.* . . . 113
mai. latif. foliis splendentib. et non splendentibus. J. *Bauh.* . . 93
maritima . . . 88. 91
maritima β. . . 87
marylandica . . . 122
mas. recta latifolia, spicâ coeruleâ. *Barr.* . 94
maxima 118
minima Clinopodii minoris folio glabra romana. *Boccone.* . . . 124
mollis 95
multifida . . 108. 109
neglecta 102
nitida 87
nova 127
nudicaulis . . . 104
nummulariaefolia . . 102
ocymifolia . . . 124
officinalis β. . . . 110
orientalis foliis hederae terrestris, flore magno *Tournef.* . . 122
orientalis, foliis hederae terrestris, magno flore. *Tournef.* . . . 123

VERONICA
orient. hederae terrestris folio, flore albo. *Buxb.* 122
ossetica 110
pallescens . . . 122
paniculata . . . 115
Parmularia . . . 106
parviflora 109
pedunculata . 115. 116
persica 123
pinnatifida . . . 119
plicata 112
polygonoides . . 119
pratensis . . . 109
prima erectior latifolia *Clus.* . . . 94
prostrata . . . 114
pseudochamaedrys . 113
pulchella . . . 580
pumila . . . 97
pygmaea . . . 101
pyrenaica . . . 110
recta major *J Bauh.* . 94
recta minima *Clus.* . 93
recta vulgaris major *Clus.* 94
repens . . . 110
romana . . 122. 124. 125
rosea 93
rotundifolia . . 101
Satureiaefolia . . 111
saxatilis β. . . . 100
secunda erectior angustifolia *Clus.* . . 94
segetalis 124
sempervirens . . 96
serotina . . . 89
serpyllifolia . . . 103
serpyllifolia nummulariaefolia . . . 102
spicata . . . 94. 101
spicata latifolia *C. Bauh.* 95
spicata minor *C. Bauh.* 93
spicata minor *Vaill.* . 94
spicata recta major *J. Bauh.* . . . 94
spicata recta minor *J. Bauh.* . . . 93
spuria . . . 87. 90. 91
Sternbergiana. . . 93
strictiflora . . . 110

VERONICA
subacaulis 104
subbiscutata . . . 118
succulenta 119
supina facie Teucrii pratensis. *Lob.* . . 114
taurica 107
tenella 102
tenerrima 105
Teucrium . . . 113. bis.
Teucrium β. . . . 114
Teucrium Etscherianum . 101
Tournefortii . . . 110. 126
urticaefolia 91
villosa 101
viscida 124

VIEUSSEUXIA
fugax . . . 454. 477. 480
iridioides 474
martinicensis . . . 475
spiralis 491
tricuspis 491

VITMANNIA
viscosa 549

VOCHYSIA 36
gujanensis 36
racemosa 36
Vandellii 36

VOGELIA
capitata 366

VOUAPA 347
bifolia 543
Simira 543
violacea 543

WACHENDORFIA
graminea 486
hirsuta . . . 485. 486
paniculata 485
umbellata 483
villosa 485

WALLI teregam *Rheed.* 519

WATSONIA 392
aletroides 422
amoena 435
amoena β. rosea . . 415
angusta 422

WATSONIA
brevifolia 431
fulgens 420
humilis . . . 421. 422
hyacinthoides . . . 431
Jacquini 422
iridifolia . . . 419. 420
laccata 421
lucens 448
marginata . . . 426. 430
meriana 422
palustris 392
plantaginea . . . 425. 426
punctata . . . 424. 425
praecox 421
revoluta 421
rosea 431
roseo-alba . . . 421
rubens 424
spicata 406
strictiflora . . . 430
tubulosa 423

WITSENIA
magellanica . . . 371
pumila . . . 341. 498
pyramidalis . . . 377
ramosa 341

WULFENIA
Ageria 177
Bonarota 178

XIPHIDIUM
albidum 487
album 487
coeruleum . . . 487

XIPHION
flore ex luteo nigricante *Plum.* . . . 475

XIPHIUM
latifolium 472
vulgare 472

XYRIS
americana 552
anceps . . . 551 bis 553
coerulea 551
indica 552
indica altera . . . 551
jupicai . . . 551. bis.

XYRIS
operculata 551
subulata 553
Xyroides 348
ZAPPANIA
mutabilis . . 205. bis.
ZEDOARIA
rotunda . . . 573
ZERUMBET
claviculatum *Rumph.* 569
speciosum . . 21. 563
Tommon Bezaar *Rumph.* 569
ZINGIBER
latifolium sylvestre *Herm.* 24
Meleguetta . . 28. 570
ZINGIBER
minus 28
nigrum . . . 23. 562
spurium . . . 24. 565
sylvestre . . . 23
sylvestre minus . . 20
villosissimum flore luteo. *Plum.* . . . 26
ZIZIPHORA
acinoides . . . 208
cunila . . . 208
Mussini . . . 211
Puschkini . . . 211
serpyllacea . . . 211
siliquosa . . . 166
tenuior . . . 208